


Ed. Frank

P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX,

CUM INTERPRETATIONE

DONATI ET CALPHURNII,

ET

COMMENTARIO PERPETUO.

IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS

EDIDIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV.

ADELPHI.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXX.

P. TERENTII ADELPHI.

ACTA LUDIS FUNEBRIBUS AEMILII PAULLI, QUOS FECERE Q. FABIUS MAXIMUS, P. CORNELIUS AFRICANUS. EGERE L. ATILIUS PRAENESTINUS, MINUTIUS PROTHIMUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRU, L. ANICIO, M. CORNELIO COSS.

PERSONAE.

Prologus.
Aeschinus, adolesc. Filius Demeae, sed adoptatus a patruo Micione.
Canthara, nutrix Pamphilae.
Ctesipho, adolescens. Frater Aeschini.
Dromo, servus Micionis.
Demea, senex. Frater Micionis, pater Aeschini et Ctesiphonis.
Geta, servus Sostratae.
Hegio, senex. Propinquus Pamphilae.
Micio, senex. Frater Demeae, pater adoptivus Aeschini.
Pamphila, filia Sostratae, amica Aeschini.
Sannio, leno.
Sostrata, mater Pamphilae.
Syrus, servus Aeschini.

Personae mutae.

Babylo.
Parmeno, servus.
Storax, servus.
Tibicina, amica Ctesiphonis.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII ADELPHOS.

Duos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Aeschinum:
Sed Ctesiphonem retinet; hunc Citharistriae
Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Aeschinus; famam rei,
Amoremque in sese transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripit. vitiaverat
Idem Aeschinus civem Atticam pauperculam,
Fidemque dederat, hanc sibi uxorem fore.
Demea iurgare, graviter ferre. mox tamen,
Ut veritas patefacta est, ducit Aeschinus
Vitiatam: potitur Ctesipho Citharistriam,
Exorato suo duro patre Demea.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN ADELPHOS TERENTII.

Haec fabula palliata, ut ipsum indicat nomen, ex plurali numero, quum sit una; et masculino genere, quum sit

Comoedia; ex Graeca Lingua, quum sit Latina, censetur. Potuit eam *Terentius* *Fratres* dicere: sed et Graeci nominis *συμφωνίαν* perderet, et praeterea togata videretur; ad summam, non statim intelligeretur *Menandri* esse, quod *Terentius* in primis lectorem scire cupit; minus existumans laudis, proprias scribere, quam Graecas transferre. Est igitur Menandri: et a *Fratrum* facto, quibus argumentum nititur, nomen accepit. Huius tota actio quum sit mixta ex utroque genere, ut fere *Terentianae* omnes, praeter *Heautontimorumenon*, tamen maiori ex parte Motoria est; nam Statarios locos perpaucos habet. Prodest autem et delectat actu et stilo. In hac primae partes sunt, ut quidam putant, Demeae: ut quidam, Syri. Quod si est, ut primas Syrus habeat: secundae Demeae erunt, tertiae Micionis, et sic deinceps. Quamquam etiam sunt, qui putant, primas Micioni dandas, secundas Syro, tertias Demeae. Nam quod ait *Terentius*, *Senes qui primi venient;* non ad partes quas dicimus, sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Haec etiam, ut caetera huiuscemodi poëmata, quinque actus habeat necesse est, choris divisos a Graecis Poëtis; quos etsi retinendi causa iam inconditos spectatores minime distinguunt Latini Comici, metuentes scilicet, ne quis fastidiosus finito Actu, velut admonitus abeundi, reliquae Comoediae fiat contemtor et surgat: tamen a doctis veteribus discreti atque disiuncti sunt, ut mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac Prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in se purgando, quam in adversariis laedendis est occupatus. Protasis est turbulenta, Epitasis clamosa, Catastrophe lenis. Quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus, quum de Comoedia quaedam diceremus. Haec sane acta est ludis scenicis funebribus L. Aemilii Pauli: agentibus L. Ambivio et L. Turpione: qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant. Modulata est autem tibiis dextris, id est, Lydiis, ob seriam gravitatem, qua fere in omnibus Comoediis utitur hic Poëta. Saepe tamen, mutatis per scenam modis, cantica mutavit: quod significat titulus scenae, habens subiectas personis literas, M. M. C. Item Diverbia ab histrionibus crebro pronuntiata sunt, quae significantur D. et M. literis secundum personarum nomina praescriptis, in eo loco ubi incipit scena. Adnotandum sane, quod haec Fabula *προτατικὸν πρόσωπον* non habet, hoc est, personam, quae ad argumentum nihil attineat, quaeque sit assumta extrinsecus, ut est in *Andria* Sosia. Hanc dicunt ex *Terentianis* secundo loco actam, etiam tum rudi nomine Poëtae. Itaque sic pronuntiatam, *Adelphoe Terentii*, non *Terentii Adelphoe*: quod

adhuc magis de Fabulae nomine poëta, quam de poëtae nomine Fabula commendabatur. In hac quidem spectatur quid intersit inter rusticam et urbanam vitam: mitem et asperam: coelibis et mariti: veri patris, et per adoptionem facti. Quibus propositis ad exemplum, vitanda perinde fugiendaque *Terentius* monstrans, artificis poëtae per totam Fabulam obtinet laudem.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Micio et Demea duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille urbanam vitam secutus est, hic rusticam: ille coelebs vixit, hic uxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos, hic saevus etiam in suos: ille etiam in ira placidus, hic etiam citra iram ferox. Erant Demeae filii duo: ex quibus natu maiorem Aeschinum sibi adoptavit Micio, eumque secum in urbe liberalissime indulgentissimeque educavit: minorem Ctesiphonem ruri secum severe inprimis ac restricte habuit pater. Aeschinus multas meretrices, patre ad omnia connivente, adamavit; multa convivia celebravit; quae denique iuventus fert, ea omnia non libere modo, sed etiam licenter exercuit. Postremo usque eo progressus est: in virginem pauperculam quidem, sed bonam, bonis prognatam, Pamphilam nomine, quam mater Sostrata vidua sancte secum et pudice, ut poterat, educabat, noctu temulentus quum incidisset, vim ei attulit, gravidamque fecit. Venit postea ad matrem illius, veniam petens, pollicensque se puellam uxorem ducturum. Ea fide data, et ignotum est, et tacitum. Ctesipho, cum in urbem interdum ventitaret, ipse quoque citharistriae cuiusdam amore correptus est. Totam eius rei famam, ne qua emanaret ac perveniret ad Demeam, in sese Aeschinus transferebat. Tandem, quum leno, puellae dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erat, vellet in manum dari, aut se eam alii venditurum minitaretur; adductus in summam desperationem Ctesipho, iam de relinquenda patria cogitabat: quum Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est, et ipsum, et familiam contudit pugnis, puellamque per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur tota urbe rumor, venit Demea, Micionem obiurgat, inclamat, testatur

Deos atque homines, quod dissolutus, quod intemperans, quod vinosus, quod scortator, quod nullius bonae rei Aeschinus foret, omnem in Micione uno haerere culpam. Diis gratias agere, quod ille saltem, quem ipse ruri haberet, frugi ac temperans esset; rei studeret, et famae; illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam et fratris disciplinam! Placat hominem, quantum in se est, Micio: iamque se ab eo expediverat, quum supervenit aliud, quod maiores etiam tumultus excitaret. Raptam ab Aeschino citharistriam, perfertur ad matrem Pamphilae; quae quidem Pamphila ita erat ad pariendum vicina, ut iam e dolore laboraret. Quid faceret misera? mutatum Aeschini animum, se vero filiamque suam proditas per summam perfidiam ac desertas putabat. Getam servulum, qui pauperem familiam solus, ut poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellae cognatum, iubetque ei rem, ut erat, exponere. Interea audierat Demea, suum quoque Ctesiphonem in raptione adfuisse: iamque totus in fermento, ut aiunt, erat; quum ei Syrus, servus vaferrimus, mendaciolum adspergit: venisse quidem rure Ctesiphonem, sed venisse obiurgatum Aeschinum: multa ei medio foro mala dixisse, deinde rediisse rus in praefecturam suam: lacrumare gaudio Demea, et gratulari sibi, quod unum saltem haberet, in quo exstaret paternae severitatis exemplum. Dum rus redit, incidit in Hegionem, a quo de constuprata per vim ab Aeschino Pamphila intelligit. Denuo commotus, dum fratrem, ut in eum iram emoveret, quaerit, obvium habuit mercenarium a villa, ex quo sciscitatus de filio, accipit, non esse ruri. Redit ad Syrum; a quo ei rursus novum mendacium, velut offa in os, ne latraret, obiicitur: quaerit, ubi fratrem reperire possit: id vero ita indicavit Syrus, ut infelix senex, dum illius verbis fidem habet, nequidquam omne oppidum perreptaverit. Interea Micio omnium ab Hegione certior factus, ipsemet ad mulieres profectus, iacentes iam et afflictas erexerat, labantes et dubias confirmaverat, tristitia ac moerore confectas recreaverat, pollicitus, se Aeschino Pamphilam uxorem daturum. Venit Demea, clamor, iurgium, convicia. Etiam, eo praesente, servulus quidam Ctesiphonem per imprudentiam nominat. Ille quum subito per vim in aedes irrupisset, quem iam pridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, eum accubantem cum amica, et suaviter potitantem deprehendit. Ibi vero tanta iracundia incitatus est, ut arderet. Satis diu vociferatus quum esset; tandem placida et composita Micionis oratione eo perducitur, ut, deposita vetere saevitia, benignus, affabilis, lepidus esse meditetur. Itaque ipso non permittente tantum, sed etiam iubente, puerpera domum tra-

ducitur: fiunt nuptiae: lenoni numeratur argentum: Micio ipse Sostratam ducit uxorem: Hegioni datur, unde vivat: Syrus una cum Phrygia uxore manumittitur. Quum Micio, caeterique omnes, sed tamen praecipue Micio, illam tantam, tam insperatam, tam subitam mutationem admiraretur; gravi et cordata oratione claudit fabulam Demea: si omnia profundere, si in omni libidine ac nequitia vivere, si totam rem heluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus aetatis supersit, quam aliorum, interesse: sin corrigi se in loco et modice coërceri atque admoneri velint, eum esse se, qui id praestare possit. Permittuntur ei omnia. Ita fabula concluditur.

PUBLII TERENTII
CARTHAGINIENSIS
A D E L P H I.

P R O L O G U S.

**Postquam Poëta sénsit, scripturám suam
Ab iníquis observári, et adversários
Rapere ín peiorem pártem, quam acturí sumus,**

D O N A T U S.

1. *Postquam Poeta sensit, scripturam.*] *Postquam* pro *quoniam:* cuius reciprocum *quoniam* pro *póstquam.* *Plaut.* in Aulul. *Quoniam is moritur, ita avido ingenio fuit.* *Postquam Poeta sensit, scripturam suam.*] Indifferenter omnis qui aliquid scripsisset *scriptor* a veteribus dicebatur. — 2. *Ab iniquis.*] Inimicis: ut, *fatis Iunonis iniquae.* *Observari.*] *Observatio* ad honorem refertur: ut, *Praeterea Regem non sic Aegyptos et ingens Lydia, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes Observant.* Sed nunc *observari* captari significat et *audiri.* *Observari* ergo et *honorari* et *captari* et *audiri* significat: ut *Plautus: Observatote, ut blande palpetur mulieri.* — 3. *Rapere in peiorem partem.*] Varietas per

C O M M E N T A R I U S.

[2. *Iniquis* i. e. inimicis. Heaut. prol. v. 27. *ne plus iniquum possit quam aequum oratio.* Cic. pro Planc. c. 23. *Se inique a tuis iactatum graviter querebatur.* Ovid. Trist. I. 2. 6. *Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.*]

3. *Rapere in peiorem partem.*] I. e. reprehendere. Ita

Indício de se ipse érit; vos eritis iúdices,
Laudín' an vitio dúci id factum opórteat.
ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ Díphili Comoédia 'st.
Eam *Cómmorientes* Plaútus fecit fábulam.
In Graéca adolescens ést, qui lenoni éripit
Meretrícem, in prima fábula. Eum Plautús locum
Relíquit integrum; eum hic locum sumsít sibi

V. 5. Bentl. *dúci factum id oporteat*, ex codd. Bemb. et aliis.

---

genera verborum; et utrique sententiae apte iungimus *scripturam suam*. *Rapere in peiorem partem.*] Id est, *vitio dare*, *vituperare*. — 4. *Indicio de se ipse erit.*] Mire expressit simplicitatem vera dicturi, quum *indicaturum* de se dixit, non *narraturum*. Et *indicio erit* pro *index erit*. *Indicio de se.*] *Indicat* is, qui *de se* volens aliquid et de aliis etiam prodit: sed *confitetur*, qui de se tantum et qui invitus. *Vos eritis iudices.*] Bene; quia apud *iudices* indicium profitentur, qui accusatorem adiuvant. — 5. *Laudin' an vitio.*] Medium non fecit: ut appareat, si crimen non sit, *laudi* debere esse. — 6. *ΣΥΝΑΠΟΘΝΗΣΚΟΝΤΕΣ Diphili Comoedia 'st.*] Nec numeri nec genera respicienda sunt contra sententiam remque ipsam. — 7. *Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.*] Sicut apud Graecos δρᾶμα, sic apud Latinos generaliter *fabula* dicitur: cuius species sunt, *Tragoedia*, *Comoedia*, *Togata*, *Tabernaria*, *Praetexta*, *Crepidata*, *Attellana*, *Μικτὸς*, *Rhintonica*. — 8. *In Graeca adolescens est.*] Diphili scilicet: quasi diceret, *Quidam adolescens est, qui lenoni eripuit meretricem.* — 9. *In prima fabula.*] Hoc est, in prima parte: ut dicimus, *In primis digitis;* non enim aut secunda aut tertia fabula est. — 10. *Reliquit*

Cicero, Fam. X. 33. *Pium meum consilium* raperent in contrariam partem *obtrectatores mei*, ubi v. Manut. Phaedrus, Lib. III. Prol. 46. Supra, Eun. IV. 2. 4.

4. *Indicio de se ipse erit.*] Lucretius, IV. 1013. *Indicioque sui facti persaepe* fuere. Nepos, Pausan. c. 4. *Neque prius vim adhibendam putaverunt, quam* se ipse indicasset. [Cfr. ad Heautont. III. 3. 23. St.]

5. *Laudin', an vitio duci.*] Ita infra I. 2. 25. et III. 3. 64.

7. *Commorientes.*] Hanc tamen Plauti negat esse Varro, sed M? Aquilii, teste Gellio, III. 3. Vide Comment. maiorem.

8. *Lenoni eripit meretricem.*] Verbum usitatissimum in simili re. Ita Eun. IV. 6. 1. et 14. IV. 7. 3. et 26. Infra I. 2. 10. II. 2. 30. III. 2. 30. Plaut. Mil. III. 2. 2. Eripiam *ego hodie concubinam militi*.

9. *In prima fabula.*] Explicat Donatus. Ita Plautus, Ci-

In *Adélphos*; verbum dé verbo expressum éxtulit.
Eam nós acturi súmus novam. pernóscite,
Furtúmne factum exístumetis, án locum
Reprehénsum, qui praetéritus negligéntia 'st.
Nam quód isti dicunt málevoli, homines nóbiles
Eum ádiutare, assídueque una scríbere:
Quod illí maledictum véhemens esse exístumant,
Eam laúdem hic ducit máximam, quum illís placet,

integrum.] Quum aliam transferret. *Sumsit sibi.*] Libere tulit: hoc est, non furatus est: ut, *Sume, pater,* — 11. *In Adelphos.*] Latine declinavit. *Verbum de verbo expressum extulit.*] Haec approbatio est, de Graeco esse sublatum, non de Plauto, ut dicit adversarius. *Extulit.*] Mire non dixit *transtulit*, sed *extulit:* ut ornasse Graeca videatur Latino stilo. — 12. *Eam.*] *Adelphos* scilicet. *Novam.*] Veterem Graecam esse intelligimus. — 13. *Furtumne factum.*] Hoc est, *vitio duci. An locum reprehensum.*] Hoc est, *laudi duci.* — 14. *Reprehensum.*] Retentum, resumtum. *Negligentia 'st.*] Plauti scilicet; cuius aemulari nunc exoptat negligentiam. — 15. *Nam quod isti dicunt.*] *Nam* incipiendi vim habet modo: ut, *Nam ego hanc machaeram meam dico*, *Homines nobiles.*] Scipionem Africanum significat, et Laelium Sapientem, et Furium Publium. — 16. *Eum adiuvare.*] Legitur et *adiutare*. *Pacuvius* in Chryse: *Adiuta mihi. Assidueque una scribere.*] Non sic dicit adversarius: verum

---

stell. V. Caterva, 6. *More maiorum date plausum* extrema in comoedia. Cicero, Senect. c. 18. *Is mihi videtur fabulam aetatis peregisse, nec, tanquam inexercitati histriones*, in extremo actu *corruisse.*

11. *Verbum de verbo expressum extulit.*] Id varie effertur. Cicero, Fin. III. 4. *Nec tamen* exprimi verbum e verbo *necesse erit.* Idem libro de optimo genere Oratorum, cap. 5. *Non verbum pro verbo necesse habui* reddere, *sed genus omnium verborum, vimque servavi.* Et Fam. III. 8. *Ut de tuo edicto* totidem verbis transferrem *in meum*, Tusc. III. 19. *Quae modo* expressa ad verbum *dixi, tollenda de libro.* Horatius, Arte 133. *Nec* verbum verbo *curabis* reddere *fidus Interpres.* Vopiscus, in Aurel. cap. 8. de Epistola: *Quam* ad verbum, *ut decebat, inserui.* Quod barbare *de verbo ad verbum* dixit Servius ad Virg. Aen. VIII. 29.

13. *Locum reprehensum, qui praeteritus.*] I. e. denuo tractatum. Ita de tempore, Phaedrus, V. 8. 3. elapsum *semel Non ipse possit Iupiter* reprehendere. [*Negligentia* i. e. voluntaria praetermissione. Vid. Andr. prol. v. 20.]

18. *Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet.*] Ita Horatius, Serm. I. 6. 62. *magnum hoc ego duo, Quod placui tibi.*

Qui vóbis univérsis et populó placent;
Quorum ópera in bello, in ótio, in negótio,
Suo quísque tempore úsus 'st sine supérbia.
Dehinc ne éxspectetis árgumentum fábulae:
Senés qui primi vénient, ii partem áperient;
In agéndo partem osténdent. facite, aequánimitas
Poétae ád scribendum áugeat indústriam.

V. 23. Bentl. corr. *hi part. ap.*

V. 24. Bentl. *partim ostendent.*

V. 25. Bentl. integrum versum deesse censet; unde locum sic supplet: *Facite, aequanimitas, Bonitasque vestra adiutrix nostrae industriae Poëtae ad scribendum augeant industriam*, coll. Phorm. Prol. v. 35. Hecyr. Prol. v. 24. Videtur ille maxime in eo offendisse, quod *augeat* ultimam producit, cuius rei alterum exemplum in Terentio extare negat. Sed vid. Lingius De Hiatu in fabb. Plautin. p. 46 sqq. et Lindemann. Praefat. ad Plaut. comödias tres p. XI. ed. Lips. 1823. qui te alia edocebunt.

---

hic oratorie crimen non tangit. — 19. *Qui vobis universis, et populo placent.*] *Universis*, qui in cavea sunt, dicit. *Populo*, qui etiam praeter theatrum, id est, universam urbem. — 20. *In bello.*] Scipionis. *In otio.*] Furii Publii. *In negotio.*] Scilicet Laelii Sapientis. — 24. *In agendo partem ostendent.*] Σχῆμα ἀποσιώπησις. Hic enim iam non senes accipiendi essent: immo potius caeterae personae; sed ipsi senes in statario charactere *partem aperient:* in motorio, *partem ostendent.* Nam duo agendi sunt principales modi, Motorius et Statarius: ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur Μικτός. *Aequanimitas.*] Favor et propitius animus: et deest *vestra.*

---

20. *In otio, in negotio.*] Ita Sallustius, Iug. 4. *Maiusque commodum ex* otio *meo, quam ex aliorum* negotiis *reip. venturum.* [*Suum tempus* eleganter dicitur, quod alicui commodum est, Cic. Verr. III. 60. *dicit se suo tempore esse rediturum.* Valer. Flacc. I. 543. *poscunt iam me sua tempora Graii.* ubi vid. Burmannus. Opponitur *tempus alienum.* Liv. XLII, 43. *suo maxime tempore atque alieno hostibus. Tempus* est status rerum, ut saepe. — *Sine superbia.* Hoc referendum ad homines nobiles, qui inferiorum causas sine fastu agebant.]

22. *Ne exspectetis argumentum.*] Expressum e Plauto, Trin. Prol. 16. *Sed de argumento ne exspectetis fabulae; Senes, qui huc venient, hi rem vobis aperient.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

MICIO.

Storax! — non rediit hác nocte a coena Aéschinus;
Neque sérvolorum quísquam, qui advorsum íerant.

1. *Storax.*] Nomina personarum in comoediis duntaxat habere debent rationem et etymologiam. Etenim absurdum est, comicum aperte argumenta confingere, vel nomen personae incongruum dare, vel officium quod sit a nomine diversum. Hinc servus fidelis *Parmeno:* infidelis vel *Syrus*, vel *Geta:* miles *Thraso*, vel *Polemon:* iuvenis *Pamphilus:* matrona *Myrrhina:* et puer ab odore *Storax:* vel a ludo et a gesticulatione *Circus:* et item similia. In quibus summum poëtae vitium est, si quid e contrario repugnans contrarium diversumque protulerit, nisi per ἀντίφρασιν nomen imposuerit ioculariter, ut *Misargyrides* in *Plauto* dicitur trapezita. Et fere hoc modo apud alios a poëtis nomina componuntur describenda per ἀντίφρασιν, quod designat *Storax*. Primae partes, sicut in Prologo ipse promisit, a senibus aguntur: quorum contentione ad argumentum relata, vita aspera cum leni, et pater comis cum severissimo comparatur. *Storax.*] *Storacem* vocavit, non Aeschinum: quo tacente puerum, id est Aeschinum, absentem credit: quia servuli adolescentibus praestolantur; ut in Andria, *Observabam mane illorum servulos venientes, aut abeuntes.* Sed quia fieri poterat, ut domino absente adesset Storax; commodissime adiecit: *Neque servulorum quisquam, qui advorsum ierant. Storax! non rediit hac nocte.*] Hoc alii interrogative, alii pronuntiative proferunt: sed magis pronuntiative dicendum. — 2. *Neque servolorum quisquam.*] Propter Storacem, quem abesse non respondendo intelleximus. *Qui advorsum.*] Proprie locutus est; nam *adversitores* dicuntur. *Ierant.*] Producte *I* pronuntiando: quod nos

---

1. *Rediit hac nocte a coena.*] Ita Plautus, Mostell. II. 2. 64. *Tuus gnatus postquam* rediit a coena domum.

2. *Advorsum ierant.*] Officii et heri tuendi causa. Ita Plau-

Profécto hoc vere dícunt: si absis úspiam,
Aut úbi si cesses; évenire ea sátius est,
Quae in te úxor dicit, ét quae in animo cógitat
Iráta, quam illa, quaé parentesprópitii.
Uxór, si cesses, aút te amare cógitat,

additá *v Iverant* dicimus. Tale est illud *Virg. Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas.* — 3. *Profecto hoc vere dicunt.*] Absolute: non addidit, qui. *Si absis uspiam.*] Abundat *uspiam*, aut deest *profectus* aut quid tale, aut *ubi uspiam*, significat enim scilicet *uspiam* et in loco, et ad locum. *Si abpis uspiam, aut ubi si cesses.*] *Si absis* ad parentes propitios: *Si cesses* ad uxorem iratam refert in desertorem. — 5. *Uxor.*] Subaudiendum est: *Dicit irata uxor. Quae in animo.*] Omne quod sentimus, aut cogitamus, aut dicimus: et utrumque pro oratione est. Sed illa ἐνθυμηματικὸς, quae in cogitatione est: haec προφορικὸς λόγος dicitur, quae in verbis est constituta. *Virg. Et mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus, et taciti ventura videbant.* Et ipse alibi: *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet.* — 6. *Quam illa, quae parentes.*] Erudite non addit in quem dicat, quia scit nomina uxoris et parentum τῶν πρός τι esse. — 7. *Uxor, si cesses.*] Quare non, *si absis?* an quia iustius cessanti, quam absenti succensemus? an quia irata uxor, si cesses? *Aut te amare cogitat.*] Ἐπεξήγησις cum ἐξεργασίᾳ. *Aut te amare cogitat:* aut minus peccati est, amori proprio cedere, quam alieno amori obsequi, nulla re te impellente, sine uxore potare, aut velle delicias. Ergo αὔξησις est: nisi forte τῷ ἰδιωτισμῷ hoc putamus dictum. *Aut te amare cogitat, aut tete amari.*] Quum duo proposuerit, alterum sumsit. Nam quum

---

tus passim. [*Adversum ire* non solum est obviam ire, sed etiam ire aliquem quaesitum constituto tempore et loco. Imprimis de servis dicitur, qui veniunt, ut dominos domum ducant, Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 212. Eiusmodi servi proprio nomine *adversitores* vocabantur. Vid. Donat. ad h. l. et Gesner. Thes. L. L. s. v.]

4. *Aut ubi si cesses.*] H. e. sicubi cesses.

5. *In animo cogitat.*] Ita Heaut. II. 4. 5. Plautus Mostell. II. 3, 13. *Quo magis* cogito *ego* cum meo animo. [*Cum animo suo cogitare* dixit Cic. de Leg. Agrar. II. 24.; *secum cogitare* Terentius Eun. I. 1. 19. Vid. Drakenborchius ad Liv. XLII. 50. 8.]

6. *Propitii.*] Opponitur *propitius* irato. Cicero, Att. VIII. 16. *Hunc* propitium *sperant; illum* iratum *putant.*

7. *Aut te amare cogitat, aut tete amari.*] Imitatur Phaedrus, II. 2. 1. *A feminis utcunque spoliari viros*, Ament, amentur, *nempe exemplis discimus.*

Aut téte amari, aut pótáre, aut animo óbsequi:
Et tibi bene esse sóli, quum sibi sít male.
Ego, quía non rediit filius, quae cógito!
Et quibus núnc sollicitor rébus! ne aut ille álserit,
Aut úspiam cecíderit, aut perfrégerit

V. 9. Bentl. *sibi quum sit male*, correxit, accentus causa.
V. 11. Bentl. cum tribus codd. suis *Et* om. Nam asyndeton affectui concitatiori optime convenire. *Et* cum cett. codd. servat. Servius ad Aen. IV. 380.
V. 12. Faërnus et Bentl. ex codd. *praefregerit*.

---

dixisset, *Quae in te uxor dicit, et quae in animo cogitat:* intulit, *Aut te amare cogitat.* — 8. *Aut te amare cogitat, aut tete amari.*] Qui *te amare* ἀμφιβόλως dixerat, cito intulit quod certum est, *Aut tete amari.* Et quia illud *te* dixerat, hoc geminavit, et *tete* dixit, tanquam significantius. *Aut animo obsequi.*] Ἐπαναφορά. — 10. *Ego, quia non rediit filius.*] Plus est quod dixit *ego*, quam si diceret, *pater*. *Ego, quia non rediit filius.*] Ἀνακόλουθον: non enim *pater* dixit. *Quae cogito! et quibus*] Hoc sic pronuntiandum est, ut horrere videatur ipse cogitationem suam. — 11. *Quibus nunc sollicitor rebus!*] Hoc est, quam malis! non ut uxor, bonis. *Ne aut ille alserit.*] Vide quam teneri sit amoris hic timor; in iuvene praesertim. *Ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit.*] Nimium tenere amat, qui haec in iuvene pertimescit, quae circa infantulos caveri solent. — 12. *Aut uspiam.*] *Uspiam* et in loco, et ad locum significat. *Ceciderit, aut perfregerit aliquid.*] Iungendum, ut, non solum *ceciderit*, sed etiam *perfregerit.* Haec sunt, quae sibi

---

8. *Potare.*] Loquitur ex more vetusto. Ita infra de filio, versu 37. et I. 2. 87. V. 3. 13. de servis, infra IV. 2. 47. et V. 1. 12. Phorm. V. 5. 9. de mulieribus, Andr. I. 4. 5. — *Animo obsequi.*] Plautus, Poen. I. 1. 48. *Se amare velle, atque obsequi animo suo.*

9. *Tibi bene esse soli, quum sibi sit male.*] Decius Laberius, Rectore: *radiis Solis aciem effodit luminis, malis bene esse ne videret civibus.*

10. *Quae cogito! et quibus nunc sollicitor rebus!*] Cicero ad Q. Fr. III. 8. *Me autem iam et mare istuc et terra sollicitat: neque desino, ut fit in amore, ea, quae minime volo, cogitare.*

11. *Ne aut ille alserit.*] Integer locus expressus e Plauto, Mil. III. 1. 124. *Pol, si habuissem, satis cepissem miseriarum liberis. Censerem emori: cecidissetne ebrius, aut de equo uspiam: Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi.*

Aliquíd. vah! quemquamne hóminem in animum instítuere, aut
Paráre, quod sit cárius, quam ipse ést sibi?
Atqui éx me hic natus nón est, sed ex fratre: is adeo
Dissímili studio est, iam índe ab adolescéntia.
Ego hánc clementem vítam urbanam atque ótium

V. 15. vulg. *non natus est*, quod Faërn. et Bentl. ex codd. mutarunt.

V. 16. Bentl. ex uno antiquissimo libro et tribus aliis *dissimilis stud.* coll. Sallust. Iugurth. 89. *nobilitas dissimilis moribus.* Heaut. V. 3, 17. *quod est consimilis moribus.*

V. 17. Bentl. coni. *vitam urbanumque otium*, coll. Cicer. Epist. Fam. XII. 1. *urbi et otio diffiderem urbano.*

---

nemo evenire velit. — 13. *Quemquamne hominem.*] Sic dicimus de ea re, quam miramur fere ab omnibus fieri. — 14. *Quam ipse est sibi?*] Tanquam duo sint. Sed hoc poëtae comico licet. — 15. *Atque ex me hic non natus est.*] Quasi dicat, Ex me non est, et sic afficior: quid paterer, si genuissem? *Ex me hic non natus est.*] Quasi dicat, Non est meus. *Sed ex fratre.*] Hoc est, omnino non alienus est. *Is adeo.*] Transitus ad argumentum subtilissimus. *Adeo.*] Aut abundat, aut *nimium* significat. Ut in Eunucho, *Adolescentem adeo nobilem.* — 17. *Ego hanc clementem vitam urbanam.*] Ὀρθὴ διήγησις καὶ διακίστησις. *Clementem vitam*, figura ipsa. *Vitam clementem* dicimus, quae clementes facit. *Clemens* autem est, qui colit mentem. *Atque otium.*]

---

13. *In animum instituere.*] Eodem sensu dixit Plautus, Mostell. I. 2. 2. *Argumentaque in pectus multa institui.*

[14. *Parare* i. e. aliquid sibi proponere, constituere. Plaut. Asin. I. 3. 16. *haud multo post aliquid quod poscas paras.* Vid. Scaliger ad Catull. X. 20.]

16. *Iam inde ab adolescentia.*] Plautus, Bacchid. Grex, 1. *Hi senes nisi fuissent nihili* iam inde ab adolescentia, *Non hodie hoc tantum flagitium facerent canis capitibus.*

17. *Ego hanc clementem vitam atque otium sequutus sum.*] Cicero, pro Rabir. Post. c. 7. *Hanc vitam quietam atque otiosam sequuti sumus.* Fam. XII. 1. *Ut ego quidem et urbi et otio diffiderem urbano.* Phaedrus, V. 1. 7. *sequentes otium.* [*Otium sequi* dicuntur, qui vitam facilem nec negotiosam eligunt. Nepos Pelop. c. 2. *Athenas se contulerant, non quo sequerentur otium, sed ut quemque ex proximo locum sors obtulisset, eo patriam recuperare nite-*

Secútus sum: et, quod fórtunatum istí putant,
Uxórem numquam habui. ílle contra, haec ómnia:
Ruri ágere vitam: sémper parce ac dúriter

V. 19. Bentl. distinxit: ***ille, contra haec omnia, Ruri agere vitam*** **etc.**

Deest, *Urbanum.* — 18. *Secutus sum.*] Bene, *secutus,* quasi magistram recte beateque vivendi. *Et, quod fortunatum isti putant.*] Romani scilicet, qui *coelibem* quasi *coelitem* dicunt. Et item Graeci, apud quos sunt huiusmodi sententiae. *EITA ΦΙΛΟC EXOIOIωN ΠωΛΟΤΜΕΝΟΝ.* * Et alibi: *ΓΑΜΕΙ ΠΑΜφΙΛΟC ΓΑΜΕΙΤω ΚΑγΑΡΙΛΗΑΙΚΗCeN ΜΕ.* *Fortunatum isti putant.*] Me utique uxorem non ducere. Dicit autem Romanis id videri: quos spectatores habet. Menander: *Ὦ μακάριόν με! γυναῖκα οὐ λαμβάνω.* *Quod fortunatum isti putant.*] Quidam putant sic pronuntiandum, *Et quod fortunatum isti putant uxorem.* Et haec bona et concinna locutio est. Et *putant* bene dicit is, cui displicet aliena sententia. *Isti putant.*] Id est, hi qui a me dissentiunt. — 19. *Uxorem nunquam habui.*] Si *non habeo* dixisset, poterat videri habuisse. — 20. *Ruri agere vitam.*] Contra haec omnia suffecerat brevitas: sed subiunxit fratris descriptionem, ut verbis ipsis malam vitae conditionem ostendat. *Semper parce, ac duriter.*] *Semper,* licet incertam distinctionem habeat, tamen recte additum est: quia vel *ruri agere* voluptatis est, vel *parce ac duriter se habere,* virtutis. Sed *semper,* ad vitium: *parce* autem, ad servandam: *duriter* vero, ad laborem referendum est. *Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter se habere.*] Va-

---

rentur. Vid. Interpretes ad Phaedr. V. 1. 7. — Vers. 18. Bentl. sic interpretatur: „*Isti,* ut recte Donatus, *hi, qui a me dissentiunt.*" Ita semper Noster. Andr. Prol. v. 15. 21. Adelph. Prol. 15. Ex hoc indicio sententia facile elucescit. *Uxorem nunquam habui,* quod (*uxorem habere*) isti fortunatum putant: isti, qui mei dissimiles moribus sunt, qui uxorem ducunt cum magna dote, qui liberis dant operam, qui posteritati inserviunt."]

18. *Quod fortunatum isti putant, uxorem nunquam habui.*] Lucilius, Sat. XXVI. *Homines ipsi sibi hanc molestiam ultro atque aerumnam offerunt, ducunt uxores.* Cicero, Att. XIV. 13. *A ducenda autem uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget quidquam esse iucundius.*

20. *Parce ac duriter se habere.*] And. I. 1. 47. Petronius, cap. 88. *Quam bene se habuit?* Vide Cortium ad Sallust. Catil. 21. et Iug. 67.

Se habére: uxorem dúxit: nati filii
Duo: inde ego hunc maiórem adoptaví mihi:
Edúxi a parvulo: hábui, amavi pró meo:
In eó me oblecto: sólum id est carúm míhi.
Ille út item contra me hábeat, facio sédulo:
Do, praétermitto: nón necesse habeo ómnia

riavit, ut in Andria. — 21. *Uxorem duxit.*] Recte *duxit*, non *ducere*. Semel enim hoc fecit Demea. *Uxorem duxit.*] Varie per modos discurrit. *Uxorem duxit.*] Adiuvandum pronuntiatione est, ne singula utrinque assecuti videantur. Nam sic in fine fabulae ait Demea, *Uxorem duxi: quam ibi miseriam vidi! nati filii: Alia cura.* — 22. *Inde ego hunc.*] Mire *inde* subiungit, quum personam praetulerit. Sic alibi, *E praedonibus, Unde emerat, se audivisse, abreptam e Sunio. Inde ego.*] *Inde* pro *ex quibus.* Et *mihi* abundat. Et bene *hunc* dixit, quia de ipso loquebatur. — 23. *Eduxi a parvulo.*] Quod nos *educare* dicimus, *educere* veteres dicebant: ut, *Educet sylvis regem, regumque parentem.* — *Habui, amavi pro meo.*] Quaeritur quid sit *habui.* Et quum multa dicantur, hoc solum verum est: *habui*, credidi, duxi, existimavi: ut alibi, *Semper enim eius dicta est haec atque habita est soror.* Et, *Sic itaque habeantur, itaque dicantur.* Ergo *pro meo* subaudiendum est bis: et *habui pro meo*, et *amavi pro meo.* — 24. *In eo me oblecto: solum id est carum mihi.*] Absolute utrumque, et *in eo*, et *solum*. *In eo.*] Quasi in ea re. *In eo me oblecto.*] Nove dicit pro; *Eo me oblecto.* *Solum id est carum mihi.*] Plus autem significat, quam si diceret, *Solus is est carus mihi.* — 25. *Ille ut item contra me habeat.*] *Item*, similiter: *contra*, vicissim. *Plautus, Ut illa illum contra, qui est amoris cultor optimus.* *Facio sedulo.*] Secus a dolo, id est, sine dolo, et impense. — 26. *Do, praetermitto.*] *Do* sumptum: *praetermitto* delicta. *Non necesse habeo omnia pro meo iure agere.*] Etsi licet, non necesse est patrem saevire, quia pater est. Inter *ius* et *aequitatem* hoc interest: *ius* est, quod omnia recta et inflexibilia exigit: *aequitas* est, quae de iure multum remittit. Ergo hic

---

22. *Maiorem adoptavi mihi.*] Plautus, Poen. V. 2. 99. *Is me sibi adoptavit filium.*

24. *Solum id est carum mihi.*] Ita Virgilius, Aen. III. 660. *Lanigerae comitantur oves: ea sola voluptas, Solamenque mali.*

25. *Ut item contra me habeat.*] H. e. ut vicissim itidem me tractet. Pacuvius, Niptris: *Pariter te esse erga illum video, ut illum te erga scio.* [*Habeo* i. e. existimo, statuo. Sallust. Iug. c. 114. *Romani sic habuere.* ubi vid. Cortium.]

Pro meó iure agere. póstremo alii clánculum
Patrés quae faciunt, quaé fert adolescéntia,
Ea né me celet, cónsuefeci fílium.
Nam quí mentiri, aut fállere insuerít patrem,
[Aut] audébit, tanto mágis audebit caéteros.
Pudóre et liberálitate líberos
Retinére satius ésse credo, quám metu.
Haec frátri mecum nón conveniunt, néque placent.

V. 30. Bentl. de coniectura pro *insuerit* dedit *ita ut fit*, totum locum sic refingens: *ita ut fit, patrem Audebit, tanto magis* etc. Ita et versui et sententiae salutem attulit. Quamquam haud scio an in tanto codicum de vulgata lectione consensu nihil nisi *Aut* delendum sit, ut in *audeat* anaphora locum habeat.

---

sensus, Non necesse est, etiam si liceat, saevum esse patrem. Et mire ostendit, ius summum, nisi necessitate, non esse servandum. — 27. *Postremo alii clanculum.*] Non alii patres: sed alii adolescentes, clanculum patres suos. — 28. *Quae fert adolescentia.*] Veniam addidit statim, peccata ab adolescentibus ad aetatem removendo. Et vide quam breviter, quam pudice, quam ignoscenter locutus est. — 29. *Ea ne me celet, consuefeci filium.*] Tribus enim vivitur modis, natura, consuetudine, et ratione. — 30. *Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem.*] Separatim subaudiendum est, *insuerit*, πρὸς τὸ *mentiri*. — 31. *Caeteros.*] Quia iam deceperit patrem. — 32. *Pudore et liberalitate.*] *Pudore*, ad filios retulit: *liberalitate*, ad parentes. Argumentum a coniugatis. *Liberalitate* inquit regendi sunt: propter quod *liberi* dicuntur. *Liberalitatem* autem bonitatem dicit. — 33. *Retinere satius esse credo.*] Bene *retinere:* a vitiis scilicet; nam vitia filios retinent: quos retinent patres, a vitiis scilicet. Nam *retinet*, qui adversum aliquem tenet. — 34. *Haec*

---

28. *Quae fert adolescentia.*] Cicero, Orat. pro Cluent. 60. absolute: *Ut aetas illa fert.* Et ita And. I. 2. 17. — *Clanculum patres* i. e. clam patribus, insciis parentibus.

32. *Pudore et liberalitate liberos retinere.*] Sallustius, Iug. 100. Pudore *magis quam malo exercitum coërcebat.* [*Liberalitate* i. e. lenitate, clementia. Cic. pro Ligar. c. 3. *vide quanta lux liberalitatis et sapientiae mihi apud te dicenti oboriatur.* ad Quint. fratr. I. 1. *a quibus, rudis cum esses, videtur decipi posse liberalitas tua.* Vid. Ernesti Clav. Cic. in h. v. — *Pudore*, sc. liberorum ipsorum. — *Retinere* et *continere* sunt disciplinae et coercitionis verba. Cic. de

Venit ád me saepe, clám[it]ans: quid agis, Mício?
Cur pérdis adólescéntem nobis? cúr amat?
Cur pótat? cur tu his rébus sumtum súggeris?
Vestítu nimio indúlges: nimium inéptus es.

V. 35. Bentl. corr. *clamans*, metri gratia.

---

fratri mecum non conveniunt.] Nova locutio. Et, *non conveniunt*, pro, non congruunt: ac per hoc, *In his ego et frater dissentimus*, id est, dissimiles sumus. — 35. *Venit ad me saepe, clamitans.*] Et importunitatem odiosam ostendit, *ad me* dicendo: et inconditam assiduitatem, addendo *saepe*. Et congrue, postquam *saepe* dixit, adiecit aptius verbum, non dicens *clamans*, sed *clamitans*. *Quid agis, Micio?*] Reminiscere lectionem, et invenies, interrogationem huiusmodi vel invectionis principio convenire vel obiurgationis. — 36. *Cur perdis adolescentem nobis?*] Recte *nobis* additum est, et ἠθικῶς, ut alibi, *Psaltriam nobis, si Diis placet, Paravit.* *Cur amat? cur potat?* Vide quemadmodum ut durum obiurgatorem ostendat Demeam, quum ab eo ea dicantur in crimen vocari, quae aut aetatis sunt: ut, *cur amat?* aut naturae: ut, *cur potat?* aut pietatis: ut, *cur tu his rebus sumtum suggeris?* et caetera. *Cur amat? cur potat?*] *Cur amat?* ad illud refertur, quod ait supra, *do, praetermitto;* nam *praetermitto* delicta intelligimus ex amore. *Cur potat?* revocamus ad illud, quod ait, *do sumtum.* — 38. *Nimium ineptus es.*] Utrumque dure, et *nimium*, et *ineptus es.* —

Off. II. 12. *aequitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat.* ubi vid. Graevius. Gell. XIX. 1. *satis attente discipulos iuvenes continentem.* Vid. Drakenborch. ad Liv. XXXIX. 28. 2.]

35. *Venit ad me saepe, clamitans.*] Ita infra, IV. 7. 9. Quinque hosce versus laudat Cicero, Inv. I. 19. — *Quid agis, Micio?*] Formula reprehendendi. Vide And. I. 1. 107.

36. *Cur amat? cur potat?*] Sallustius, Catil. 11. *Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare.* Idem, Iug. 85. *Ament, potent.*

38. *Vestitu nimio indulges.*] H. e. vestitui. Virgilius, Georg. IV. 198. *Quod nec concubitu indulgent.* [*Vestitu nimium indulges* h. e. nimios sumptus praebes ad vestitum splendidum emendum. *Vestitu* est dativus antiquus pro vestitui. Vid. Vossius de Analog. II. 18. p. 243. et Broukhus. ad Propert. I. 11. 12. ubi *manu* pro manui; quanquam Dukerus ad Liv. IX. 5. 6. putat facile hic suppleri posse pronomen tertii casus.]

Nimium ípse est durus, praéter aequumque ét bonum.
Et érrat longe, meá quidem senténtia,
Qui impérium credat grávius esse aut stábilius,
Vi quód fit, quam illud, quód amicitia adiúngitur.
Mea síc est ratio, et síc animum inducó meum:
Maló coactus quí suum officiúm facit,
Dum id réscitum iri crédit, tantispér cavet:

39. *Praeter aequumque et bonum.*] Potuit et non addi, *praeter aequumque et bonum.* — 40. *Et errat longe.*] Melius est *longe* simpliciter accipiendum, ut locale sit, quam *valde. Mea quidem sententia.*] Modeste addidit, *mea quidem sententia:* ne quis hoc pro praecepto dici existimet. — 41. *Qui imperium credat.*] Utrum cuiuslibet, an Demeae tantum? *Gravius esse, aut stabilius.*] *Gravius* ad vim; *stabilius* ad tempus refertur. — 42. *Vi quod fit.*] Id est, metu ac malo. — *Quam illud, quod amicitia adiungitur.*] Illud *fit*, quod vi: hoc *adiungitur*, quod *amicitia.* — 43. *Mea sic est ratio, et sic animum induco meum.*] *Mea sic est ratio,* ad superiora pertinet confirmanda. *Sic animum induco meum:* ad ea pertinet, quae dicturus est. *Mea sic est ratio.*] Iterum modeste et ἰδιωτικῶς. *Et sic animum induco meum.*] Senilis μακρολογία. — 44. *Malo coactus.*] Duo dicit, *malo* et *coactus. Qui suum officium.*] Ὁ τὸ καθῆκον ποιῶν, id est, qui recte facit. *Officium* autem dicitur, quasi *efficium*, ab *efficiendo*, quod unicuique personae congruit. — 45. *Dum id rescitum iri credit.*] Quod facit scilicet. *Tantisper.*] *Tantisper*, quasi tantumper. Et *paulisper*, quasi *paulumper:* unde *parumper* dictum.

---

39. *Durus.*] Cicero, de Senect. c. 18. *In scena intelligi potest ex iis fratribus, qui in Adelphis sunt. Quanta in altero duritas, in altero comitas!* — *Praeter aequumque et bonum.*] Plautus, Bacchid. III. 3. 14. Praeter aequum *ne quid delinquat.* Est formula iuridica.

40. *Mea quidem sententia.*] Quasi formulae speciem habet. Ita infra V. 9. 2. Phorm. II. 2. 21. Plautus passim.

41. *Qui imperium credat gravius esse.*] H. e. maiorem vim et auctoritatem habere. Nepos, Dione 5. *Ex quo intelligi potest, nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum.* Vide Comment. maiorem.

43. *Mea sic est ratio.*] H. e. sententia, consuetudo, institutum. Ita infra III. 4. 11. atque ita Cicero saepe.

44. *Suum officium facit.*] Ita Eun. IV. 5. 3. Infra III. 5. 4. IV. 3. 2. V. 9. 23. Phorm. IV. 5. 12.

Si spérat fore clam, rúrsum ad ingenium redit.
Illé, quém beneficio adiúngas, ex animó facit:
Studĕt pár referre: praésens absensque ídem erit.
Hoc pátrium est, potius cónsuefacere filium,
Sua spónte recte fácere, quam alienó metu.
Hoc páter ac dominus ínterest. hoc quí nequit,
Fateátur nescire ímperare líberis.
Sed éstne hic ipsus, dé quo agebam? et cérte is est.

est. *Tantisper cavet.*] *Peccare* subaudiendum est; nam totum ἐλλειπτικῶς et obscure dictum est. Et bene, *cavet*, quasi malo. — 46. *Si sperat fore clam.*] Iterum *quod facit* subaudiendum. *Rursum ad ingenium redit.*] Mire, non intulit: *cavet*, sed, *ad ingenium redit.* Et *rursum*, est retro versum, ut *prorsum*, prius versum. — 47. *Ille, quem beneficio adiungas.*] Non dicit, *beneficio adiunctus*, ut supra, *malo coactus*. *Ille quem beneficio adiungas.*] Καλαντεθημὴν AN*. Ille *malo*, hic *beneficio*. Ille *coactus*, hic *adiunctus*. Ille *dum id rescitum iri credit, tantisper cavet:* hic *praesens absensque idem erit.* Et τὸ *praesens* et *absens*, non ad aliquem locum: sed ad custodem retulit et monitorem. *Ille, quem beneficio adiungas.*] Contra illud ait, *malo coactus*. *Ex animo facit.*] Officium scilicet. — 48. *Studet par referre.*] Id est, bene facere. *Praesens, absensque idem erit.*] Contra illud, *Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.* — 49. *Hoc patrium est.*] Superius a re tractum est: hoc iam a persona ducitur argumentum. *Consuefacere.*] Non *cogere*: sed *consuefacere*. — 50. *Quam alieno metu.*] Vide quemadmodum suum ad indulgentiam affectum revocet optimae disciplinae. — 51. *Hoc pater ac dominus.*] A differentia personarum et officiorum. *Interest.*] Differentia est. *Hoc qui nequit.*] Longe melius *nequit*, quam si diceret, *non vult.* — 52. *Fateatur nescire imperare liberis.*] Hoc indicat, et se melius consulere, et volentem hoc exercere. *Fateatur nescire.*] Deest *se*. *Nescire imperare liberis.*] Oratorie, quasi artis sit, indulgentissime agere. *Imperare* modo non ad superbiam, sed ad *regendum*, est referendum. — 53. *Sed estne hic ipsus, de quo agebam?*] Κατ'

46. *Sperat fore clam.*] Cicero, Mil. 16. *Quis ignorat, maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem?* — *Rursum ad ingenium redit.*] I. e. ad indolem innatam. Ita Hec. I. 2. 38. et IV. 4. 96.

47. *Ex animo facit.*] Ita And. IV. 4. 55.

51. *Hoc pater ac dominus interest.*] H. e. in hoc. Eun. II. 2. 2. Sed vide Perizonium ad Sanct. Min. III. 5. 4.

Néscio quid trístem vídeo. credo iam, út solet;
Iurgábit. sálvum te ádvenire, Démea,
Gaudémus!

εὐκαιρίαν supervenit, de quo sermo est, ut factis dicta ostendantur. *Et certe is est.*] Bene nunc confirmat ipsum esse eum, quum propior est, utpote senili, nec in longum prospiciente conspectu. — 54. *Nescio quid tristem video.*] Orationis apparatus ex vultu ostenditur ut, *stetit acri fixa dolore. Tum quassans caput, hanc effundit pectore vocem.* *Nescio quid.*] Deest *propter:* ut sit, *nescio propter quid.* *Ut solet.*] Causa cur illum aequo animo frater ferat. *Ut solet,* inquit. — 55. *Salvum te advenire, Demea, gaudemus.*] Ut asperior ostendatur Demea, etiam salutatur ab eo, quem obiurgaturus est.

---

55. *Salvum te advenire gaudemus.*] Formula adventum gratulantis. Eun. V. 6. 6. Hec. III. 2. 18. Plautus, Curc. II. 3. 27. *Salvum te gaudeo advenire.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

DEMEA. MICIO.

De. — Ehem! opportúne. te ipsum quaérito.
Mi. Quid trístis es? *De.* Rogás me, ubi nobis Aéschinus

1. *Ehem! opportune: te ipsum quaerito.*] In hoc actu *diversi homines, diversi patres, et diversa studia proponuntur. Hic lenis, hic amarus: hic facetus, hic impolitus: hic facilis, hic pertinax et difficilis.* *Hem! opportune: te ipsum quaerito.*] Melius quam Menander, quum hic illum ad iurgium promtiorem, quam ad resalutandum faciat. — 2. *Quid tristis es?*] Bene interrogat; potuit enim non iratus frater quaerere. *Ubi nobis Aeschi-*

---

2. *Rogas me, ubi nobis Aeschinus siet, quid tristis ego sim?*] Haec verba varie capiuntur. Simplicissimus sensus videtur esse, ut Demea respondeat fratri Micioni, *Tune, apud quem*

Siét, quid tristis égo sim? *Mi.* Dixin' hóc fore?
Quid fécit? *De.* Quid ille féeerit! quem néque pudet
Quidquám: nec metuit quémquam: neque legém putat
Tenére se ullam. nam illa, quae antehac fácta sunt,
Omítto: modo quid désignavit! *Mi.* Quídnam id est?

nus siet?] Quasi quaedam causa sit tristitiae. — 3. *Dixin' hoc fore?*] Credo iam, ut solet, obiurgabit. — 4. *Quid ille fecerit!*] Animadvertendum, ut interrogatus interroget more indignantium, quod ideo facit, quia videt Micionem eo vultu interrogare, ut videatur minus reprehendere culpam Aeschini. *Quem neque pudet quidquam: neque metuit quemquam.*] Varie per casus discurrit, *Quem neque pudet quidquam:* contra illud quod alibi pater dicit, *Erubuit, salva res es. Quem neque pudet quidquam.*] Magno ordine accusavit; non (inquit) pudore movetur patrum, non metu parentum, non timore legum. Ergo gradatim αὔξησις oratoria processit. — 6. *Tenere se ullam.*] Bene *tenere*, quia legem. Et est ἀμφιβολία oratoria. *Nam illa, quae antehac facta sunt, omitto.*] Accusatio duo tempora recipit; praeteritum, ab ante gestis: et praesens, ab iis quae obiiciuntur. Ergo utrumque mira brevitate perstrinxit. — *Omitto.*] Παράληψις. *Modo quid designavit!*] *Designare* est rem novam facere, in utramque partem, et bonam et malam. Nam et *designatores* dicti, qui ludis funebribus praesunt: credo ob eam causam, quod ipsis ludis multa fiant nova et spectanda; simul etiam turba retineatur. quae sunt aut in spectaculis, aut in litibus. *Modo quid designavit!*] Puto ego, *designationem* contradictionem aut conductionem populi in unum intelligi; hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio plurium in se oculos et ora convertit, et spectaculo est vulgo: quemadmodum *designatores* qui ludis funebribus multitudinem retinent. *Designavit!*] Hoc verbum apud veteres duas res significabat: etenim prave et recte facta, *designata* dicebantur. *Quidnam id est?*] Et hoc etiam con-

---

Aeschinus est, me rogas, quid ego tristis sim? q. d. tu rogasse me non debebas, cum scias, Aeschinum, qui apud te est, tristitiae mihi causam existere. Aliter Ruhnkenius, cuius haec sunt verba: „*Ubi nobis Aeschinus siet* h. e. cum Aeschinus nobis sit filius tam dissolutus. *Ubi* est cum, quoniam, quandoquidem, ut recte exponit Eugraphius. Vid. Vorstius ad Iustin. X. 1.“

5. *Neque legem putat tenere se ullam.*] Cicero, Philip. XI. 5. Leges *eum non* tenent. Virgilius, Aen. II. 159. Teneor *patriae* nec legibus *ullis*. Et Aen. XII. 819. *Nulla fati, quod* lege tenetur. Quinctilianus, Declam. CCLXX. *Eum demum* teneri *hac* lege. ubi vide Burm.

7. *Designavit.*] Nonius Marcellus: Designare, *cum nota et*

De. Forés effregit, átque in aedes irruit
Aliénas: ipsum dóminum, atque omnem fámiliam
Mulcávit usque ad mórtem: eripuit múlierem
Quam amábat. clamant ómnes, indigníssime
Factum ésse. hoc advenienti quot mihi, Micio,
Dixére! in ore 'st ómni populo. dénique,
Si cónferendum exémplum 'est, non fratrém videt

temnens interrogat Micio. — 8. *Fores effregit.*] Haec singula magna cum vociferatione inferenda sunt; stomachatur enim adversus male interrogantem. *Fores effregit, atque in aedes irruit alienas.*] Totum quidem unum crimen est: *Rapuit meretricem.* Sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatetur accusatio Demeae, de moribus Aeschini nihil nisi inania referentis. *Fores effregit, atque in aedes irruit alienas.*] Haec singula consideranda sunt. Et bene dicit *alienas*, quia si *lenonis* diceret, parva res videretur. — 9. *Ipsum dominum.*] Iterum suppressa est infamis persona. *Atque omnem familiam mulcavit.*] Aut *familiam* pro servis lenonis dicit, aut pro meretricibus. — 10. *Mulcavit.*] Laceravit, mutilavit, mollivit, atque dissolvit. Unde *Mulciber* a mulctando, quasi *Mulcsiber. Usque ad mortem.*] Magna invidia caedis et mortis mentione, quae tamen nulli accidit. *Eripuit mulierem quam amabat.*] Omnia magno colore et accusatorie dicta sunt, et ex hoc maxime, quod *lenonem* et *meretricem* non dixit, contentus facti atrocitate, personarumque vilitatem reticens. *Eripuit mulierem.*] Non, *abduxit*, sed *eripuit.* — 11. *Clamant.*] A praeiudicato, et auctoritate rumoris. — 12. *Hoc advenienti quot mihi, Micio, dixere!*] Quasi dicat, Displicet omnibus, et multi eum accusant. Nec tamen lenonis querelae mentio fit. Vide oratorem. Hoc autem, vel articulus, vel adverbium loci est. — 13. *In ore 'st omni populo.*] *Sallustius, in ore gentibus agens, populo, civitati.* — 14. *Si conferendum exemplum est.*] Tanquam non sit conferendum. *Non fratrem videt rei dare operam.*] Satis comice hoc infertur legentibus argumen-

---

ignominia aliquid facere. [Nunc est *audax facinus moliri.* Horat. Ep. I. 5. 16. *Quid non ebrietas designat?* St.]

8. *Fores effregit.*] Proprie. Ita infra versu 23. et 40. Plautus, Asin. II. 3. 4. *Quis nostras sic frangit fores?* Cicero, Verr. IV. 23. Effringi *multorum* fores, *revelli claustra.*

10. *Mulcavit usque ad mortem.*] Sc. verberibus. Ita Plautus, Mil. II. 2. 8. *Disperiistis*, *ni* usque ad mortem *male* mulcassitis.

13. *In ore est omni populo.*] Eodem sensu dixit Plautus,

Rei dáre operam, rúri ésse parcum ac sóbrium?
Nullum húius simile fáctum. haec quum illi, Mício,
Dicó, tibi dico: tu íllum corrumpí sinis.
Mi. Homine ímperito númquam quidquam iniústius;

V 15. Bentl. ex codd. *rei óperam dáre*, meliore accentu.
V. 16. Bentl. *factum simile* ex codd., numeris melioribus.
V. 18. Bentl. *iniustiust.* Codd. multi *iniustius est.*

---

tum: nam magis in culpa ille ipse est, quem laudat. — 15. *Rei dare operam.*] Non amori. *Rei dare operam.*] Quam facete poëta haec omnia falsa, et e contrario facit Demeam credere. *Ruri esse.*] Non in urbe. *Parcum.*] Non prodigum. *Sobrium.*] Non insanum. *Parcum ac sobrium.*] Contra illud: *Cur amat? cur potat?* — 16. *Nullum huius simile factum.*] Hoc cum admiratione. Micio tangitur, quasi ipsius culpa sit fratris natura. *Nullum huius simile factum.*] Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum est, et ardentibus in Micionem oculis. Et subaudiendum est *esse*, aut *invenire*. *Haec quum illi, Micio, dico, tibi dico.*] *Illi*, pro *in illum:* et *tibi*, pro *in te.* — 17. *Tu illum corrumpi sinis.*] Deest *nam;* sed ferventius ἀσυνδέτως dicitur. Et hoc *tibi* et *tu* pronuntiandum est intento digito, et infestis in Micionem oculis; nam hoc agi stomacho adversum dissimulatores solet. *Tu illum corrumpi sinis.*] Mitius modo dixit, *Sinis corrumpi:* mox vehementius dicet, *An laudi putat fore, si perdiderit gnatum?* — 18. *Homine imperito numquam quidquam iniustius.*] Miro stomacho apud ipsum de ipso tanquam apud

---

Pseud. I. 5. 4. *Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus.* Cicero, Lael. cap. I. *In eum sermonem illum incidere, qui tum fere* omnibus erat in ore. Horatius, Epist. I. 3. 9. *Quid Titius, Romana brevi* venturus in ora.

15. *Si conferendum exemplum est.*] Plautus, Poen. I. 2. 85. *Sed ubi* exempla conferentur *meretricum aliarum.* Ovidius, Metam. VII. 696. *Si faciem moresque velis* conferre *duarum.*

17. *Tibi dico.*] Ita Phaedrus, IV. 19. 18. Tibi dico, *avare, gaudium heredis tui.* Ubi *tibi* valet, *in te.* Sic idem I. 22. 10. *Hoc* in se *dictum debent illi agnoscere.* — *Tu illum corrumpi sinis.*] Ita Plautus, Bacchid. III. 3. 15. *Non sino, neque equidem* illum *me vivo* corrumpi sinam.

18. *Nunquam quidquam.*] Solent hae particulae coniungi a comicis. Ita Eun. IV. 4. 11. Adelph. IV. 1. 12. V. 4. 1. Hec. III. 5. 15. Sed et *nunquam* eleganter pro *non* usurparunt. Ita And. III. 5. 4. et saepe alibi. Plautus, Asin. III. 3. 40. *Hodie* nunquam *ad ve-*

Qui, nísi quod ipse fécit, nihil rectúm putat.
De. Quorsum ístuc? *Mi.* Quia tu, Démea, haec male iúdicas.
Non ést flagitium, míhi crede, adolescéntulum
Scortári neque potáre; non est: néque fores
Effríngere. haec si néque ego, neque tu, fécimus,
Non síit egestas fácere nos. tu múnc tibi
Id laúdi ducis, quód tum fecisti ínopia?

V. 24. Faern. et Bentl. *siit* e Bemb. Ceteri *sivit*.

---

alterum loquitur. — 19. *Nisi quod ipse fecit.*] Αὐθάδεια; hoc enim proprium rusticorum est, atque imperitorum. *Nihil rectum putat.*] Proprie *putat;* nam hoc verbum imperitorum est. Ordo est, *Qui nihil rectum putat, nisi quod ipse fecit.* — 20. *Quorsum istuc?*] Deest *pertinet*, aut *dicis*. *Quia tu, Demea.*] Id est, homo imperitus. *Haec male iudicas.*] Pari virtute haec leniter dicta sunt, qua superiora vehementer. — 21. *Non est flagitium.*] Non peccatum negat esse: sed *flagitium* non esse contendit, et ideo subindignanter pronuntiandum est: út si dicat, Scortari quidem adolescentulum, delictum est, sed non est *flagitium*. Et veniae locus non tam in facto, quam in persona est constitutus. *Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum scortari.*] Mire respondit, et oratorie, ad haec quae invidiose dicta sunt. Nam quod ait ille, *Eripuit mulierem, quam amabat:* hic *scortum* dicit; quod *irruit in aedes alienas:* quasi ex vino furens, *potare:* quod cum aliis grave propositum est, hoc solum dicendo, leve reddit, id est, *fores effringere*. *Mihi crede.*] Quasi imperito dicit, *Mihi crede*. Non enim, *Me intellige*. Quod imitatus *Cicero* sic Caecilium exagitat; *Magna sunt, mihi crede: noli haec contemnere.* Hic enim et auctoritas dicentis, et contemtus ostenditur audientis. — 23. *Haec si neque ego, neque tu, fecimus.*] Quia dixit: *Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.* — 24. *Non sivit egestas.*] Non voluntas prohibuit, sed necessitas: et ideo nulla laus. — 25. *Quod*

---

speram vivam. [*imperito* sc. rerum humanarum, qualis est rusticus Demea.]

20. *Quorsum istuc?*] Vide And. II. 2. 24.

21. *Non est flagitium.*] Loquitur ex corrupta disciplina Atheniensium et Romanorum. Vide Comment. maiorem. [Efficax et elegans negationis repetitio. Cic. pro Sull. c. 27. *non cadit, non inquam in hos mores cadit.* Phorm. II. 1. 73. *non, non sic futurum est.* Vid. Gronovius ad Liv. XXX. 14. 6.]

25. *Si esset, unde id fieret, faceremus.*] Linacer,

Iniúrium est. nam si ésset, unde id fieret,
Faccerémus. Et tu illúm tuum, si essés homo,
Sinerés nunc facere, dúm per aetatém licet:
Potiús quam, ubi te exspectátum eiecissét foras,

V. 27. Bentl. corr. *Et illum tú tuum*, invitis codd.

tum fecisti inopia?] Nota, *fecisti*, in eo quod significat, *non fecisti*. — 26. *Iniurium est.*] Quia nihil quicquam iniustius homine imperito. *Nam si esset, unde id fieret.*] Non est necessario consequens, sed probabiliter admittitur apud oratores: non enim omnes qui habent unde faciant, continuo etiam faciunt. *Unde id fieret.*] *Fieret*, producta prima syllaba. *Ennius*, *Memini me fieri pavum*. — 27. *Et tu illum tuum, si esses homo.*] Multum progressus est, accusans accusantem. — 29. *Quam, ubi te exspectatum.*] Eo rem produxit, ut ipse magis videatur consulere disciplinae, quam Demea. *Exspectatum.*] Odiosum et malae vitae. Nam filiis parentes aut amabiles sunt, aut exspectati. amabiles, boni: *exspectati*, mali: quorum mors in dies singulos exspectanda et optanda sit; nam *exspectamus* ante diem, *speramus* ad diem. Unde avidior intelligitur, qui exspectat, quam ille qui sperat. *Eiecisset foras.*] Non dixit, *amisisset*; sed, ut quiddam abiiciendum, *eie-*

Lib. IV. de Emendata Struct. dicit esse Enallagen temporis, pro, *si fuisset*, *unde id fieret*, *fecissemus*. [Imperfecto opus esse, facile apparebit coniunctivo modo in indicativum converso. Enim vero sententia haec est: *sed non erat* (non *fuit*), *unde id fieret: ergo non faciebamus*, i. e. facere solebamus cfr. *Matthiae* ann. ad Cicer. in Cat. II. 5. 3. et quos laudavit.] Quando eleganter subauditur *argentum*, cuius ellipsis frequens est in verbo *habere*. Cicero, Fam. IX. 20. *Cum in sumtum* habebas. Phaedrus, III. Prol. 21. *Curamque* habendi *penitus corde eraserim*. Ubi vide quae notavit Burm.

27. *Si esses homo.*] H. e. si saperes. Cicero, Att. IV. 15. *Si vis* homo *esse*, *recipe te ad nos*. Sed et *homo* simpliciter dicitur de homine alicuius pretii. Infra V. 8. 11. Plautus, Epid. III. 4. 57. *Pugnasti*. homo *es*. Cicero, Fam. VII. 29. *At illa nostra praedicatio quanti est*, *nos quod simus*, *quod habeamus*, *quod homines existimemur*, *id omne abs te habere*.

29. *Exspectatum.*] Explicat Donatus. Ita infra, V. 4. 20. Hec. IV. 2. 20. Quinctil. Instit. Orat. IX. 3. *Quum Proculeius quereretur de filio*, *quod is mortem suam* exspectaret, *et ille dixisset*, *se vero non* exspectare: *immo*, *inquit*, *rogo* exspectes. In quibus verbis est Antanaclasis verbi *exspectare*, quod et opperiri et et desiderare valet. Eiusmodi filium notat Ovidius, Fast. II. 625. *Cui pater est vivax*, *qui*

Alieniore aetáte post facerét tamen.
De. Prò Iúppiter! tu homo ádigis me ad insániam.
Non ést flagitium, fácere haec adolescéntulum! *Mi.* Ah!
Ausculta: ne me obtúndas de hac re saépius.
Tuum filium dedísti adoptandúm mihi:
Is méus est factus: sí quid peccat, Démea,
Mihi péccat: ego illi máxumam partém feram.

cisset. — 30. *Alieniore aetate, post faceret tamen.*] ἐπακόλουθον. Deest enim *quamvis.* Et *faceret* ultimum, magnam vim habet; nihil enim prodesset, insuper obesset, retinere ab istis filium iuvenem. *Alieniore* pro *aliena* dicens, comparativum gradum pro positivo posuit. — 31. *Pro Iuppiter!*] Tragica exclamatio est. Et bene, tanquam ipse se reprehenderet Demea, adiecit: *Tu homo adigis me ad insaniam.*] Et *tu homo* dicens, negat illi familiaritatem. — 32. *Non est flagitium, facere haec.*] Moraliter indignatio expressa est, iisdem verbis, quae frater dixerat, repetitis. — 33. *Ne me obtundas.*] Ne me saepe et moleste interpelles. Nam *obtundere*, est aliquid saepe odiose repetere. — 43. *Tuum filium dedisti adoptandum mihi.*] Mira argumentatio per ἐπαγωγήν, quae *inductio* ab oratoribus dicitur, quum per interrogationem pervenimus ad id, quod volumus, concludendum. — 35. *Is meus est factus.*] Sic progreditur, quasi confessionis genus sit, adversarium tacuisse. *Si quid peccat, Demea.*] Conclusio dubiae rei a non dubiis sumta. *Si quid peccat, Demea.*] Τῷ διασυρμῷ interposuit, *Demea:* et repetitum est, *peccat.* — 36. *Ego illi maxumam partem feram.*] Errant, qui putant *illi* esse pronomen, quum sit adverbium loci: ut, *illi mea tristia fata, Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* *Illi* ergo, *ibi,*

---

matris digerit annos. — *Eiecisset foras.*] Horatius, Sat. I. 8. 8. *Huc prius angustis* eiecta cadavera *cellis Conservus vili portanda locabat in arca.* Turnebus, Advers. XXI. 15. explicat de iis, quibus sepulturae honos non tribuebatur. Adde Ciceronem, Mil. 32.

30. *Alieniore aetate.*] Ita Plautus, Cas. III. 1. 4. *Capite cano!* aliena aetate! Cicero, Fam. III. 10. *De qua* alienum tempus *est mihi tecum expostulandi.*

33. *Ne me obtundas.*] Vide ad And. II. 2. 11.

34. *Adoptandum.*] De ritu et iure adoptandi vide Gellium V. 19.

35. *Is meus est factus.*] Loquitur more Romano, non Graeco. Vide Comment. maiorem.

36. *Mihi peccat.*] H. e. meo periculo et damno. Cicero,

Obsónat? potat? ólet unguenta? dé meo.
Amat? dábitur á me argéntum, dum erit cómmodum:
Ubi nón erit, fortásse excludetúr foras.

ubi ille peccat. Quare quidam etiam *li* syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripiunt. Et *maxumam partem* optime dicit. Non enim *universam*, quia non solus pater Aeschini est: sed *maxumam*, quia eius magis est, cuius filius coepit esse per adoptionem. *Feram.*] Sustinebo, tolerabo. — 37. *Olet unguenta?*] A summo ad imum proposita solvuntur. Et mira varietas est, *Olet unguenta:* ne diceret, *obsonat*, *potat*, *ungitur:* ne scilicet haec exercitationis palaestricae, non luxuriae dicerentur. — 38. *Amat?*] Πρὸς τὸ, *Cur amat? Dum erit commodum.*] Dare scilicet. — 39. *Ubi non erit.*] Argentum scilicet: sed *commodum dare*, subaudiendum est. *Fortasse excludetur foras.*] Hoc ita protulit, quasi dicat, nihil sibi deperiisse, si gratis forte fuerit ad amicam admissus. Et totum hoc τῷ ἐξουθενισμῷ legendum est. Et mire *fortasse* dicit, ut pater indulgens, et credens adolescentem posse etiam amari ab amica; non enim affirmavit, ut diceret, *Excludetur fo-*

Fam. II. 18. *Sin quid offenderit*, sibi *totum*, *nihil* tibi offenderit. Petronius, cap. 45. *Sed* sibi *quisque* peccat. Eadem locutio in bonam etiam partem usurpatur. Cicero, Fam. VI. 6. *Apud quem quidquid valebo vel auctoritate, vel gratia*, valebo tibi. Petronius, cap. 46. *Quidquid discis*, tibi discis. i. e. tuo bono et commodo. — *Ego illi maximam partem feram.*] H. e. si quid illic est damni, ego maxime feram. Primum *illi* dixit pro *illic*, i. e. in ea re; tum *partem* intelligit damnum. Ita Plautus, Rud. I. 3. 6. *Hanccine ego* partem *capio ob pietatem praecipuam?* demum *partem feram* ita dixit, uti infra II. 1. 74. *Ferres infortunium.*

37. *Olet unguenta?*] Ita Plautus, Mostell. I. 1. 41. *Non omnes possunt* olere unguenta *exotica.* [Locum laudat Varro de L. L. VI. 14. De structura hac: *Obsonat? — de meo*, i. e. *si obsonat*, v. Andr. I. 5, 3. Bentl. ad Horat. Sat. II. 6, 48. Grenov. Obss. IV. 20. Manut. ad Cicer. Verr. VI. 63. Drakenb. ad Liv. XXI. 10, 6. Intpp. ad Horat. Epist. I. 1, 87. I. 6, 29. Matthiae ad Cicer. pro Rosc. Am. 20. §. 55. al. St.] Martialis, III. 6. 3. *Bellus homo est, flexos qui digerit ordine crines? Balsama qui semper, Cinnama semper* olet. — *De meo.*] Sc. *id facit.* Aliter, nec minus eleganter, dixit Adelph. V. 8. 17. De de *largitor, puer.* Plautus, Bacchid. I. 1. 65. *Facere sumtum* de tuo.

38. *Dum erit commodum.*] H. e. dum libuerit. Ita Eun. III. 2. 31. et 49. Laudat Asconius Pedianus ad Cic. Verr. II. 13.

39. *Excludetur foras.*] Eun. I. 2. 18. Plautus, Mil. IV. 1. 8. *Hercle occasionem lepidam, ut mulierem* excludam foras.

Fores effrégit? réstituentur. díscidit
Vestém? resarciêtur. est, Dîs grátia,
Et únde haec fiant, ét adhuc non molésta sunt.
Postrémo, aut desine, aút cedo quemvis árbitrum:
Te plúra in hac re péccare ostendam. *De.* Heí mihi!
Pater ésse disce ab áliis, qui veré sciunt.
Mi. Natúra tu illi páter es, consiliís ego.
De. Tun' cónsulis quidquam? *Mi.* 'Ah! si pergis, ábiero.

V. 45. Bentl. *disce ab illis, qui veri sient.* Et legitur *illis* atque *sient* in aliquot codicibus.

RAL. — 40. *Fores effregit? restituentur.*] Pervenit ad praesens crimen: illa enim ante acta fuerant. — 41. *Resarcietur.*] Re abundat. — 42. *Et unde haec fiant.*] Iterum subaudiendum, *est.* *Et adhuc non molesta sunt.*] Quia non est flagitium, adolescentem scortari. — 45. *Ab aliis, qui vere sciunt.*] Superbum fuisset *a me* dicere; melius ergo *ab aliis* dictum est. — 46. *Natura tu illi pater es, consiliis ego.*] Urbane Micio *consiliis* subiunxit. Plus enim valet ad laudem *consilium*, quam *natura*. Et simul ostendit poëta verbis Micionis, qui non natura, sed affectu sit pater, nullum patrem esse sapientem: eum vero posse sine perturbatione perfrui iis quos amat, quem patrem esse consilium fecerit, non natura, hoc est, qui filium adoptaverit. Et mire, quum *natura* singulariter dixerit, pluraliter intulit, *consiliis ego.* — 47. *Tun' consulis quidquam?*] Apertior contumelia: et ideo sequitur denuntiatio discedendi. *Tun' consulis quidquam?*] Quia dixit, *Consiliis ego pater sum:* a coniugatis argumentatus respondit, *Tun' consulis quidquam?* quia a consulendo *consilia* dicuntur et *consultores.* *Si pergis, abiero.*] Ut, *donec me flumine vivo Abluero.* *Si pergis, abiero.*] Ἀρχαϊσμὸς, pro *abibo.* Et hoc gestu abeuntis, vel abituri pronuntiatur. —

---

40. **Discidit vestem.*] Eun. IV. 3. 4. Sed vide Comment. Maiorem. [*Broukhus.* ad Tibull. p. m. 203. n. 60. — Observes hyperbaton, pro *Et est unde* h. f. St.]

44. *Te peccare ostendam.*] Attius, Myrmidonibus: *Ego me non peccasse, plane ostendam, aut poenas sufferam.*

46. *Natura tu illi pater es.*] Ita infra V. 7. 4. Cicero, Philipp. III. 6. *Cuius etiam* natura pater, *si vita suppeditasset, Consul factus esset.* [*abiero* i. e. statim me hinc profectum videbis. v. Matthiae *de usu futuri exacti* part. posterior. St.]

48. *Siccine agis?*] Ita Eun. I. 2. 19.

De. Siccíne agis? *Mi.* An ego tóties de eadem re
aúdiam?
De. Curae ést mihi. *Mi.* Et mihi cúrae est. verum, Démea,
Curémus aequam utérque partem: tu álterum,
Ego item álterum. nam ambós curare, própemodum
Repóscere illum est, quém dedisti. *De.* Ah! Mício.
Mi. Mihi síc videtur. *De.* Quíd istuc? tibi si istúc
placet;
Profúndat, perdat, péreat! nihil ad me áttinet.
Iam sí verbum unum pósthac — *Mi.* Rursum, Démea,

V. 51. Bentl. corr. *Nam cúrare ambos prop.* ne *ambos* accentum in ultima ferat neve *trochaeus* in sede penultima sit.

V. 53. Bentl. corr. *si istuc tibi placet*, ex uno cod., ut melior sit accentus. Praeterea multi codd. *Quid istic?* quae est formula concedentis. v. ann. ad Act V. Sc. 8. v. 31. Recepit Bentlei.

V. 55. Bentl. ex codd. *si verbum ullum.*

---

48. *Siccine agis?*] Recte, quia iam abibat: quasi revocantis correptio est. *An ego toties.*] Hoc conversum intelligas dicere. *Audiam?*] Deest *te:* sed exprimere durum fuit. Et hoc est, *obtundere.* — 49. *Curae est mihi.*] Aeschinus scilicet. — 50. *Curemus aequam uterque partem.*] Proprie *uterque* et *aequam*, quasi particeps fratris. — 51. *Propemodum.*] Nisi addidisset *propemodum*, falsa videretur esse sententia. — 52. *Ah! Micio.*] Religiose commotus est; ac veluti incusatio est perfidiae. Et ideo exclamat dolens, et transit in iracundiam concessionemque, quae ἐπιτροπὴ dicitur. — 53. *Mihi sic videtur.*] Rationabiliter non *Est sic* dixit, sed *Sic videtur:* non vult enim verum esse. *Quid istuc?*] Deest *loquor* aut *resisto:* nam proprie significatio est, de sententia sua decedentis. — 54. *Profundat, perdat.*] Ἐπιτροπὴ figura. *Virgilius: I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas. Profundat, perdat, pereat!*] Haec sic pronuntianda sunt, ut ostendatur gestu, nolle quod loquitur. — 55. *Si verbum unum posthac.*] Ἀποσιώπησις. Deest, *tibi fecero*, aut tale huiusmodi. *Rur-*

---

49. *Curae est mihi.*] Sc. Aeschinus. Ita infra, IV. 5. 46. V. 6. 6.

53. *Quid istuc?*] Vide ad And. III. 3. 40.

54. *Profundat.*] Citat Servius, ad Virg. Aen. IV. 381. Cicero, Cluent. 25. *Quam cum pecuniam* profudisset. Sallustius, Catil. 20.

irascere? *De.* An non crédis? repeton' quém dedi?
Aegré 'st: alienus nón sum. si obsto — hem! désino.
Unúm vis curem? cúro: et est Dîs grátia,
Quom ita, út volo, est. isté tuus ipse séntiet
Postérius. nolo in íllum gravius dícere.

Mi. Nec níl, neque omnia haéc sunt, quae dicít; tamen

sum.] Quasi mirans, *rursum irasceris?* — 56. *An non credis?*] Irasci scilicet. *Repeton' quem dedi?*] Rusticani stomachi est repetere semper verba, quae invitus alius audierit. *Repeton' quem dedi?*] Minus erat, si *Aeschinum* diceret: sed plus est, *Quem dedi.* — 57. *Aegre est.*] Quasi dictum sit, *Quid ergo loqueris? quia aegre est. Cur aegre est? quia alienus non sum. Alienus non sum.*] Mire *alienus non sum:* quasi timeat iam dicere, *pater sum. Alienus non sum.*] Satis cum stomacho, quasi dicat, si patrem me esse iam non licet, *alienus non sum.* — 59. *Iste tuus.*] Memoriter *iste tuus*, ad illud quod dixerat, *meus est factus. Iste tuus, ipse sentiet posterius.*] Quantus sis, quantumque eum ames: hoc est, ut decipiatur per indulgentiam tuam. *Ipse sentiet.*] *Sentire* multi pro malo posuere, ut ipse alibi, *sit rogas? Sensi. nam unam ei coenam atque eius comitibus Dedi.* — 60. *Posterius.*] Etenim Demea satis hoc grave existimat dictum in eum, qui non provideat in futurum: et arctius, quia pater est. *Nolo in illum gravius.*] Scilicet quam hoc. — 61. *Nec nihil.*]

---

illis divitias superare, quas profundant *in exstruendo mari, et montibus exaequandis.* — *Nihil ad me attinet.*] Ita And. I. 2. 16. Heaut. I. 1. 24.

57. *Aegre est.*] Ita Hec. II. 1. 30. III. 5. 65. Phorm. I. 3. 7. et 10. Plautus, Cap. I. 2. 26. Aegre est mihi, *hunc facere quaestum carcerarium.*

59. *Ut volo.*] H. e. ut opto. Ita And. I. 1. 138. III. 3. 18. et saepe alibi. Plautus, Merc. I. 1. 93. *Omnes*, ut volui, *vendidi ex sententia.* Cicero passim. — *Iste tuus.*] Cum contemtu et odio haec reponit verbis Micionis, supra versu 35. *Is meus est factus.* Ovidius, Amor. I. 8. 57. *Ecce, quid* iste tuus *praeter nova carmina vates Donat!* Vide Donatum ad Eun. I. 2. 112. — *Sentiet posterius.*] Comminandi formula. Ita Eun. I. 1. 21.

60. *Nolo in illum gravius dicere.*] Formula cohibendi iracundiam. Vide And. V. 2. 8. Cicero, Philipp. I. 11. *Ne gravius quippiam dicam.* Fam. I. 7. *Graviori enim verbo uti non libet.* Utitur autem hac formula Demea, quod crederet, parentum diras non esse irritas.

61. *Nec nihil, neque omnia haec sunt, quae dicit.*]

Nonníl molesta haec súnt mihi: sed osténdere,
Me aegré pati, illi nólui: nam itá 'st homo;
Quum pláco, advorsor sédulo, et detérreo.
Tamĕn víx humane pátitur: verum si aúgeam,
Aut étiam adiutor sím eius iracúndiae,
Insániam profécto cum illo. etsi Aéschinus

Nec nihil et *nonnihil* nota figura est, conveniens placidissimo seni, qui in reprehendendo adolescente moderatus est. *Nec nihil.*] Apparet Terentium favere lenissimis patribus: unde subiecit etiam rationem facti Micionis. *Neque omnia haec sunt, quae dicit.*] Bene a Micione hoc dicitur: quia indulgentioris est, plura scire: et supra dixit, *Ea ne me celet, consuefeci filium.* Et hic sensus est: *Nec contemnenda sunt quae dicit, nec omnia dicit tamen.* Hoc est, *Non sola sunt quae dicit, sed multa alia.* Et ordo est, *Neque tamen haec quae dicit, sunt omnia.* — 62. *Nonnihil molesta.*] Placidissime *nec nihil* dixit: et *nonnihil* maluit repetere, quam vehementer iracundiam demonstrare. Est enim altera *διπλότης*. *Nonnihil molesta haec sunt mihi.*] Optime poëta Micionem fecit commotum: ne, si omnino immobilis esset, non indulgere adoptivo filio, sed omnino eum non curare videretur. Ergo sic in eum servat placidum animum, ut tamen retineat patris affectum. *Sed ostendere, me aegre.*] Constat ergo, *aegre pati;* nam aliter non erat parens. — 63. *Illi.*] Demeae scilicet. Aut *illic*, id est, ibi, ubi Demea litigabat. *Nam ita 'st homo.*] *Homo* dixit moraliter: sic enim de iis dicimus, quos parce reprehendimus; ut alibi, *Ut homo est, ita morem geras.* — 64. *Quum placo.*] Id est, quum volo placare. — 65. *Verum si augeam.*] Argumentum a contrario; nam *placere* contrarium est irritantibus augentibusque iracundiam. — 66. *Aut etiam adiutor sim eius iracundiae.*] *Σύλληψις.* Nam a genitivo casu accusativus assumtus est. — 67. *Etsi Ae-*

Ita Eun. II. 1. 15. *Nihil dicis.* Eodem fere sensu dixit Phorm. V. 6. 34. *Aliquid credito esse.* [Ceterum inde ab hoc versu Micio solus loquitur, ut proprie nova scena hinc fuerit exordienda. St.]

63. *Ita 'st homo.*] Vide ad And. V. 4. 16.

64. *Quum placo, advorsor sedulo, et deterreo.*] Quasi ὀξύμωρον est. Ita Plautus, Trin. III. 2. 46. *Ille qui aspellit, is compellit: ille qui consuadet, vetat.* [Sententia haec est: *si eum volo placare, oportet me ei adversari, quia obsequio magis etiam iracundus fit.* St.]

65. *Humane patitur.*] H. e. moderato animo. Cicero, Tusc. II. 27. *Morbos toleranter, atque* humane ferunt. Att. I. 2. *Sin aliter acciderit,* humaniter feremus. Vide Heaut. I. 1. 47.

Nonnullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic nón amavit méretricem? aut cui nón dedit
Aliquid? postremo, núper (credo, iam ómnium
Taedébat) dixit vélle uxorem dúcere.
Sperábam iam deférvisse adolescéntiam.

schinus nonnullam in hac re.] Rursus δειλότης, ut sit mitis reprehensio: et hoc ipso gravis; nam *etsi*, et *nonnullam nobis*, temperamento sunt posita. — 69. *Quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit aliquid?*] Ἦθος ὑπερβολῆς. *Quam non*, et *cui non*. Ea tamen haec sunt, ut non gravi sono accusationis proferantur; sed solam reprehensionem contineant. *Aliquid* vero admirantis est. Quod addidit *meretricem*, ostendit Micionem hoc solum adhuc scire: nihil autem de vitiata virgine. *Quam hic non amavit meretricem?*] Et hoc cum venia et defensione; nam colere meretricem non est flagitium. Et simul etiam vitiatae virginis adhuc ignarus ostenditur Micio. *Aut cui non dedit aliquid?*] *Aliquid* dicendo, praetermisit vel meretricem vel numerum. — 70. *Credo, iam omnium taedebat.*] Παρένθεσις χρεία. Etenim addimus ad ea quae apud nos parum certa sunt, aut *credo*, aut *puto*. — 71. *Dixit velle uxorem ducere.*] Mirum est apud Terentium, quum etiam per nescias personas indicet argumenta; nam quum Micio nesciat amari ab Aeschino civem virginem: tamen dicit, *Credo, iam omnium taedebat*, et, *dixit se velle uxorem ducere.* Sic ex parte magna ostendit nescius argumentum: ideo quia verisimile est, amantissimum Aeschini Micionem omnes scire affectus adolescentis et consuetudines. Et apparet praeterea, conatum ex parte fateri vitiatum amore Aeschinum, et pudore impeditum, tantum hoc dixisse, quod honeste potuit, velle se uxorem ducere: quam autem vellet, tacuisse confusum. — 72. *Sperabam iam defervisse adolescentiam.*] Recte *sperabam* pro *gaudebam*: sic enim dicimus, quum errasse nos cernimus. Et mire; non dixit, *Sperabam illum iam corruptum*: sed mitis senex totum aetati attribuit, nihil filio. *Defervisse adolescentiam.*] Servat propositum circa aetatis veniam. *Defervisse.*] Quasi deorsum a fervore tenuisse.

68. *Nobis facit iniuriam.*] Ita Heaut. III. 3. 4. Infra II. 1. 8. Hec. II. 2. 14. Phorm. II. 3. 2. Plautus passim.

72. *Defervisse adolescentiam.*] H. e. fervere desiisse. Infra IV. 1. 18. Cicero, Coel. 18. *Quorum cum adolescentiae cupiditates defervissent, eximiae virtutes, firmata iam aetate, extiterunt.* Idem de Senect. 13. *Erat quidam fervor aetatis.* Florus, de populo Romano, I. 22. 1. *Exarsit ac ferbuit.* Metaphora ab aestu et fervore maris translata.

Gaudébam. ecce autem de íntegro! nisi, quídquid est,
Volo scíre, atque hominem cónvenire, si ápud forum est.

Legitur et *desaevisse.* — 73. *Ecce autem de integro! nisi, quidquid est.*] Ἀποσιώπησις prima: quia non vult credere. *Nisi; quidquid est.*] Deest, *quia:* ut sit, *nisi quia.* Et est sensus, *Nisi quia non temere credo; et volo scire quidquid est.*

---

73. *De integro.*] Vide And. Prol. 26. — *Nisi quidquid est.*] Ita Eun. III. 4. 20. [In his post *nisi* locum habet aposiopesis. Nam sententia haec est: *nisi forte res paulo aliter habet! sed quidquid est* etc. St.]

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

SANNIO. AESCHINUS. PARMENO.

Sa. Obsecro! populáres, ferte místero atque innocénti auxilium!
Súbvenite inopi! *Aes.* Otiose núnc iam illico híc consiste.

1. *Obsecro! populares.*] Popularitas *in omnis rei consortium sumitur, nunc autem populares cives dicit. Et hoc est, quod veteres* quiritari *dicebant, Quirites conclamare. Obsecro! populares, ferte misero atque innocenti auxilium!*] Hic exemplum est contumeliosi per potentiam divitis, et in perniciem suam pauperis contumacis. *Misero atque innocenti auxilium! Subvenite inopi!*] Tria sunt, *Miser, Innocens, Inops.* — 2. *Sub-*

---

1. *Obsecro! populares.*] Locus hic expressus e Plauto, Rud. III. 2. 1. *Proh, Cyrenenses* populares! *vestram ego imploro fidem, Agricolae, accolae, propinqui qui estis his regionibus,* Ferte opem inopiae. Vide Comment. Maiorem.

2. *Otiose nunc iam illico hic consiste.*] Alloquitur

Quid respectas? nil pericli est: núnquam, dum ego adero, híc te tanget.

Sa. Ego istam invitis ómnibus —

Aes. Quamquam ést scelestus, nón committet hódie unquam, iterum ut vápulet.

Sa. Aéschine, audi: né te ignarum fuísse dicas meórum morum;

venite inopi!] Vide quam posteriora vehementiora sunt ad incendendum populum; primo, *miserum:* post, *innocentem:* ad ultimum, *inopem* posuit. Et primo, *ferte auxilium:* post, *subvenite.* Et totum hoc principium a benevolentia sumitur: quae comparatur ex invidia potentiae Aeschini; nam, contraria in Aeschino esse, intelligi. *Otiose nunc iam.*] *Otiose*, *secure* significat. Nam nisi qui securus est, *otiosus* non est. *Otiose nunc iam illico hic consiste.*] Simul imperavit modum, tempus, locum, factum; modum, *otiose:* tempus, *nunc:* locum, *hic:* factum, *consiste.* Nam iam et *illico* alterum tempori adiungitur, alterum loco. At *consistere* est audacter et constanter stare, ut, *Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.* *Illico.*] Modo locum, non tempus significat. — 3. *Nunquam.*] Pro *non.* *Virg.* *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* — 4. *Ego istam invitis omnibus.*] Bona ἔλλειψις. Nemo enim plene loquitur, qui luctatur. *Istam invitis omnibus.*] Deest *abducam.* — 5. *Quamquam est scelestus, non committet.*] Ἀνακόλουθον primum: nam quum praeposuisset *quamquam*, non subiecit *tamen.* *Committet.*] Perficiet: sed hoc proprie de illicitis et puniendis facinoribus dicimus. Et simul hic ostendit comicus adolescens cedere se lenoni, invitum se noxam intulisse: et id quod fecerit, fecisse lenonis culpa, non sua. *Iterum ut vapulet.*] Mire iter poëta priorem litem sustulit, dicendo *iterum:* ut non eadem lis esset, de qua supra Demea questus est: sed instaurata nascatur. — 7. *Leno ego sum.*] *Leno*, terribiliter pronuntiandum est: quasi dicat, *cui supplex eris.* Sed ex argumento est, quod contemnit Ae-

---

Citharistriam, quam ex aedibus lenonis eripuerat; et quae identidem respectans timebat periculum a Sannione. Phaedrus I. 25. 6. *Quamlibet lambe otio.* Vide And. V. 1. 6.

5. *Iterum ut vapulet.*] Vapulaverat igitur iam intus in ipsis aedibus. Quo spectant Demeae verba, supra, I. 2. 8. seqq. [Verbo *committere* saepe Cicero utitur in rebus, quae vel reprehensione vel poena aliqua dignae sunt. Cic. de Offic. III. 2. *neve committas, ut tute tibi defuisse videare.* ad Att. I. 6. *non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.*]

7. *Leno ego sum.*] Pronuntiandum hoc cum fiducia et gravitate

Léno ego sum. *Aes.* Scio. *Sa.* 'At ita, ut usquam fuít fide quisquam óptuma.
Tú quod te postérius purges, hánc iniuriám mihi nolle
Fáctam esse, huius non fáciam. crede hoc; égo meum ius pérsequar:
Néque tu verbis sólves unquam, quód mi re male féceris.

schinus minas lenonis: utpote qui iam uxorem decreverat ducere. *Scio.*] Hoc sic respondit, quasi in lenone imminutio capitis tantum consisteret. *Fide quisquam optuma.*] *Fides* in concipiendis comminationibus: nam *denuntiatio* comminantis est. — 9. *Huius non faciam.*] Figurate ergo. *Quod te purges*, id est, purgationem tuam. *Huius* autem δεικτικὸν est. Aut enim stipulam, aut floccum moverat, aut summum digitum. *Huius non faciam.*] *Cicero: Ne tantulum quidem commotus est. Ego meum ius persequar.*] Hoc est lenonium. *Meum ius.*] Meam libertatem. *Meum ius.*] Meam vindictam. Nam ut illa *iniuria* est, quae fit innoxio: ita *ius vindicta* illa, quae redditur reo. *Persequar.*] Ulciscar. *Cicero: Tu dum tuas iniurias per te, id quod non potes, persequi conaris.* — 10. *Neque tu verbis solves unquam, quod mihi re male feceris.*] Νομικῶς. Et *solves*, lues, persolves, id est, satisfacies, ac te purgabis. *Re male feceris.*] Acuendum est *re*, et significanter proferendum. Ibi enim est sententia. Et plus dixit, *re male feceris*, quam *iniuriam feceris.* — 11. *Novi ego vestra haec.*] Ἔλλειψις: deest enim *verba*. *Iusiurandum dabitur.*] Hoc est, iurabimus te esse indignum cui iniuria fiat hu-

---

quadam. Quum enim lenonum quaestus reipublicae multum lucri afferret, leges publicae, ut fit, iis valde opitulabantur. Quocirca Sannio Aeschino ita comminatur, ut eum commonefaciat se esse lenonem. [Rectius Donatus.]

8. *Quod te posterius purges.*] Ita Hec. V. 1. 16. Plautus, Aul. IV. 10. 23. *Non mihi homines placent, qui, quando male fecerunt*, purgitant.

9. *Meum ius persequar.*] Plautus, Capt. III. 1. 32. *Nunc barbarica lege certum est* ius meum *omne* persequi. Cicero, pro Caecina, 33. *Et lege agant, et* ius suum persequantur. [*Huius non faciam.* Intelligendum est, eum vel stipulam vel floccum vel summum digitum ostendisse. Vid. Casaubon. ad Athen. XII. 7. p. 841. et Bentleius ad II. 2. 15. [cf. Ramshorn. Gr. Lat. p. 186. not. 1.] — *Nollem factum.* Solennis satisfaciendi formula. Liv. XXIX. 19. *quas iniurias sibi factas quaererentur, eas neque senatum, neque P. R. factas velle.* Vid. Torrent. ad Sueton. Caes. c. 73.

10. *Neque tu verbis solves unquam.*] De oppositione inter *verba* et *res* vide ad Heaut. IV. 1. 23. et Phorm. V. 7. 80.

Nón ego vestra haec: „nóllem factum;“ „iusiurandum dábitur, te esse
índignum iniuria hác;“ indignis quum égomet sim acceptús modis.
Aes. 'Abi prae strenue, ác forem aperi. *Sa.* Céterum hoc nihíl facis.
Aes. I íntro nunc iam. *Sa.* 'At enim non sinam. *Aes.* 'Accede illuc, Pármeno;
Nimium istóc abísti; hic propter húnc adsiste. hem! síc volo.

V. 12. Prima voc. *Indignum* syllaba ad praecedentem versum referenda. Octonariam plenum semper excipit trochaicus. Sed aliter de his versibus iudicavit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 174. Pro *forem* ante Bentl. erat *fores*.

---

iusmodi. Aut separatim, *iusiurandum dabitur*: et separatim, *te esse indignum iniuria hac*. Et sic melius. Verba enim satisfaciunt, quum res colligitur in generalibus causis; nam saepe irae ac lites iureiurando sunt terminatae. — 12. *Indignum iniuria hac.*] Comice *indignum* et *indignis*. — 13. *Abi prae strenue.*] Aut *abi prae*, id est, prior: aut *abi prae*, id est, praei: ut, *I prae, sequar*. Aut *praestrenue*: ut, *praedivitis urbe Latinum*. *Abi prae strenue.*] Magna contemptio minarum lenonis, non respondisse Aeschinum ad ea, quae dixerat. *Ceterum hoc nihil facis.*] *Nihil* pro *non*; legitur et *nihili*. — 14. *At enim non sinam.*] *Enim* inceptiva particula apud veteres fuit: sed et convenit perturbationi. — 15. *Nimium istoc abisti.*] Quasi ex

---

11. *Nollem factum: iusiurandum dabitur, te esse indignum iniuria hac.*], Mimesis verborum iuventutis Atticae. Locum hunc imitatus Livius, XXIX. 19. *Locrensibus coram senatum respondere, Quas iniurias sibi factas quererentur, eas neque senatum, neque populum Romanum factas velle.* Pacuvius, incerta Tragoedia: *Sanctiora adigis iura iuranda, quibus cotidie Parvae noxae extergeantur.*

12. *Indignis quum egomet sim acceptus modis.*] Ita Eun. IV. 4. 43. Plautus, Menaechm. V. 1. 7. *Adibo, atque hominem accipiam, quibus dictis meret.* Rud. I. 2. 59. *Deludificavit me ille homo indignis modis.*

13. *Hoc nihil facis.*] Qui frustra sunt, et inanem sumunt operam, *nihil facere*, *nihil agere* dicuntur. Infra, V. 8. 12.

14. *At enim.*] Vide Donatum ad Phorm. V. 7. 90.

15. *Propter hunc adsiste.*] Vult Parmenonem adsistere iuxta Sannionem. Plautus, Mil. I. 1. 6. *Stat propter virum.*

Cáve nunc iam oculos á meis oculis quóquam demoveás tuos:
Ne móra sit, si innueró, quin pugnus cóntinuo in mala haéreat.
***Sa.* Istúc volo ergo ipsum éxperiri. *Aes.* Hem! sérva. omitte múlierem.**
***Sa.* O fácinus indignúm! *Aes.* Geminabit, nisi caves. *Sa.* Hei míseriam!**
***Aes.* Non ínnueram: verum ín istam partem pótius peccató tamen.**

V. 17. *innuerim* Faërn. et Bentl. ex codd.
V. 19. Bentl. *o facinus miserandum*, ut Phorm. V. 9, 19. Codd.

---

contumacia lenonis appareat, quod multum abierit. *Propter hunc.*] Iuxta hunc, ut *Virgilius*, *templum de marmore ponam Propter aquam.* *Hem! sic volo.*] Mire comicus ex alterius verbis, quid faciat alter, ostendit. — 17. *Quin pugnus continuo.*] *Pugnus* a *pugna* dictus; aut ab illo *pugna*. *Pugnus continuo.*] Id est, vestigium litigantis. — 18. *Istuc volo ergo ipsum experiri.*] Expresse ostendit pauperioris loquacem contumaciam usque ad pericula caedis. *Istuc volo ergo ipsum experiri.*] Hoc illo dicente, servus lenonem verberat. *Hem! serva.*] Nescias cui dicat haec Aeschinus, an lenoni, an servo: sed servo magis est verisimile. — 19. *Geminabit, nisi caves.*] Hoc comminantis est, non iubentis ferire, sed quia longe stat Parmeno, *gemina* putavit dictum. Et *geminabit*, subaudiendum est *plagam*. *Geminabit, nisi caves.*] Non singularem pugnum et unum dabit, sed *geminabit*; quasi dicat, *geminato duplicatoque numero inferet.* *Hei misero mihi!*] Leno pulsatur. — 20. *Non innueram.*] Convenienter

---

16. *Oculos a meis oculis quoquam demoveas.*] Ita Plautus, Pseud. III, 2. 69. *Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis: Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul.* [*Oculos demovere* dicendum est, non *dimovere*. Nam *demovere* est deiicere, amovere, avertere; *dimovere* est rem ita movere, ut in diversas partes abeat.]

17. *Si innuero.*] Ita Plautus, Rud. III. 4. 26. *Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exoculassitis.* — *Pugnus in mala haereat.*] Plautus, Rud. III. 4. 5. *Pugnum in os impinge.*

18. *Hem, serva.*] Haec Aeschinus ad Parmenonem, q. d. hoc age; me intuere. Sed et verberantium formula erat. Plautus, Pers. V. 2. 29. *Hem! serva rursum.* [*Serva* i. e. habe tibi hunc colaphum.]

20. *In istam partem potius peccato.*] Recte explicat

I nunc iam. *Sa.* Quid hoc rei est! regnumne, Aéschine, hic tu póssides?
Ae. Si pósiderem, ornátus esses éx tuis virtútibus.
Sa. Quid tibi rei mecum 'st? *Aes.* Nîl. *Sa.* Quid? nostin' quí sim? *Aes.* Non desídero.

miserum. Pro *Hei miseriam* Faërnus dedit invitis codd. *Hei misero mihi.* Ita versus iusto longior evadit.

---

poëta avidiorem Parmenonem malefaciendi inducit, quum supra dominum invitum ostenderet cogi ad inferendam iniuriam. *In istam partem potius peccato.*] Ut verberes non iussus potius, quam iussus non verberes. — 21. *Nunc iam.*] Duae partes istae sunt. Et bene *iam*, quia sero, et post plagas. Et utrum hoc lenoni, ut abeat, an puellae, ut introeat, dicitur? sed facetius est, si lenoni intelligas dici: quasi hoc factum sit quod voluerit: et quasi venerit ut vapulet. Et *iam* etiam tarditatis incusatio est. Ut, *Virgilius; Iam melior, iam, diva, precor.* *Regnumne, Aeschine.*] Invidiosa moraliter exclamatio, et ardentior ad plagas. *Regnumne, Aeschine, hic tu possides?*] Bene *hic*, id est, Athenis, ubi gravius crimen est dominari velle. Nam tyranni ibi semper oppressi sunt, et maxime a proximis. — 22. *Si possiderem.*] Ἠθικὴ εἰρωνεία contemnentis in invidiam. *Ornatus esses ex tuis virtutibus.*] Cito ostendit, quam a se longe sit *regnum*, qui dixerat *ornari* potuisse lenonem. *Ex tuis virtutibus.*] Sic veteres per εἰρωνείαν *virtutes* pro flagitiis dicebant. Lucilius, *Animo ac virtutibus.* — 23. *Quid tibi rei mecum 'st?*] Hoc, quia verberatus est, dicit,

---

Donatus. Imitatus Cicero, pro Roscio Amer. 20. In eam partem potius peccant, *quae est cautior.*

21. *I nunc iam.*] Dubium, utri dicatur, puellae an lenoni; quem potest irrisisse Aeschinus. Ita Plautus, Cistell. II. 3. 79. I nunc iam *istuc, quo properabas.* Virgilius, Aen. IX. 634. *I, verbis virtutem illude superbis.* — *Regnumne hic tu possides?*] Non minus Athenis, quam Romae *regis* et *regni* appellatio odiosa erat. Ita Phorm. II. 3. 58. Sallustius, Iug. 31. *Impune quaelibet facere id est regem esse.*

22. *Ornatus esses ex tuis virtutibus.*] Quia regum est, ornare duces et milites ex virtutibus suis. Plautus, Capt. V. 3. 20. *Sed, eccum, incedit huc* ornatus *haud* ex suis virtutibus. Aliter Heaut. V. 1. 77. [Interpretare: *so solltest du geehrt sein nach deinen Verdiensten.* St.]

23. *Quid tibi rei mecum 'st?*] Valet vel, *Quid tibi mecum*

Sa. Tetigin' tui quidquam? *Aes.* Si áttigisses, férres infortúnium.
Sa. Qui tíbi magis licet meam habere, pró qua ego argentúm dedi?
Respónde. *Aes.* Ante aedés nón fecisse, erit mélius, hic convícium:
Nam sí molestus pérgis esse, iam íntro abripiere, átque ibi

V. 25. Bentl. corr. *Qui tibi meám magis licet habere.*

ut sit, *Quid tibi debeo?* non quia nihil sibi debeatur. *Nihil.*] Facete; quia ipse abstulit, et *nihil* vult a se repeti. *Quid? nostin' qui sim?*] Proprie; sic enim dicit, qui nihil quidquam debet, *Non me novit:* non quod ignoretur, sed quod in iure non cernatur. — 24. *Si attigisses.*] Plus dixit *attigisses*, quam *tetigisses*. Est enim multo maius *attingere*, quam *tangere*. — 25. *Qui tibi magis licet.*] Hic non tam ratiocinatio est, quam exclamatio per dolorem. *Qui tibi magis.*] *Si mihi,* inquit, *non licet attingere tuam: cur tibi licet meam, non tangere, sed habere?* Et *habere*, utrum domi in consuetudine: an corrumpere, id est, stuprare intelligimus? *Meam habere, pro qua ego argentum dedi?*] *Meam* suffecerat: sed magna moralitate additum, *pro qua ego argentum dedi*, ad vociferationem. Simul esse ostendit lenó quod repetat. — 26. *Ante aedes non fecisse, erit melius, hic convicium.*] Non erat quod ad haec iuste responderet. Et ideo sic respon-

---

negotii est? Uti Heaut. I. 1. 3. et Plautus, Menaechm. II. 2. 48. *Quid tibi mecum est rei?* vel, uti Donatus explicat, *Quid tibi debeo?* Ita Heaut. IV. 4. 20.

24. *Ferres infortunium.*] Ita Iuvenalis, XIII. 105. *Ille crucem sceleris pretium tulit; hic diadema.*

26. *Responde.*] Ita solent, qui indignantes quid rogant. Eun. IV. 7. 22. Phorm. II. 1. 25. — *Erit melius.*] H. e. auctor tibi sim. (*Ich möchte dir rathen.*) Sed comminantium est. Lucilius, XXVIII. *Tu, qui iram indulges nimis, manus abstinere a muliere melius est.* Ad eundem fere sensum Horatius, Carm. I. 2. 21. *Audiet cives acuisse ferrum, Quo graves Persae melius perirent.* Livius, III. 48. *Proinde quiesse melius erit.* [Venusta formula est et consilium dantis et simul minantis. Plaut. Men. V. 2. 51. *Melius sanam est, mulier, mentem sumere.* Horat. Serm. II. 1. 46. *Melius non tangere clamo.* Liv. III. 41. *Non erit melius, inquit, nisi de quo consulimus, vocem misisse.* ubi vid. Gronovius.] — *Convicium.*] Dicitur proprie quasi *convocium* de clamore multorum. Phaedrus, I. 6. 4. *Clamorem ranae sustu-*

Usque ád necem operiére loris. *Sa.* Lóris, liber?
Aes. Sic erit.
Sa. O hóminem impurum! hiccíne libertatem áiunt aequam esse ómnibus?
Aes. Si sátis iam debacchátus és, leno, aúdi, si vis, núnc ïam.
Sa. Egon' débacchatus sum aútem, an tu in me? *Aes.* Mítte ista, atque ad rém redi.

V. 30. Bentl. ex quinque codd. *Si sátis iam débacchátus, leno, es, audi, si vis, nunc ïam*, ne *leno* in thesi occultetur.

---

det, ut *convicium* dicat, quod verum est. — 28. *Loris, liber?*] *Lora* apud veteres *laura* dicebantur, a lauro triumphorum: sub qua mos erat captivos vinciri, ducique per pompam; ideo autem, ut conditionis reminiscantur, loris caeduntur mancipia. Nam *mancipia* dicuntur, quod manu capta sunt: *servi*, qui servati sunt, quum eos occidi oporteret iure belli, unde *Virgilius* sic inducit captivum rogantem, *Per patrios manes, per spes surgentis Iüli, Te precor, hanc animam serves natoque patrique.* — 29. *O hominem impurum!*] Sic veteres *impurum* generaliter pro improbo ponebant: ut in eadem hac fabula, *Persuasit ille impurus, sat scio.* *Hiccine libertatem.*] Scilicet Athenis. *Aequam esse omnibus?*] Quasi diceret, *ubi non est*, quando Aeschinus loquitur. Et bene *omnibus:* ut ne lenones quidem videantur excepti. — 31. *Mitte ista, atque ad rem redi.*] Superbe adolescens maleficium non putat lenonis esse purgandum. *Ad rem* autem, ad negotium de quo agitur, dicit. —

---

lere ad sidera. Convicio *permotus quaerit Iupiter Causam querelae.* Inde contumelia et maledictum. Plautus, Bacchid. IV. 8, 33. *Ut ne clamorem hic facias, neu* convicium.

28. *Operiere loris.*] Florus, III. 16. 7. *Fustibus saxisque coopertum.* Vide Comment. maiorem.

29. *O hominem impurum!*] In conviciis erat *impuri* et *impurati* hominis appellatio. Infra, III. 3. 6. Phorm. V. 7. 93. Plautus, IV. 8. 43. *Quid nunc*, impure, *numquid debetur tibi?* Contra mediocriter laudantis formula, *haud impurus.* Eun. II. 2. 4. Heaut. IV. 1. 16. — *Libertatem aequam omnibus.*] Explicat Cicero, Offic. II. 23. *Eaque est summa ratio et sapientia boni civis, commoda civium non divellere, atque omnes* aequitate *eadem continere.* Livius, III. 31. *Communiter legumlatores et ex plebe et ex patribus, qui utrisque utilia ferrent, quaeque* aequandae libertati *essent, sinerent creari.*

30. *Debacchatus.*] Ita Suetonius, Ner. 29. *Et cum affatim desaevisset, conficeretur.*

Sa. Quam rém? quo redeam? *Aes.* Iámne me vis dícere ĭd, quod ad te áttinet?
Sa. Cupio: aéqui modo aliquíd. *Aes.* Vah! leno iníqua me non vólt loqui.
Sa. Lenó sum, fateor; pérnicies commúnis adolescéntium;
Periúrus, pestis: támen tibi a me núlla orta est iniúria.
Aes. Nam hercle étiam hoc restat. *Sa.* 'Illuc, quaeso, rédi, quo coepisti, Aéschine.
Aes. Minís viginti tu íllam emisti; quaé res tibi vortát male!

V. 35. Bentl. accentus caussa corr. *núllast órta iniúria.* ut est in duobus codicibus.

---

32. *Quam rem?*] *Quam abduxisti?* *res* enim pecunia intelligitur: vel id pro quo pecunia danda est. *Quo redeam?*] Ad, *quam evertisti domum?* quia, *fores effregit, atque in aedes irruit alienas.* *Quod ad te attinet?*] Quod tibi prodest, et commodum est. — 33. *Cupio.*] Ille, *vis*, dixit: hic *cupio*. *Aequi modo aliquid.*] Subaudiatur *dicas*. *Vah! leno iniqua me non volt loqui.*] Nomen sacrilegum et iniustum *leno* iniquitatem agitat, iustitiae patrocinatur. Hoc totum εἰρωνικῶς pronuntiandum est. — 34. *Leno sum.*] Figura συγχώρησις. — 35. *Orta est iniuria.*] *Orta*, coepta. — 36. *Illuc, quaeso, redi, quo coepisti, Aeschine.*] Figurate: rectum enim erat, *unde coepisti*, nisi forte *quo* pronomen est modo accipiendum, ut sit, *a quo*. Et bene memor est, dixisse Aeschinum, *Omitte ista, atque ad rem redi.* — 37. *Quae res tibi vortat male!*] Adiicit contumeliam, quasi et hoc multum sit et inimicum. *Vertumnus* dicitur Deus, qui rebus ad opinata revertentibus praeest. Saepe autem male cedit, quod bonum putatur: et hoc est *male vertisse*: ut ille gladius, qui muneri datus adminiculum

---

33. *Aequi modo aliquid.*] Plautus, Curc. I. 1. 64 *neque quidquam queo* Aequi *bonique ab eo impetrare.*

34. *Pernicies communis adolescentum.*] Plautus, Asin. I. 2. 7. itidem de lenone: *Perlecebrae,* pernicies, *adolescentum exitium.* Catullus, LXXXVII. 20. *Eripite hanc pestem* perniciem*que mihi.*

36. *Etiam hoc restat.*] Cicero, Att. XIII. 13. *Id hercle restabat.* [Nos dicimus: *Nun wahrlich, das fehlte auch noch!* St.]

37. *Quae res tibi vortat male!*] Imprecandi formula.

Argénti tántum dábitur. *Sa.* Quid? si ego tíbi illam nolo véndere,
Cogés me? *Aes.* Minime. *Sa.* Námque id metui. *Aes.* Néque vendundam cénseo,
Quae líbera 'st: nam ego líberali illam ádsero causá manu.
Nunc víde, utrum vis: argéntum accipere, an caúsam meditarí tuam?
Delíbera hoc, dum ego rédeo, leno. *Sa.* (*solus*) Pró supreme Iúpiter!

fuit reginae pereunti, de quo *Virg. ensemque reclusit Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.* — 38. *Quid? si ego tibi illam nolo vendere.*] Haec maioris sunt stomachi: et ideo stultiora; nam quod iam amisit, venditurum se negat. Et, *Quid? si nolo*, nove dictum est, et τῷ ἰδιωτισμῷ. *Quid? si ego tibi illam nolo vendere, coges me?*] Potest autem dici, *Quid si nolo? coges me?* — 39. *Minime.*] Εἰρωνεία. *Namque id metui.*] Εἰρωνεία contumax et ridicula in eo, quod iam amisit id, de quo dixit se cogi non posse. — 40. *Nam ego illam liberali assero causa manu.*] Ordo est, *ego liberali causa, manu assero.* Et sunt iuris verba: a quibus etiam *assertores* dicuntur vindices alienae libertatis. Nam et causa ipsa *liberalis* dicitur, quae actionem in se continet libertatis. — 42. *Pro supreme Iupiter!*] Haec locu-

---

Phorm. IV. 3. 73. Plautus, Curc. II. 2. 23. *Quae res male vortat tibi.*

39. *Namque id metui.*] Id Ironice dicit: cogi enim, ut venderet virginem invitus, per leges non poterat. — *Neque vendundam censeo, quae libera 'st.*] Apuleius, Metam. VIII. *Quanquam enim prudens crimen legis Corneliae incurram, si civem Romanum pro servo tibi vendidero.* Vide Comment. majorem.

40. *Liberali illam causa adsero manu.*] Sensus est: *Quia liberam mulierem, quae vendi non potest, alienare vis, ego illam liberali causa, h. e. directa legis actione, qua liberos homines alienare vetitum est, manu adsero.* Locutio inde orta, quod qui hominem in servitute constitutum defendere vellet, et esse liberum dicere, eum iuxta se collocatum coram praetore, et *manu* apprehensum quasi *adsereret* seu plantaret, dicens: *Hunc ego hominem iure Quiritium liberum esse ajo.* Plautus, Curc. V. 2. 68. *Si quisquam hanc* liberali adseruisset manu. Eo respexit Coelius ad Cic. Fam. VIII. 9. *Agit causas liberales.* [V. Lindenbrog. ad h. l.]

41. *Utrum vis.*] Ita Heaut. II. 3. 85. Plautus, Cas. II. 4. 18.

Mínime miror, qui insanire occípiunt ex iniúria.
Dómo me eripuit; vérberavit; me ínvito abduxít meam:
'Ob malefacta haec tántidem emtam póstulat sibi trádier.
Hómini misero plús quingentos cólaphos infregít mihi.

V. 45 et 46. Bentl. ita transponit: *Homini m. pl. q. col. infr. mihi. Ob malef. h. t. — tradier.*

---

tio ad hoc inducta est, ut ex verbis lenonis appareat, quam facile mitis fieri possit, et quidvis libenter accipere. *Pro supreme Iupiter!*] *Supremum* nunc dicit summum, ab eo quod est *superior* et *superius* fit *supremum.* *Virgilius, rex ipse Iovis de gente suprema, Troïus Aeneas tua nos ad limina misit.* Et non abhorret a persona et plebeii, et lenonis, et vim passi, Iovem ipsum convicio persequi, ut quotidie videmus ab hominibus eius loci et ordinis fieri. — 43. *Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.*] Sensus hic est: insanos fieri per iniuriam plerosque mirabar, sed iam non miror, postquam ego ipse per iniuriam, quam sum passus, insanire compellor: adeo ut exclamem, *pro Iupiter!* Et simul adverte vigilantem poëtam, ut ubicunque in comoedia vocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere faciat. Sic supra, *pro Iuppiter! tu homo adigis me ad insaniam.* — 44. *Me invito abduxit meam.*] Honestiori personae haec querela sufficeret, *abduxit meam.* Sed leno bene addidit, *me invito;* nam abducuntur meretrices absque voluntate lenonum. Et decora locutio est per ἔλλειψιν, *me invito abduxit,* non enim addidit, *puellam,* aut quid tale. — 45. *Tantidem emtam postulat.*] Legitur et *totidem emtam.* — 46. *Homini misero.*] Secundum illud *Menandri:* *ΑΙΓΟΣ ΤΗ ΠΟΙωΝ

Optio haec tua est: utram *harum* vis *conditionem, accipe.* — *Causam meditari tuam.*] Cicero, Att. VIII. 7. *Vides, quam* causam mediter.

[43. *Minime miror* suppl. *eos.* Solet enim pronomen *is* ante relativum omitti. Liv. XXIII. 15. *praemia atque honores qui remanerent ac militare secum voluissent, proposuit.* ubi plura Interpretes. Quinctil. VI. 3. p. 284. *ut etiam rustici salse dicant in quisquis aliquid dixerit prior.* ubi vid. Gesner.]

45. *Ob malefacta haec.*] Rarior usus particulae *ob.* Ita Eun. I. 2. 91.

46. *Colaphos infregit.*] Vide Donatum ad And. I. 5. 15. Plautus in Fragmentis: *Optimo iure* infringatur aula *cineris in caput.*

Vérum enim quando béne promeruit, fiat. suum ius póstulat.
Áge, iam cupio; sí modo argentum réddat. sed ego hoc háriolor:
Ubi me dixeró dare tanti, téstes faciet ílico,
Véndidisse mé. de argento, sómnium: mox; crás redi.
Íd quoque possum férre, sí modo réddat: quamquam iniúrium 'st.

V. 48. Bentl. corr. *modo si argentum.*
V. 51. Bentl. *modo si* corr.

TOIΓOePΣATO TON ΓPωNON OIKεTHN λαβως. * *Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.*] Contumeliosa caedes, *colaphus*, et digna lenone. *Infregit.*] Ut illudens hoc fecisse Aeschinus videatur, cum sonitu se colaphizatum significat. *Infregit* autem, illisit, inflixit: ut sensus sit, *inflixit homini misero plus quam quingentos colaphos.* Et flebiliter pronuntiandum est; hoc enim exprimitur, ut tamen incuset in alieno facto fortunam suam. Et vide quantum hoc distet ab illo quod supra dicebat, *istuc volo ergo ipsum experiri*; hoc, quia solus est: illud, quia cum adversario. — 47. *Bene promeruit.*] *Bene*, multum. *Promeruit*, adiuvit, profuit: cui contrarium est *commeruit.* Nam *mereri* et *promereri* est praestare beneficium. *Virgilius*, *Quinque sui memores alios fecere merendo.* Et, *nunquam, regina, negabo Promeritam.* — 49. *Ubi me dixero dare tanti.*] Recte dixit. Ubi enim pactio intercesserit pretii, iam ereptionis actio sublata erit, et pretium debebitur. — 50. *Mox; cras redi.*] Mire transit ad *μιμητικόν.* — 51. *Id quo-*

---

47. *Suum ius postulat.*] Ita Plautus, Stich. III. 1. 22. *Et ius et aequom postulas.* [*Quando promeruit, da er schon so viel voraus gezahlt, da er ein so guter Kunde gewesen ist.* St.]

48. *Hariolor.*] H. e. frustra rationem puto, et nugas ago. Ita Phorm. III. 2. 7. Eodem sensu Cicero, Fam. II. 16. *Sed ego fortasse* vaticinor; *et haec omnia meliores habebunt exitus.* Sumta locutio ab iis, qui futura, quorum nulla certa est cognitio, praedicere se fingunt.

49. *Testes faciet.*] Ita Plautus, Curc. IV. 4. 9. *Ne facias testes: neque equidem debeo quidquam.* Ubi vide quae notavit I. Fr. Gronovius. Idque proprie *antestari* dixerunt. [Nam constituto venditionis pretio non iam licebat Aeschino litem de virgine vi erepta intendi. St.]

50. *De argento, somnium.*] H. e. quod ad argentum mihi

Vérum cogito id, quod res est: quándo eum quaestum occéperis,
Accipiunda et mússitanda iniúria adolescéntium 'st.
Séd nemo dabít: frustra égomet mécum has rationés puto.

V. 54. Bentl. corr. *Sed nemó dabit: frústra has égomet mécum rationes puto:* ne *frustra* thesi occultetur.

---

que possum ferre.] Id, *mox, cras redi,* id est, moram. *Quam quam iniurium.*] Vendere quod nolis; *est*, scilicet. — 52. *Id, quod res est.*] Pro, *id quod verum est:* bona locutio. *Quando eum quaestum occeperis.*] Ut in Andria, *Dein quaestum occipit.* — 53. *Mussitanda.*] Patienda, consideranda cum silentio, et ut in amatore putanda, atque per hoc perferenda. *Mussitare* enim proprie est dissimulandi causa tacere, dictum vel a *muto*, vel ab *M*, quae litera est nimium pressae vocis ac pene nullius; adeo ut sola omnium, quum inter vocales inciderit, atteratur atque subsidat. Hinc *Virgilius*, *Mussat rex ipse Latinus.* — 54. *Frustra egomet mecum.*] Praeparationis genus, ad accipiendas viginti minas, totius summae desperatio.

---

reddendum attinet, *somnium* merum videbitur, et inanis erit exspectatio. Ita Heaut. IV. 2. 4. — *Mox: cras redi.*] Ennius: *Si luci, si nox,* si mox, *si iam data sit frux.* Persius, V. 66. Cras *hoc fiet, idem* cras *fiet.* Sensus est, vel: *Mox flagitanti mihi argentum respondebit, cras redi,* vel: *Flagitanti mihi argentum respondebit, mox redi, cras redi.*

53. *Accipiunda iniuria.*] Ita Eun. IV. 6. 24. Phorm. V. 2. 4. — *Mussitanda.*] Explicat Donatus. Plautus, Mil. III. 3. 40. *Quidquid est,* mussitabo *potius, quam inteream male.*

54. *Frustra egomet mecum has rationes puto.*] Proprie loquitur, intelligens *rationes nummarias.* Plautus, Cas. III. 2. 25. *Cum eam* mecum rationem puto.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

SYRUS. SANNIO.

Sy. Tace! égomet conveniam ípsum: cupide accípiat iam faxo; átque etiam
Bene dícat secum esse áctum. Quid istuc, Sánnio, est, quod te aúdio

V. 1. vulgo *iam* post *conveniam* illatum. Mutavit Bentl. ex codd. et vett. editt. *Atque etiam* est proceleusmaticus. *At*, ut saepe, corripitur.

Tace! egomet conveniam iam ipsum.] *In hac scena actus est, exemplum continens vitae avarorum, qui saepe in damnum quius avaritiae rationibus ruunt: simul etiam duorum inter se nequam hominum spectanda quaedam vicissim, et dolosa captio est.* — 1. *Tace! egomet conveniam iam ipsum.*] *Tace*, si pro adverbio est, omnibus dicitur: si pro verbo ponitur, dicitur Ctesiphoni maxime sollicito, et supplicanti omnibus, ob metum patris. *Iam* autem non tarditatis est; sed properationis significatio. — 2. *Bene dicat secum esse actum.*] *Actum* recte additum est: nam multa etiam cupide accipimus, ita tamen ut male nobiscum esse dicamus actum. *Quid istuc, Sannio, est.*] Illud supra post scenam, hoc iam in prosceenio dicitur. Et vide quam ingeniose *Terentius*, qui supra ab Aeschino lenonis nomine facit Sannionem vocari, utpote ab homine arroganti et feroci ob aetatem et negotium: at hunc blande circumvenientem honorificentius inducit cum lenone loqui, et Sannionem eum vocare. Sane qui in sordidis professionibus agunt vitam, honorifice

1. *Tace.*] Hoc Syrus in prosceenium procedens Aeschino, qui intus erat, dicit.

2. *Bene dicat secum esse actum.*] H. e. se fortunatum esse. Cicero, Fam. IV. 5. *Hisce temporibus* non pessime cum iis esse

Nescío quid concertásse cum hero? *Sa.* Númquam vidi iníquius
[Con]certátionem cómparatam, quam haéc hodie inter nós fuit:
Ego vápulando, ílle vérberando, usque ámbo defessí sumus.

V. 4. Faërn. et Bentl. tacite scripserunt *Certationem.* Recte. Dein Bentl. *quam hodie quae inter nos fuit.* Aliquot codd. *hae quae hodie.*

---

nomine proprio appellas: sed qui in splendidis artibus sunt constituti, gaudent artis nomine nuncupari, ut Imperator, Orator, Philosophus. Sic et in Eunucho, *Audire vocem visa sum modo militis*, apud se loquens meretrix: et postquam illum cominus videt, *salve mi Thraso*, inquit, non, *salve miles:* quod erat durissimum. Et mox irata personat, *miles, nunc adeo edico tibi.* — 3. *Nescio quid concertasse cum hero?*] Argute positum *nescio quid:* vult enim ex illo audire, ut nanciscatur initium, quod persuadendum suscepit. *Concertasse.*] *Οἰκονομία*, honorifice nomen tractat, ut et placidum sibi reddat, et ut eum faciat ad contemnendam pecuniam liberalem; nam honestas adimit avaritiam. — 4. *Concertationem comparatam.*] *Διασύρει*, quia ille *concertasse* dixit, non *caesum esse.* *Comparatam.*] Proprie; alias *constitutam.* Et *comparatam* ad dictum Syri refert, qui ait *concertationem* fuisse, pares faciens Aeschinum et lenonem; nam Sannio vult sibi deberi pro eo quod vapulavit: quod abstulit illi Syrus, dicendo eum non verberatum esse, sed potius *concertasse.* Et proprie dixit *concertationem*, ipsum actum; nam *certamen* est res ipsa de qua certatur, uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Nam sic *Virgilius* in Bucolicis: *Velocis iaculi certamina ponit in ulmo.* At vero *certatio* ipse actus contentioque certantium est. — 5. *Ille verberando, usque ambo defessi*

---

actum, *quibus sine dolore licitum est, mortem cum vita commutare.* Idem, Fam. IX. 24. *Si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit*, praeclare actum mecum *putem.*

3. *Iniquius concertationem comparatam.*] Respicit certamen gladiatorum, qui *comparari* proprie dicebantur. Cicero, Fam. XII. 22. *Nos hic cum homine gladiatore, omnium nequissimo, collega vestro, Antonio, bellum gerimus: sed non pari conditione, contra arma verbis.*

5. *Ego vapulando, ille verberando.*] Ita Iuvenalis, Sat. III. 289. *Si rixa est, ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.*

Sy. Tua cúlpa. *Sa.* Quid agerem? *Sy.* 'Adolescenti mórem gestum opórtuit.
Sa. Quî pótui melius, qui hódie usque os praébui?
Sy. Age, scis quid loquar?
Pecúniam in locó negligere máximum interdúm 'st lucrum. *Sa.* Hui!

V. 6. Bentl. e Bembin. et aliis *quid facerem*.
V. 7. *ei* Bentl. inseruit post *hodie*, invitis codicibus.

---

sumus,] Incerta est distinctio, vel *verberando usque*, vel *usque defessi*. Et est *usque* adverbium, significans aut *diu*, aut *multum*. — 6. *Tua culpa*.] Potest et nominativus et septimus casus esse; si nominativus est, deest *est*: si septimus, deest *factum est*. *Adolescenti morem gestum oportuit*.] Ab aetate adiuvatur sententia. Ideo *adolescenti* dixit, non *Aeschino*. Et *morem gerere* proprie lenonis et meretricis est: unde et ipse sic respondet, ut non fugiens κακόφατον dicat, *usque praebui*. *Adolescenti morem gestum oportuit*. Cum ἐμφάσει *adolescenti* pronuntiandum est, scilicet qui facilius assentatione caperetur. — 7. *Qui potui melius, qui hodie usque os praebui?*] Subauditur *morem gerere*. Et hoc subtiliter leno, quum morem gerendum fuisse in meretricis pretio dixerit Syrus. *Hodie* autem non tempus significat, sed iracundam eloquentiam ac stomachum. Ut *Virgilius*, *nunquam omnes hodie moriemur inulti*. *Age*.] Modo *age* corripientis est adverbium. *Scis quid loquar?*] Argute: quia simulaverat leno non intellexisse, quid dixerat servus. *Scis quid loquar?*] Legitur et sic: *sed scis, quod loquar?* — 8. *In loco negligere, maximum interdum 'st lucrum*.] Bene additum est

---

6. *Quid agerem?*] Formula purgantium se. Ita Eun. V. 1. 15. — *Adolescenti morem gestum oportuit*.] Ita And. IV. 1. 17. Eun. I. 2. 1018. Infra III. 3 77. IV. 5. 4. Sed et sibi quis morem gerere dicitur, quando quid suo arbitratu facit. Heaut. V. 1. 74.

7. *Usque os praebui?*] Sensus est, Spartana patientia colaphos mihi infringi passus sum. Cicero, Att. I. 18. *Auli autem filius, o Dii immortales! quam ignavus ac sine animo miles! quam dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie* praebeat. Tacit. Hist. III. 31. *praeberi ora contumeliis*.

8. *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum 'st lucrum*.] Dixit *in loco*, uti infra, V. 8. 41. Cicero, Off. 1. 40. Locum *autem actionis opportunitatem temporis esse dicunt*.

Sy. Metuísti, si nunc dé tuo iure cóncessisses paullulum, atque
Adoléscenti esses mórigeratus, hóminum homo stultíssime,
Ne nón tibi istuc foéneraret? *Sa.* Ego spem pretio nón emo.
Sy. Nunquám rem facies. ábi, nescis inéscare homines, Sánnio.

V. 12. Bentl. *non scis.*

in loco, et *interdum:* non enim semper. — 9. *Si nunc de suo iure concessisses.*] Bene *tuo iure:* ne diceret, *Non erat res mea, quam venalem habui.* Aut *de tuo iure* de lenonia duritia; ut alibi, *meo iure utar, ut potior sit, qui prior ad dandum sit.* — 11. *Ne non tibi istuc foeneraret?*] *Foeneratum* est cum lucro redditum et multiplicatum. *Foeneraret* ergo non Aeschinus, sed ipsa res in qua foeneratio est. *Ego spem pretio non emo.*] Ἀντισευοφία; contra, *pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.* — 12. *Nunquam rem facies.*] Leno quidquid agit, ad lucrum refert: et sic lucri genus dicit esse Syrus a lenone, quemadmodum persuadet. Et nota, *rem* et item, et negotium meretricis, et patrimonium, et omnem pecuniam nominari. *Nunquam rem facies.*] Secundum personam servi lenonem Syrus hortatur, hominem ad lucrum excitans, non ad honestatem. *Nescis inescare homines, Sannio.*] Μεταφορὰ ab aucupibus,

Eodem fere sensu dixit Livius, II. 47. *Spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit.* Horat. Od. IV. 12. *Dulce est desipere in loco.*

9. *De tuo iure concessisses paullulum.*] H. e. remisisses. Hunc locum respexit Cicero, Off. II. 18. *Est enim non modo liberale,* paullum *nonnunquam* de suo iure decedere, *sed interdum etiam fructuosum.*

10. *Hominum homo stultissime.*] Plautus, Mostell. III. 1. 65. *homo hominum omnium teterrime.*

11. *Tibi istuc foeneraret.*] H. e. multiplicem usuram et lucrum redderet. Ita Phorm. III. 2. 8. [*istuc*, sc. quod paululum de tuo iure concessisses. St.] — *Spem pretio non emo.*] Qui lucrum incertum certo damno affectant, *spem pretio emere* dicuntur. Eodem sensu dixerunt, *aureo hamo piscari.*

12. *Rem facies*] H. e. divitias parabis. Plautus, Pseud. II. 1. 12. *facilem ego hanc* rem *civibus meis* faciam. — *Abi.*] Varium habet usum; estque vel formula laudandi, ut Adelph. IV. 2. 25. vel contemnendi, uti h. l. et Eun. IV. 3. 9. — *Nescis inescare ho-*

Sa. Credo istuc melius esse: verum ego núnquam adeo astutus fui,
Quin quidquid possem, mállem auferre pótius in praeséntia.
Sy. Age; nóvi tuum animúm: quasi iam usquam tibi sint viginti minae,
Dum huic óbsequare! praéterea autem te áiunt proficisci Cyprum. Sa. Hem!
Sy. Coëmisse, hinc quae illuc véheres, multa. návem conductam, hóc scio. —

V. 15. Bentl. corr. *quasi huius iam tibi sint v. m.* h. e. *vel tanti:* aut: *quasi terunci tibi s. v. m.* Non opus; vide infra.

---

qui avibus capiendis offundunt cibum. — 13. *Credo istuc melius esse.*] Vide comicum errorem utriusque personae, et callidi lenonis, et captiosissimi Syri servi. — 15. *Age.*] *Age* nunc verbum est, significans *dic*, quia iam prope est, ut consentiat persuadenti. *Tuum animum.*] Deest, *liberalem.* *Quasi iam usquam tibi sint viginti minae.*] Sensus, quasi numero in aliquo ducas, et in aliqua aestimatione constituas: et non, si velis, penitus contemnas viginti minas, dummodo huic obsequaris. — 16. *Praeterea autem.*] Ἀρχαϊσμὸς est figura. Nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant. *Te aiunt proficisci Cyprum.*] Et eum non profecturum dixit, sed iam *proficisci:* et non ab uno dicit se audivisse, ne negaret: sed *aiunt* inquit. — 17. *Coëmisse, hinc*

---

nimes.] Id vult, Sannionem parum lenonem esse. Ita lena apud Plautum, Asin. I. 3. 63. *Non tu scis? hic noster quaestus aucupii simillimus est.* Petronius, cap. 140. *Sicut muta animalia cibo inescantur; sic homines non caperentur, nisi aliquid morderent.*

13. *Ego nunquam tam astutus fui.*] Cicero, Fam. XI. 28. *Non agam astute, fateor, me ad istum gradum sapientiae non pervenisse.*

14. *Mallem potius.*] Πλεονάζει τὸ *potius.* Cicero, Fam. XV. 5. *Casum* potius, *quam te laudari* mavis. — *Auferre in praesentia.*] Similis sententia est lenae, apud Plautum, Asin. I. 3. 50. *Semper oculatae nostrae sunt manus; credunt quod vident.*

15. *Quasi usquam tibi sint viginti minae.*] Sensum explicat Donatus. Est autem salsa ironia. [Sententia est: Viginti minae a te nullo loco habentur nec ullius pretii! Sicuti enim *nullo loco haberi* dicitur, ita nunc *quasi usquam* positum. St.]

16. *Cyprum.*] Infra, II. 4. 14. dixit, *in Cyprum.* De qua

Animús tibi pendet? úbi illinc, spero, rédieris, tamen hóc ages.
Sa. Nusquám pedem. perii hércle! hac illi spe hóc inceperúnt! *Sy.* Timet.
Iniécì scrupulum hómini. *Sa.* O scelera! illúd vide,
Ut in ípso articulo opprèssit! emtae múlieres
Complúres: et item hinc ália, quae portó Cyprum.

quae illuc veheres, multa.] Nusquam hoc ostendit alias *Terentius:* sed apparet ex confessione lenonis vera haec omnia esse. Et mira varietas est; *proficisci, coemisse, conductam navem:* ne diceret, *proficisci, emere, et conducere navem.* Et *conductam navem* addidit, ut dilationem res habere non possit. *Hoc scio, animus tibi pendet?*] Hoc et correpte legi potest, ut articulus demonstrativus sit, et producte, ut significet aut *hanc rem,* aut *hunc locum,* id est Cyprum. — 18. *Ubi illinc, spero, redieris.*] Ex spe sua vult Syrus ostendere, quid leno debeat sperare, id est, non se accepturum modo. *Tamen hoc ages.*] Hoc est, exiges debitum; nam *hoc agere* dicimus eum, qui instat negotio suo. — 19. *Nusquam pedem.*] Quia exclamatio est, per ἀποσιώπησιν non completur. — 20. *Inieci scrupulum homini.*] Hoc leno non audit; simul enim dicitur, quum ille clamat. Et ideo simul legi non potest. Et hic ostendit Syrus, quo haec consilio locutus sit. *Illud vide.*] *Vide* τῷ ἰδιωτισμῷ dicit. — 21. *In ipso articulo oppressit!*] *Μεταφορὰ* perseverans a scrupulo, id est, lapillo, qui nos in calceo latens plerumque laedit. Et *oppressit,* vel Aeschinus, vel res ipsa, quam subiicit, id est, quod ait, *emtae mulieres complures. Mulieres.*] *Σύλληψις.* Legitur *emta* et *emtae.* — 22. *Item hinc alia.*] In lenonis mercibus ἐξοχή. *Quae*

---

locutione vide Sanctium, Min. IV. 6. init. Erat autem Cyprus insula Veneri sacra, mancipiorum emtione et venditione nobilitata.

18. *Animus tibi pendet?*] *Animus pendere* dicitur, cum in dubio est, et paullo momento huc illuc impellitur. And. I. 5. 31. Iidem et *pendere,* et *animi pendere* dicuntur. Plautus, Trin. II. 1. 19. [*Hoc ages:* pecuniam exiges.]

20. *Inieci scrupulum.*] H. e. dubium movi. Ita And. V. 4. 37. Adelph. IV. 5. 76. Phorm. V. 7. 61. — *Illud vide.*] Rem inopinatam seu magnam cum admiratione narrantes, *vide,* dicebant. Cicero, Fam. VII. 19. Vide, *quanti apud me sis.*

21. *In ipso articulo oppressit.*] Cicero, pro P. Quintio, c. 5. In ipso articulo *temporis.*

Nisi eo ád mercatum véniо, damnum máximum 'st.
Nunc si hóc omitto; actúm agam: ubi illinc rédiero,
Nihil ést; refrixerít res. „nunc demúm venis?"
„Cur pássus?" „ubi eras?" út sit satius pérdere,
Quam aut híc [nunc] manere tám diu, aut tum pérsequi.

V. 23. Bentl. *damnum est maximum.* ex duobus codicibus.
V. 24. Bentl. *omittam, ac tum agam.* partim ex codd. Bene.
V. 27. Bentl. *nunc* cum codd. omisit.

---

porto Cyprum.] Hanc insulam posuit poëta, vel quod Veneri sacrata sit, ut *Horatius*, *Sic te diva potens Cypri*; vel, quod mercatus in ea sit, ut idem: *Numquam dimoveas, ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta secet mare.* — 23. *Nisi eo ad mercatum venio.*] Eo nunc adverbium est loci, id est, Cyprum. *Mercatum* autem locum tempusque significat. *Damnum maximum 'st.*] Quia et hoc damnum in pretio mulieris est. — 24. *Nunc si hoc omitto.*] Quod damnum est scilicet. Hoc autem dicit negotium cum Aeschino. *Actum agam.*] Proverbium, id est, *nihil agam;* quod enim in iure semel iudicatum fuerit, rescindi et iterum agi non potest. Sic in Phormione, *Actum, aiunt, ne agas.* — 25. *Nihil est.*] Nove, *nihil est,* pro *nulla spes est.* *Refrixerit.*] Pro *refrigescit.* — 26. *Ut sit satius perdere.*] Per ὑπερβολὴν hoc accipe; nam non convenit personae lenoniae damna contemnere. — 27. *Aut nunc manere.*] Dum non navigo. *Tum persequi.*] Quum rediero. —

---

24. *Actum agam.*] H. e. frustra operam sumam. Phorm. II. 3. 72. Plautus, Cistell. IV. 2. 36. *Actam rem ago.* [*Si hoc omitto,* sc. ius meum de virgine erepta persequi in iudicio. St.]

25. *Nihil est.*] Vide ad Phorm. V. 8. 6. — *Refrixerit res.*] H. e. in oblivionem venerit. Plautus, Poen. IV. 2. 92. *At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur.* Metaphora a ferro translata, quod ubi *refrixit*, frustra cuditur. Cicero, Philipp. V. 11. *Belli apparatus* refrigescent. Contra res, quae cum maxime concitate agitur, *calere* et *fervere* dicitur. — *Nunc demum venis? cur passus? ubi eras?*] Haec verba quasi mimesis sunt eorum, quae aliquando ab Aeschino vel quovis alio obiici poterant lenoni post tempus venienti, et iniuriam acceptam querenti.

27. *Persequi.*] Subaudi, ius meum. Supra II. 1. 9. Cicero, Verr. III. 13. *Bona tua repetere, ac persequi lite, atque iudicio.*

Sy. Iamne énumerasti id, quód ad te rediturúm putes?
Sa. Hoccine illo dignum 'st? hóccine incipere Aéschinum?
Per óppressionem ut hánc mi erípere póstulet?
Sy. Labáscit. unum hoc hábeo: vide, si sátis placet:

V. 29. Bentl. corr. *hocin inceptare Aeschinum?* ne *hocine* in eodem versiculo primam et corripiat et producat.

---

28. *Iamne enumerasti.*] Finxit Syrus se non intellexisse, qui apud se ipsum leno locutus sit, ideo illi aliud ait, quam ille secum disputaverat. *Quod ad te rediturum putes?*] Hoc dicto tantum illum accepturum significat, quantum dederat in puella. Nam ad nos redit, quod a nobis abierat. Et dicendo *rediturum* ostendit super viginti minas nihil illum sperare oportere: sic enim supra, *minis viginti tu illam emisti; quae res tibi vertat male!* — 29. *Hoccine illo dignum 'st?*] Huiusmodi comploratio summam desperationem lenonis ostendit. *Hoccine incipere Aeschinum?* Quasi de magno facinore dixit. Ut in Heautontimorumeno, *vide quo inceptet facinus.* *Aeschinum* autem cum laudatione dixit, quasi quem non deceat male facere. Et vide quam omnia experiatur impotens et miser, ob recuperandam rem suam. — 30. *Ut hanc mih eripere postulet?*] Non dicit de qua; quia de illa sermo es *Postulet,* velit, aut speret. *Cicero, Ut temporibus reipubl. ceda non est postulandum;* id est, cupiendum aut exspectandum. *Eripere postulet.*] Ἐν τῷ ἤθει dixit, non *eripuerit:* tanquam adhu non fecerit. Et sic loquuntur, qui nolunt circa se perseverare iniu riam. — 31. *Labascit.*] Hoc presse dicitur. Et proprie dixit *labascit,* ut et suam instantiam, et cunctationem tarde incipientis co sentire monstraret; nam inchoativum verbum est. Et est metaphor ab arbore facta, quae multis succisa ictibus ferri tandem incipit i

---

28. *Quod ad te rediturum putes?*] Haec varie possu capi, ut vel notent, Quod putes pro puella tibi deberi. Ita And. I 5. 4. Hec. I. 2. 97. Vel; Quid lucri e mercatura Cypria sis facturu neglecto Aeschini negotio. Eleganter autem ait *putes,* quia de rati nibus subducendis sermo est.

29. *Hoccine illo dignum 'st?*] Ita Eun. V. 2. 25. Heau I. 1. 55. Phorm. II. 3. 26. Sensum explicat Donatus.

31. *Labascit.*] Hoc ad spectatores conversus dicit Syrus. I Eun. I. 2. 98. Plautus, Rud. V. 3. 38. *Salvos sum: leno* labascit. -

Potiús, quam vénias in periclum, Sánnio,
Servésne, an perdas tótum, dividuúm face:
Minás decem corrádet alicunde. *Sa.* Heí mihi!
Etiám de sorte núnc venio in dubiúm miser?
Pudét nil: omnes déntes labefecit mihi:

casum ponderis ruinamque minitari. *Unum hoc habeo.*] Hoc clare: et subaudiendum est *quod dicam*, vel *dicere*. *Vide, si satis placet.*] Non *placet* dixit sed *satis placet*, veluti magnum consilium praebiturus. — 32. *Potius, quam venias in periculum.*] Oratorie; comparatione peiorum, dicit, hoc esse, quod suggerit, eligendum. — 33. *Dividuum face.*] Hoc est *divide*: figura παρολογία. *Dividuum*, a divisione: *Dimidium*, a dimensione dicimus. — 34. *Minas decem.*] Scit illum viginti posse accipere: sed idcirco agit, ut optet leno quod paulo ante nolebat. — *Corradet alicunde.*] *Alicunde* dictum est quasi non habentis: nam nec ipsae in promtu sunt. — 35. *Hei mihi! etiam de sorte nunc venio in dubium miser?*] *Sors* est summa, cui extrinsecus acquiritur foenus. Ergo *sortem* dicit de pretio quo emta est, id est, viginti minis. Et vide illum damno potius exclamare, quam iniuria. *Nunc venio in dubium.*] Id est, in periculum. — 36. *Omnes dentes labefecit mihi.*] Iniuria lenoni tunc dolet, quum adiuncta damno est: ut supra, *quando eum quaestum occeperis, Accipienda et mussitanda iniuria adolescentium est.* Vel idcirco,

---

Unum hoc habeo.] Hoc rursus ad Sannionem conversus ait. Intelligit autem consilium. Ita And. IV. 2. 21.

33. *Dividuum face.*] H. e. divide imaginariam illam summam tuam in duas partes. Ita Plautus, Rud. V. 2. 52. Dividuum *talentum* faciam. Apuleius, Apol. *Sin vero uno unave superstite diem suum obiisset; uti tum dividua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus cederet.*

34. *Corradet.*] Ita Heaut. I. 1. 89. ubi vide Donatum. Plautus, Poen. V. 6. 25. *Verum, obsecro te, ut liceat simplum solvere. Trecentos Philippos: credo*, corradi *potest.*

35. *De sorte.*] Intelligit dimidium sortis, decem minas; est autem *sors* h. l. ipsa summa seu caput pecuniae, uti vocat infra, V. 3. 30. Plautus, Mostell. III. 1. 34. *Qui mihi neque foenus, neque* sortem *argenti dabunt.* Martialis, V. 42. 8. *Debitor usuram pariter* sortem*que negabit.* [*Das Capital.*] — *Venio in dubium.*] Ovidius, Heroid. XVI. 138. In dubium *Veneris palma futura fuit.* Ubi vide notata Burmanno. Quinctilianus, Declam CCCXVIII. *Ne ius quidem dubium erat, etiam antequam* veniret in dubium.

36. *Omnes dentes labefecit mihi.*] Lucilius apud Non.

Praetérea colaphis túber est totúm caput.
Etiam ínsuper defrúdet? nusquam abeo. *Sy.* 'Ut lubet.
Numquíd vis, quin abeam? *Sa.* 'Immo hercle hoc quaesó, Syre;
Ut ut haéc sunt facta, pótius, quam lités sequar,
Meum míhi reddatur: sáltem quanti emtá 'st, Syre.

V. 40. Bentl. *acta*, cum aliquot codd. et vett. editt.

---

enumeratis contumeliis adiecit, *Etiam insuper defrudet?* Et vide ut eadem, quae dixit supra, repetat: sed ardentius tamen, et cum αὐξήσει. Sic *Virgil.* in maius repetit, quod non semel dicit. — 37. *Colaphis tuber est totum caput.*] *Tuber* est genus cibi, collectum ex tumentibus et quasi praegnantibus arenis. Plus autem hic, quam supra, dixit. Supra enim dixit, *Plus quingentos colaphos infregit mihi;* hic vero, *Colaphis tuber est totum caput.* — 38. *Etiam insuper defrudet?*] Αὔξησις apta lenoni avaro; nam honestior persona non hunc ordinem faceret. *Defrudet.*] Fraude decipiat. *Nusquam abeo.*] Hoc dictum vim habet comminantis: nisi illud cum contemtu susceperit Syrus. *Ut lubet.*] Negligenter servus respondet, ut rogetur a lenone. — 39. *Numquid vis, quin abeam?*] Haec est plena locutio. *Numquid vis,* desiderat supplementum. Et hoc uti dicto discedentes solent. *Quin* nunc *quare non* significat. *Immo, hercle hoc quaeso, Syre: ut ut haec sunt facta.*] Ipse sibi satisfacit. *Ut ut* enim *quoquomodo* significat, diverticulum ad preces faciens. — 40. *Potius, quam lites sequar.*] Quia dixerat Aeschinus, *Nunc vide, utrum vis; argentum accipere, an causam meditari tuam.* — 41. *Meum mihi reddat.*] Sortem, quam solam supra recusabat. Et oratorie: non enim *Quanti*

V. Rostrum: *Percutio*, dentesque *adversos* excutio *omnes.* Amplius etiam dixit Plautus, scena, *tun' me*, versu 7. *Tuum diminuam caput, ut* cum dentibus linguam exscrees. Idem, Capt. IV. 2. 16. Dentilegos *omnes mortales* faciam, *quemque offendero.*

37. *Colaphis tuber est totum caput.*] H. e. totum caput ex continuis colaphis tuberibus repletum est. Fere ad eundem modum dixit Plautus, Pseud. I. 5. 131. *Quasi in libro cum scribuntur calamo literae, Stilis me totum usque ulmeis conscribito.*

38. *Ut lubet.*] Formula concedentis. Ita And. II. 1. 10. Heaut. V. 1. 61.

40. *Lites sequar.*] Ita And. IV. 5. 16. Phorm. II. 3. 61. tus, Pers. V. 2. 20. *Stultitia 'st, quoi bene esse licet, eum praevorti Litibus.*

Scio té non usum antehác amicitiá mea:
Memorém me dices ésse, et gratum. *Sy.* Sédulo
Faciám. sed Ctesiphónem video. laétus est
De amíca. *Sa.* Quid? quod te óro. *Sy.* Paulispér mane.

V. 42. Bentl. *nón te esse usum*, ex cod. Academ.

---

cui dixit: sed invidiose, *meum mihi reddat.* *Saltem.*] Τὸ ἔσχατον. Natum est autem a captivis *saltem*, qui nihil aliud praeter salutem a victore petunt. — 42. *Scio te non usum antehac amicitia mea.*] Figura ἀξιοπιστία, per quam ostendit, se fideliter promittere, quod promittit. *Virgilius: scio me Danais e classibus unum, Et bello Iliacos fateor petiisse penates.* — 43. *Memorem me dices.*] Figurate est inducta promissio praemiorum. Et bene utrumque narrat: nam non continuo qui *memor* est, etiam *gratus* est. *Memor* enim est, qui apud se meminit: *gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Nam multi sunt *memores*, *ingrati* tamen. *Sedulo faciam.*] Sic promittit, ut nihil sua interesse credatur. *Sedulo.*] De industria, sine dolo. — 44. *Sed Ctesiphonem video.*] Adventus in proscenium personarum quum consulto consilio finguntur a poëta, tanquam superveniant aliis rebus in medio positis, quae ipsarum interventu finiantur: mire tamen, quod quasi ex argumento sit, ut futuri actus sui, ante quam loqui incipiant, describantur. *Laetus est de amica.*] Hoc lentius, et summisse. — 45. *Quid, quod te oro?*] Deest *agis:* seu deest *ego.* *Quod te oro.*] Aut *si quid*, aut *propter quod*, subintelligimus: ut sit, Quid mihi non respondes de eo, propter quod te oro: aut si quid te oro? Et quam bene fastidiosum lenonem facit Syrus, ut optans ille desperando viginti minas accipiat. Nam et supra non intendenti dicit totiens in uno sensu hoc idem Syrus de amica. Potest hoc interrogative pronuntiari.

---

42. *Te non usum amicitia mea.*] Ovidius, Trist. III. 5. 1: *Usus amicitiae tecum mihi parvus.*

43. *Memorem me dices et gratum.*] Plautus, Merc. V. 4. 36. *Memorem dices beneficii.* Cicero, Fam. XIII. 9. *Te socios Bithyniae, si iis commodaris,* memores *esse* et gratos *cogniturum.* Ovidius, Trist. V. 4. 43. *Pro quibus affirmat fore se* memoremque piumque. — *Sedulo faciam.*] Ita And. III. 4. 18. IV. 1. 56. Eun. II. 3. 70. infra III. 3. 59. Phorm. V. 8. 12.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

CTESIPHO. SYRUS.

Ct. Abs quivis homine, cum ést opus, beneficium accipere gaúdeas,
Verum énimvero id demúm iuvat, si, quem aéquum 'st facere, is béne facit.
O fráter! frater! quíd ego nunc te laúdem? sátis certó scio;

V. 2. codd. plerumque *bene* etiam ante *facere* inferciunt. Veram lectionem habent Bembin. et Victorian.
V. 3. Bentl. ex quattuor codd. *quid ego te nunc laudem.*

Abs quivis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.] *In hac scena gratiarum actio est ex persona eius qui praestitit, et eius cui praestitum est, et ex ipsius pretii quantitate. Nam omne quod geritur, aut in rebus est, aut in personis, aut in attributis eorum.* — 1. *Abs quivis homine.*] Bene sic coepit, dicturus, *O frater! frater!* Et *qui* secundum regulam dixit: quia dicimus *quibus*. Caeterum a *quo*, *quis* facit, non *quibus*. Et incerta distinctio est: *quum est opus, beneficium accipere*, vel *quum beneficium est opus.* Hoc vetus, illud communiter. — 2. *Id demum iuvat.*] Ostendit plus esse quod iuvat, quam gaudium. *Is facit.*] *Bene* subaudiendum est bis numero. — 3. *O frater! frater!*] *Virgilius, et fratrem ne desere frater.* Unum relatum est ad appellationem: alterum ad laudem. Et subdistinguendum, ut videatur quaesivisse, quid ultra diceret, et plus invenire se non potuisse, quam, *frater! Quid ego nunc te laudem?*]

2. *Verum enimvero id demum iuvat.*] Easdem particulas coniunxit Sallustius, Catil. 2. Verum enimvero is demum *mihi vivere, atqui frui anima videtur.* ubi vide, quae notavit Cortius. [Respondet Graecum τοιγάρτοι. St.]
3. *Quid ego nunc te laudem?*] Ita Eun. III. 5. 17.

Numquam íta magnifice quídquam dicam, id vírtus quin superét tua.
Itaque únam hanc rem me habére praeter álios praecipuam árbitror,
Fratrem hómini némini ésse primarum ártium magis príncipem.

V. 5. Bentl. *alias* corr. coll. Andr. I. 1, 31. et 95. Alioquin *homini nemini* esse supervacuum.

Quid, propter quid. Et *nunc te* τῷ ἰδιοτισμῷ additum est de superfluo: ut, *tu nunc Carthaginis altae Fundamenta locas? Quid ego nunc te laudem?*] Quia laus genus causae est, quod non adhibetur nisi dubiae rei. *Quid* autem, pro *ad quid.* — 4. *Numquam ita magnifice.*] Deest *quod:* ut sit, *quod numquam ita magnifice.* Duplex causa est omittendae laudis, si res aut nimium mala est, aut nimium bona. *Id virtus quin superet tua.*] Bona περίφρασις. *virtus tua* potius, quam *tu.* — 5. *Itaque unam hanc rem me habere.*] *Itaque* et subiunctivum potest esse, media syllaba correpta; et praepositivum, producta eadem syllaba, ut sit *ita que.* — 6. *Fratrem.*] Nove dixit *unam rem, Fratrem.* Sed ego puto *fratrem* non subdistinguendum, sed legendum contexte usque ad *principem.* Nam si distinxeris *fratrem*, erit bis, ut arbitror, subaudiendum, et supra, et infra. Quod si *fratrem* inferioribus iunxeris, et cum admiratione pronuntiabitur, et subaudietur, *quam mihi.* Hanc sane locutionem scire debemus, propter personam elaboratam; nam nimium gaudet, et rusticus adolescens est, qui laudare conatur Aeschinum: quasi titubans, et pene balbutiens. *Homini nemini.*] Nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est. Nam quum *nemini hominem* significet: quid opus fuit dicere,

---

4. *Numquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin superet tua.*] Ita Accius, Bacchide; *Quod neque sat fingi, neque satis dici potest Pro magnitate.* Cicero, pro L. Manilia, 11. *Iam vero virtuti Cn. Pompeii quae potest par oratio inveniri?* Petronius, cap. 126. *Nulla vox est, quae formam eius possit comprehendere; nam quidquid dixero, minus erit.*

[5. *Praecipuum* dicitur quod non est commune cum aliis. Liv. XLII. 31. *id praecipuum provinciae Macedoniae datum*, ubi vid. Dukerus. — *Fratrem homini nemini esse primarum* etc. i. e. nemini fratrem obtigisse praestantiorem eximiis virtutibus. *Nemo homo* per pleonasmum iungitur, ut Eun. III. 5. 1. Hec. III. 1. 1. *Artes* dicit virtutes; praecessit enim *virtus quin superet tua.*]

Sy. O Ctésipho! *Ct.* O Syre! Aéschinus ubi est? *Sy.* 'Ellum. te exspectát domi. *Ct.* Hem!
Sy. Quid est? *Ct.* Quíd sit! illius ópera, Syre, nunc vívo. festivóm caput!
Quin ómnia sibi póstputavit ésse prae meo cómmodo:

V. 9. Faërn. et Bentl. *quin* i, e. *quine.* pro *qui omnia*, e Bemb. et aliis.

---

homini nemini? Sed ut diximus, figura est ἀρχαϊσμός. — 7. *O Ctesipho!*] Mire coepit, gaudium significans, *O Ctesipho. O Syre!*] Ille ut gaudens: hic, ut qui non praeviderit, O dicit. *O Syre! Aeschinus ubi est?*] Bene statim de illo, cui agebat gratias, loqui coepit. *Ellum!*] Ecce illum: vel pronomen est, vel adverbium demonstrantis. Alii interrogative legunt: ut sit, *ellum dicis? te exspectat domi.* ut sit, *ellum* pronomen, id est, *illum;* nam et *illum* et *ellum* et *ollum* veteres dixerunt. *Domi.*] Adverbium est in loco. *Hem!*] Interiectio est laetantis. — 8. *Quid sit!*] Deest, *quaeris?* sed est admirantis magis, quam interrogantis. *Illius opera.*] Dicendo *opera* et corporeum laborem Aeschini ostendit et religionem. Ut, *Hunc mihi da proprium, virgo sata nocte, laborem, Hanc operam.* Hanc religionem ait: ut, *annua magnae Sacra refer Cereri laetis operatus in herbis. Illius opera, Syre, nunc vivo.*] O miram amplificationem beneficii. Non dixit, *Illius opera amicam habeo*, sed quod satis grave et satis amatorium, *Illius opera nunc vivo*, inquit. *Festivom caput?*] Huic contrarius sensus est, *ridiculum caput.* Alii putant, *festivom caput* non Aeschini intelligendum, sed orationis, quam habet Ctesipho, agens gratias fratri. Ita in Eunucho, *Quam venuste! quod dedit Principium adveniens!* Quod si est, nihil potest supra hanc laudationem: nam supra hoc factum erit accipiendum. Sed male: nam *caput Aeschini*, id est, ipsum Aeschinum: ut in toto pars sit per συνεκδοχήν: in qua figura et pars pro toto ponenda est, quae aut eminet ex toto, aut maioris pretii est ad id quod agitur. Quod ipsum sic esse observatum a bonis auctoribus, si exempla συνεκδοχῆς penitus considerare studes, invenies. — 9. *Quin omnia.*] Admirative *quin:* et sic pronuntiandum *quin*, τὸ παρέλκον usque ad *malediota, famam. Prae meo commodo.*] Id est, mei commodi comparatione: ut in Eunucho, *Hic ego illum contemsi prae*

---

8. *Vivo.*] H. e. Resipisco, cum antea occidisse et pene sepultus viderer. Cicero pro P. Sextio, 31. *Res erat, et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos et vivere videretur.* — *Festivom caput.*] Ita And. II, 2, 34.

9. *Omnia sibi postputavit.*] Ita Hec. III. 5. 33.

Maledícta, famam, méum amorem, et peccátum in sese tránstulit.
Nil póte supra. sed quís[nam]? foris crepuit. *Sy.* Máne, mane! ipse exit foras.

V. 10. *sese* pro vulg. *se* Bentl. restituit.
V. 11. Bentl. ex codd. *Nihil súpra pote.* Dein *sed* in codd. plurimis deest. Pro *quisnam* alii *quidnam.* Hinc Bentl. extudit: *Nil supra pote. nam quid foris crepuit?* Sic *nam quid, nam quae* etc. pro *quidnam* legitur Phorm. I. 4, 23. V. 1, 5.

---

me, id est, mei comparatione. — 10. *Maledicta, famam.*] *Maledicta*, aut lenonis, aut Demeae: *famam* autem, populi. nam si aliter acceperis, idem *maledictum* videbitur et mala *fama.* *Meum amorem, et peccatum.*] De rapienda meretrice, et amanda. *Meum amorem, et peccatum.*] De rapienda meretrice, et amanda. *Meum amorem, et peccatum.*] Quum dixisset *omnia*, duo tantum intulit, *maledicta* et *famam:* ut, *Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque.* Et hoc, ut sit defectus quidem intelligendus ex affectu gratias agentis. *In se transtulit.*] Pulchra κα-[illegible], quia erratura est Sostrata circa Aeschinum, quemadmodum iam erravit Demea, eo quod ab illo credidit amari meretricem. — 11. *Nihil pote supra.*] Ἔλλειψις per admirationem est: subaudiendum est enim vel *esse* vel *dici.* Ut *pote* pro *potis*, et *mage*, pro *magis*, τῷ ἀρχαϊσμῷ. *Sed quisnam? foris crepuit.*] Resonuit: ut *decrepiti* dicti sunt clamosi senes. *Foris* singularis numeri, nominativi casus. *Mane.*] *Mane*, gaudentis est hoc dictum, non operiri iubentis.

---

10. *Peccatum in se transtulit.*] Ita And. II. 3. 5. Eun. II. 3. 97.

11. *Nihil pote supra.*] Subaudi, dici aut fieri. And. I. 1. 93. Eun. III. 1. 37. — *Foris crepuit.*] Ita Eun. 8. 5. Heaut. I. 1. 121. III. 3. 52. Plautus, Mil. II. 1. 76. *Sed foris concrepuit.* Vide ad And. IV. 1. 59.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA QUARTA.

AESCHINUS. SANNIO. CTESIPHO. SYRUS.

Aes. Ubi est ille sacrilegús? *Sa.* Men' quaerit? núm quidnam effert? óccidi!
Nil video. *Aes.* Ehem! opportúne; te ipsum quaéro. quid fit, Ctésipho?

V. 1. Bentl. e Bembin. *Me quaerit*, sine interrogatione, ut Eun. V. 6, 5. Plaut. Pseud. IV. 2, 19. Pers. I. 3, 10.

1. *Ubi ille est sacrilegus?*] *Mire Aeschinus servat adversus Lenonem superbiam, qua ostenditur tanto esse alienior ab amoribus Meretricis, quanto audacior in Lenonem.* *Men' quaerit? num quidnam effert?*] Sperat nunc Leno se aliquid accepturum propter convicium, ut alibi, *Minis viginti tu illam emisti: quae res tibi vertat male! Argenti tantum dabitur.* Et vide, quanti faciat Leno prae lucro iniuriam, qui se *sacrilegi* nomine significari non solum non dolet, sed etiam cupit. Oportet autem *mene quaerit?* cum quadam gesticulatione et subsultatione sperantis Lenonis ad hoc se quaeri, ut accipiat, pronuntiare. *Occidi! nihil video.*] *Occidi*, non quia sacrilegus dictus est, sed quia nihil accipit. Et simul gestum considera loquentis ex verbis, *Occidi! nihil video.*] Mire hoc verbo apparet, in vultu Lenonis et spem mortuam, et extinctum gaudium. nam et apta est ἔλλειψις haec dicentis: *occidi! nihil video*, neque enim addidit *proferri*, aut quid tale. — 2. *Ehem!*] Interiectio repentinae rei. *Opportune: te ipsum quaerito.*] Ἀσύνδετον. deest *venisse*: non enim sequenti nectitur. *Quid fit, Ctesipho?*] *Quid fit*, blandum initium est; non enim nunc interrogat, quum ipse dicat, *In tuto 'st omnis res.* sic ipse Demea in subditis, *iam nunc haec tria addidi praeter naturam: o noster! quid fit?*

1. *Sacrilegus.*] *Sacrilegus* et *sacrilega* convicium comicum. Eun. V. 1. 13. V. 3. 2. et 13. Plautus, Rud. III. 4. 1. *natum quantum est hominum sacrilegissume.*

In tuto 'st omnis rés: omitte véro tristitiám tuam.
Ct. Ego illam hércle vero omítto, qui quidem te hábeam fratrem. o mi Aéschine!
O mí germane! ah, véreor coram in ós te laudare ámplius;
Ne id ássentandi mágis, quam quo habeam grátum, facere exístumes.

V. 3. Bentl. e Bemb. *tristitiem.*
V. 6. dubitat Bentl. an *assentando* legendum sit.

---

quid agitur? — 3. *In tuto 'st omnis res.*] Quasi amatori omne dixit negotium de amica. An *omnis res*, et Lenonis iurgium, et suspicio patris Demeae? *Omitte vero.*] *Vero* abundat: aut correptivum est, iamdudum non omittentis. *Tristitiam tuam.*] Sic dixit, quasi nimiam. — 4. *Ego illam hercle vero omitto.*] Apparet non nunc primum dici Ctesiphoni ab Aeschino, *omitte vero tristitiam tuam*, nec nunc primum responsum, *omitto:* et ideo additum est, *hercle vero;* quia nunc demum data est plena securitas. *Qui quidem te habeam fratrem.*] Acuendum *te.* — 5. *O mi germane!*] *Mi*, *meus:* sed vocativo dixit casu. *Coram in os te laudare amplius.*] *Coram* ad ipsum pertinet qui laudat, et ad eos qui audiunt: *in os*, ad ipsum qui laudatur. Nam *coram laudat*, qui non tacet apud alios, et hoc agit non per epistolam, sed ipse praesens. *In os*, qui apud ipsum loquitur, quem collaudat. *Laudare amplius.*] Quia laudavit. — 6. *Ne id assentandi.*] Antiqua ἔλλειψις; deest enim *causa*. *Assentandi.*] Adulandi. Et utrum deest *causa*, an ad ipsam litem [Vett. editt. *ob ipsa lite.* Lege *absolute.* Bentl.] sic dicitur? *Ne id assentandi.*] Specta, si non rusticus adolescens est, et purissimae simplicitatis, adeo ut etiam velle laudare fratrem nimio pudore non possit, hoc solo quia praesens est, quum illum nimium laudarit absentem. *Quam quod habeam gratum.*] Varie: non enim intulit, *quam gratias agendi.*

---

3. *In tuto 'st omnis res.*] Ita Plautus, Merc. II. 3. 48. *Res adhuc quidem hercle* in tuto 'st. Vide ad And. V. 2. 4. — *Omitte tristitiam.*] Ita infra IV. 7. 36.

5. *Coram in os te laudare.*] Cicero, pro Sext. 40. *Ego hunc laudis fructum praesenti libenter impertiam.* Id Graeci itidem dicunt, κατὰ στόμα ἐπαινεῖν. Contrarium est infra, V. 4. 10. *Nulli laedere os.* cfr. Heaut. III. 3, 11.

6. *Assentandi.*] Ita et Graeci omittunt χάριν et ἕνεκα. Vid. Taubm. ad Plaut. V. 3. 18. et Voss. Arte Gramm. VII. 7. [Cfr. Ruddimann. Institutt. II. p. 116. et 245. Ed. Lips.] Similis fere sententia est

Aes. Age, inépte: quasi nunc nón norimus nós inter nos, Ctésipho.
Hoc míhi dolet, nos péne sero scísse; et pene in eúm locum
Redísse, ut si omnes cúperent, nil tibi póssent auxiliárier.
Ct. Pudébat. *Aes.* Ah! stultítia 'st istaec, nón pudor. tam ob párvolam
Rem péne ex patria? túrpe dictu. Deós quaeso, ut istaec próhibeant.

V. 7. Westerh. *non* om. Male. *Norimus* producit per ultimam.
V. 8. Bentl. *scisse; et in eum rem locum.* Aliquot libri *paene re in eum loc.* Alii: *rem paene.*
V. 9. Bentl. ex codd. et vett. edit. *tibi nil.* Anapaestus in his versibu dactylo suavior. Accedit quod *tibi* in ictu esse debet.

Quod.] Quia. — 7. *Age, inepte.*] Non est iniuria, quia et maior frater est, et blanda dicturus. — 8. *Hoc mihi dolet.*] Τῷ ἰδιωτισμῷ. *Mihi dolet*, pro *doleo.* Et *dolet* bis subaudiendum est. *Et pene in eum locum redisse.*] Insinuatio beneficii e periculo et difficultate, ob tempus. — 9. *Ut si omnes cuperent.* Non, si ego tantummodo, aliis adversantibus. — 10. *Pudebat.* Deest *fateri. Stultitia 'st isthaec.*] Hoc scilicet fateri ei, qu ipse patri numquam quidquam celaverit. *Tam ob parvolam rem.* Ergo diminutivis adiungitur *tam* particula. Et deest *perire:* sed τῷ εὐφημισμῷ tacetur. *Tam ob parvolam rem.*] Id est, meretricem Et bene hic dicit Aeschinus, quasi qui maiora expertus sit, id est, vitium virginis. — 11. *Pene ex patria?*] Deest *fugere:* qui amatores comici cito comminantur, patriam se deserturos, ut amica sequantur. *Pene ex patria?*] Ἀποσιώπησις εὐφημισμοῦ χάριν

Ausonii, Epist. 16. *Haec, domine mi, fili Symmache, non vereor, n in te blandius dicta videantur esse, quam verius.* [*Quo habeam gratum* i. e. quo mihi gratum et iucundum sit. Plaut. Trucul. II. 7. 56. *don accepta et grata habeo.* Cic. Tusc. Disp. V. 15. *id gratum acceptumque habendum.*]

7. *Quasi nunc norimus nos inter nos.*] Cicero, Fam III. 9. *Fuisse, qui nos, quo animo* inter nos *sumus, esse nollent.* XIII 76. *Ut nihil possit esse coniunctius, quam* nos inter nos *sumus.*

8. *In eum locum redisse.*] Subaudi, *rem.* Ita Heaut. II 3. 118. Phorm. I. 3. 1.

11. *Deos quaeso, ut istaec prohibeant.*] Formula de

Ct. Peccávi. *Ae.* Quid ait tándem nobis Sánnio?
Sy. Iam mítis est.
Ae. Ego ád forum ibo, ut húnc absolvam: tu íntro
ad illam, Ctésipho.
Sa. Syre, ínsta. *Sy.* Eamus: námque hic properat
in Cyprum. *Sa.* Ne tám quidem.

Menander mori illum voluisse fingit: *Terentius* fugere. *Turpe dictu.*] Te fugere scilicet. Et deest *est*. *Ut istaec prohibeant.*] Id est, exilium fugamque patriae. — 12. *Peccavi.*] Approbavit ex periculo magnitudinem beneficii. *Quid ait tandem nobis Sannio?*] *Nobis* τῷ ἰδιωτισμῷ additum est; non enim *nobis* intelligendum est. *Iam mitis est.*] Quia debacchatus est supra leno, *iam mitis est* dixit. — 13. *Ego ad forum ibo.*] Tunc enim in foro et de mensae scriptura magis, quam ex arca domoque, vel cista, pecunia numerabatur. *Ut hunc absolvam.*] Id est, ut hunc, reddito illi pretio, dimittam. Nam relati ligati sunt, quibus debetur aliquid. Dicuntur etiam *servi* illi *solvi*, qui quum debitores pretiorum fuerint, pecuniam reddunt debitam. Est ergo *absolvam* pro *a me solvam*. An iocatur in tristitia lenonis, qui illum cum barba lenonia et moesto vultu sequitur, tanquam reus? *Tu intro ad illam, Ctesipho.*] Bona ἔλλειψις, significans laetitiam potiundae meretricis. — 14. *Syre insta.*] Iam Syrus, non ut adiuvet, sed ut instanter adiuvet, rogatur. *Eamus: namque hic properat.*] Hoc clamat Syrus, ut beneficium ostendat: sane ita ut rursus lenonem de profectione absterreat. *Ne tam quidem.*] A lenone inconstanter dicitur, ut perturbatio metuentis magnum damnum possit ostendere. *Ne tam quidem.*] *Tam* pro *tantum*; an *tam* pro *tamen?* et deest, *dicas me properare*, aut *pro-*

---

precandi malum omen. Vide Heaut. V. 4. 15. Hec. II. 1. 10. Cicero, Fam. XII. 6. *Quod Di omen avertant.*

12. *Quid ait tandem nobis Sannio?*] Emphasis est in vocibus *tandem* et *nobis*. Ita infra, III. 4. 30. et IV. 5. 31. — *Mitis est.*] Nimirum ex saevo et debacchante. Ita infra IV. 1. 18. Afranius, Divortio: *Immo illum mitem faxo faciant fustibus.*

13. *Ad forum ibo.*] Respicit morem veterum, ab argentariis, quorum mensae et tabernae in foro erant, numos solventium. Vide ad Phorm. V. 7. 28. — *Ut hunc absolvam.*] Ita mox, versu 18. Igitur non tantum debitor, qui obligatus creditori, sed et ipse creditor *absolvi* dicitur. Plautus, Epid. V. 1. 25. *Age, age,* absolve me, *atque argentum numera.*

14. *Ne tam quidem.*] Videtur lente promovens unum pedem haec dixisse. Nisi sensus est, ne tam quidem propero, ut non malim

Quamvis etiam maneo ótiosus hic. *Sy.* Reddetur: né time.
***Sa.* At ut ómne reddat. *Sy.* 'Omne reddet: táce modo, ac sequere hác. *Sa.* Sequor.**
***Ct.* Heus! heús! Syre. *Sy.* Hem! quid est? *Ct.* 'Obsecro hercle te, hóminem istum impurissimum**

V. 17. Bentl. *te* ex aliquot libris inseruit, quo omisso claudicat versus.

---

pero: ut sit etiam adverbium hortantis, vel consentientis. — 15. *Quamvis etiam.*] Pro, *in quantum vis.* *Etiam* particula, utrum consentientis adverbium, an coniunctio, qua significat et properare se, et non in tantum, ut negligat quod sibi debetur? *Maneo otiosus hic.*] Hoc separatim inferendum est, quasi pertinaciter asserentem lenonem instaturum se exclamationem * facere denotetur. *Maneo otiosus hic.*] Dixerat enim, *Propero:* et rursum consenserat in Syri verba *properasse se* dicentis. *Reddetur: ne time.*] Quod desperaverat leno, Syri ostendit sermo. — 16. *Ut omne reddat.*] Propter illud quod Syrus dixerat, *Dividuum face.* Et probatum est completumque, quod ait, *Cupide accipiat, faxo.* Et hoc ipsum cum trepida et vultuosa supplicatione pronuntiandum est. *Tace modo, ac sequere hac.*] Sic ait Syrus, quasi nunc lenonem doceat, quae sit ars non perdendi. Et totum cum supercilio praestantis magnum beneficium dicit. *Sequor.*] Hoc verbo leno satis commitigatus ostenditur. — 17. *Heus! heus! Syre.*] Ex argumento est, ostendere, quantum timeat Ctesipho saevum patrem. *Heus! heus!*] Vox est de longinquo revocantis. *Obsecro hercle, hominem istum impurissimum.*] Satis mansuete, quasi *lenonem* aut non possit rusticus aut non audeat dicere, *hominem* dixit. *Istum impurissimum.*] Avarissimum. Et totum cum execratione

---

ante argentum mihi numerari pro rapta virgine. Plautus, Pers. IV. 6. 11. *To.* *Quid* tam properas? *Sa.* *Ita negotium 'st.*

15. *Quamvis.*] H. e. quantum libet; valde. Phaedrus, I. 28. 1. Quamvis *sublimes debent humiles metuere.* Vid. intpp. ad Cicer. Lael. c. 26.

17. *Hominem istum impurissimum.*] Convicium comicum in lenonem, ad notandam avaritiam. Unde et *sordidus* dicitur. Ita Cicero, pro Cluent. 25. *Quae pecunia simulatque ad eum delata est*, homo impurissimus *statim coepit in eiusmodi mente et cogitatione versari: nihil esse suis rationibus utilius.*

Quamprimum absolvitóte: ne, si mágis irritatús siet,
Aliqua ád patrem hoc permánet; atque ego túm perpetuo périerim.
Sy. Non fiet: bono animo és: tu cum illa te íntus oblecta ínterim:
Et léctulos iube stérni nobis, ét parari caétera.
Ego iám, transacta ré, convortam mé domum cum obsónio.

lenonis. — 18. *Ne, si magis irritatus siet.*] Velut clamet scilicet: et proprie de lenone, quem irritari dicit ut canem. Nam *irritari* proprie canes dicuntur. *Lucilius* de litera *r*: *Irritata canis quod homo quam plurima dictat.* Lenonem autem timet Ctesiphó ut rusticus, ut sub patre duro, ut amator. — 19. *Aliqua ad patrem hoc permanet.*] Non dicit quid: sed nos intelligimus *raptum puellae* significari. *Aliqua ad patrem hoc permanet.*] Proprie secretum latens latici comparatur, intra vas clausum existenti: quod, quum effunditur, *manat.* Sic et alibi de committendis secretis loquens, *Plenus*, inquit, *rimarum sum; hac atque illac perfluo.* *Atque ego tunc perpetuo perierim.*] Quasi ét nunc se periisse sentiat, sed non *perpetuo.* — 20. *Non fiet: bono animo esto.*] Ut illi liberalis timor est: ita Syro servilis confidentia. *Tu cum illa te intus oblecta.*] Moraliter *illa* dictum est, ut, *Daturne illa hodie Pamphilo? et illa quidem mea erit.* *Tu cum illa te intus oblecta.*] Honeste explicavit turpe dictu. — 21. *Et lectulos iube sterni nobis.*] Servis; nihil tam comicum. Et vide ut totum superbe ac magnifice loquatur Syrus. — 22. *Convortam me domum.*] *Convortam* magnifice dictum; verbum est enim magni moliminis et agminis ingentis. Nam *convertere se* dicitur, quem pompa praecedit, ut imperator proprie convertit exercitum. Et hoc spectatur, ut moribus arrogantes servi sint, quum laetantur. —

---

18. *Irritatus.*] Explicat Donatus. Plautus, Amph. II. 2. 75. *Irritabis crabrones.*

19. *Aliqua ad patrem hoc permanet.*] Ita Plautus, Capt. II. 1. 25. *Neve* permanet *palam haec nostra fallacia.* Cicero, Fam. VIII. 6. *Invidiosum tibi sit, si* emanarit.

21. *Lectulos.*] Intelligit lectulos discubitorios et tricliniares. Plautus, Stich. V. 3. 5. *Lectis sternendis studuimus.* Fuit igitur animus Syri servi in patinis.

Ct. Ita quaéso: quando hoc béne successit, hílarem hunc sumamús diem.

V. 23. Palmerius et Bentl. *hilare* corrigunt. De adverbio *hilare* cfr. Charisius p. 180.

---

23. *Ita quaeso.*] Volunt quidam et hunc versum Syri personae adiungendum: sed Ctesiphonis verba esse, ex subditis planum est, quum dicit, *Hunc diem misere nimis cupio, ut coepi, perpetuum in laetitia degere.*

---

23. *Hilare hunc sumamus diem.*] Ita infra, V. 3. 68. Plautus, Poen. V. [illegible]30. *Ut hunc diem habeamus hilarem.* [*Hilarem hunc sumamus diem.* Rectissime Bentleius e Charisio veteri Grammatico emendat *hilare hunc sumamus diem. Hilare* Veteres dicebant pro hilariter, ut *hilarus* pro hilaris. *Sumere* est consumere. Plaut. Pseud. V. 1. 23. *hunc diem sumsimus prothyme.*]

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

SOSTRATA. CANTHARA.

So. Óbsecro, mea nútrix, quid nunc fiet? **Ca.** Quid fiét, rogas?

Obsecro, mea nutrix.] *Haec scena tragoediae ordinem servat. Nam tragoedia in tria dividitur, exspectationem, gesta, et exitum. Hic ergo exspectatio est; in Getae nuntio gesta; in planctu Sostratae exitus.* — 1. *Obsecro, mea tu nutrix.*] Hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, quam grata in dominos servorum fides sit: eundemque laborem et dolorem esse ex falsis et veris malis. *Obsecro, mea tu nutrix.*] Personae aut suis verbis, aut aliorum insinuantur. Ex suis: ut nunc persona Sostratae. Ex alienis: ut Micio Aeschini persona ex Micionis oratione ac Demeae. *Obsecro, mea tu nutrix.*] *Mea* nunc pro blandimento ponitur. *Quid nunc fiet?*] Imploratio est magis trepidantis, quam ignoratio; namque illius nutrix est, quippe anicula est: sed non sapientior nutrix est, quam domina sua. Ipsum etiam quod dicit *nutrix*, honorificum est. Ut, *Annam, chara, mihi, nutrix, huc siste sororem.* Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus ab omnibus appellari, u

Recte, édepol, spero. *So.* Módo dolores, méa tu, occípiunt prímulum.
Ca. Iam núnc timés, quasi númquam adfueris; númquam tute pépereris.
So. Miserám me! neminem hábeo: solae súmus. Geta autem hic nón adest:

V. 3. Bentl. *nusquam adfueris*, ex cod. Petrensi. Nobis vulg. magis placet.

---

magister, medicus, orator. — 2. *Modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.*] Evidenter hic *modo* temporis praesentis adverbium est. Et rursus *mea tu* blandimentum est: sine quo non progreditur colloquium foeminarum, et maxime trepidantium. *Primulum.*] Initium et ipsa origo dolorum diminutive demonstrata est. Non enim *primum*, sed *primulum* dicit. — 3. *Iam nunc times, quasi numquam adfueris, numquam tute pepereris.*] Docte duo proposuit, quibus experientes scientesque rerum sumus, videre et pati. Virgilius sic, *quaeque ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui.* *Tute* autem pro *tu* παρέλκον est, quod * recitatu. Et facit *tute*, et *tutemet*, et *tutemet ipse*. *Numquam tute pepereris.*] Vide προκαρασκευὴν doloris: nihil mali adhuc secutum est, et iam sic turbatur Sostrata. — 4. *Miseram me.*] Proprium est mulierum, quum loquuntur, aut aliis blandiri: ut, *Annam, chara, mihi, nutrix, huc siste sororem.* aut se commiserari, ut, *miserae hoc tamen unum Exsequere, Anna, mihi.* Nam haec omnia muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in acervum rediguntur, et enumerantur nullius momenti querelae. *Neminem habeo.*] Quid enim opus est aut cur nunc querelis? *Neminem habeo: solae sumus.*] Muliebriter queritur, et ex perturbatione sua aestimans, metu multa facit ea, quae pauca sunt. *Solae sumus.*] Numquam pluraliter *solae*. *Solae sumus.*] Quum hoc nomen singularitas sit, mire *solae* pluraliter dixit. *Geta autem hic non adest.*] Hic

---

2. *Recte, aedepol, spero.*] Ita Heaut. I. 1. 107. — *Modo dolores occipiunt primulum.*] Intelligit *dolores* partus. Plautus, Amph. V. 1. 40. *Ibi utero exorti dolores, ut solent puerperae.* Propertius, IV. 1. 95. *Idem ego, cum Cinarae traheret Lucina dolores, Et facerent uteri pondera lenta moram.*

3. *Adfueris.*] Subaudi, parientibus. Ita And. IV. 4. 32. — *Nunquam tute pepereris.*] Ennius, Medea Exulante: *Nam ter sub armis malim vitam cernere, Quam semel modo parere.*

4. *Neminem habeo: solae sumus.*] Ita Eun. I. 2. 67.

Nec ést quem ad obstetrícem mittam; néc qui arcessat Aéschinum.
Ca. Pol ís quidem iam híc áderit: nam numquam únum intermittít diem,
Quin sémper veniat. *So.* Sólus mearum míseriarum est rémedium.
Ca. 'E re nata mélius fieri haud pótuit, quam factum ést, hera:

V. 5. *est* om. codd. Dedit Bentl. de coniectura et metro et sententia postulante.

V. 7. Bentl. cum vett. editt. *est* post *mearum* collocavit.

V. 8. Bentl. *e re natae* ex codd. suis, quibuscum multi alii consentiunt.

---

apparatio est, ut ostendatur absens, qui superventurus est. — 5. *Nec quem ad obstetricem mittam.*] Deest *habeo.* Sed in consuetudine est sic loqui, quum utrumque nobis, non alterutrum, deesse conquerimur. *Nec quem ad obstetricem mittam; nec qui arcessat Aeschinum.*] *Habeo* subauditur, et magis a trepidante, quam rationabiliter dicitur: nam refellit hoc totum nutrix Canthara. — 6. *Numquam unum intermittit diem, quin semper veniat.*] *Numquam* pro *non.* Et *semper* non ad omne tempus retulit; nam qui potest? sed ad omnes dies, secundum quod ait, *nam numquam unum intermittit diem.* — 7. *Solus mearum miseriarum.*] Bona locutio. — 8. *E re nata.*] Sic proprie dicimus de iis, quae contra voluntatem nostram acciderunt: ut nunc vitium virginis. Ergo *e re nata*, ex vitio virginis. Sic *Lucilius*, p. i. i. *Hic e re nata Sic eius dedit: haud malus est.* Et sic maluit dicere, quam nunc Aeschino culpam, sed potius casui attributam vellet. Est autem ordo, *Nihil potuit melius e re nata fieri, quam id quod factum est, hera;* ut quandoquidem vitianda erat virgo, ab eo vitiaretur, qui

---

6. *Nunquam unum intermittit diem.*] Ita Plautus, Bacchid. II. 2. 31. *hem, non tantulum Unquam* intermittit tempus, *quin eum nominet.* Caesar, B. C. VII. 36. *Neque ullum fere diem intermittebat.*

7. *Solus mearum miseriarum 'st remedium.*] Ita Heaut. III. 2. 28.

8. *E re nata melius fieri haud potuit.*] H. e. postquam res ita nata erat, ut filiae tuae offerretur vitium, malum illud ad maiorem salutem converti non potuit, quam, quod ad Aeschinum attinet, illum esse talem. Plautus, Cas. II. 5. 85. Ita rem natam *intelligo.* Bacchid. II. 2. 40. *Ut* rem *hanc* natam *esse intelligo.* Cicero, Att. VII. 8. *Pro re nata.* Vide Comment. maiorem. [*E re nata*

Quando vitium oblátum est; quod ad illum áttinet potíssimum;
Tálem, tali génere atque ánimo, nátum ex tanta fámilia.

V. 10. Bentl. corr. *Talem, tali ingenio atque animo*, ut saepe loquuntur veteres.

---

erat expetendus ad matrimonium. Sensus enim hic est, malum vim fieri virgini: sed ex conditione eius quae vitiata sit, nihil potuit melius evenire quam contigit, ut ab eo vitiaretur, cuius nos non poeniteret. Intelligere autem debemus, *fieri* et *factum esse* pro *evenit* et *contigit* dici. *Melius fieri haud potuit.*] Si *fieri* pro *evenit* acceperis, erit consequutio locutionis; sin minus, deerit, *quantum intelligo*, ut sit, *e re nata*, *quantum intelligo*. — 9. *Quando vitium oblatum est.*] Hoc est, *e re nata*. *Oblatum est.*] *Oblatum* dicitur, quod offertur invito. *Quod ad illum attinet potissimum.*] Quasi *vitium oblatum* sit *potissimum*, hoc est, bonum: sed ex persona eius qui obtulit vitium, factum est bonum, quod per se ipsum malum est. Et hoc est quod *melius haud fieri potuit, quam factum est*. *Illum* autem dicit, Aeschinum scilicet. *Potissimum* autem superlativum est ab eo quod est *potis* et *potius*. Sic enim facit, *potis*, *potius*, *potissimum*. Et *quod* modo exceptionem significat: ut sit, *quantum ad illum attinet*, id est, Aeschinum. — 10. *Talem.*] Scilicet a corpore, a forma, a pulchritudine. *Tali genere.*] Laus, ante illum talem: et *tali animo*, in illo. Et *genus* iam ad vivos pertinet. *Familia* etiam ad defunctos. Alii *genus* ad copias: unde et *paterfamilias* dicitur; ut sit, *ex tanta familia*, ex tam divite domo. Haec omnis παρέκτασις tragica est gaudiorum introductio ante funestissimum nuntium. *Tali genere.*] Id est, ab his quae extrinsecus sunt, id est, honestate generis. *Atque animo.*] Id est, sapientia, modestia. Hoc modo igitur nihil

---

i. e. quando res ita cecidit, quando reliqua ita se habent: qua formula utuntur, quibus quid contra voluntatem ita accidit, ut tamen incommodum cum aliquo commodo coniunctum sit. Vid. Donatus ad h. l. Cic. ad Attic. VII. 8. *animadverteram posse pro re nata te non incommode ad me in Albanum venire.* XIV. 6. *Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum.* Quodsi retineamus librorum fere omnium scripturam probatam Bentleio *e re natae*, intelligendum est: ex commodo filiae tuae. Sic dicitur *e re mea*, *e re tua* etc.]

9. *Vitium oblatum.*] Ita Hec. III. 3. 23. Eodem sensu *iniuriam offerre* dixit Hec. V. 1. 14.

So. Ita pol est, ut dicis. salvos nobis, Deos quaeso, ut siet.

praetermisit in laude. — 11. *Salvos nobis, Deos quaeso, ut siet.*] Quam bonus est, quum nihil ad vota praeter salutem, opus est!

11. *Deos quaeso.*] Quasi formulae usum habet in bene precantibus. Ita And. III. 2. 7. Plautus, Amph. II. 2. 88. *Equidem sana sum, et* deos quaeso, *ut salva pariam filium.* Sed et in imprecationibus diris. Plautus, Rud. IV. 7. 20. *At ego* deos quaeso, *ut, quidquid in illo vidulo 'st, Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

GETA. SOSTRATA. CANTHARA.

Ge. Nunc illud est, quod si omnia omnes sua consilia conferant,

V. 1. Bentl. *omnia omnes* pro vulg. *omnes omnia*, ex plerisque codd. et editt. vett., numeris utique venustioribus.

Nunc illud est.] *Hic locus secundum artem comicam servum currentem exprimit et nuntiantem mala. Maxima itaque pars scenae motoria est. Significat autem, nunc tale negotium est, nunc tale periculum est: aut vero consignificationem temporis habet, ut si diceret, quando aut quo tempore.* — 1. *Nunc illud est.*] Utrum *periculum*, an *tempus*? Est enim ἔλλειψις. *Quod si omnes omnia sua consilia conferant.*] Ὑπερβολὴ cum παρονομασίᾳ, *omnes om-*

1. *Nunc illud est.*] Locus expressus e Plauto, Rud. III. 3. 1. Nunc id est, quum *omnium copiarum atque opum, Auxilii, praesidii, viduitas me tenet.* — *Si omnes omnia sua consilia conferant.*] *Si* valet *etsi*, quia sequitur negativum *nihil.* Vide ad Eun. I. 1. 2. Tum *omnes omnia* eleganter iunguntur. Ita

Atque huic malo salútem quaerant, aúxili nihil ádferant,
Quod míhique heraeque filiaeque heríli est. vae miseró mihi!
Tot rés repente círcumvallant, únde emergi nón potest:
Vis, egestas, íniustitia, sólitudo, infámia.

nia. Hinc *Cicero, Omnes in hoc iudicio conferant omnia.* — 2. *Salutem quaerant.*] Non *remedium,* ut aegro: sed ut pereunti, *salutem.* Et nove dixit, *malo salutem,* pro *contra malum. Auxilii nihil adferant.*] *Mire de proximo repetitum est παρόμοιον; id est, *conferant* et *adferant.* Hoc convenit praesertim stomacho minus verba curantis. Sic supra, *omnes omnia.* — 3. *Quod mihique heraeque filiaeque.*] Mira in servo fides, quum primum se ponat in herili malo: et post se, matrem: in ultimo puellam. *Quod mihique heraeque filiaeque herili est.*] Πολυσύνδετον secundum, ut, *omnia secum Armentarius Afer agit, tectumque, laremque, Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram. Vae misero mihi!*] Ἐμπαθῶς σχετλιάζει. — 4. *Circumvallant.*] *Circumvallant* se circa nos, et stipant se invicem; nam *circumvallamus* nos et alios: tamen rara locutio est. Et *circumvallant* dixit, velut inimica acies contra nos: et ideo addidit, *unde emergi non potest.* Quum impressio est hostium, sic dicitur. Ut *Sallustius: Pressi undique multitudine. Cicero, Qui semper premuntur, et numquam emergunt.* Et *emergi,* nove: nam *emergo* dicitur, non *emergor;* sed ideo est usus, quia extra compositionem et *mergo* et *mergor* facit. *Unde emergi non potest.*] *Unde,* absolute; an deest *illud?* an *unde,* pro *ex quibus?* — 5. *Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.*] Hae *res* sunt quae *circumvallant: vis* illata: *egestas* ipsius puellae: *in-*

Hec. V. 4. 27. Livius, XXVIII. 24. *Quum* omnia omnes *auderent.* Quinctilianus, Instit. Orat. X. 1. Omnia, *quae* omnes *auctores dixerint, consilia conferant* dixit, uti Heaut. III. 1. 64.

2. *Huic malo salutem quaerant.*] H. e. malum hoc ad salutem convertere studeant, uti loquitur And. IV. 1. 49.

4. *Tot res repente circumvallant.*] Eandem rem aliter expressit And. I. 5. 25. Locus expressus e Plauto, Mil. II. 2. 64. seqq. Proprie usus Dolabella, scribens Ciceroni, Fam. IX. 9: *Illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano,* circumvallato *nunc denique.* — *Unde emergi non potest.*] Vide ad And. III. 3. 30.

5. *Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.*]

Hóccine seclum! o scélera! o genera sácrilega! o hominem ímpium!

So. Me míseram! quidnam est, quód sic video tímidum et properantém Getam?

Ge. Quem néque fides neque iúsiurandum néque illum misericórdia

V. 6. Westerhov. *impurum* pro *impium*, invito metro.

---

iustitia iudicum illius temporis: *solitudo* a defensoribus: *infamia* ab iis, qui credunt pretio vitiatam. Nam et in subditis sic habes, *Quando ego conscia mihi sum, neque pretium, neque rem ullam intercessisse.* — 6. *Hoccine seclum.*] Ἐν ἤθει. Questurus de homine, *seculum* accusat prius: ut, *o tempora! o mores!* et e contrario secula in omnibus rebus laudantur: ut, *quae te tam laeta tulerunt Secula? O scelera! o genera sacrilega! o hominem impurum!*] Moris est nimis dolentibus, incusare alia ex aliis. *Virgil. Quum, complexa sui corpus miserabile gnati, Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.* Et: *Quem non incusavi amens hominumque Deûmque? O hominem impurum!*] Aeschinum scilicet. Et hoc ἠθικῶς; nam semper ultimum ponimus eum, cui maxime irascimur. Ut in Andria, post accusatum socerum et vituperatam sponsam, *Nam quid ego dicam de patre?* Et in Phormione, *Itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo?* Et post multa: *O facinus audax! o Geta monitor!* unde ille, *vix tandem*, inqnit. — 7. *Video timidum et properantem Getam?*] *Timidum*, perturbatum. Non enim timet, sed dolet. Sic *Plautus* in Bacchidibus, *Nam ut ex navi vecta es, credo timida es.* — 8. *Quem neque fides, neque iusiurandum.*] Ordo est, *Hominem impurum, quem neque fides, neque iusiurandum.* Et saepe repetitum *neque* exaggerat crimen admissum. *Quem neque fides.*] Quia promisit. *Neque iusiurandum.*] Quia iuravit. *Neque illum misericordia.*] Quia vim intulit. *Neque illum.*] Secundum παρέλκον; nam abun-

---

Haec sunt illa mala. Pacuvius, Periboea: *metus, moeror, egestas, Senium, exiliumque, atque senectus.*

[6. *Hoccine seclum!*] Nostrates dixerint: *Ist das eine Welt! ist das ein Zeitgeist!* St.]

8. *Fides.*] Data puellae de futuris nuptiis. Ita infra, III. 4. 27. — *Illum.*] Πλεονάζει hoc pronomen vel post ipsum substantivum vel post pronomen *qui*. Ita mox versu 17. et infra III. 3. 4. Neque aliter scriptores Graeci. [Mira venustas et vis est in abundanti ut videtur pronomine *illum*, quod inepti magistelli mutarunt in *ulla*. Horat. Serm. II. 6. 83. *neque ille Sepositi ciceris nec longae invidit avenae.*

Repressit, neque refléxit: neque quod pártus instabát
prope,
Cui míserae indigne pér vim vitium obtúlerat. *So.* Non intélligo
Satis, quaé loquatur. *Ca.* Própius, obsecro, áccedamus, Sóstrata. *Ge.* Ah,
Me miserum! vix sum cómpos animi: ita árdeo iracúndia.
Nihil ést quod malim, quam íllam totam fámiliam dari [mi] óbviam,

V. 13. Westerh. *mihi dari obviam.* Delendum autem *mi* cum Guyeto. Neque enim *dari* in ultima corripi potuit.

---

dat *illum:* ut; *Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.* Et eius videlicet *misericordia* quam amavit, *neque repressit,* ne auderet: *neque reflexit,* ne faceret. Et sic hoc dictum est, ut a *Virgilio, Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit? Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem est?* Ut si non potuit reprimi ne faceret, saltem ut in peccando esset mitior, debuit commoveri; sed melius, quod supra. — 9. *Neque quod partus instabat prope.*] Αὐξητικῶς addidit non tantum mariti, sed etiam patris scelus. — 10. *Cui miserae.*] Deest *ei. Indigne.*] Impie, crudeliter, ut *Virgil. quae causa indigna serenos Foedavit vultus? Non intelligo satis, quae loquatur.*] Ad hoc Sostrata ignorans inducitur, ut malo nuntio repente feriatur. Et quia oportuit ipsam priorem loqui, praesens loquitur. Quia autem non est perdenda tam suavis ἠθοποιΐα dolentis ad irascentem, idcirco non audit, ne ob illam rem Geta conservus loqui desinat. — 11. *Satis, quae loquatur.*] Adhuc non audiente Geta loquitur. Idcirco nec audit eum satis, nec videtur ab eo Sostrata. — 12. *Vix sum compos animi.*] Aut *vix* tandem: aut *vix* non. Ut *Lucilius, Carcer vix carcere dignus. Compos animi.*] Id est, competentis animi, vel sani animi; cui contrarium est, *impos animi. Sallustius, Neque animo, neque lingua satis compotem,* quum de amente Septimio loqueretur. Alii *compotem animi* compositum animo intelligunt. — 13. *Quam illam totam familiam.*] Hic nunc tam culpa familiae, quam scelus Ae-

---

ubi vid. Bentleius. Virgil. Aen. V. 457. *Nunc dextra ingeminans ictus nunc ille sinistra.* Vid. Cl. Ernestum ad Callim. H. in Dian. v. 150.]

12. *Ardeo iracundia.*] Ita Heaut. V. 1. 48. Plautus Pseud. I. 2. 67. *Ira incendor.*

Ut ego íram hanc in eos évomam omnem; dum aégritudo haec ést recens.

Satís mi id habeam súpplici, dum íllos ulciscár modo.

Seni ánimam primum extínguerem ipsi, qui íllud próduxít scelus.

V. 14. *est haéc recens* Bentl. ex uno cod. mspt.

V. 15. Bentl. delenda censet verba *dum illos ulciscar modo;* ut sit hemistichium, ut mox v. 19. Nam *dum* ante *illos* contra artem et Terentii morem non elidi. Fortasse post *supplici* excidit aliquid.

---

schini ostenditur, propter quem omnes cruciandi sunt. — 14. *Iram hanc.*] *Hanc* interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque, ut, *tuaque animam hanc effundere dextra?* Et, *Hunc ego te, Euryale, aspicio?* Sed nunc pro utroque *hanc* dixit, ut *Sallustius* de scriptione Celtiberi ait, *Hunc igitur redarguit Tarquinius.* — 15. *Satis mihi id habeam supplicii.*] Moraliter loquitur: nám fere quando quisquam irascitur, sibi vidètur fortis, tanquam qui plus audet. *Dum illos ulciscar modo.*] Verum est hanc esse vindictam, quae ex recentissimis flagitiis properata sit. *Virgil. te, Turne, superbum Caede nova quaerens.* — 16. *Seni animam primum extinguerem ipsi.*] Bene *extinguerem:* quia ignis est. *Virgilius: Igneus est illis vigor, et coelestis origo Seminibus.* Et *primum* addidit, quod ordinem significat; tunc enim adiicitur, quum multa subiicienda monstrantur: ut cui fracta prius crura brachiaque, * caetera vitia, in Aeschinum totum promovens

---

14. *Iram hanc in eos evomam omnem.*] Ita infra, III. 4. 65. Hec. III. 5. 65. Cicero, Mil. 29. *Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius* haec in illum evomere *videar, quam verius.* Id Graecis est ἐμέσαι τὸν πονηρὸν χολῆς θυμόν. — *Dum aegritudo haec est recens.*] Cicero, Fam. X. 23. Iracundias *autem harum rerum* recentes *habebant.* Propertius, II. 4. 9. *Nunc est ira recens.*

15. *Satis mihi id habeam supplicii.*] H. e. contentus sim hoc supplicio. Ita Phorm. V. 8. 40. Plautus, Mostell. V. 2. 43. *Supplicii habeo satis.*

16. *Seni animam primum extinguerem.*] H. e. Demeae. Vitam et animam dixerunt *lumen* et *flammulam*, quae extingui proprie dicuntur. Virgilius, Aen. IV. 605. *natumque patremque cum genere* extinxem. Eadem phrasi scriptores sacri utuntur. — *Pro-*

Tum autém Sýrum impulsórem, vah, quibus illum
lacerarém modis!
Sublimem medium arriperem, et capite prónum in
terram státuerem,
Ut cérebro dispergát viam.
Adolescenti ipsi éripere oculos: póst haec praeci-
pitém darem.

V. 18. *pronum*, quod Guyetus, Westerhov. et Bentl. probarunt, debetur coniecturae Palmerii. Libri *primum*.

---

ostenditur, etiam per aliena supplicia. — 17. *Syrum impulsorem.*] Causa poenae. *Vah, quibus illum lacerarem modis!*] Hic voluntas immodica ostenditur, poenam pro merito reposcentis. Et nota, quum *Syrum* dixerit, addidisse nutus de supercilio. — 18. *Sublimem.*] Ista poena. — 19. *Ut cerebro dispergat viam.*] Et cerebrum et via dispergi potest: ideo videtur ambiguum, ut apud *Virgil. ensemque cruore Spumantem, sparsasque manus.* Aliter enim dicitur, *Spargite humum foliis.* Aliter, *Sparserat et latices simulatos fontis Averni.* — 20. *Adolescenti ipsi eriperem oculos.*] Bene *oculos*, amoris indices, adiutoresque flagitii. *Post haec praecipitem darem.*] Gravior poena caecitatis, non provi-

---

duxit.] H. e. genuit. Lucilius, Sat. Lib. XXIIII. *Ducunt uxores, producunt, quibus haec faciam, liberos.* Plautus, Bacchid. III. 3. 51. *qui illum* produxit *sibi.* Sed et educare est *producere.* Plautus, Asin. III. 1. 40. *Audientem dicto, mater,* produxisti, *filiam.*

17. *Impulsorem.*] Vide Eun. V. 6. 23. et ita infra, IV. 2. 21. — *Lacerarem.*] H. e. articulatim conciderem. Ita Plautus, Curc. IV. 4. 20. *Iam ego te faciam, ut hic formicae frustillatim differant.*

18. *Sublimem.*] Vide ad And. V. 2. 20. — *Capite pronum in terram statuerem.*] Hanc lectionem tuentur eruditi, et postulat sensus: quanquam in libris est *primum.* Imitatur Virgilius, Aen. I. 115. *excutitur, pronusque magister Volvitur* in caput. Catullus, Carm. XVI. 23. *Hunc ego volo de tuo ponte* mittere pronum. Dixit autem *capite statuerem,* uti Plautus, Curc. II. 3. 8. *Quin cadat, quin* capite sistat *in via, de semita.*

19. *Ut cerebro dispergat viam.*] Similis locutio est Eun. IV. 7. 33. Infra IV. 2. 12. V. 2. 7. Ennius, Fragm. Lib. VI. *telo Transfeigit corpus, saxo* cere comminuit brum. Virgilius, Aen. V. 413. *Sanguine cernis adhuc,* sparso*que infecta* cerebro. [Mihi verba *Ut cerebro disp. viam* non a Terentio profecta videntur. St.]

20. *Eriperem oculos.*] Aliter Eun. IV. 3. 6. Plautus, Menaechm. V. 7. 22. *Eripe oculum isti.*

Caéteros ruerem, ágerem, raperem; túnderem, et prostérnerem.
Sed césso heram hoc malo impertiri própere? *So.* Revocemús. Geta! *Ge.* Hem
Quísquis es; sine me. *So.* 'Ego sum: Sostrata. *Ge.* 'Ubi ea est? te ipsam quaérito:
Te éxpeto: oppido ópportune te óbtulisti mi óbviam.
Héra. *So.* Quid est? quid trépidas? *Ge.* Hei mi! *So.* Quíd festinas, mí Geta?

V. 21. Bentl. de coniectura Guyeti *funderem.* Quippe verba translata sunt a pugna militari.
V. 23. Bentl. de coniect. *Ubinam es?* *te ipsam q.*
V. 24. *expeto* Bentl. ex cod. Acad. pro vulg. *expecto.*

---

dere quo cadas. — 21. *Caeteros ruerem.*] *Ruere* activam vim habet. *Sallustius* in secundo, *Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur.* *Ruere* enim est toto corpore uti ad impellendum: quod faciunt, qui ipsi praecipites alios prosternunt. Unde proprie *sues ruere* dicuntur. *Virgil. Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.* Et *Horatius: Hanc rabiosa fugit canis, ac lutulenta ruit sus.* *Agerem.*] Prosequerer, premerem. *Virgilius: Illa fretus agit ventos.* Id est, nimia celeritate persequitur et pene occupat praevenitque. *Tunderem, et prosternerem.*] Vide quam fortis sibi videatur, qui dolet et irascitur. — 23. *Ego sum Sostrata.*] Haec ideo inducitur, ut verisimile sit supra non visam Sostratam: quando etiam vix nunc agnoscitur ab irato. *Te ipsam quaerito: te exspecto: oppido opportune.*] Incerta distinctio, utrum *te exspecto oppido opportune* sit dicendum: an *exspectare* sit impatienter cupere, et sine praescriptione temporis sperare, iuxta certum tempus. Unde apparet, ad *te exspecto,* quia per se nimium est, non esse iungendum *oppido.* — 25. *Quid festinas, mi Geta?*] *Pro-*

---

21. *Ruerem.*] Active positum. Explicat Donatus. Cicero, Att. II. 15. *Seu ruet, seu eriget rempublicam.* Virgilius, Aen. XII. 454. ruet *omnia late.* [Cfr. Heinsius ad Virg. Aen. VIII. 63. Ruddim. Institt. II. 222. St.]

23. *Quisquis es.*] Formula, qua utebantur nescientes vel nescire se fingentes, cum quo loquerentur. Phorm. I. 4. 19. Virgilius, Aen. I. 391. Quisquis es, *haud, credo, invisus coelestibus auras Vitales carpis.*

Animam recipe. *Ge.* Prórsus! *So.* Quid istuc prórsus ergo 'st. *Ge.* Périimus!
Actum 'st! *So.* Loquere ergo, óbsecro te, quíd sit. *Ge.* Iam? *So.* Quid iám, Geta?
Ge. Aéschinus! *So.* Quid is érgo? *Ge.* Alienus ést ab nostra fámilia. *So.* Hem!
Périi! quare? *Ge.* Amáre occepit áliam. *So.* Vae miseraé mihi!

V. 27. ante Bentl. erat *Eloquere.*

---

bus assignat hoc Sostratae. *Asper* non vult ad omnia servum respondere: sed nutricem putat hoc loqui. *Quid festinas?*] Perturbaris. Et commotus dicit *prorsus*, actu commoto, fesso, et anhelanti, ob perturbationem et contentum cursum. — 26. *Animam recipe.*] Quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex verbis Sostratae ostenditur in Geta. Nam ideo dicitur, *animam recipe*, quia ille prae anhelitu crebriora verba continuare non possit. — 27. *Perimus! actum 'st!*] Iam bina verba iunguntur. *Perimus! actum 'st!*] Verba sunt desperationis. Nam *actum 'st* dicitur in ea re, de qua iam lata sit sententia. *Eloquere, obsecro, quid sit.*] Bene *eloquere;* nam conatur tantum, quod nec explicatur, nec intelligitur: cui vitio contraria virtus est *eloquentia.* Iam plus hic gestu, quam dictu agitur, quia, ut supra diximus, et lassus est qui nuntiat: et integratur dolor nuntii, quum apud illam loquitur, ad quam maxime calamitas pertinet: quo dolore vox plerumque subtrahitur atque singultit: et simul dat signum perditarum rerum. — 28. *Alienus est ab nostra familia.*] Bene *alienus.* Geta enim ipsi iam dominus, Sostratae gener, Pamphilae maritus vocabatur. — 29. *Amare occepit aliam.*] Peius est *amare occepit*, quam *amat.* Nam in eo quod dixit, *occepit*, augmenta mali metuenda significat: ut in principiis, quae actum respiciunt, non statim imminutionem inspectant. Et *occepit* magnum facinus dixit. *Vae miserae mihi!*] Mire interponuntur mulieris affectus novo

---

26. *Animam recipe.*] H. e. respira. Heaut. II. 2. 12. Phorm. V. 6. 22. Plautus, Epid. II. 2. 21. *Recipiam anhelitum.* Florus, II. 3. 1. *Ad recipiendum spiritum.* Livius, II. 50. *Ut respirandi superior locus spatium dedit*, recipiendique *a pavore tanto* animum.

28. *Alienus est ab nostra familia.*] Ita versu 40. et Hec. IV. 4. 36.

Ge. Néque id occúlte fért: ab Lenone ípsus erípuit palam.
So. Sátin' hoc certum 'st? *Ge.* Cértum. hisce óculis égomet vidi, Sóstrata. *So.* Ah!
Me míseram! quid iam crédas? aut cui crédas? nostrumne Aéschinum?

V. 32. vulgo: *quid credas iam.* Mutavit Bentl. ex codd. suis, et versu flagitante et accentus ratione.

---

nuntio. — 30. *Ab lenone ipsus eripuit palam.*] Sic nuntiat, ut ultima peiora sint. Et his argumentis vult probare, quod immodice amet Aeschinus, qui plus quam virginem, id ipsum quod pudor nec hortatur, nec consulit, amat. Quis autem magis potuit impudens esse, quam qui post honestum amorem *ab lenone* amet? Hoc etenim significat *meretricem.* Ergo non honestum, sed *ab lenone:* non per alium, sed *ipsus:* nec emit, aut abduxit, sed ob impatientiam valde amantis *eripuit*, neque id *occulte*, ut qui celaret factum, tanquam satisfacturus uxori videretur, sed *palam.* — 31. *Satin' hoc certo?*] Magnis malis non statim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit, quod stupet audiens: non quia non habet fidem. *Hisce oculis.*] Ἰδιωτισμὸς asseverantis. *Ah!*] Interiectio est flentis. — 32. *Me miseram!*] Mira affectio; nam lacrymae non sinunt finire sensum. *Quid credas iam? aut cui credas?*] Fides aut personae qualitate servatur, si gravis persona est, cui creditur: aut ipsius rei qualitate, si ea res creditur, in qua fallere, cui creditur, aut non potest, aut non debet. Hic ergo mire in utroque iam fidem dixit nullam esse, et in persona, et in re. Quod *Virgilius* transtulit, breviusque dixit, *Nusquam tuta fides.* Hoc est, nec in re, nec in persona. Et hic ipse in Heautont. *Pró Iuppiter! ubinam est fides? Nostrumne Aeschinum? nostrarum vitam omnium?*] Ἐλλειπτικῶς omnia: quia fletus impedit verba. Deest autem, *hoc fecisse,*

---

30. *Neque id occulte fert.*] H. e. neque occulte habet, non celat. Cicero, Cluent. 19. *Neque id* obscure ferebat; *nec dissimulare ullo modo poterat.* Contra non dissimulare est *prae se ferre.* Cicero, Arch. 11. *Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed* prae nobis ferendum. [Drakenb. ad Liv. XXII. 29. 6.]

31. *Hisce oculis egomet vidi.*] Ita Heaut. III. 3. 3. Plautus, II. 3. 19. *egomet duobus hisce oculis meis vidi.*

32. *Quid credas iam? aut cui credas?*] Idem aliter dixit Heaut. II. 3. 15. Plautus, Bacchid. III. 3. 87. *Satin' ut quem tu habeas fidelem tibi, aut quoi credas, nescias.*

Nostrarum vitam omnium? in quo nostrae spes, omnesque opes sitae
Erant: quí sine hac iurábat se unum númquam victurúm diem:
Qui se ín sui gremió positurum púerum dicebát patris;

V. 33. et 34. codd. habent: *Nostram vitam omnium: in quo nostrae spes opesque omnes sitae* || *Erant: qui sine hac iurabat se unum nunquam victurum diem.* Correxit Bentleius in hunc modum: *Nostrám ómnium vitam: in quo nostrae spés opesque omnés sitae* || *Qui sé sine hac iurábat unum núnquam victurúm diem,*

---

vel quid tale. — 33. *Sitae erant.*] *Sitae*, positae; nam *situm* est quidquid in loco suo positum non evertitur. — 35. *Positurum puerum.*] *Puerum* dixit, si puer nasceretur: non quia divinabat. Ad votum ergo cupientis retulit *puerum;* non quia necesse esset marem nasci. Et haec omnia magno stupore dicuntur, ad exaggerandam perfidiam illius cui creditur, et dolorem eorum qui crediderunt. —

---

33. *Vitam.*] H. e. cuius opera nunc vivimus. Supra, II. 3. 8. Quo sensu et parasiti patronos *vitam* suam vocabant. Plaut. Stich. II. 2. 47. Et *vitae* appellatio erat in blanditiis amatoriis. Plautus, Stich. IV. 2. 6. *O mea vita, ó mea voluptas, salve.* [*Nostrarum* pro nostrum positum. Hecyr. II. 1. 44. *Nam vostrarum nulla est.* Cfr. Ruddimanni Institutt. T. I. p. 47. ed. Lips. St.] — *In quo nostrae spes, omnesque opes sitae erant.*] Ita plane Phorm. III. 1. 6. Et comicum est *spes* et *opes* iungere. Plautus, Amph. V. 1. 1. *Spes atque opes vitae meae iacent sepultae in pectore.* Et Seneca, Epist. 48. *In te spes opesque sunt.* [Plura Cortius ad Sallust. Cat. c. 21.]

34. *Numquam victurum.*] Ita Plautus, Pseud. I. 1. 92. *Profecto nullo pacto possum vivere, Si illa a me abalienatur, atque abducitur.*

35. *Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris.*] Sensus est: *Qui dicebat, se positurum puerum recens natum in gremio patris sui, atque ita obsecraturum, et patris misericordiam imploraturum, ut ex qua suscepisset hunc puerum, hanc sibi liceret uxorem ducere.* Ennius, Iphigenia: *neque unquam tuum* In gremium *extollas liberorum ex te genus.* Eundem ritum respexit Claudianus in Rufin. I. 92. *quem prima mea de matre cadentem* Suscepi gremio. Suetonius, Aug. 34. *Accitos Germanici liberos, receptosque par-*

Ita óbsecraturum, út liceret sibi hánc uxorem dúcere.
Ge. Hera, lácrumas mitte: ac pótius, quod ad hanc rem ópus est, porro cónsule.
Patiámurne, an narrémus cuipiam? *Ca.* Aú au! mi homo, sánusne es?
An próferendum hoc tibi vídetur úsquam? *Ge.* Mi quidem nón placet.
Iam prímum, illum alieno ánimo a nobis ésse, res ipsa índicat.
Nunc si hóc palam proférimus, ille inficias ibit, sát scio.
Tua fáma, et gnatae víta, in dubium véniet. tum si máxime
Fateátur, quum amet áliam, non est útile hanc illí dari.

V. 36. Bentl. ex cod. Petrens. *liceret hanc se uxorem ducere.*
V. 38. Bentl. legit *Patiamur* demto *ne*, et commate post *consule* posito, hoc sensu: *consule, utrum patiamur.* Sed codd. non addicunt.
V. 39. ante Bentl. erat. *An hoc proferendum — usquam esse.* Sed *esse* in codd. non habet certam sedem, adeoque in uno Regg. deest. *Proferendum hoc* tres codd. Bentl.
V. 43. Bentl. de coniect. *non est utile huic, illi dari.*

---

37. *Hera, lacrumas mitte: ac potius, quod ad hanc rem opus est.*] Hinc *Virgil. Non lachrymis hoc tempus, ait Saturnia Iuno.* Sentit autem, non lachrymis agendum, ubi consilio opus est. *Porro consule.*] *Porro,* in reliquum, deinde, vel in futurum. *Porro* enim, ordinis et temporis adverbium est, non coniunctio. — 38. *Au! mi homo, sanusne es?*] Hoc ex persona nutricis legendum est. Illa enim dissimulandam rem putat. *Mi,* pro *meus.* — 42. *Tua fama, et gnatae vita.*] Tibi enim crimini erit, vitiatam esse filiam: illi etiam oberit. Et utrum *vitam* salutem dicit? *In dubium.*] In periculum. — 43. *Fateatur.*] Vitiasse filiam. Et complexio est δίλημμος oratoria, in qua utrum senseris, contrarium

---

tim ad se, partim in patris gremium, *ostentavit.* Vide porro Comment. maiorem.

42. *In dubium veniet.*] H. e. periclitabitur. Ánd. II. 2. 10. Supra, II. 2. 36.

Quaprópter quoque pácto tacito 'st ópus. *So.* Ah! minime géntium:
Non fáciam. *Ge.* Quid agis? *So.* Próferam. *Ge.* Hem! mea Sóstrata, vide, quám rem agas.
So. Peióre res locó non potis est ésse, quam in quo núnc sita est.
Primum índotata est: túm praeterea, quaé secunda ei dós erat,
Periít: pro virginé dari nuptum nón potest. hoc réliqũum est,

V. 45. Bentl. *Quid ais?* ex uno Reg., quod est admirantis ac dissentientis. Porro quae sequuntur verba, *Mea Sostrata, vide quam rem agas*, ea Bentl. tribuit Cantharae. Nam *Mea Sostrata* esse muliebre blandimentum. Utrumque autem, et Getam et Cantharam, consilium Sostratae repudiare.

V. 46. Faërn. et Bentl. *potis est* ex cod. Bembin. Ceteri perperam *potest*.

---

tollis: cogiturque * quod ex altera parte sit; hoc est, tacere. — 44. *Quapropter quoquo pacto.*] Congrue et pro persona et pro muliere hoc dictum est: eamque in malis constantem esse demonstratur. — 45. *Non faciam.*] *Non faciam* dixit pro *non tacebo*: quasi *tacere* aliquam actionem habeat, sed moralis significatio est, et communis omnibus: sicut *advocatum* dicimus *male fecisse*, quum tacuerit. — 46. *Peiore res loco non potest esse.*] Satis argute inter Getam et Sostratam sententias ex perturbatione facit nutare. *Quam in quo nunc sita est.*] Causa nihil timendi. — 47. *Primum indotata est.*] Ratio subiecta est causae: et *indotatam* pauperem modo dicit. *Tum praeterea, quae secunda ei dos erat.*] Videlicet, *pro virgine dari nuptum.* Et incerta distinctio est: etenim erat bis subaudiendum, *pro virgine dari nuptum.* — 48. *Non potest.*] Iungendum, *dari nuptum.* Et

---

46. *Peiore loco.*] H. e. statu et conditione. Heaut. II. 3. 118.
47. *Secunda dos.*] Intelligit virginitatem et illibatam pudicitiam. Ita Alcumena apud Plautum, Amph. II. 2. 209. *Non ego illam mihi dotem esse duco, quae dos dicitur, Sed pudicitiam, et pudorem, et sedatum cupidinem.* Sed et formam in magna dotis parte existimabant. Ovidius, Metam. XI. 301. *quae dotatissima forma Mille procis placuit.* Ad eundem modum Clementia Imperatorum *dos prima* dicitur a Fl. Vopisco, in Aurel. c. 44.
48. *Pro virgine dari nuptum non potest.*] Plautus,

Si inficias ibit, téstis mécum est ánnulus, quem amíserat.
Postrémo, quando ego conscia mihi sum, á me culpam esse hánc procul:
Neque prétium, neque rem ullam intercessisse, illa aut me indignám, Geta,

V. 49. Bentl. e vett. editt. et compluribus codd. *anulus, quem ipse amiserat.* Ita *anulus* abiecto *a* fit dactylus.

V. 50. misere claudicat. Bentl. de coniectura dedit: *quando ego mihi sum conscia.*

V. 51. Bentl. corr. *intercesse, aut illa aut me indignam.*

---

pro virgine: id est, virgo: ut, *nunc plane est pro nova,* id est, nova. Aut, *nec virgo, nec pro virgine nubere potest;* non virgo: quia vitiata[1] est, nec *pro virgine:* quia res diffamata est. — 49. *Si inficias ibit.*] Si negabit. *Testis mecum est annulus.*] Locutio haec sic capienda est: hoc est, *annulus pro me testis.* Vel sic, *annulus et ego testes sumus.* Sed melius quod supra. — 50. *Postremo, quando ego conscia mihi sum.*] *Quando* pro quoniam; vel *quando* pro quandoquidem. — 51. *Neque rem ullam.*] Hoc est, internuntium, pactum clam, aut promissum. Et bene totum execrative dixit: ut alii facinora abhorreant. *Illa.*] Filia

---

Aul. II. 2. 14. *Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem; Neque eam queo locare cuipiam.*

49. *Testis mecum est annulus.*] Sensus est, *Annulus est penes me, testis, Pamphilam ab Aeschino esse violatam.* Errat Donatus; qui tamen Eun. III. 3. 9. *mecum* recte explicat per *penes me.* Dicitur autem *annulus testis,* uti *res auctor* apud Plautum, Trin. I. 2. 70. *Id ita esse ut credas, rem tibi auctorem dabo.*

50. *Quando.*] H. e. quoniam. Ita infra III. 3. 81. Virgilius, Aen. I. 261. Quando *haec te cura remordet.* — *A me culpam hanc esse procul.*] Ita Plautus, Trin. I. 2. 42. *culpam ut ab se segregent.* Phaed. I. 10. 5. *Negabat illa, se esse culpae proximam.* ad quem locum vide quae notavit Cl. Burmannus.

51. *Pretium.*] Si enim *pretium* meretricibus pro nocte dari solitum intercessisset, iam spes omnis aliquando nubendi decolaverat Pamphilae. Ovidius, Amor. I. 10. 47. *Parcite, formosae, pretium pro nocte pacisci.*

Experiar. *Ge.* Quid istic? [ac]cédo, ut melius dicas. *So.* Tu, quantúm potes,
Abi, atque Hégioni cógnato huius rem énarrato omnem órdine:
Nam is nóstro Simuló fuit summus; ét nos coluit máxume.
Ge. Nam hercle álius nemo réspicit nos. *So.* Própera tu, mea Cánthara,

V. 52. Bentl. metri causa corr. *cedo*, i. e. concedo. De formula concedendi *Quid istic* vid. annot. ad Act. V. Sc. 8. v. 33. Westerhovius cum aliis tenuit *Quid istuc*?

V. 55. Bentl. corr. *propere.*

---

scilicet. — 52. *Experiar.*] Apud iudices agam. *Quid istuc?*] Verbum est aegre consentientis: quasi qui dicat, *quid hic resistam? Accedo, ut melius dicas.*] Id est, ut consentiam, velut qui melius possim dicere. *Quantum potes, abi.*] Deest *cito:* ut sit, *quantum potes, cito abi.* — 53. *Atque Hegioni.*] Apud *Menandrum* Sostratae frater inducitur. *Huius.*] Filiae suae scilicet. — 54. *Simulo.*] Nomen patris puellae: diminutivum a *simo*, vel *simone.* Et nota nomen in Palliata Fabula Latine diminutivum. *Simulo fuit summus.*] *Summus*, an ad cognatum, an ad amicum refertur? an absolute ponitur, ut in Eunucho? *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho. Et nos coluit maxume.*] Et miserabilius *coluit* dictum est, quam si diceret, *Colit. Virgil. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. Colere* enim, et maioribus et minoribus convenit. Ut, *Posthabita coluisse Samo.* — 55. *Nos.*] Mono-

---

52. *Experiar.*] H. e. iudicio contendam; in ius iubebo ire. Plautus, Mostell. V. 1. 41. Experiar, *ut opinor: certum est.* Cicero, Fam. XIII. 65. *Non me praeterit, nos eam rem Ephesi expertos esse; neque ab Ephesiis ullo modo impetrare potuisse.* [*Experiar* scil. iure vel actione i. e. in ius vocabo. Cic. pro Rosc. Com. c. 9. *Iudicio gravi experiri nolebas?* Et simpliciter *experiri* idem pro Coel. c. 8. *et constitute coepisse de tantis iniuriis experiri.* Vid. Brisson. de Verbor. Signif. s. v.] — *Accedo, ut melius dicas.*] Sensus videtur esse: *Accedo ad tuam sententiam, ut bona verba loquaris.* Nam illud *experiar* cum stomacho dictum erat. Tacitus, Germ. 4. *Ipse eorum opinionibus accedo.* [Bentleius legit *cedo ut melius dicas* hoc sensu: concedo tibi, te melius dicere.]

53. *Rem narrato omnem ordine.*] Ita mox infra, III. 3. 10. Dein *summus* i. q. *summus amicus.* Andr. V. 6. 6. Eun. IV. 6. 3. *Plurima salute Parmenonem, summum suum, impertit Gnatho.*

55. *Nemo respicit nos.*] Ita infra V. 8. 9. Respicit vero

Curre: óbstetricem arcésse: ut, cum opus sit, ne in mora nobís siet.

syllabo finit, vultuosam exprimens pronuntiationem. *Tu, mea Canthara.*] Tristis ac seriae foeminae blandimentum est *mea* potius, quam pronomen possessivum. Deest enim *chara*, vel quid tale: quo addito, pronomen staret *mea*. — 56. *Curre.*] Mire dictum est ancillae, *curre*, *Ut, quàm opus sit.*] Id est, quum adesse coeperit partus. *Ne in mora nobis siet.*] Locutio qualis supra.

---

potentior humiliorem. Plautus, Bacchid. IV. 2. 24. *Deus respiciet nos áliquis.* Martialis, X. 10. 5. *Qui me* respiciet, *Dominum Regemque vocabo.*

56. *Ne in mora nobis siet.*] Ita And. II. 5. 13. III. 1. 9. Plautus, Trin. II. 2. 2. *neque tibi ero in mora.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

DEMEA. SYRUS.

De. Disperii! Ctesiphónem audivi filium
Una ádfuisse in ráptione cum Aéschino.
Id misero restat míhi mali, si illúm potest,

1. *Disperii! Ctesiphonem audivi filium.*] *Hic ostenditur quod severi homines, ac recti et honesti tenaces, vel ridiculi sunt, vel odio habentur quoquo accesserint. Magno autem affectu, et quasi exclamantis addidit filium: quasi causam redderet cur dixerat disperii!* — 2. *Una adfuisse in raptione cum Aeschino.*] *Οἰκονομία*, in qua ostenditur, quantum commovebitur Demea ipsa re comperta, quum ex parva rei suspicione tantum se afficiat. *Raptio* autem ad personam refertur, *rapina* ad rem, *raptus* ad stuprum, si volumus proprie loqui. — 3. *Id misero restat.*] Bene *restat:* tanquam iam summum malum sit, Aeschinum esse corruptum. Et, *misero mihi:* quasi qui nihil nesciat, nihil curante Micione. *Si illum potest.*] Non dubitat velle: et ideo dicit, *potest.* —

Qui alicuí rei est, etiam eum ád nequitiam abdúcere.
Ubi ego íllum quaeram? crédo abductum in gáneum
Aliquó: persuasit ílle impurus, sát scio.
Sed eccúm Syrum ire vídeo! hinc scibo iam, úbi siet:
Atque hércle hic de grege íllo est: si me sénserit

V. 4. Bentl. *adducere*, et e Bemb. *nequitiem*.

---

4. *Qui alicui rei est.*] Recte, de hoc enim supra dixit, *non fratrem rei dare operam videt, ruri esse parcum ac sobrium? Etiam eum ad nequitiam abducere.*] Quasi invitum dixit, non *vocare*, sed *abducere*. *Ducimus* enim volentes: sed *abducimus* invitos. *Nequitia* autem proprie libidinosa inertia diota est: quod *nihil queat*, nullique rei apta sit. Unde et *nugae*, quod *nihil agant*, vel a non agendo. — 5. *Credo abductum.*] Non *isse*, sed *abductum* esse: quasi adhuc culpa non sit illius. *In ganeum aliquo.*] Veteres *ganeum* meretricum tabernam dixerunt, *ἀπὸ τοῦ γᾶς, τοῦτ' ἔστι, τῆς γῆς*, quod ipsa sit in *terra*, non ut coenacula superius. Unde et *taberna*, quasi *trabena*, a validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt. — 6. *Persuasit ille impurus.*] *Suademus* facilia, *persuademus* difficilia. Et *suadere* facientis est, *persuadere* perficientis. *Impurus* autem pro improbo ponitur apud Terentium. Et hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonis, cui a maiore fratre et improbo ingesta sit persuasione nequitia. — 7. *Sed eccum Syrum ire video.*] *Ire*, et *abire* et *venire* significat. *Ire video!*] *Ire* pro *venire*: ut, *Nec vero Aeacidem me sum laetatus euntem Accepisse lacu.* — 8. *Atque hercle hic de grege illo est.*] Figura

---

4. *Qui alicui rei est.*] Subaudi, aptus, idoneus. Eadem constructione dixit Plautus, Stich. V. 4. 38. *Nolo ego nos pro summo bibere*; nulli rei erimus *postea*. [Nos: *der noch zu etwas taugt.* St.] — *Etiam eum.*] *Πλεονάζει τὸ eum.* Vide supra III. 2. 17. — *Ad nequitiam abducere.*] H. e. corrumpere; quod barbare dicunt *seducere*. Plautus, Bacchid. I. 2. 4. *Videtur posse hic* ad nequitiam adducier.

5. *Credo abductum in ganeum.*] Quid *ganeum* sit, explicat Donatus. Ita Plautus, Menaechm. V. 1. 3. *Immersit aliquo, credo*, in ganeum.

7. *Hinc.*] Id est, ex hoc. Adverbium pro relativo, Vide Eun. III. 5. 36.

8. *De grege illo.*] Intelligit sodalitium. Ita Eun. V. 9. 54.

Eum quaéritare, númquam dicet cárnufex.
Non óstendam id me vélle. *Sy.* Omnem rem módo seni,
Quo pácto haberet, énarramus órdine:
Nihil quídquam vidi laétius. *De.* Prô Iúppiter!
Hominís stultitiam. *Sy.* Cóllaudavit fílium:
Mihi, qui íd dedissem cónsilium, egit grátias.
De. Disrúmpor. *Sy.* Argentum ádnumeravit ílico:
Dedít praeterea in súmtum dimidiúm minae:

ἐπανάληψις, *de grege ille est.* *Ordo* vel bonorum, vel malorum dicitur, et gravium; ut *Equester ordo, senatorius ordo.* *Grex* vel bonorum, vel malorum est, et levium, ut *Cicero, In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur.* — 9. *Quaeritare.*] Instanter quaerere. *Carnufex.*] Pro *ganeo* positum est. — 10. *Non ostendam me id velle.*] Scilicet, scire ubi sit. — 11. *Quo pacto se haberet, enarramus ordine.*] Hoc recte: quia dixerat Micioni, *Nisi quidquid est, volo scire, atque hominem convenire, si apud forum est.* Et *enarramus* pro *enarravimus*, ut, *Omnis humo fumat Neptunia Troia.* Et *ordine* bene: quia simpliciter fatetur. Fallax autem et captiosa narratio est, quod timemus fateri. — 12. *Nihil vidi quidquam laetius.*] Quartum παρέλκον. — 13. *Hominis stultitiam.*] Scilicet quia laetatur, ignorans ubi Aeschinus sit. *Collaudavit filium.*] Plus additum est; non enim solum non *accusavit*, sed et *collaudavit.* — 15. *Disrumpor.*] Mire: his enim verbis commovetur, *collaudavit* et *egit gratias.* Et vide αὔξησιν stomachi reservatam. *Argentum adnumeravit illico.*] Contra illud est, *cur tu his rebus sumtum suggeris?* Et non solum inquit, *adnumeravit:* sed quod peius est,

---

Et per contemtum de grege impurorum loquitur. Ita Horatius, Epist. I. 4. 16. *Epicuri de grege porcum.*

11. *Quo pacto haberet.*] Uti res est, ita *habere* et *se habere* dicitur. [Cfr. Drakenb. ad Liv. XXII. 39. 9.] Eadem locutio ad valetudinem refertur. Lucilius, apud Gell. XVIII. 8. *Quo* me habeam *pacto, tamen etsi haud quaeri', docebo.*

15. *Disrumpor.*] Prae iracundia nimirum, indignatione, dolore. Ita Plautus, Bacchid. IV. 2. 21. Diruptum *velim.* Cicero, Att. VII. 12. *Non deterreor periculo, sed* disrumpor *dolore.* — *Argentum adnumeravit ilico.*] Intelligit viginti minas, lenoni pro fidicina dandas. Ita Plautus, Merc. I. 1. 88. *Talentum argenti ipsus sua* adnumerat *manu.*

16. *Dedit in sumtum.*] Unde lautius viveremus. Ita Cicero,

Id distributum sáne est ex senténtia. *De.* Hem!
Huic mándes, si quid récte curatúm velis.
Sy. Ehem! Démea, haud adspéxeram te. quíd agitur?
De. Quid agátur! vostram néqueo mirarí satis
Ratiónem. *Sy.* Est hercle inépta, ne dicám dolo, atque
Absúrda. pisces céteros purgá, Dromo:

ilica. — 17. *Id distributum.*] *Distributum*, in diversa tributum: id est, dispartitum per pulmentaria. — 18. *Huic mandes, si quid recte curatum velis.*] *Εἰρωνεία* est maioris stomachi, quia ille dixit, *ex sententia distributum*: id est, ut indicat Demea, dilapidatum. Sic alibi, *bone custos, salve, columen vero familiae.* — 19. *Ehem Demea.*] *Ehem* interiectio est commoti, et quasi perculsi re subita et nova. *Quid agitur?*] Blandientis est, non interrogantis, ut alibi: *o noster, quid fit? quid agitur?* — 20. *Nequeo mirari satis rationem.*] Mira sunt etiam illa, quae vehementer prava sunt. Et ideo *mirari* pro horrere et reprehendere positum est. Et *rationem* ἰδιωτικῶς dixit malam, quum non sit ratio nisi bona; sed sic loquitur populus. — 21. *Est hercle inepta.*] Hoc ad senem. *Ne dicam dolo.*] Ne mentiar, id est, ex contrario dicere videar: sed ut sedulo dicam. — 22. *Atque absurda.*] *Ineptum*, est stultum tantum: *absurdum*, quod et stultum est, et in ipsa stultitia diversum, et quasi repugnans sibi. Sic ergo locutus est, ut videatur *ineptam* rationem ad Aeschinum referre: *absurdam* ad Micionem, quem iam fieri stultum, contrarium senectuti est. —

Fam. IX. 20. *Sed ad illam tuam lautitiam, cum in sumtum habebas.* ubi v. Manut.

17. *Ex sententia.*] Ex voto. Vide Heaut. IV. 3. 5.

18. *Huic mandes, si quid recte curatum velis.*] Ita Phorm. IV. 4. 8. Plautus, Asin. I. 1. 107. *Eidem homini, si quid recte curatum velis, Mandes.*

20. *Rationem.*] H. e. agendi modum. Infra V. 3. 26. Plautus, Merc. I. 1. 56. Rationem *pessumam esse.*

21. *Ne dicam dolo.*] Explicat Donatus. Ita Plautus, Menaechm. II. 1. 3. *Non dicam dolo.* Et alibi saepius. Idem eodem sensu, Casin. Prol. 38. *Ne quid mentiar.* Cicero, Fam. III. 9. *Id mihi, ne mentiar, gratum est.*

22. *Pisces ceteros purga.*] H. e. desquama, exentera. Haec autem Syrus ad conservos aversus dicit, quia animus ei est in patinis; unde Demeam non nisi παρέργως adloquitur.

Congrum ístum maximum ín aqua sinito lúdere
Paulísper: ubi ego vénero, exossábitur:
Priús nólo. *De.* Haeccine flagítia! *Sy.* Mi quidem
nón placent.
Et clámo saepe: Sálsamenta haec, Stéphanio,
Fac mácerentur púlchre! *De.* Di vostrám fidem!
Utrúm studione id síbi habet, an laudí putat

23. *Congrum istum maximum.*] *Διαστολή:* quia erant alii, non maximi. ut e contrario, *Argitisque minor*, quia est et maior. Nam *istum* quod ait, δεικτικὸν est. videtur enim ostendere digito, quem dicat. *In aqua sinito ludere paulisper.*] Sic ostenditur bene obsonasse, qui vivos adtulit pisces: nam non ludit piscis, nisi vivus. — 25. *Prius nolo.*] Superbe, et pro auctoritate: non dixit *non oportet*, sed *nolo*. subauditur, *purgari eum.* Et nihil ex mora corruptelae accessurum pisci ex eo ostendit, quod ait *ludere*, hoc est vivere, et non laesum vivere. non enim dixit *natare:* quod etiam possunt languidi pisces. Ipse insuper planum facit, quid sit *purga*, dicendo *exossabitur.* *Purga* igitur *exossa* significat: non ut quidam putant, *exossabitur*, *comedetur.* *Mihi quidem non placent.*] Plus hoc ad senem. Et vide quam totum superbe et confidenter dixerit ob amicitiam omnium dominorum, excepto uno Demea, quem tantum prae illis contemnit. — 26. *Salsamenta.*] Hoc ad discipulum. *Salsamenta*, aut salsi pisces sunt, aut laridum. *Salsamenta haec, Stephanio.*] In tota comoedia opera danda est, ut stomachetur Demea: excepto quod se ipse in fine commutat. Haec ergo causa est, quare Syrus quoque illi obiicitur, magnifice inferens se ut luxuriosum licentemque servum, praesertim qui adolescentum paedagogus fuerit. — 28. *Utrum studione.*] Aut ordo est, *utrum-*

---

23. *Congrum sinito ludere.*] Ita Cicero, Carmine Arateo, 828. *Exin squamigeri serpentes* ludere *pisces.* Virgilius, Aen. V. 594. *Delphinum similes, qui per maria humida nando Carpathium Lybicumque secant*, luduntque *per undas.* Et ita scriptores Sacri; vide Psalm. CIV. 26. Hiobi cap. XL. 15.

24. *Exossabitur.*] Ita Plautus, Aul. II. 9. 1. *Dromo, desquama pisces. tu Machaerio Congrum, muraenam exdorsua, quantum potes, Atque omnia dum absum hinc*, exossata *fac sient.* Sed Amph. I. 2. 162. ad pugnos et verbera transtulit: *Me.* Exossatum *os esse oportet, quem probe percusseris.* *So. Mirum ni hic me quasi muraenam* exossare *cogitat. Ultro isthunc, qui* exossat *homines.*

26. *Salsamenta haec macerentur.*] Proprie. Plautus, Poen. I. 2. 31. *Soror, cogita amabo item nos perhiberi, Quasi* salsa muriatica *esse autumantur, Sine omni lepore, et sine suavitate; Nisi multa aqua usque et diu* macerantur.

Fore, si perdiderit gnátum? vae miseró mihi!
Vidére videor iám diem illum, quum hínc egens
Profúgiet aliquo mílitatum. *Sy.* O Démea!
Istúc est sapere, nón, quod ante pedés modo 'st
Vidére, sed etiam ílla, quae fútura sunt,
Prospícere. *De.* Quid? istaec iám penes vos psáltria 'st?
Sy. Ellam íntus. *De.* Eho, an est dómi habiturus? *Sy.* Crédo, ut est

V. 35. ante Bentl. *an domi est habitaturus* legebatur. Pro *Ellam in-*

---

ne, aut est παρέλκον tertium, aut vero per ἔλλειψιν accipitur, quasi dicat, *utrum est?* aut, *utrum verum est?* quod qui accipit, *utrum* subdistinguat, et separet a sequentibus necesse est. *Utrum studione.*] Aut *utrum* supervacuum est, aut *ne:* aut certe τμῆσις figura est, pro, utrumne studio id sibi habet, si sciens laedit filium? *laudi putat.*] Quia decipit. — 29. *Si perdiderit gnatum?*] Et magno affectu non dixit Aeschinum: et mire non addidit, cuius *gnatum. Vae misero mihi!*] Hoc est, quod supra dixit, *aegre est: alienus non sum.* — 30. *Vidbre videor iam diem illum.*] *Illum* dixit, quasi quendam tristem ac funestum. — 32. *Quod ante pedes modo 'st videre.*] Hoc smmpsit poëta de illo in physicum pervulgato ancillae dicto, *quod est ante pedes, non videt: coeli scrutatur plagas.* — 33. *Sed etiam illa, quae futura sunt.*] Magis ridicula est assentatio, si quis maxime laudetur, quibus maxime caret. — 34. *Istaec iam penes vos psaltria 'st?*] Dicendo *istaec* ostendit iamdudum se hac indignari. — 35. *El-*

---

30. *Videre diem.*] Ita Hec. IV. 4. 29. Cicero, Fam. XIV. 1. *Quem diem si videro.* Evang. Ioh. VIII. 56. Sed et *videre diem* notat vivere. Ovidius, Trist. V. 5. 44. *Sive* diem videat, *sive tegatur humo.* [*Videre videor.* Elegans locutio et Ciceroni familiaris. Catil. IV. 6. *videor mihi videre hanc urbem subito uno incendio concidentem.* Vid. Bentleius ad Horat. Carm. II. 1. 21.]

32. *Ande pedes.*] H. e. Praesens. ἐν τοῖς ποσὶν κείμενον. Cicero, Div. II. 13. Quod est ante pedes, *nemo spectat: coeli scrutantur plagas.* De Orat III. 40. *transilire ante pedes posita.* Ita rem praesentem ἐμποδὼν εἶναι dicunt Graeci.

33. *Quae futura sunt, prospicere.*] Ita Cicero, Mur. 2. *Est boni consulis, non solum videre, quid agatur, verum etiam* videre, quid futurum sit. Eodem fere sensu dixit Heaut. V. 2. 10. *Consulere in longitudinem.*

35. *Bllam intus.*] Haec digito in aedes intento dicit. Ita

Deméntia. *De.* Haeccine fieri! *Sy.* Inepta lénitas
Patris, ét facilitas práva. *De.* Fratris mé quidem
Pudét pigetque. *Sy.* Nímium inter vos, Démea, ac
Non, quía ades praesens, díco hoc, perníminm ín-
terest.
Tu, quántus quantus, níl nisi sapiéntia es:

tus, quod Faërnus, Westerhov. Bentleius, alii, ex Donato restituerunt, codd. mss. *Est iam intus.*

Iam intus.] Ut, *illum confidens, catus.* *An domi est habiturus?*] Proprie: quia *haberi uxor* dicitur, et *haberi mulier*, quum coit. *Credo, ut est dementia.*] Sic et in Eunucho, *Eam se intendit esse, ut est audacia.* Et nominativus casus esse potest, et septimus. Si septimus, *perditus* aut quid tale subaudimus. Sed melius nominativum accipimus casum. — 36. *Inepta lenitas patris, et facilitas prava.*] *Lenitas*, ad permittendum: *facilitas*, ad ignoscendum. sic quidam. Sed ego *lenitatem* ad Micionem refero, qui haec leniter patitur: *facilitatem*, ad Aeschinum, cui haec per licentiam facilitas datur. *Pravum* autem est, quod et ipsum laedit facientem: *malum*, quod alios tantum. — 37. *Fratris me quidem pudet pigetque.*] *Pudet*, in his quae turpiter facit: *piget*, in his quae cum damno ac malo. *Pudere* etiam ad dedecus: *pigere* ad dolorem refertur. *Pudet*, quod turpe est: *piget*, quod dolet. — 38. *Nimium inter vos, Demea.*] *Μεταδιόρθωσις.* nunc enim redditum est, quod supra dicebatur. Et praeterea repetendo *nimium* confirmavit superius dictum, et τὸ ΚΡΕΜΑΜΕΝΟΝ non solvit. — 40. *Tu, quantus quantus.*] Id est, *quantuscunque.* *Nihil nisi sapientia es.*] Ridicule prius additum *nihil*, quam quicquam, laudis

---

And. V. 2. 14. Et Plautus, Amph. Prol. 120. *Meus pater intus nunc est*, eccum, *Iupiter.* Aulul. IV. 10. 51. eccillam *domi.* — *Habiturus.*] Subaudi, Secum. Ita Cicero ad Terentiam uxorem, Fam. XIV. 4. *Si te* habebo, *non mihi videbor plane perisse.* Donatus non cepit.

39. *Ades praesens.*] Ita Plautus, Amph. III. 3. 22. *Audis, quae dico, tametsi* praesens *non* ades. Haec verba interdum iunguntur. Plaut. Amphitr. III. 3. 22. *tametsi praesens non ades.* Tusc. Disp. IV. 7. *quod sit ex usu iam praesens esse atque adesse.* [Addimus De Offic. I. 4, 11. *Bellua ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat.* De Fin. I. 17, 55. *Corpore nihil nisi praesens et quod adest, sentire possumus.* ubi v. Bremi.]

40. *Nihil nisi sapientia es.*] Ita Aelianus, Var. Hist. IV. 20. *Ὅτι οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον Φιλοσοφίαν.* *Abderitae*

Ille, sómnium. sinerés vero illum tú tuum
Facere haéc? *De.* Sinerem illum! an nón sex totis ménsibus
Prius ólfecissem, quam ílle quidquam coéperit?
Sy. Vigilántiam tuám tu mihi narras? *De.* Sic siet

V. 41. ante Bentl. erat: *tu illum tuum.* Mutavit e duobus codicibus.
V. 42. Bentl. ex codd. *aut non.* Priscian. *ac non.*
V. 43. Bentl. ex codd. et Priscian. p. 879. *coeperet.*
V. 44. Bentl. eiecto *narras* ita legit: *Vigilantiam tuam tun mihi? sic sit modo, Ut nunc est, quaeso,* contendens illa Hecyr. V. 4, 22. Plaut. Pseudol. IV. 1, 28. Fortasse *tu* delendum.

---

nomine. Deinde si *sapiens* dixisset, non tanta esset irrisio. Sed hyperbolicos accipitur, id est, stultus; *Nihil nisi sapientia es: ille, somnium.*] Nec tu *sapiens*, sed *sapientia:* nec ille *somniculosus*, sed *somnium.* Ὑπερβολή. *Sineres vero illum tuum?*] Ab argumento Fabulae repetit *sinerem*, et εἰρωνικῶς interrogat. —. 42. *Totis sex mensibus.*] *Totis*, quasi longi sint: id est, integris, ut ne unum quidem diem minus a sex mensibus sciat, quid coepturus sit filius. Nimis comica et moralis assentatio. — 43. *Prius olfecissem.* Totum ridicule. Nam quid olfecisset, qui nondum quicquam scire coepisset, cuiusque naribus nihil obiectum fuisset? Nam ideo *nares* a *naritate* dictae sunt, quod nos odoratu doceant praesto et prope esse, quod adhuc oculi non vident. *Quam ille quidquam coeperit?*] Multum dixit, et *ante sex menses*, et *olfecissem*, et *prius quam coeperit.* — 44. *Vigilantiam tuam tu mihi narras?*] Id est, quam maxime scio. *Sic siet modo, ut nunc est.*] Non dicit *qui:* sed respice ad argumentum,

---

Democritum vocabant Philosophiam. Ita Catullus, XIII. 14. Fabullum vocat *totum nasum.*

41. *Somnium.*] H. e. somniculosus, futilis et vanus. Ita de re vana, supra II. 1. 50. Phorm. III. 2. 9. V. 6. 34.

42. *Sex totis mensibus.*] De tempore longo intelligendum. Ita Eun. II. 3. 39.

43. *Olfecissem.*] H. e. praesensissem. Ita Plautus eadem locutione dixit Aul. II. 2. 39. Olet *aurum huic.* Et Cicero, Att. IV. 14. *Soles enim tu festive* odorari. [Cic. de Leg. Agrar. I. 4. *Quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti huiusce legis olfecerint?* Sic frequens est *odorari.* Vid. Hemsterhus. ad Luciani Timon. p. 159.]

44. *Vigilantiam tuam tu mihi narras?*] Omnis emphasis est in voce *mihi.* Ita Eun. V. 9. 23. Vide Donatum.

Modo, ut núnc est, quaeso. *Sy.* Ut quísque suum
volt ésse, ita 'st.
De. Quid eúm? vidistin' hódie? *Sy.* Tuumne filium? —
Abigam húnc rus. — iamdudum áliquid ruri agere
árbítror.
De. Satin' scís ibi esse? *Sy.* Oh! qui égomet pro-
duxi. *De.* 'Optume 'st.
Metuí, ne haereret híc. *Sy.* Atque iratum ádmodum

V. 48. Bentl. ex codd. *Oh! quem egomet* cfr. Libri fluctuant inter *Qui*, *Quin* et *Quem*.

---

et ridebis haec optantem Demeam. — 45. *Ut quisque suum volt esse, ita 'st.*] Hae sunt sententiae et semper probabiles, et pro personis ridiculae. *Plautus* in Milite glorioso, *Nimia est miseria, nimis pulchrum esse hominem.* — 46. *Quid eum? vidistin' hodie?*] *Quid eum?* initium interrogationis futurae de persona alicuius. Sic in Heautont. [V. 1, 77.] *Sed Syrum. Me. Quid eum? Tuum ne filium?* Hoc clare, *tuum ne filium?* Moris est ut qui cogitat, quid respondeat, interrogatione remoretur. — 47. *Abigam hunc rus.*] Ut pecudem, dixit *abigam:* non ut hominem, *mittam. Abigam.*] Hoc lentius. Et *abigam* quasi pecudem dixit: unde et *abactores* dicti sunt. *Cicero* in Verrinis, *equarum greges istum abigendos curasse. Iamdudum aliquid ruri agere arbitror.*] Hoc clare. *Aliquid ruri agere arbitror.*] Hoc plus est, quam *illic esse:* vult enim eum laude eius loqui, ut supra: *Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?* Et *agere* proprie dixit; nam ab agendo *ager* dictus est, quod in eo multa agenda sunt. — 48. *Qui egomet produxi.*] Mutata praepositione, non *deduxi*, sed *produxi*, dixit: id est, *porro duxi.* — 49. *Metui, ne haereret.*] Haec translatio ut sublevat Ctesiphonem, ita Aeschino invidiosa est. Nam haeret avis, non animo, nec voluntate, sed visco decipientis au-

---

47. *Abigam hunc rus.*] Haec ad spectatores conversus dicit Syrus. Plautus, Amph. Prol. 150. Abigam *iam ego illum advenientem ab aedibus.*

48. *Produxi.*] H. e. extra oppidum duxi abiturum rus. Infra IV. 2. 22. Eodem sensu *prosequi* notat quem proficiscentem extra oppidum sequi.

49. *Haereret.*] veluti aucupio captus.

De. Quid aútem? *Sy.* Adortus iúrgio frátrem ápud forum,
De psáltria hac. *De.* Ain' véro? *Sy.* Vah! nil réticuit.
Nam, ut númerebatur fórte argentum, intérvenit
Homo de ímproviso: coépit clamare, o Aéschine!
Haeccine flagitia fácere te! haec te admíttere
Indígna genere nóstro! *De.* Oh! lacrumo gaúdio.

V. 50. Bentl. *est* post *iurgio* interponit, quod codd. post *Adortus* inferciunt.

V. 51. ante Bentl. erat. *De psaltria istac.*

---

copis. — 50. *Quid autem?*] *Quid* pro quare, vel ob quam causam. Virg. *Quae fortuna viris; classem quo littore linquant; Quid petiant?* Cui contrarium in significatione * id quod te oro. *Adortus iurgio est.*] *Aggredimur* de longinquo; *adorimur* ex insidiis et ex proximo. nam *adoriri* est quasi aliquem oriri, id est, exsurgere. — 51. *De psaltria istac.*] Hic mire senem imitatus est, et memoriter: quia ille dixerat, *Quid? istaec iam penes vos psaltria est? Nihil reticuit.*] Mirum enim, minorem fratrem non perpercisse maiori: nec reticuisse quidquid erat opus. — 52. *Intervenit homo de improviso.*] *Intervenire* est in medio negotio, quasi ex insidiis supervenire, et opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam vellent. Et vide quam oratorie narret gestionem rei, quae nunquam facta sit: his enim fides fit. — 53. *Coepit clamare.*] Ἠθικῶς totum, et *coepit*, et *clamare:* et quod sequitur. — 53. *Aeschine, haeccine flagitia facere te!*] Est accusatio a persona: et vide pondus in nomine *Aeschini.* — 54. *Haec te admittere?*] Αὔξησις; nam plus est *admittere*, quam *facere. Haec te admittere indigna.*] Pronum est haec statim credere Demeam, de eo quem superius laudaverit, *non fratrem videt Rei dare operam, ruri esse parcum, ac sobrium?* Unde mira poëtae arte et initia et media et postrema sibi congruunt atque respondent. — 55. *Lacrumo*

---

50. *Apud forum.*] Vide And. I. 5. 19.

54. *Haec te admittere indigna genere nostro!*] Ita Heaut. V. 2. 3. Plautus, Curc. I. 1. 23. *Numquid tu, quod te, aut genere indignum sit tuo, Facis, aut inceptas facinus facere, Phaedrome?*

55. *Lacrumo gaudio.*] Ita infra IV. 1. 20. Plautus, Stich. III. 2. 13. *Ut prae laetitia lacrumae prosiliunt mihi!* Apuleius, Metam. I. Lacrumae *saepicule* de gaudio *prodeunt.* Exempla lacrumantium prae gaudio refert Livius, V. 7. et XXV. 24.

Sy. Non tu hóc argentum pérdis, sed vitám tuam.
De. Salvós sit, spero: est símilis maiorúm suûm. *Sy.* Hui!
De. Syre, praéceptorum plénus istorum ílle. *Sy.* Phy!
Domi hábuit unde dísceret. *De.* Fit sédulo.
Nil praétermitto: cónsuefacio: dénique,
Inspícere, tanquam in spéculum, in vitas ómnium

V. 57. Bentl. corr. *spero erit similis.*
V. 58. Bentl. corr. *Syre praeceptorum est plenus ille.* Libri *plenus est.*
V. 61. *in* ante *vitas* e solo Bemb. dederunt. Sed aliis visa est praepositio recte omitti. v. Burmann. ad Petron. p. 414. Schaefer. Ind. ad Greg. Cor. p. 1056. et annotat. nostr. ad Platon. Protagor. p. 337. E. Cfr. Vers. 74.

gaudio.] Immoderata laetitia, maxime parentum, lachrymas habet. Recte ergo additum est, *gaudio:* quia lachrymae solum moerorem significant. — 56. *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.*] Haec figura oratoria δεινότης dicitur, qua ostenditur, non esse mediocre quod factum est. — 57. *Hui!*] quasi admiretur ipse, quae narrat. — 58. *Syre, praeceptorum plenus istorum ille.*] Vide Demeam non desinere culpam Aeschini in Micionem conferre: quum e contrario praeceptorum suorum vult esse, quod sapit Ctesipho. *Istorum.*] Quae dicis; scilicet, *Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam. Phy!*] Interiectio mirantis est. — 59. *Domi habuit unde disceret.*] *Unde,* id est, de quo. *Fit sedulo.*] Ἠθικῶς dictum est *fit.* Et *sedulo,* sine dolo, id est, instanter; quia negligentes dolosi dicuntur. — 61. *Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium iubeo.*] Videndum, an recte *speculum* induxerit, quum *alienas vitas* dicit *inspiciendas* esse. nisi forte hoc ad causam admovendi speculi, non ad affectum referamus. Nam causa inspiciendi speculi, emendatio est vultus: effectus,

58. *Praeceptorum plenus.*] H. e. affatim instructus. Ita Plautus, Epid. I. 2. 49. Plenus *consilii es.* Eodem sensu dixit Cicero, Off. I. 1. *Abundare oportet praeceptis.*

59. *Domi habuit unde disceret.*] Proverbii speciem habet. Plautus, Truc. II. 5. 4. Domi *modo* docta *dictito.* Cicero, Fam. X. 3. *Sed quid ego nunc haec ad te, cuius* domi *nascuntur?* [Cfr. intpp. ad Petron. c. 33.]

61. *Inspicere, tanquam in speculum, in vitas.*] Plautus, Amph. I. 1. 286. proprie: *saepe* in speculum inspexi. Integrum hunc locum imitatus Horatius, Serm. I. 4. 105. seqq. Plinius, Paneg. 55. *Mihi* intuenti in sapientiam tuam *minus mirum videtur.* [Sic legi-

Inspicere, tamquam in speculum, in vitas omnium
Iubeo: átque ex aliis súmere exemplúm sibi.
Hoc fácito. *Sy.* Recte sáne. *De.* Hoc fugito. *Sy.* Cállide.
De. Hoc laúdi est. *Sy.* Istaec rés est. *De.* Hoc vitió datur.
Sy. Probíssime. *De.* Porro aútem — *Sy.* Non hercle ótium 'st
Nunc mi aúscultandi. písces ex senténtia
Nactús sum: hi mihi ne córrumpantur, caútio 'st:
Nam id nóbis tam flagítium 'st, quam illa, Démea,

V. 68. Bentl. ex cod. veterrimo: *quam illa, o Demea.* quia in hac sede spondeus trocheo suavior sit.

---

formae per imaginem resultatio. — 63. *Callide.*] *Callidus* dictus est etiam qui exercet dolos. *Callidus* dicitur, qui *callum* sibi usu artis induxerit. — 64. *Hoc laudi est, hoc vitio datur.*] Non philosophice, sed civiliter monet. Non enim dixit, *hoc bonum:* sed, *hoc laudi est.* Nec *hoc malum:* sed, *vitio datur.* Ergo ut idiota et comicus pater, non ut sapiens et praeceptor. *Istaec res est.*] Non quam rem gerit Micio: non ut ille agit. Et significat, *hoc verum est, hoc utile est.* — 65. *Porro autem.*] Prope delinitus erat Demea, contra institutum argumenti. Artificiose igitur poëta subiecit ex persona servi, unde illum ad amaritudinem provocet. *Porro autem.*] At vero et huiusmodi principia narrationum sunt, quibus superiora sequentibus connectuntur. — 68. *Nam id nobis*

---

tur in codice Bembino omnium veterrimo et sic edidit Bentleius. Vulgares editiones habent *inspicere tanquam in speculum vitas omnium,* quam lectionem Burmannus ad Petron. c. 84. p. 414. confirmari putat loco Cic. in Pison. c. 29. *in quibus versibus, si quis velit, possit istius tanquam in speculo vitam intueri.* Sed utriusque loci diversa ratio est, ne dicam lectionem *in vitas* planissime confirmari v. 74.]

62. *Ex aliis sumere exemplum sibi.*] Ita Heant. I. 2. 36. Plautus, Pers. IV. 3. 70. *sed te de aliis, quam alios de te suavius 'st Fieri doctos.*

63. *Hoc facito. Hoc fugito.*] Ita Cicero, Div. II. 61. *Hoc facito. hoc ne feceris.* [*Istaec res est: das eben ist's* i. e. *so eben muss es sein!* St.]

65. *Non hercle otium 'st.*] Ita Plautus, Cas. II. 2. 39. *Mox magis quum* otium *mihi et tibi* erit.

67. *Ne corrumpantur.*] Ita dixit, uti IV. 2. 49. *Prandium corrumpitur.* — *Cautio 'st.*] H. e. cavendum est. Ita And. II. 6. 26. Plautus, Bacchid. IV. 2. 15. *mihi cautio est.*

Non fácere vobis, quaé modo dixti: et, quód queo,
Consérvis ad eundem ístunc praecipió modum:
Hoc fálsum 'st; hoc adústum 'st; hoc lautúm 'st parum;
Illúd recte: iterum síc memento. sédulo
Moneó, quae possum, pró mea sapiéntia.
Postrémo, tanquam in spéculum, in patinas, Démea,
Inspícere iubeo, et móneo, quíd facto úsus siét.
Inépta haec esse, nós quae facimus, séntio:

V. 69. Beutl. corr. *módo quae dixti.* quia anapaestus hic suavior sit dactylo. Libri non addicunt.

V. 74. recte iteratur praepositio, quia *inspiciendi* verbum propria ponitur significatione. Recte igitur etiam supra, nisi fallor, cod. Bembin. v. 61.

---

tam flagitium 'st.] Non dixit *peccatum*, irridens senem: sed *flagitium*. Et quidem flagitium, corrumpi pisces, vel talia. — 69. *Quod queo.*] Quod possum. Sed sic maluit dicere, ut allusionem de sua arte faceret Syrus, et hac re ostenderet, nihil ab illo dici serio. *Quod queo.*] A coquendo sumsit *καρόμοιον*. Sic et infra: *Sedulo moneo, quae possum, pro mea sapientia.* Et *Ciceronis* dictum refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat: *Tu quoque aderas huic causae.* Nam apud veteres *coquus* non per *C* literam, sed per Q scribebatur. — 70. *Ad eundem istunc praecipio modum.*] Arguta imitatio ad deridendum Demeam omnium quae serio ille supra dixerat. — 71. *Hoc salsum 'st, hoc adustum 'st.*] Haec contexte et coniuncte dicuntur: quia non vicissim Syro assentatur senex. — 73. *Pro mea sapientia.*] *Διασυρτικῶς sapientia* dixit: quia condimentum gustu ac *sapore* temperant coci. — 74. *Tanquam in speculum.*] Et hic *speculum* non ad imaginem vultus, sed ad contuitum contrapositae rei retulit. — 76. *Nos quae facimus.*] Non coci, sed Micio, Aeschinus, et familia. An *nos* pro *domini* posuit? An *nos* pro *ego?* et hoc melius. *Sentio.*] Cum

---

71. *Hoc lautum 'st parum.*] H. e. Nitidum et elegans. Martialis, lib. XI. Epigr. 31. 20. Hoc lautum *putat*, *hoc putat venustum*, *Unum ponere ferculis tot assem.*

73. *Pro mea sapientia.*] H. e. quantum ego quidem sapio. Ita Cicero, Fam. XVI. 1. *Haec* pro tuo ingenio *considera.*

75. *Quid facto usus siet.*] Ita Plautus, Amph. I. 3. 6. *Sed ubi summus imperator non adest ad exercitum, Citius, quod non facto 'st usus, fit, quam* quod factó 'st usus.

Verúm quid facias? út homo 'st, ita morém geras.
Numquíd vis? *De.* Mentem vóbis meliorém darí.
Sy. Tu rús hinc ibis? *De.* Récta. *Sy.* Nam quid tu híc agas,
Ubi, sí quid bene praecípias, nemo obtémperet?
De. Ego véro hinc abeo, quándo is, quamobrem huc véneram,

V. 79. *ibis* Bemb. Victor. alii melioris notae. Vulgo *abis*, reluctante metro, cui iam Faërnus consuluit. Pro *Recta*, quod Faërn. Westerh. et Bentl. probarunt, omnes codd. praeter Bemb. *recte*.

---

dilatione et vultuose dicendum *sentio.* — 77. *Verum quid facias?*] *Quid facias?* pro, quid faciat unusquisque scilicet. *Ut homo 'st, ita morem geras.*] Utrum aptum proverbium sit servis, an etiam amicis? Ut est, *obsequium amicos, veritas odium parit.* Et haec sententia modo velut querela, demissa voce proferenda est. — 78. *Mentem vobis meliorem dari.*] Πρὸς τὸ *vis* respondet agresti feritate. nam respondendum erat, *recte*, aut *valeas*. Sed hic, ne [illegible] abiens blandus esset, pro salutationibus ipsis amara supponit Et memento etiam hunc eundem insalutatum relinquere, qui adveniens paulo ante nec salutaverat nec resalutaverat fratrem. *Meliorem* autem pro bona ac tolerabili posuit. non enim bonam credit, ut meliorem optet. Sic *Virgilius*, *Di meliora piis, erroremque hostibus illum!* — 79. *Tu rus hinc abis?*] Vult Syrus nosse an eat. *Tu rus hinc abis?*] Qui consuetudinis memor est, animadvertit has interrogationes non inquirendi causa poni, sed admonitionis loco esse apud eos, quos velimus abscedere. Sic igitur interrogat, ut hortetur: et sic pronuntiat, ut et sciat, et approbet quod rogat. *Nam quid tu hic agas.*] Addidit hortatum, ut quam primum abeat. — 81. *Quando is, quamobrem.*] Nova locutio, *is, quamobrem:* pro, *is, propter quem.* sic et alibi, *in eo me oblecto: solum id est*

---

77. *Ut homo 'st, ita morem geras.*] Ita Plautus, Mostell. III. 2. 36. *ut homines sunt, ita morem geras.* [*Mentem vobis meliorem dari.* Bonam mentem precabantur iis, quos insanire vel sibi male consulere iudicabant. Senec. Controv. IV. 25. *optemus meretrici bonam mentem.* ubi vid. Gronovius. Ut *bona mens* est sana: sic *mala mens* consilii expers, non sana, stulta. Vid. Dukerus ad Flor. II. 6. p. 291.]

80. *Bene praecipias.*] Lucilius apud Non. v. *Praecipere*: *Porro amici est, bene praecipere, tueri, bene praedicare.*

Rus ábiit: illum cúro unum: ille ad me áttinet.
Quando íta volt frater, de ístoc ipse víderit.
Sed quis illic est, procúl quem vídeo? estne [hic] Hégio,
Tribúlis noster? sí satis cerno, is hércle ['st]: vah!
Homo amícus nobis iam índe a puero. Dí boni!
Nae illiúsmodi iam mágna nobis cívium

V. 82. Bentl. legi ac distinguit: *Rus abiit: illum curo: unum illud ad me attinet, Quando ita volt frater: de istoc ipse viderit.* Ita supra I. 1, 24. I. 2. 50. *De isthoc* sc. Aeschino. Non opus.

V. 84. Bentl. ne ultima in *procul* acuatur, verba sic transposuit: *quem video procul*, e Bemb. et Donat. Voc. *hic* recte om. Bembin. et multi alii.

V. 85. *est* versus causa delendum. Omittit cod. Petrens. Bentl.

V. 87. Bentl. ex codd. et vett. editt. *mágna nobis.* Vulgo erat *nóbis magna.* Idem v. 88. *homo* delet, quia putide hic iteretur et versum oneret.

---

charum mihi. — 82. *Illum curo unum.*] *Unum* cum exceptione. Et tamen sic loquitur, ut appareat illum non posse sibi imperare oblivionem Aeschini. nam idcirco addidit, *quando ita volt frater, de istoc ipse viderit. Amare coepit.* Et ideo tenet, *nam ambos curare, propemodum Reposcere illum est, quem dedisti.* — 84. *Quis illic est, quem procul video? estne Hegio.*] Inventa causa est, cur non abeat Demea, propter reliquam fabulae partem: et simul aliud additur, quo indignetur. Bene autem dubitat, et familiam * inveniat civem, et multum absens a conspectu civium. — 87. *Nae*

[83. *De istoc ipse viderit.* Elegans formula eorum, qui curam alicuius rei ad alium reiiciunt. Ovid. Epist. XII. 211. *Viderit hoc, si quam iam peperisse pudet.* Senec. de Benef. II. 14. *viderit; de se, non de me, queretur.* Hanc formulam pulcre illustrant Interpretes ad Ovid. ex Ponto I. 2. 9.]

84. *Sed quis illic est, procul quem video?*] Ita Plautus, Capt. IV. 2. 8. *Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?*

85. *Tribulis noster.*] Id intelligendum de Tribubus Atticis, de quarum numero non convenit inter scriptores. Est autem *tribulis* civis eiusdem tribus, seu ὁμόφυλος. Vide Comment. maiorem. — *Si satis cerno, is hercle 'st.*] Ita Phorm. V. 1. 8. Plautus, Trin. IV. 3. 64. *Satin' ego oculis plane video? estne ipsus, an non est? is est. Certe is est profecto.*

86. *Homo amicus nobis iam inde a puero.*] Ita Plautus, Capt. III. 4. 112. *Philocrates iam inde usque amicus fuit mihi a puero puer.*

Peririast [homo] antíqua virtute ác fide.
Haud cíto mali quid órtum ex hoc sit públice.
Quam gaúdeo, ubi étiam húius generis réliquias
Restáre video! [vah!] vívere etiam núnc libet.
Oppériar hominem hic, út salutem, et cónloquar.

V. 91. Bentl., *vah* deleto, ita distinguit: *Quam gaudeo:* (sc. quod veterem amicum habeo obvium.) *ubi etiam huius generis reliquias restare video, vivere etiam nunc libet:* i, e. inter tales etiam diutius vivere iuvat. Optime.

---

illiusmodi iam nobis magna civium penuria 'st.] *Nae*, valde. *Illiusmodi.*] Cuiusmodi est Hegio, id est, qualis. Et magna οἰκονομίᾳ senex laudatur, ut postulationi eius statim adsit fides. — 89. *Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.*] Utrum hoc optantis est, ne moriatur? an est testimonium vitae hominis, numquam obfuturi reipublicae? — 90. *Ubi etiam huius generis reliquias restare video!*] Paucos ac raros bonos. nam *reliquias* pro relictis paucisque dixit. ideo *restare etiam* dictum est. — 91. *Vivere etiam nunc lubet.*] Ex hac delectatione ostenditur Demea, et quam peccantibus sit amarus ac saevus: et quam facile huius incusatione, tanquam gravi testimonio crediturus sit; et quantum doliturus super Aeschino, qui displiceat talibus viris.

---

88. *Homo antiqua virtute ac fide.*] H. e. summa, seu praecipua. Quia enim omnia indies in peius ruere existimabant, *Antiqua* pro bonis et probis usurpabant, utpote proxime ad Deos accedentia. Ita And. IV. 5. 22. Hec. IV. 4. 18. et 20. Plautus, Capt. I. 2. 20. *Ille demum* antiquis *est adolescens moribus.* [Plura Lambin. ad Horat. Serm. II. 7, 23.]

89. *Haud cito.*] H. e. haud facile. Cicero, Bruto 76. *Sed neque verbis aptiorem* cito *alium dixerim.* Vide Cl. Burm. ad Phaed. III. 40. 10. — *publice* q. d. in rem publicam.

91. *Vivere etiam nunc lubet.*] Ita Plautus, Curc. I. 3. 16. *hoc etiam est, quamobrem cupiam vivere.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUARTA.

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

He. Pro Dî ímmortales! fácinus indignúm, Geta.
Quid nárras! *Ge.* Sic est fáctum. *He.* Ex illan' fámilia
Tam illíberale fácinus est ortum? o Aéschine,
Pol haúd paternum istúc dedisti. *De.* Vídelicet

1. *Pró Dî immortales!*] *Haec scena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis, et accusationem eius, quem laedere nolit ipse accusator, continet.* *Facinus indignum.*] Iam narravit Geta: et recte. non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda, que dicta sunt. Illud sane admirandum, eiusmodi Hegionis verba induci, qualia esse debuerunt tantopere laudati viri, et eiusdem Hegionis ac Demeae. — 2. *Quid narras!*] Mirantis est, non interrogantis. — 3. *Tam illiberale facinus.*] Id est, non odisse cui succenseas, laudare homines, factum reprehendere. *O Aeschine, pol haud paternum.*] Mira maturitas: in qua nescias utrum magis iniuriam illatam orbae virgini, an Aeschinum peccasse, plus doleat. servatur enim in Hegione, quod vir bonus sit et amicus. — 4. *Haud paternum istuc dedisti.*] Deest *facinus.* Et *dedisti*, pro *fecisti.* Sed sic dicitur in re magna: ut, *dabit ille ruinas arboribus, stragemque satis.* *Videlicet de paltria hac audivit.*] *Videlicet* confirmativum est. Ut *videlicet, videre*

---

1. *Pro di immortales!*] Exclamatio comica, Plauto perquam familiaris. Ita Phorm. V. 8. 9. et sine *proh*, Eun. II. 2. 1. Plaut. Aul. III. 4. 1. — *Facinus indignum.*] Ita And. I. 1. 118. et saepe alibi. Sed Phorm. V. 8. 19. Facinus indignum *et malum!*

2. *Ex illan' familia tam illiberale facinus esse ortum?*] Ita Plautus, Poen. V. 2. 67. *Id esse facinus ex te ortum.* Dixit autem *illiberale* pro inhonesto et scelesto, quodque hominem liberum non deceat. Ita *illiberaliter* infra, IV. 5. 30. et Phorm. II. 3. 24.

4. *Haud paternum istuc dedisti.*]. H. e. non ostendisti,

De psáltria hac audívit: id illi núnc dolet
Aliéno: pater is níhili pendit. heí mihi!
Utinam hic prope adesset álicubi, atque audíret haec.
He. Nisi fácient, quae illos aéquom 'st, haud sic aúferent.
Ge. In te spes omnis, Hégio, nobís sita est.
Te sólum habemus: tú es patronus, tú parens:

V. 5. Bentl. *de ps. hoc audivit*: e cod. veterrimo. Non dixisset, inquit, Demea *Hac*, sed *Istac*, ut III. 4, 25. Unus ex Mendianis *hic* sc. Hegio.

---

licet: sic *scilicet*, scire licet: *ilicet*, ire licet. — 5. *De psaltria hac audivit.*] Sic errat Demea, ut intelligatur quantum debeat irasci in iis, quae inopinata audiet. — 6. *Is nihil pendit.*] *Is* abundat. ut in Heautont. *Perii! is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua quae narrat facinora!* Aut *is* pro *ipse*: subiunctivum pronomen minus quam finitum. — 7. *Utinam hic prope adesset.*] Quasi sibi non crediderit dicenti, *In ore est omni populo.* — 8. *Nisi.*] *Si non*, significat. *Quae illos aequom 'st.*] Subauditur, *facere*, a superiori, per σύλληψιν intellectum. *Haud sic.*] Δεικτικὸν est. *Haud sic auferent.*] Quomodo accipimus, *haud sic auferent?* an, factum suum auferent sic; an, si correxerint culpam, non silentio transituros ipsos, vel ipsum quod factum est. *Haud sic auferent.*] Id est, leniter abibunt, vel subtrahent culpam. *Haud sic auferent.*] Id est, leniter abibunt, vel subtrahent culpam. *Haud sic auferent.*] Senilis et matura comminatio. Et est *sic* demonstratio, gestum continens levissimae ac parvae significationis. — 9. *In te spes omnis, Hegio.*] Ut narratio non fuerit necessaria: ita preces interponendae sunt. — 10. *Tu es patronus, tu parens.*] *Patronus* aut temporale nomen est defensoris: aut certe appellatio est, per quam ostenditur, quid illi cultus et obsequii debeatur. Est enim nomen ad aliquid. *Parens* autem, veri amoris nomen est: et aequali loco continet interpretationem. Et vide, quam vigilanter poëta, quum

---

te patrissare. *Dare* enim et Facere notat. Ita, *ne turbam faciat* dixit Eun. IV. 1. 2. Sed *turbas dedit.* Eun. IV. 3. 11.

8. *Haud sic auferent.*] Sc. inultum. Vide ad And. III. 5. 4.

9. *In te spes omnis nobis sita.*] Ita supra III. 2. 33. Phorm. III. 1. 6.

10. *Tu es patronus, tu parens.*] Ita And. I. 5. 60. Phorm. III. 2. 11. Plautus, Capt. II. 3. 84. *Tu mihi nunc herus es: tu patronus, tu pater.*

Illé tibi moriens nós commendavít, senex.
Si déseris tu, périimus. *He.* Cave díxeris.
Neque fáciam, neque me sátis pie posse árbitror.
De. Adíbo. Salvere Hégionem plúrimum

V. 12. ante Bentl. erat *perimus.*
V. 14. Priscian. p. 1132. *gaudere* pro *salvere* legit.

---

simpliciter matronam de absente Hegione loquentem induceret, *coluit nos*, dixit: quum servus et supplex ad praesentem loquitur, *tu es patronus*, inquit. — 11. *Ille tibi moriens nos commendavit, senex.*] Servus magnum veritatis indicium addidit, dicendo *moriens:* nemo enim *moriens* non vera loquitur et urgentia. Unde in iure ultima iudicia certiora sunt. Sic alibi, *hanc mihi in manum dat, mors continuo ipsam occupat.* — 12. *Si deseris tu, periimus.*] Proprie, quasi patrono; nam socius deficit, parens prodit, patronus deserit. Sic *Sallustius, Post defectionem sociorum et Latii.* Et, *unius ob iram Prodimur.* Et, *Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum: quod quidem in te fuit.* Plautus, *Qui libertos habent, eos deserunt.* Hinc et milites, qui defensores patriae deberent esse, *desertores* esse dicuntur. Haec autem omnia magnam vim habent, si per singulas partes orationis considerentur, ad commovendum precibus Hegionem. Et, *tu es patronus*, ab honesto; *tu es parens*, a iusto. *Si deseris tu, periimus.*] Et huic rei maxime respondet oratorie, quae illum maxime commovit. Ut, *en ego victa situ.* Et, *pulsus ego?* Alii πρὸς τὸ *periimus*, τῷ εὐφημισμῷ responsum putant. — 13. *Satis pie posse.*] Deest, *facere.* *Neque me satis pie posse arbitror.*] Honesta locutio, qua significat, quicquid fecerit pro pietatis debito illis merito parum esse. Sensus autem hic est, neque faciam quod nefas est, ut vos deseram: nec hoc ipsum quod facio, satis pium est pro tanta necessitudine. Et bene addidit *satis*, ut, *et sapiens; non tamen satis.* — 14. *Salvere Hegionem plurimum iubeo.*] Ideo providit Demea, non provisus est: quia oportuit illum audire quae loqueretur Hegio, et ex illius iam verbis indignationem moveri. *Iubeo* autem, *volo* significat: ab eo quod sequitur, id

---

11. *Tibi moriens nos commendavit.*] Simile exemplum est And. I. 5, 49. seqq.

12. *Cave dixeris.*] Quia *deseris* erat vox male ominata, et quia impium erat, clientem immerentem deserere, hanc suspicionem procul a se esse amotam vult.

14. *Salvere Hegionem plurimum iubeo.*] Eodem sensu dixit And. III. 3. 1. *Iubeo Chremetem.* Plautus, Mostell. III. 1. 44. Salvere te iubeo, *mi Saturides*, bene.

habeō. *He.* Oh! te quaerebam ípsum. salve, Démea.
De. Quid aútem? *He.* Maior filius tuus Aéschinus,
Quem frátri adoptandúm dedisti, néque boni,
Neque líberalis fúnctus officium ést viri.
De. Quid ístuc? *He.* Nostrum amícum noras, Símulum, atque
Aequálem? *De.* Quidni? *He.* Fíliam eius vírginem
Vitiávit. *De.* Hem! *He.* Mane; nóndum audisti, Démea,
Quod ést gravissimum. *De.* 'An quid est etiam ámplius?

V. 19. Bentl. *Quid istúc est?*

---

quod praecedit. Non *iubemus* enim nisi quod voluerimus. Et est *Homericum: Κέλευε με πάντ' ἀποδοῦναι ἐθέλομην γὰρ Ἕκτορα.* *Cynenniaena.* — 16. *Maior filius tuus Aeschinus.*] Artificiosa postulatio: in qua, ne statim Demea diceret, nihil ad se hanc querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonem curare debeat, infertur causa, cur non dissimulet pater: quia filius: quia maior est: quia Aeschinus, si quid est in ipso nomine charitatis: quia fratris adoptivus: quia bonus et liberalis: et contra haec, quibus laudatus est, fecit. — 17. *Neque boni.*] Quasi id quod est, velit quod esse debet. — 18. *Neque liberalis functus est officium viri.*] Quaerendum inter *bonum* et *liberalem* quid intersit. An *bonus* est, qui non nocet? *liberalis*, qui etiam prodest? An *bonus*, qui non peccat in facto? *liberalis*, qui nec verbo quidem. — 20. *Aequalem?*] Ὁμήλικα. *Quidni?*] Plus est *quidni*, quam *noveram*. nam quasi corripit dubitantem dicendo *quidni?* ut subaudiatur, *noverim*. *Filiam eius virginem vitiavit.*] Vides quantum valeat iniuria, vel dignitas personarum. Non contentus facinore, personas credidit ante proponendas. — 21. *Hem!*] Interiectio nunc est irati, et est irati vehementer: quippe qui aliud vitium audiebat, praeter crimina quae sciebat. — 22. *Quod est gravissimum.*] Quia illud grave. *An quicquam est etiam amplius?*] *Amplius* quantitatis est. nam ideo, *nondum etiam audis, quod est gravissimum.* *Am-*

---

17. *Quem fratri adoptandum dedisti.*] Ita supra, I. 2. 34.

18. *Functus officium.*] Ita Heaut. I. 1. 14. Dixit autem *officium viri*, uti Phorm. I. 2. 89.

20. *Aequalem.*] Vide ad And. II. 6. 22.

22. *Amplius.*] H. e. gravius. Ita Hec. III. 1. 9.

He. **Vero ámplius: nam hoc quidem ferundum áliquó modo 'st:**
Persuásit nox, amór, vinum, adolescéntia:
Humánum 'st. ubi scit fáctum, ad matrem vírginis
Venit ípsus ultro, lácrumans, orans, óbsecrans,
Fidém dans, iurans sé illam ducturúm domum.

plius.] Id est, maius. — 24. *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.*] *Plautus* in Bacchidibus: *quia isthoc illecebrosius Fieri nihil potest; nox, mulier, vinum, homini adolescentulo.* Et haec omnia ab impulsionis parte dicuntur, non a ratiocinationis: ideo et *persuasit* dixit: nam instans persuasio *impulsio* dicitur: ut ipse, *dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.*] Haec inferuntur ἀσυνδέτως, ut multa videantur. *Vinum.*] Plus dixit, quam si *vinolentiam* diceret. ut, *tu nihil nisi sapientia es: ille, somnium.* Proximum huic, et simile, est in Hecyra: *cum virgine una adolescens cubuerit Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit? Non verisimile dicis: nec verum arbitror.* Virgilius: *Bacchus et ad culpam causas dedit.* — 25. *Humanum 'st.*] Nihil tandem ex ea sumtum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. *Ubi scit factum.*] Id est, intelligit et sentit: quia supra futurae * peccaverit: et quia qui impulsione peccat, non peccat ratiocinatione. Hic locus illi rei occurrit, *Cur ergo tacuisti?* — 26. *Venit ipsus ultro, lacrumans.*] Mire: et ad matrem *venit ultro, lacrumans*, ne quod leniter aut mollius mulier tulisset, prope pactionem iniisse videretur. *Orans, obsecrans.*] *Orare*, est placidos petere: *obsecrare*, iratos rogare. Unde plus facit *obsecrans*, quam *orans*: plus vero *orans*,

---

24. *Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia.*] Solent haec esse in causa turpitudinis. Plautus, Aul. IV. 10. 15. Vini *vitio atque* amoris *feci.* Ovidius, Amor. I. 6. 59. Nox, *et* amor, vinum*que nihil moderabile suadent.* ubi v. Burm.

25. *Ubi scit factum.*] Virgilius, Aen. V. 788. *Causas tanti* sciat *illa furoris.* Ita autem loquitur, quasi insciens et imprudens, seu amens vitiaverit virginem. Unde Virgilius, Ecl. VIII. 43. *Nunc scio quid sit amor.*

26. *Lacrumans, orans, obsecrans.*] Ennius, Annal. I 1. 28. *Flentes, plorantes, lacrumantes, obtestantes.*

27. *Fidem dans.*] Ita And. II. 3. 27. et saepe alibi. — *S illam ducturum domum.*] Locutio a solemni more translata. Infra IV. 5. 60. Hec. I. 1. 5. I. 2. 60. et 71. Phorm. II. 1. 63. IV. 4. 1 Plautus passim.

Ignótum 'st: tacitum 'st: créditum 'st. virgo éx eo
Compréssu gravida fácta est: mensis décimus est.
Ille bónus vir nobis psáltriam, si Dís plácet,
Parávit, quicum vívat: illam déserat.

V. 29. Bentl. *hic* post *mensis* delevit, quippe quod versus respuat.
V. 31. Bentl. *deserit*, ex cod. Bemb.

---

quam *rogans*. *Cicero*, *Orare et rogare.* — 28. *Ignotum 'st; tacitum 'st: creditum 'st.*] Ἀσυνδέτως per συντομίαν ut solet, hic loquitur: ut, *imus*, *venimus*, *videmus*. *Ignotum 'st* autem, quod *ultro* venerat et *lacrumans: tacitum 'st*, quod *orabat* et *obsecrabat: creditum 'st*, quod *fidem dabat* et *iurabat*. Et honestius impersonaliter, quam *ignovimus*, *tacuimus*, *credidimus*. *Virgo ex eo compressu gravida facta est.*] Haec addidit, ne ex viliore usu et inhonesta patientia virginis ad conceptum libido pervenerit. Et praeterea quia et hoc potuit dici, ille quidem vitiavit virginem: sed quid si ex alio concepit postea, quae nunc gravida facta est? idcirco et a vitio virginis tempus ostendit, ut cum facto ratio conveniret. — 30. *Ille bonus vir.*] Εἰρωνεία indignantis in loco addita est verbis ardentibus. *Ille bonus vir., nobis psaltriam, si Dis placet, paravit.*] Conclusio accusationis. Et, *bonus vir*, εἰρωνεία quidem est, sed ab eo posita, qui indignetur *virum bonum* esse debuisse, qui non sit: ut supra, *Neque boni*, *Neque liberalis est functus officium viri.* Et simul considera, quo nomine Aeschinum vocet, *virum* appellans scilicet, qui vult eius certa esse promissa, et qui illum iampridem videri maritum velit. *Nobis* autem ex abundanti τῷ ἰδιωτισμῷ ad indignationem relatum est. *Nobis psaltriam.*] Τῷ ἰδιωτισμῷ; sic enim dicimus, et est consuetudinis pervulgatae. *Si Dis placet.*] Bene interpositum ad invidiam, *si Dis placet:* scilicet per quos iuratum est. — 31. *Il-*

---

28. *Virgo ex eo compressu gravida facta 'st.*] Ita Plautus, Epid. IV. 1. 15. *quae meo* compressu *peperit filiam.*

29. *Mensis hic decimus est.*] Intelligit menses lunares, quales ante Iulium Caesarem computabantur. Unde passim decem menses partui mulieris tribuuntur. Ita infra IV. 5. 57. Hec. V. 3. 14. Plautus saepius. Virgilius, Ecl. IV. 61. *Matri longa* decem *tulerunt fastidia* menses. Sed Caecilii in Plocio est: *Insoletne mulier* decumo mense *parere? Pol* nono *etiam*, septimo *atque* octavo.

30. *Si diis placet.*] Ironiae formula. Ita Eun. V. 3. 10. Vide Freinshemium et Dukerum ad Flor. III. 4. 1. Plautus tamen etiam citra ironiam, Capt. II. 3. 94. *Expedivi ex servitute filium*, si Diis placet. Quo sensu et, *si Dii volent*, dixit Poen. IV. 2. 88.

De. Pro certón' tu istaec dícis? *He.* Mater vírginis
In médio 'st: ipsa vírgo: res ipsa: híc Geta
Praetérea, ut captus ést servorum, nón malus,

V. 34. Bentl. *ut captus sérvulorum est, nón malus* etc. Codd. *est servulorum.* Receptam lectionem tuetur cod. Bemb. et Priscian. p. 729.

Iam deserat.] Id est, cui e contrario, dum vivat, obstrictus est. Et *deserat,* virginem scilicet. — 32. *Pro certon' tu istaec dicis?*] Hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti: sed quia miratur scelera. *Mater virginis in medio 'st.*] Terribiliter satis, *in medio 'st*] quasi retineri non possit, nec cohiberi, quin rem probet. Et praeterea, quum argumentorum genera duo sint, ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον: sicut in rebus manifestis, ἀτέχνῳ utitur. Hoc ergo, sublatis superciliis, dicendum est: *In medio 'st;* nam lentius erat, si diceret, *praesto est.* — 33. *Ipsa virgo.*] Scilicet quae in Aeschinum reum et testis et crimen est. Et ideo addit, *res ipsa:* id est, pondus uteri, exactis ad pariendum mensibus. — 34. *Praeterea, ut captus est servorum, non malus.*] Ad haec, intelligamus aliter dici, *non inertem Socratem:* aliter, *non inertem servum:* aliter, *non malum Scipionem esse:* aliter, *non malum servum esse. Praeterea, ut captus.*] An, quantum capit animus servilis, tantum non malus, neque iners Geta? An, *ut captus est servorum,* quemadmodum saepe aucupium in servis habendis bonum eve-

---

32. *Pro certon' tu istaec dicis?*] Ita Attius, Telepho: Pro certo *arbitrabor sortes, oracla, adytus, auguria.* Cicero, Fam. VI. 12. *Quare magno opere putavi angoris et doloris tui levandi causa,* pro certis *ad te ea, quae essent certa, perscribi.* Sallustius, Catil. 15. pro certo *creditur.* Livius XLIV. 22. *Illud affirmare* pro certo *habeo audeoque.* Eodem sensu dixit Ovidius, Amor. II. 11. 53. *Omnia* pro veris *credam, sint ficta licebit.* [Notandum est *pro certo* dici in singulari, quamvis praecedat pluralis *istaec,* quod loquendi genus vindicavit Duker. ad Liv. I. 3. 2.]

33. *In medio 'st.*] H. e. vivit. Contra *e medio excedere,* et, *e medio abire* est mori. Phorm. V. 7. 74. V. 8. 30. — Rectius Ruhnkenius: „*In medio est* h. e. praesens est, ut interrogari possit. Sic *in medio posita* opponuntur reconditis. Cic. de Orat. I. 3. *Dicendi autem omnis ratio in medio posita.* Contra *e medio excedere* Hec. IV. 3. 14. est subducere se ex oculis hominum. Sueton. in Caes. c. 1. *discedere medio.*"

34. *Ut captus est servorum.*] Ita Caesar. B. G. IV. 3. Ut

Neque inérs, alit illas: sólus omnem fámiliam
Susténtat. hunc abdúce, vinci, quaére rem.
Ge. Immo hércle extorque, nísi ita factum 'st, Démea.

sit? Ut in captu avium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia servum evenire bonum, non ratio est aut natura, sed casus est, utpote in re rarissima: ut sit, *ut captus est servorum*, id est, eventus est in servis. *Ut captus est servorum.*] Id est, ut se habet conditio servorum. *Afranius* in Simulante, *Is, ut servorum captus est, facillime domo atque nostra familia provenditur.* Ergo *captus* sortem intelligo. *Non malus.*] Id est, fidelis. — 35. *Neque iners.*] Id est, artem habens. Oratorie futurum testem et indicem laudat: sed ne improbe facere videatur, parcius id facit; non enim dixit, *bonus et solers:* sed, quod in servo sufficit, *non malus, neque iners.* Et proferendi Getae haec maxime causa est: ne quod permittere videatur in servo pauperis, atrocius fiat. Et simul ut haec προθεράπευσις non contristet Getam: quem prius laudat, dicturus, *hunc abduce, vinci, quaere rem. Alit illas: solus omnem familiam sustentat.*] Duas hic res docet: et unde hae vivant, quod testimonium pudicitiae est: et gravem testem posse esse Getam. *Solus.*] Incerta distinctio est, *solus*, sed melius, *solus omnem familiam sustentat.* Hoc verbo tenuis victus ostenditur, quod bene frugi esse monstratur in foeminis. — 36. *Hunc abduce, vinci, quaere rem.*] Non multum permittit, utpote de alieno servo, ideo Geta plus de se largietur. Ipse tamen ἀσυνδέτως tria posuit, ut multa videretur dicere. *Hunc abduce.*] Ut, *Tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis.* Nam postea *E* litera huiusmodi verbis aucta est. *Hunc abduce, vinci.*] Bono ordine. Et *abduce:* ab hoc illuc ubi nemo possit intercedere. Et *vinci:* ne solutus, ut sciat si verum servus accuset. *Quaere rem.*] Latenter praeter vincula, etiam tormenta significavit; nam hoc, *quaere rem*, pete rei veritatem, significat. — 37. *Immo hercle extorque.*] Ἄτεχνος πίστις. Et bene ipse de se plus et

---

captus est *Germanorum.* Cicero, Tusc. II. 27. ut est captus *hominum.* Eodem sensu dixit Tacitus, Germ. 30. *Multum*, ut inter Germanos, *rationis ac solertiae.* — *Non malus.*] Vide ad Eun. II. 2. 43.

35. *Solus omnem familiam sustentat.*] Ita Phorm. II. 1. 57. de servo Geta: *columen vero familiae.* Virgilius, Aen. XII. 59. *In te omnis domus inclinata recumbit.* — *Abduce, vinci, quaere.*] Κλίμαξ ἀσύνδετος, rei accommodata. Ita de ancillis, Hec. V. 2. 7.

37. *Extorque.*] Ita dixit, uti Eun. IV. 4. 45. *exsculpere verum.*

Postrémo non negábit: coram ipsúm cedo.
De. Pudét: nec, quid agam, néque quid huic respóndeam,
Sció. — *Pa.* Miserám me! dífferor dolóribus.
Iunó Lucina, fér opem! serva me, óbsecro! *He.* Hem!
Numnam ílla, quaeso, párturit? *Ge.* Certe, Hégio. *He.* Hem!
Illaéc fidem nunc vóstram implorat, Démea.

apertius, quam Hegio, largitur. *Extorque.*] Multum dixit: non *torque*, sed *extorque*. *Torquemus* enim hominem: *extorquemus* veritatem. — 39. *Pudet.*] Aversus hoc dicit, et perturbatus Demea. Maioris erit ponderis *pudet* dictum, si *me* nec addas nec subaudias. — 40. *Differor doloribus.*] Divellor, discrucior, dilaceror. Et proprie hoc genus querelae convenit parturienti, et cui viscera distenduntur: et ei quae inexpertum dolorem nunc primum sentiat. — 41. *Iuno Lucina, fer opem!*] Bona procuratio poëtae: ut et vox parturientis, pro testimonio succedat, ad inflammandum Demeam. Et nota, puellarum quae in comoediis honestae sunt, et ex amore dicuntur, aut nullam in scena esse, aut rarissimam vocem. *Fer opem!*] Partui. *Serva me, obsecro!*] Parturientem. Duas enim res poscit haec precatio: et nascentis, et parturientis salutem. — 42. *Numnam illa, quaeso, parturit?*] *Illa* scilicet de qua sermo est; quid enim opus fuerat nomine? — 43. *Illaec fidem nunc vostram implorat.*] Haec oratoria πλάσις est: non enim vere rogat, sed videtur hoc facere. Et *implorare* est in malis positos cum plo-

---

38. *Non negabit.*] Sc. Aeschinus.

40. *Differor doloribus.*] Tam ad sensum, quam ad corpus refertur. Turpilius apud Non. *Intercapedine interficior, desiderio* differor. Plautus, Epid. I. 2. 15. *clamore defatigor*, differor. Truc. IV. 1. 3. *laetitia* differor. Maxime proprie usus Lucilius, XXIX. 33. *Dividant*, differant, *dissipent*, *distrahant*. Et Plautus, Cist. II. 1. 5. *Exanimor*, *feror*, differor, *distrahor*, *diripior*.

41. *Iuno Lucina, fer opem.*] Ita And. III. 1. 15.

43. *Illaec fidem nunc vostram implorat.*] H. e. cum ploratu expetit. Ita Plautus, Rud. III. 2. 1. *Pro Cyrenenses populares*, vostram ego imploro fidem. Livius, III. 21. *Multitudo clamore ingenti nunc Consulum, nunc Patrum* fidem implorant.

Quod vós ius cogit, id voluntate impetret.
Haec prímum ut fiant, Deós quaeso, ut vobís decet.
Sin áliter animus vóster est, ego, Démea,
Summá vi defendam hánc, atque illum mórtuum.
Cognátus mi erat: úna a pueris párvolis

V. 44. Bentl. ex codd. suis *Quod vos vis cogit*, i. e. *vis legum*.
V. 47. Bentl. corr. *has* pro *hanc*, i. e. matrem et filiam, ut mox v. 52.

---

ratu aliquem rogare. — 44. *Quod vos vis cogit, id voluntate impetret.*] Artificiose: ne totum simpliciter [lege: *suppliciter*, Bentl.] agendo diffidere causae videatur. Vis igitur legum intelligitur. — 45. *Deos quaeso, ut vobis decet.*] Hoc est, non voluntate adversarium fore. *Ut vobis decet.*] Παραινετικῶς dixit, non ut puellae utile est, sed *ut vobis decet. Vobis decet.*] Graece dixit, ὑμῖν πρέπει. Et deest *facere.* — 46. *Sin aliter animus voster est.*] Officium amici exsequitur in reddenda causa, cur adversarius futurus sit. *Ego, Demea, summa vi defendam hanc.*] Non dixit id quod est, *vos ulciscar:* sed *defendam hanc.* — 47. *Atque illum mortuum.*] Idonea causa est, adversus vivos querimoniam faciendo, pro mortuo scilicet. Qua in re et de officio suo locutus est et exaggeravit culpam in Aeschinum, qui videbatur in uno et eodem facinore vivos mortuosque laesisse. — 48. *Cognatus mihi erat.*] Causa exposita, iam agit Hegio de persona sua, utrum recte faciat: ut quam personam inducit * ostendat habiturus. Quum amicitiarum duo genera sint, unum necessarium, id est, propinquitas sanguinis: alterum voluntarium, quo nobis etiam alienissimi coniunguntur: Micionem dicit ac Demeam, et vivos, et voluntarios

---

44. *Id voluntate ut impetret.*] H. e. sponte vestra. Ita And. II. 5. 11. Phorm. V. 3. 2. Livius, XXXV. 45. *Multa homines, ne bellarent, voluntate remittere, quae bello et armis cogi non possint.* [Cfr. intpp. ad Liv. V. 17, 9.]

45. *Vobis decet.*] Hellenismus est, πρέπει ὑμῖν. Ita infra, V. 8. 5. Plautus, Amph. II. 2. 188. *Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet.* Gellius, IX. 15. *Praefatur arrogantius, quam eius aetati decebat.* [Plura dabit Ruddimannus Institutt. T. II. p. 207 sq. ed. Lips.]

46. *Sin aliter animus voster est.*] Ita Hec. V. 2. 19.

48. *Mihi cognatus.*] Ita And. V. 4. 23. infra, V. 8. 24. Phorm. II. 3. 44. III. 2. 11.

Sumus éduc[a]ti: una sémper militiae ét domi
Fuimús: paupertatem úna pertulimús gravem.
Quaprópter nitar, fáciam, experiar: dénique
Animám relinquam pótius, quam illas déseram.
Quid míhi respondes? *De.* Frátrem conveniam, Hégio:
Is; quód mihi de hac re déderit consilium, íd sequar.
He. Sed, Démea, hoc tu fácito cum animo cógites,

V. 49. Faërn. et Bentl. corr. *educti*, quod versus postulat.
V. 55. codd. nonnulli, *tecum animo cogites:* alii, *cum animo cogi-*

---

tantum sibi amicos esse. Simulum vero et mortuum, et non solum voluntate, sed et necessitudine amicum fuisse coniunctum. In qua re et illi non deerit, et his purgatur. Sed et, *cognatus mihi erat*, vultu adiuvat: quia non a coniunctione inceptiva sumsit exordium. *Cognatus mihi erat.*] Officia multa contra officium unum Demeae amicitiae ac Micionis. — 50. *Paupertatem una pertulimus gravem.*] Ἐπαναφορά est, quia magis coniungit malorum consortium, quam bonorum. — 51. *Nitar, faciam, experiar.*] Sic dicit, ne dicat, *vindicabo:* quod vult magis significatum esse, quam dictum. Et ne ei diceretur, *nihil poteris:* quod ad incipiendum sufficit, dixit, *experiar.* — 52. *Animam relinquam potius.*] Modesta comminatio: prius quid sibi possit evenire dixit, quam quid passurus sit Aeschinus. — 53. *Quid mihi respondes?*] *Respondere* proprie dicitur, quum lis intenditur. *Respondere* enim est priorem alloqui, quasi respondere, verba fundere, ut, *funditque has ore querelas.* *Respondere*, posteriore loco dicere. *Fratrem conveniam, Hegio.*] Vultuose pronuntiandum, hoc quod addidit, *Hegio*, quasi dicat; res in manu fratris est constituta, non mea. — 55. *Sed, De-*

---

49. *Militiae et domi.*] Ita Plautus, Capt. Prol. 86. *Domi bellique.*

50. *Paupertatem pertulimus gravem.*] Eadem metaphora paupertatem *onus grave* vocat. Phorm. I. 2. 44.

51. *Nitar, faciam, experiar.*] Ita supra, III. 2. 52.

52. *Animam relinquam potius.*] Ita Heaut. III. 1. 70.

54. *Is, quod mihi de haec re dederit consilium, id sequar.*] Idem hic versus repetitur Phorm. II. 4. 21. vide Comment. maiorem.

55. *Facito cum animo cogites.*] Ita Plautus, Mostell. III.

Quam vós facillime ágitis; quam estis máxume
Poténtes, dites, fórtunati, nóbiles;
Tam máxume vos aéquo animo aequa nóscere
Opórtet, si vos vóltis perhiberí probos.
De. Redíto: fient, quaé fieri aequum 'st, ómnia.
He. Decét te facere. Géta, duc me intro ad Só-
stratam.
De. Non me índicente haec fiúnt. utinam hoc sít
modo

tes. Itaque Bentleius, Vel legendum est, inquit, *Facito, cum animo cogites;* vel, *Facitodum animo cogites;* vel, *Facito tecum cogites.* Postremum ei perplacet: sic enim V. 3, 22.

V. 60. Bentl. *fieri quae aeq.* de coniectura.

V. 62. Bentl. *utinam hic sit modo*, ut est in Bemb. et Victor.

---

nes, hoc tu facito.] Ἐπιθεράπευσις supra habitae comminationis. — 57. *Quam vos facillime agitis.*] Ut et supra, *facilem victum paret.* Et vide quam oratorie laudes sumserit argumenta suadendi. — 58. *Aequo animo aequa noscere oportet.*] Bene dixit, *aequo animo:* quia potentiori et fortiori contra naturam est aequitas. — 60. *Redito.*] Prosequebatur eum, quemadmodum apparet ex verbis. — 61. *Decet te facere.*] Solicita obsequela Hegionis, ultima in loquendo, ostendit impotentiorem personam contra Aeschinum: quo magis gaudium crescit comoediae, quando tali ac tanto pauperior puella, sed tamen cupita, iungetur. — 62. *Non*

---

2. 13. *Quo magis* cogito *ego* cum *meo* animo. Cicero, Agrar. II. 24. *Vos tamen id potestis* cum animis *vestris* cogitare.

56. *Quam vos facillime agitis*]. Notandus usus particulae *quam* et *iam* sequente superlativo. Ita Heaut. V. 2. 44. Sallustius, Iug. 31. Quam *quisque* pessime *fecit*, tam maxime *tutus est.* [Plura collegit Ruddimannus Institutt. T. II. p. 306. ed. Lips.] Est autem *facillime agere* rebus ad vitam necessariis abundare. Vide Graevium ad Cic. Fam. III. 12. et Burmannum ad Phaed. III. 7. 13. Plautus, Curc. V. 2. 6. *Pl. Nugas garris. Cu. Soleo: nam propter eas vivo facilius.*

59. *Si vos voltis perhiberi probos.*] Ita Cicero, Off. III. 4. *Qui bonos se viros haberi volunt.* Probum autem Grammaticum in Plauti Cistellaria legisse ait Gellius, VII. 7. *sane ego Me volo fortem perhiberier virum.*

62. *Non me indicente haec fiunt.*] H. e. nihil dicente.

Defúnctum in verum nimia illaec licéntia
Profécto evadet in aliquod magnúm malum.
Ibo, ác requiram frátrem, ut in eúm haec évomam.

me indicante.] Quin dixerat, *ipse sentiet posterius.* Et nimis dura compositio est: sed apta irascenti. *Utinam hoc sit modo defunctum!*] *Utinam* desperandi vim habet. Hoc, id est, negotium; id est, raptus virginis. *Defunctum*, finitum, id est, ut non peiora committat. *Defunctum*, finitum, id est, ne ulterius peccet Aeschinus. — 63. *Nimia illaec licentia.*] Quam illi dat Micio. — 64. *Profecto evadet.*] Per ardua et praerupta veniet. — 65. *Haec evomam.*] Non *effundam*, sed *evomam:* utpote quae me aegrum faciunt, quibus me relevabo, cum languor ille egestus sit; nam *evomam* hoc translatione significat.

Vide, quae dixerit supra, I. 2. 17. et 59. [De *indicente* v. Gronov. ad Liv. XXII. 39. St.] Eodem sensu dixit Cicero, Fam. VI. 6. *Quo in bello nihil adversi accidit*, non praedicente me. Idem, Fin. II. 3. *Eam varietatem diceres, intelligerem, ut, etiam* indicente re, *intelligo.* Livius, XXII. 39. *Num et duo boni Coss. etiam* me indicente, *omnia e republica fide vestra faceretis.* ubi v. intpp. Ut vero dicitur *indicens*, verbo ipso non usitato, ita et *insciens, insperans, inopinans, illaesus, impunitus, incogitans.* Sed et *invocatus* pro non vocato, Eun. V. 9. 29. Ita Phorm. V. 7. 58. *indictum* pro non dicto. — Virgilius Aen. VII. 733. *Nec tu carminibus nostris* indictus *abibis.* Et Plautus, Amph. II. 2. 217. *rem inquisitam* pro, non quaesitam, dixit. [Sensus est: Praedixi ego haec ita esse futura. St.] — *Utinam hoc sit modo defunctum.*] Ita Eun. Prol. 15. Phorm. V. 8. 32. [*Defunctum* passive accipiendum. St.]

63. *Nimia illaec licentia profecto evadet in aliquod magnum malum.*] Ita Phorm. II. 2. 11.

65. *Ut in eum haec evomam.*] Ita supra, III. 2. 15. Hec. III. 5. 65.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUINTA.

HEGIO.

Bono ánimo fac sis, Sóstrata; et istam, quód potes,
Fac cónsolere. ego Micionem, si ápud forum 'st,

Bono animo fac sis, Sostrata.] *Hi sex versus in quibusdam non feruntur. In hac scena videtur iam locutae Sostratae Hegio respondere. Potest tamen et ipse incipere, tanquam qui et rem noverit, et moerore eius moveatur.* — 1. *Bono animo fac sis, Sostrata.*] Meminisse debemus, quod dixit, *Duc me intro ad Sostratam.* Et quia hoc *intro*, in proscenio est, ΠΑΤΕΡΑ ·ΠΑΙΤΝΝΙΝ * non post scenam. Nam aliud significat *eamus intro*, ubi dicitur, *intus despondebitur: intus transigetur, si quid est, quod restet.* Illud enim interius agitur extra omne proscenium. *Fac sis, Sostrata.*] *Sis* honorifice additur verbo, ne quod imperativo modo pronuntiatur, superbum sit. Deductum est autem a senatusconsulti formula; ubi enim aliquid senatus consulibus iniungit, addit, *si eis videatur. Et istam, quod potes.*] Quia vox ipsa tristis, et circa tristem filiam, *quod potes* dixit. — 2. *Fac consolere.*] Duas res dixit, quas et or-

---

1. *Quod potes.*] H. e. quantum potes. Ita Eun. II. 1. 8. et 9. Heaut. III. 1. 7. Phorm. III. 1. 14. [Donatus ad locum: *Hi sex versus in quibusdam non feruntur.* Hoc arripuit Guyetus, et more suo spurios et addititios esse pronuntiavit. *Sostrata*, inquit, *nec in hac scena nec in praecedenti comparet: qui igitur eam alloqui potest Hegio?* — Dicam. Scena priore v. 61. Hegio dixerat, *Duc me intro ad Sostratam.* Dum Demea quattuor versus sequentes pronuntiat, et e scena abit, redit ab Sostrata Hegio, et ei quae intus est, haec narrat de scena, plane ut Lesbia Andr. III. 3. Archylim, quae domi erat, alloquitur, et Heaut. v. 1. Chremes Sostratam uxorem. Porro, in hac, de qua agitur, scena, v. 2., *Ego Micionem*, inquit Hegio, *Conveniam, si apud forum est.* Si hoc tollat Guyetus; unde et ex qua arte mox Act. IV. 3. Hegio cum Micione est? *Bentleius.*]

Convéniam: atque, ut res gésta est, narrabo órdine.
Si ést, facturus út sit officiúm suum,
Faciát: sin aliter de hác re est eius senténtia,
Respóndeat mi: ut, quíd agam, quam primúm sciam.

V. 4. Bentl. corr. *Si ita est*, vel *Sive est:* ut tollatur hiatus.

V. 5. *eius* est monosyllabon, ut saepe.

---

dine locutus est; et tu bonum habe animum, inquit: et filiam fac habere. *Ego Micionem.*] Quia Demeam iam vidit. — 4. *Si est, facturus officium.*] Hoc dicendo promittit eum esse facturum: nam facile est unumquemque suo officio fungi. — 6. *Ut, quid agam, quam primum sciam.*] Mature: neque comminatur, neque segnem ostendit se fore.

---

3. *Ut res gesta est.*] Ita infra, IV. 4. 20. Hec. III. 5. 18. — *Narrabo ordine.*] Ita Eun. V. 5. 28. Heaut. IV. 3. 28. supra III. 3. 11.

4. *Si est, facturus ut sit officium suum.*] Loquendi genus est Terentio familiare pro eo quod est simpliciter, *si est facturus officium suum.* Ita Hec. III. 5. 51. IV. 1. 43. IV. 4. 15. et 102. Phorm. II. 1. 40. Dixit autem, *facturus officium*, uti Eun. IV. 5. 4. supra I. 1. 44. infra IV. 3. 2. et V. 9. 28. Hec. IV. 4. 15.

5. *Aliter de hac re eius est sententia.*] Ita Heaut. I. 1. 114. Hec. IV. 4. 15.

6. *Respondeat mihi.*] Cum stomacho dictum. Ita Hec. III. 5. 58. *Renuntiet mihi.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

CTESIPHO. SYRUS.

Ct. 'Ain', patrem hinc abísse rus? *Sy.* Iam dúdum. *Ct.* Dic sodés. *Sy.* Apud villamst.
Núnc cum maxume óperis aliquid fácere credo. *Ct.* Utinám quidem,
Quod cúm salute eius fiat, ita se défatigarít, velim,
Ut tríduo hoc perpétuo prorsum e lécto nequeat súrgere.

Ain', patrem hinc abisse rus?] *Hic ostenditur timiditas boni adolescentuli, et verti * se ad peccandum ex delicti conscientia, et reverentia parentis apparet. Item mos verorum patrum circa filios, Syro Demeam describente.* — 1. *Ain', patrem hinc abisse rus?*] Compendio ostenditur, quid sit iam locuturus Syrus. — 2. *Nunc cum maxume operis aliquid facere credo.*] Vide quasi ἰδίωμα verborum Syri esse, de opere loqui: sic enim dicit et Demeae. Sed illud, falso: hoc, serio. *Utinam quidem.*] *Apud villam sit* subaudiendum: et distinguendum, antequam inferatur, quod sequitur. — 3. *Quod cum salute eius fiat.*] Hoc non est odisse patrem, sed tantum timere ex proprio delicto: servatur enim in eo et amor filii, et amoris effectus. — 4. *Ut triduo hoc perpetuo.*] Quantum sufficiat amori; etenim non opus erat *perpetuo* dicere, si *triduum* dixis-

2. *Nunc cum maxume.*] Particulae *cum maxime* et *nunc cum maxime* de tempore maxime praesenti usurpantur. Ita supra Heaut. IV. 5. 40. et Phorm. I. 4. 27. Sed et valent, valde, prorsus, q. d. *ita nunc, ut iam, cum maxime.* Neque aliter capienda haec verba Hec. I. 2. 40. Vide Comment. maiorem. — *Operis aliquid facere.*] Vide ad Eun. II. 1. 14.

3. *Defatigaris.*] Ex Frontonis sententia *defatigatus* et *fessus* ita differunt, ut illud de animo dicatur, hoc de corpore. Sed contrarium vel ex hoc loco patet, et Eun. II. 1. 14. Adde P. Manutium ad Cic. Fam. X. 19. *Defatigatus* autem de animo dicitur And. IV. 1. 46. et

Sy. Ita fíat! et istoc, sí quid potis est, réctius. *Ct.* Ita. nam húnc diem
Nimis mísere cupio, ut coépi, perpetuum in laetitia dégere.
Et illud rus nulla ália causa tám male odi, nísi quia própe 'st.
Quód si abesset lóngius,
Príus nox oppressísset illic, quam húc revorti pósset iterum.

V. 6. ante Bentl. erat *Misere nimis*, quod mutatum ex uno Reg. Alii *nimis* omittunt.

---

est. — 5. *Et istoc, si quid potis est, rectius.*] Deest *addi;* nam si mortem significaret, non conveniret adolescentem ita dicere: videtur enim plus temporis optasse languori. *Nam hunc diem misere nimis cupio.*] Moriatur scilicet. Et hoc adversus servum debet dicere, ne indecorum adolescentis personae sit, haec ita dixisse, quamvis eiusmodi adolescentes inducant comici, ut *Naevius* in Tribaselo, *Deos quaeso, ut adimant et patrem et matrem meos.* — 6. *Misere nimis cupio.*] *Nimis* abundat, more comicorum, qui hoc dicto asseverationem inculcabant. *Cupio, ut coepi, perpetuum in laetitia degere.*] Qui et supra dixit, *Ita quaeso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.* — 7. *Et illud rus nulla alia causa tam male odi.*] Mire ostendit omnia ex delictis in pravum verti: adeo ut miseram putet adolescens suburbanam villam, qua re caeteri delectantur. Illud ergo tanquam cum detestatione dixit: et *male*, et *nimis*, et *misere*. Nam *Nimium*, et malum miserumque est; secundum illam sententiam, *ne quid nimis.* — 8. *Quod si abesset longius.*] Amori magis, quam rei consulit

---

Phorm. IV. 3. 11. [Ruhnkenius coniungit *utinam velim.* Non recte, opinor. *Velim* per parenthesin interiectum videtur. St.]

5. *Hunc diem perpetuum in laetitia degere.*] Ita supra, II. 4. 23. Infra V. 8. 68. Plautus, Cistell. I. 1. 79. *Quia ego illum unum mihi exoptavi, quicum aetatem degerem.* Phaedrus, I. 8. 2. *Suoque potius habitu vitam degere.* Dixit autem *diem perpetuum*, uti Plautus, Asin. III. 3. 131. *Perpetuum annum.*

7. *Tam male odi.*] H. e. tam vehementer. Ita Plautus, Menaechm. I. 3. 7. *Ut ego uxorem odi male.* Cicero, Fam. VII. 2. oderam *multo* peius *hunc.*

9. *Nox oppressisset.*] H. e. deprehendisset, supra II. 2. 21. Cicero, de Senect. c. 14. *Quoties illum lux noctu aliquid describere in-*

Nunc ubi me illic non videbit, iam huc recurret; sat scio.
Rogitabit me, ubi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.
Quid dicam? *Sy.* Nilne in mentem? *Ct.* Numquam quidquam. *Sy.* Tanto nequior.
Cliens, amicus, hospes, nemo 'st vobis? *Ct.* Sunt: quid postea?

V. 11. Bentl. ex codd. *Rogabit.* Ceterum *ubi fue* proceleusmaticus est, dactyli tempus habens. Nam irato apprime convenit rapide loqui; ut optime monuit Bentleius.

V. 12. Bentl. corr. *in mentem est*, e Bembino et aliis multis. v. eius annot. ad Heaut. V. 2, 33. Deinde emend. *nusquam quidquam*, sc. in re praesenti; quia *nunquam* dicens se semper stolidum et bardum esse fateatur.

---

adolescens. — 10. *Iam huc recurret; sat scio.*] Mire de se *recurres* dixit, ut eius instantiam demonstraret. — 12. *Nihilne in mentem?*] Sic hoc accipiendum est, ut adolescenti libero malitiam putemus, non sapientiam deesse: adeo in hac re magister est servus. *Numquam quidquam.*] Παρέλκον, pro *numquam*: id est, non. *Tanto nequior.*] Sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus, *tanto melior.* — 13. *Cliens, amicus, hospes, nemo 'st vobis?*] Vide magistrum ad nequitiam, ut simplici adolescenti mentiendi viam demonstret, et honestum tentet afferre argumentum ad mendacium, propter *clientem*, *amicum*, aut *hospitem* in urbe cessare

---

gressum, *quoties* nox oppressit, *quum mane coepisset?* — *Revorti posset iterum.*] Πάλιν ὑποστρέψει *iterum.* Ita Plautus, Poen. Prol. 79. Revortor rursus denuo *Carthaginem.* [V. Bentl. ad h. l. et Ruddim. II. p. 370 sq.]

11. *Quem ego hodie toto non vidi die.*] Est occupatio verborum Demeae, quasi qui rogaturus sit: *Ubi fuisti, Ctesipho, quem ego hodie toto non vidi die?*

12. *Nihilne in mentem?*] Subandi, *venit.* Atque ita legit Donatus, quem vide ad versum 14. et Heaut. IV. 5, 16. V. 1. 13. V. 2. 33. et 44. V. 3. 3. — *Tanto nequior.*] Formula reprehendendi. Ita Plautus, Menaechm. II. 2. 79. Contra laudandi formula est, *tanto melior.* Vide ad Heaut. III. 2. 88.

13. *Cliens, amicus, hospes nemo 'st vobis?*] Non interrogat, quasi nesciat servus, sed monet herilem filium, ut hinc causam sumat absentiae suae, q. d. *sunt enimvero vobis clientes, sunt*

Sy. Hisce ópera ut data sit. *Ct.* Quaê non data sit?
nón potest fierí. *Sy.* Potest.
Ct. Intérdiu: sed si hic pernocto, caúsae quid dicám,
Syre?
Sy. Vah! quám vellem etiam nóctu amicis óperam
mos essét darí.
Quin tu ótiosus és: ego illius sénsum pulchre cálleo.
Quum férvit maxumé, tam placidum quam óvem réddo.
Ct. Quó modo?

V. 18. Bentl. *quam ovis est, reddo.* Priscian. p. 866. *quasi ovem.* At vero, inquit Bentleius, ovis non *redditur* placida, sed natura et indole placida est.

visum, quod tamen nec sic intelligit rudis ac rusticus adolescens. *Cliens, amicus, hospes, nemo 'st vobis?*] Mire sic interrogavit, ut qui agrestes inhumanosque reprehendat, et insociabiles aliis, propter asperitatem rustici senis. — 14. *Hisce opera ut data sit.*] A superiore subauditur, *veniat in mentem:* id est, cogita dari potuisse: et datam dicito. *Quae non data sit?*] Hic de facto quaestio est, in qua quidem disputant, quaedam tunc possibilia intelligi, quando facta sint, quum autem non fiunt, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda, qui locus περὶ δυνατῶν dicitur. *Potest.*] Iterum subauditur, *fieri, ut data sit:* vel, *ut credatur data.* — 15. *Interdiu.*] Bene: quia amatori maxime nocte opus est. — 16. *Vah! quam vellem etiam noctu.*] Hoc utriusque personae convenit, sed et melius a Syro et facetius dicitur. Et quidam totum Ctesiphoni assignant, abusque *interdiu.* Et, *quam vellem*, proprie dicimus in his, quae non videmus fieri. Bene igitur deficiente argumento, cum aliud non inveniret, in vota conversus est, unde videntur magis haec verba Ctesiphonis esse. — 17. *Calleo.*] Callide scio. — 18. *Quum fervit maxume.*] Tertia coniugatione

amici et hospites, quibus te operam dedisse fingere queas. Cicero, de Senect. 10. *Non Curia vires meas desiderat, non nostra, non* Amici, *non* Clientes, *non* Hospites. Quo autem gradu in officiis praestandis habiti sint *Clientes*, disputat Gellius, V. 13. Originem a Romulo repetunt Plutarchus in Romulo et Dionysius Halicarnassensis. Verba vide in Comment. maiore.

14. *Hisce opera ut data sit.*] Ita Heaut. V. 1. 37. [Intellige *narra* aut simile quid. St.]

18. *Quum fervit maxume, tam placidum, quam*

Sy. Laudárier te audit libenter: fácio te apud illum Deum:
Virtútes narro. *Ct.* Meás ne? *Sy.* Tuas. homini íllico lacrumaé cadunt,
Quasi púero, gaudio. hém tibi autem. *Ct.* Quídnam est? *Sy.* Lupus in Fábula.

V. 20. ante Bentl. erat *Meas? tuas.*

---

dixit, unde *fervère* dicitur, correpta media syllaba. *Quo modo?*] Miratur, quia timet eum; quem iste contemnit. — 19. *Laudarier te audis libenter.*] Quod a Demea dicitur, in omnes parentes dici puta; nam nemo tam asper est pater, ut non statim mitescat, laudato filio. — 20. *Virtutes narro.*] Non dicit elegantem indolem, sed *virtutes. Virtutes* autem sunt perfecti sapientis, vel divi alicuius. Et bene cum pudore respondet, *Meas?* ostendens quod nullae essent. *Ct. Meas? Sy. Tuas.*] Cum gestu pronuntiare debemus, ut intelligatur irrisio. — 21. *Quasi puero, gaudio.*] Deest, *prae:* ut sit, *prae gaudio. Lupus in fabula.*] Silentii indictio est in hoc proverbio: atque eiusmodi silentio, vel in ipso verbo, ut ipsa Fabula conticescat. Quia lupum vidisse homines dicimus, qui repente obmutuerint: quod fere iis evenit, quos prior viderit lupus: ut cum cogitatione in qua fuerint, etiam voce et verbis careant. Sic *Theocritus,*

---

ovem reddo.] Eodem sensu dixit Plautus, Mostell. III. 2. 165. *Tam placida est, quam est aqua.* [Bentleius de coniectura scribit *quam ovis est*; nam ovis natura sua est placida, non redditur placida. Sic infra V. 3. 63. *tam excoctam reddam atque atram, quam carbo est.* Sed nihil mutandum; nam elliptica loquendi ratio est, ubi supplendum *quam ovem esse censeas.* Phorm. IV. 2. 1. *Ego hominem callidiorem vidi neminem, quam Phormionem.* Quinctil. IX. 2. *dic te digniorem, quam Catonem.* Vid. Sanct. Minerv. II. 10. p. 222.] *Fervere* autem secunda et tertia coniugatione extulerunt. Supra, I. 2. 72. Lucilius, Sat. IX. Fervit *aqua, et* fervet; fervit *nunc,* fervet *et annum.* De quo loco vide Quinctilianum, Instit. Orat. I. 10. [Virgil. Aen. IV. 409. 567. St.] Plautus, Curc. V. 3. 49. *Hisce* (pugnis) *ego, si tu me irritaveris,* placidum *te hodie* reddam.

19. *Facio te apud illum deum.*] Hyperbole laudationis. Cicero, de Oratore, II. 42. *Quae dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper* Deus *videri soles. Vide quam sim in isto genere, inquit,* Catule, Deus.

20. *Homini illico lacrumae cadunt, quasi puero, gaudio.*] Vide supra III. 3. 55.

21. *Lupus in fabula.*] De origine huius adagii ita Servius

Ct. Páter est? *Sy.* Ipsus est. *Ct.* Syre, quid agimus?
Sy. Fúge modo intro: ego vídero.
Ct. Si quíd rogabit, núsquam tu me: audístin'? *Sy.*
Potin' ut désinas?

V. 22. tres codd. *Paterne est? Ipsus.* Ex quo Bentlei. extudit: *Patérne? S. is ipsus. C. Sýre, quid agimus? S. fúge modo intro, ego vídero.*

Οὐ φθέγξῃ λύκον εἶδες. Et *Virgil. vox quoque Moerin Iam fugit ipsa: lupi Moerin videre priores.* Alii putant ex nutricum Fabulis natum, pueros ludificantium terrore lupi, paulatim e cavea venientis usque ad limen cubiculi. Nam falsum est quod dicitur, intervenisse lupum Naevianae Fabulae, Alimoniae Remi et Romuli, dum in theatro ageretur. — 22. *Fuge modo intro.*] Non dixit *i*, vel *abi*, vel *vade*, sed *fuge:* tanta celeritate opus est. — 23. *Si quid rogabit, nusquam tu me.*] Magna virtute *Terentius* rudem, simplicem, timidumque inducit Ctesiphonem, ab initio: ut is sit, qui mox opprimeretur cum meretrice accumbens, interventu patris, ob imprudentiam ac rusticitatem suam. *Nusquam tu me.*] Scilicet vidisse respondeas. Familiaris ἔλλειψις et apta properanti, quare haec omnia pressa voce cum celeritate pronuncianda sunt.

---

ad Virg. Ecl. IX. 54. *Hoc etiam Physici confirmant, quod vox detrahitur ei, quem primum viderit lupus. Unde etiam proverbium hoc natum est, lupus in fabula, quoties supervenis ille, de quo loquimur, et nobis tua praesentia amputas facultatem loquendi.* Utitur eo Cicero, Att. XIII. 33. et laudat Donatus ad Virg. Aen. III. 477. Aliter Plautus, Stich. IV. 1. 71. *Atque eccum tibi* lupum in sermone.

22. *Quid agimus?*] Formula consilium quaerentis. Ita Eun. IV. 7. 41. V. 9. 51. et 59. Phorm. V. 8. 18. — *Ego videro.*] H. e. mihi curae erit. Ita And. II. 6. 25. et infra IV. 2. 12. *Ego cavebo.* [*Nusquam tu me* sc. vidisse dicas.]

23. *Potin' ut desinas?*] Reprehendendi formula est. Qualis illa Plauti, Merc. V. 2. 49. *Potin' ut animo sis tranquillo?* Et Poen. IV. 2. 49. *Potin' ut taceas?*

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

DEMEA. CTESIPHO. SYRUS.

De. Nae, égo homo [sum] infelix! prímum fratrem núsquam 'invenio géntium:
Praéterea autem, dum illum quaero, a villa mercenárium

V. 1. iusto longior. Itaque Bentl. *sum* delevit, comparans Heaut. IV. 6, 21. Plaut. Amph. I. 1, 168.

Nae, ego homo sum infelix!] *In hoc actu exemplum est, neminem facilius, quam optimum quemque falli atque deludi, ut Virgilius ait. Et nae valde significat. Ut:* nae illi vehementer errant; *Cicero in Catilinam.* — 1. *Nae, ego homo sum infelix!*] Vide initium conveniens perpetuo moerori Demeae. Per totam Fabulam aut *disperii* dicit, aut *defessus sum*, aut aliquid tale semper est, quod queratur: ita tamen, ut cum augmento sit miseria, quotiescunque processerit; nam plus est quod nunc dixit: *nae, ego homo sum infelix!* quam *disperii. Nusquam invenio gentium.*] Abundat *gentium.* — 2. *A villa mercenarium vidi.*] Sapientissime *Terentius*, etsi proxima villa est, necessario senem ad reliquos actus *Fabulae* noluit ab urbe discedere, personae senilis memor; nam et arduum fuerat, dum redit, et cruciabile, ne fatigatio eius in tragoediam transiret. Recte igitur invenit, a *mercenario* illi in urbe narratum, ruri non esse Ctesiphonem. At ubi persona est adolescentis, et proficiscitur ad villam, et continuo redit, ut in Eunucho Phaedria. Et *a villa:* utrum *a* pro *de* positum est? ut sit, *de villa*, an deest *venisse?* ut sit,

1. *Nae ego homo sum infelix.*] Ita Plautus, Amph. I. 1. 169. *Nae ego homo infelix fui.* — *Nusquam gentium.*] Ita Plautus, Amph. II. 1. 73. et passim alibi.

2. *A villa mercenarium.*] Haec fortasse habent sensum genitivi casus, ut sit, *mercenarium villae.* Ita And. III. 1. 3. IV. 4. 17. Vide Comment. maiorem.

Vídi: is filiúm negat esse rúri. nec quid agám, scio.
Ct. Sýre. *Sy.* Quid ais? *Ct.* Mén' quaérit? *Sy.* Verum. *Ct.* Périi! *Sy.* Quin tu animó bono es.
De. Quíd hoc, malum! infelícitatis? néqueo satis decérnere:
Nísi me credo huic ésse natum reí, ferundis míseriis.
Prímus sentió mala nostra: prímus rescisco ómnia:

V. 4. Bentl. *bono animo es*, ex tribus codd., *ne animó* in ultima acuatur. Ibid. Bembin. et alii *Quid est?* pro *Quid ais?* probante Bentl.

---

a villa vidi venisse mercenarium. — 3. *Nec quid agam, scio.*] Utrum fratrem, an filium magis quaeram; nam senex querulus tria dicit esse incommoda sibi: quod fratrem non inveniat; quod Ctesipho ruri non sit; quod, utrum in urbe maneat, an ad villam abeat, ipse nesciat. — 4. *Verum.*] Modo *verum* nomen non est: sed adverbium confirmantis, id est, *vere. Perii!* Haec Ctesiphonis perturbatio huc tendit poëtae arte, ut deprehendatur cum amica filius, repente ingresso sene. *Quin tu animo bono es.*] Nunc *quin* pro *quinimo* positum est. — 5. *Quid hoc, malum! infelicitatis?*] Abundat *malum. Quid hoc, malum! infelicitatis?*] Deest, *deos testor. Quid hoc, malum! infelicitatis?*] Hic autem *malum* pro interiectione positum: quasi dicat, *o malum!* et est dictum anxii hominis, et perturbati nimis. — 6. *Nisi me credo.*] Pro, *nisi quia iam superest, ut me credam*, hic enim sensus est in huiusmodi locutione. *Nisi me credo huic esse natum rei.*] Nova locutio, pro, *nisi quia credo.* Et *huic rei*, potest subtrahi, incolumi sensu: ut, *nisi me credo natum esse ferundis miseriis.* Ergo *huic rei*, subdistinguendum: et sic inferendum, *ferundis miseriis.* Ergo *huic rei*, pro, *ad hanc rem.* — 7. *Pri-*

---

5. *Malum!*] Ita solent indignantes. Vide ad Eun. IV. 7. 10. — *Nequeo satis decernere.*] H. e. diiudicare, discernere. Suetonius, Calig. 25. *Matrimonia contraxerit turpius, an dimiserit, non est facile* decernere.

6. *Nisi.*] De usu comico huius particulae vide ad And. IV. 1. 40. — *Me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.*] Ita Heaut. III. 1. 11. Dixit autem, *ferundis miseriis*, uti Phaedrus, I. 2. 30. *Malum perferte.*

7. *Rescisco omnia.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 6. 12. Omnia rescivit *scelera ex Mnesilo hoc.*

Primus porro obnuncio: aegre solus, si quid fit, fero.
Sy. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.
De. Nunc redeo: si forte frater redierit, viso. *Ct.* Syre,
Obsecro, vide, ne ille huc prorsus se irruat. *Sy.* Etiam taces?

V. 9. quo *primum* eundem quem antea obtineat accentum nec in thesi deprimatur, Bentl. corr. *Rideo hunc: se primum ait scire* etc.: vel *Rideo hunc: ait primus scire.*

---

mus sentio mala nostra: primus rescisco omnia.] Ἐπαναφορά. *Primus sentio mala.*] Ridiculus error Demeae. Et *primus*, ad ordinem: *solus*, ad numerum dicitur. — 8. *Primus porro obnuncio.*] Qui malam rem nuntiat, *obnunciat:* qui bonam, *annunciat;* nam proprie *obnunciare* dicuntur augures, qui aliquid mali ominis scaevumque viderunt. Ergo *obnuncio* malum imminens, quasi *omen nuntio.* Inde enim ἐτυμολογία huiusce verbi est. *Aegre solus, si quid fit, fero.*] Prave scilicet. — 9. *Is solus nescit omnia.*] Et bene *solus*, utpote de multis: quia quum sciat Micio, Syrus, Aeschinus, Ctesipho, populus; hic solus fallitur. — 10. *Si forte frater redierit, viso.*] Pro, *si rediit.* — 11. *Vide, ne ille huc.*] Iam metuitur quid futurum sit. Et quum neutrum sit, *irruas*, nove intulit, *se.* Praeterea sic dixit, *irruat*, tanquam de eo qui pugnaturus sit. Ut in Eunucho, *Quam mox irruimus?* Aut tanquam de sue. Ut *Horatius, Hac lutulenta ruit sus.* Et *Virgilius, Ipse ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus.* *Huc pror-*

---

8. *Obnuncio.*] H. e. malum nuncium adporto. Pacuvius, Iliona: *Occidisti; ut multa paucis verba unose* obnunciem. Dicitur autem eadem ratione, qua *obloquor*, *obrogo*, *obtrudo*; in quibus verbis particula *ob* ingratum sensum efficit. Proprie Cicero, Philipp. II. 33. *Augur auguri*, *consul consuli* obnunciasti. Vide Comment. maiorem. [*Obnuntio* i. e. conor impedire, monendo efficio, ne quid fiat, vel ut in posterum corrigatur. Translatum est verbum a disciplina augurali, in qua proprie significat auspicium malum nunciare comitia habenti, ut comitia dirimantur. Cic. Philipp. II. 33. *augur auguri*, *consul consuli obnuntiavisti.* Vid. Casaub. ad Sueton. Caes. c. 20.]

11. *Huc prorsus se irruat.*] Active usurpavit vocem caeteroquin intransitivam. Ita Eun. III. 5. 51. et supra III. 2. 21. Apuleius, Flor. *Quaerit, quorsus potissimum in praedam superne sese ruat.* — *Prorsus* est recta via.

'Ego cavebo. *Ct.* Numquam, hercle, hodie ego istuc committam tibi:
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum 'st.
Sy. 'Age, tamen ego hunc amovebo. *De.* Séd eccum sceleratúm Syrum.
Sy. Nón, hercle, hic quidém durare quisquam, si sic fit, potest.

V. 13. Bentl. corr. *Nám me in cellulám áliquam cum illa concludam,* ne *cellam* in thesi delitescat. Et *iam* deest in Bentl. codd.

V. 15. Bentl. *hic quidem pérdurare,* ne versiculus, ut ait, nimis

---

eus se irruat.] Neutrum verbum, quasi activum, *se irruat,* posuit. *Etiam taces?*] Antique pro *tace.* Sic in Andria, *Etiam tu hoc respondes?* pro *responde.* Est ergo correptionis significatio. — 12. *Hodie ego istuc committam tibi.*] Quod ago iam, id est, complexum mulieris. — 13. *Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam.*] Id egit stulte adolescens, ut ibi deprehendatur, ubi conclusus est. Sed sic ipse egit, ut possit subterfugere, non deprehensus, conspectum patris. *In cellam aliquam cum illa.*] Ἀντίπτωσις figura; dicimus *in locum,* pro *in loco.* *In cellam concludam,* non *in cella* ait. Et mire; ut reclusum tutumque locum subiret, *cellam* scilicet, quam ob ea quae in ipsa *celantur,* clausam esse conveniat. Nam et *cella,* et *cellarium,* a reponendis celandisque rebus esculentis et poculentis dicitur. — 14. *Age, tamen ego hunc amovebo.*] Miri *amovebo* dixit, non *deterrebo;* nam proprie amovetur saxum de loco. In quo verbo significat, imminere sibi magnum laborem in hoc opere. Et vide αὔξησιν. Supra, ut pecudem, *abigam hunc rus,* dixit: modo, ut saxum; *amovebo,* inquit. — 15. *Non, hercle, hic quidem durare quisquam, si*

---

13. *Me iam in cellam aliquam cum illa concludam.*] Ita Plautus, Epid. III. 3. 21. *In aediculam istanc seorsum concludi volo.*

14. *Hunc amovebo.*] Ita supra, III. 3. 47. Plautus, Mostell. III. 3. 48. *Dicam, ut hic res sint quietae, atque ut hunc amoverim.*

15. *Non hercle hic quidem durare quisquam potest.*] Ita Hec. II. 2. 27. Plautus, Menaechm. V. 2. 31. *Vivere hic non possum neque durare ullo modo.* Vide Cl. Burm. ad Val. Flacc. Argon. I. 237.

Scire equidem volo, quot mihi sint domini: quae haec est miseria?

De. Quid ille gannit? quid volt? quid ais, bone vir? est fratér domi?

Sy. Quid, malum! *bone vir*, mihi narras? equidem perii. *De.* Quid tibi est?

Sy. Rógitas? Ctesiphó me pugnis miserum, et istam psáltriam,
Usque occidit. *De.* Hém! quid narras? *Sy.* Hém! vide, ut discidit labrum.

laxo socco incedat. Habet tamen *Durare* etiam Nonius s. v. *Durum.*

V. 18. Bentl. de coniectura: *Quid malum, mihi Bóne vir narras*: ne Syrus Demeae verba repetens mutet accentum.

---

sic fit, potest.] Nimis moraliter expressa verba sunt Syri, verberatum se indicantis: quis non ex verbis, servum verberatum intelligat? et servum recens verberatum? et servum fugam comminantem? Mire autem non *ego*, sed *quisquam* dixit, nec *permanere*, sed *durare*; nam hoc verbum perferendis malis convenit, ut *Virgilius*, *Durate, et vosmet rebus servate secundis.* Haec autem omnia sic dixit, quasi non videat Demeam. — 16. *Quot mihi sint domini.*] Et hic apparet, non a legitimo domino verberatum esse. *Quae haec est miseria?*] Deest, *quam patior*, et quasi comploratio quaedam est flebilis post querelas. — 17. *Quid ille gannit?*] *Gannitus* est proprie veluti ploratus vapulantium. — 18. *Quid, malum!*] Et hic *malum* pro interiectione abundat. — 19. *Ctesipho me pugnis miserum, et istam psaltriam, usque occidit.*] Mire interiecit *miserum:* et necessario *usque* addidit: ut ostenderet, *occidit* nimiae caedis verbum, non occisionis intelligi oportere. *Usque occidit.*] Prope *occidit:* aut, *usque*, pro *valde* est. *Occidit:* pro *vehementer cecidit.* Nam *occidere*, et *peroccidere* ad caedem referebantur apud veteres. *Usque occidit.*] Ἰδιωτικῶς, non enim occisus loquitur. — 20. *Hem, vide, ut discidit labrum.*]

---

17. *Quid ille gannit?*] Vulpes proprie dicuntur *gannire.* Plautus, Amph. Sc. Di vostram fidem, versu 24. *B.l. Oggannis. So. Nec gannio, nec latro.* Varro, L. L. VI. laudat Plautinum illud: Gannit *odiosus omni totae familiae.* Festo autem *gannitio* est canum querula murmuratio; et Lucretius, V. 1069. *gannitum* canibus adulantibus tribuit. Inde ad humanam vocem transfertur, teste Nonio Marcello. Vide Phorm. V. 8. 41.

20. *Vide, ut descidit labrum.*] Haec dicens servus os

De. Quámobrem? *Sy.* Me impulsóre hanc emtam esse áit. *De.* Non tu eum rus hinc modo
Próduxe aiebas? *Sy.* Fáctum: verum vénit post insániens:
Nil pepercit: nón puduisse vérberare hominém senem,
Quém ego modó puerúm tantillum in mánibus gestaví meis?

V. 24. Bentl. corr. *Quém ego púerum módo tantillum* accentus gratia.

Non ostendit, sed videtur ostendere seni parum iam videnti, et intra os. *Hem! vide, ut discidit labrum.*] Asper mediam longam a *caedendo* accipit; ego mediam brevem a *scindendo.* — 21. *Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas?*] Mire *Terentius* eos ipsos, qui falluntur, ex aliqua parte cautos facit; ut eo delectabilius spectatoribus procedant doli; nam quae gratia est aut delectatio, non stultissimum falli? *Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas?*] Memoriter senex non solum quid sibi dixerit Syrus paulo ante, sed quibus verbis dixerit, refert; nam sic dixerat, *quem egomet produxi.* — 22. *Verum venit post insaniens.*] Supra, *produxi iratum admodum*, nunc αὐξητικῶς non iratum praedicat, sed *insanum.* — 23. *Nihil pepercit.*] Ut supra, *nihil reticuit;* sic dicimus in his, quae praeter exspectationem gesta sunt. *Verberare hominem senem.*] Miserum fit de aetate, id quod de conditione non poterat. — 24. *Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis?*] Addidit aetati invidiam et meritum recens, hoc est enim quod dicit *modo.* *Et tantillum*, δεικτικὸν est,

---

sibi distorquet. Lucilius, apud Non. V. Labia: *Zopyrion* labias discidit, *utrumque sequutus.*

22. *Produxe aiebas?*] Vide supra III. 3. 48. Est autem συγκοπὴ poëtis familiaris. Vide cerdam ad Virg. Aen. VIII. 274. — *Insaniens.*] Ita infra, IV. 7. 9, Phorm. IV. 3. 37.

24. *Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.*] Ita Silenus de Marone, Bacchi filio, apud Euripidem in Cyclope, versu 143. Ὃν ἐξέτρεψα παῖδ' ἐγὼ κατ' ἀγκάλαις, h. e. *Quem alui puerum ego quondam in meis brachiis.* Livius Andronicus, Virgine: *Quem ego nefrendem alui, lacteam immulgens opem.* [*Modo* et *nuper* saepe de magno temporis intervallo dicuntur, ut apud Liv. VI. 40. de triginta annis. Vid. Dukerum ad Flor. I. 11. p. 88. — *In manibus gestaui* pro manibus gestavi, quod usitatius est. Sic Sueton. Claud. c. 15. *in manibus tenere* dicit pro manu tenere. Vid. Duker. ad Flor. IV. 12. p. 808.] Dixit autem *tantillum*, uti Plautus, Poen. V. 3. 43. *Quantae e quantillis iam sunt factae!*

De. Laúdo, o Ctesiphó: patrissas. ábi, virum te iúdico.
Sy. Laúdas? nae, ille cóntinebit pósthac, si sapiét, manus.
De. Fórtiter. *Sy.* Perquám! quia miseram múlierem, et me sérvolum,
Quí referire nón audebam, vícit; hui! perfórtiter.

V. 25. vulgo *o* deerat, quod Bentl. ex tribus codd. restituit.

---

videtur enim manu fingere, quam parvulum. — 25. *Laudo, Ctesipho.*] Hic totus versus mire delusum ostendit senem. *Laudo, Ctesipho: patrissas.*] Facile inductus est senex varietate fraudis et doli; nam Syrus et supra ut laudans, non ut vituperans Ctesiphonem, et nunc ut accusans, idem perficit atque persuadet. *Patrissas.*] Αὔξησις; nam ut supra dixerat, *spero: est similis maiorum suûm*: hic confirmat quod sperare se dixerat. *Patrissas.*] Attende quam bene inventum sit, inanem se dicere, nonne videtur ibi stultissimus, cum huiusmodi laude non modo se non laudare velle, quod odiosum est: sed etiam filium apud intelligentes vituperare videatur? siquidem non solum hic stultus, sed etiam ille, quia *patrissas* inquit. *Patrissas.*] Tam securus est, ut se laudet. Et *abi* addidit: quasi dicat, non est quod iam demorer; perfectus es. *Abi, virum te iudico*, inquit, non *adolescentulum*, hoc enim ad aetatem, non ad sexum, refertur. — 26. *Nae, ille continebit posthac, si sapiet, manus.*] Comminatio est subtilis: et parcior, velut servi. — 27. *Perquam!*] Nimis εἰρωνεία. *Et me servolum.*] Oratorie, non *servum*, sed *servolum*, quum sit senex. — 28. *Non audebam.*] Non poteram. *Hui! perfortiter.*] Hoc, gestu ser-

---

25. *Abi, virum te iudico.*] Laudandi formula, qualis Eun. I. 2. 74. Plautus, Asin. III. 3. 114. *Hem sic abi, laudo.* Mostell. III. 1. 108. *euge, Philolaches, Patrissas.*

26. *Continebit posthac, si sapiet, manus.*] H. e. cohibebit. Petronius, cap. 96. Manus*que* continent *a rixa.* Eadem ratione dicitur quis *continere se.* Eun. V. 2. 20. *Continere linguam.* Cicero ad Q. Fr. I. 1.

27. *Miseram mulierem, et me servolum, qui referire non audebam, vicit.*] Ita Plautus, Asin. II. 2. 108. *Quum ego te referiam.* Ovidius, Metam. III. 654. *quae gloria vestra est, Si puerum iuvenes, si multi fallitis unum?* Capitale autem erat, si quis servus herum pulsasset.

De. Nón potuit meliús. idem, quod ego, séntit, te esse huic reí caput.
Séd estne frater íntus? *Sy.* Non est. *De.* 'Ubi illum quaeram, cógito.
Sy. Scío, ubi sit: verum hódie numquam mónstrabo. *De.* Hem! quid aís? *Sy.* Ita.
De. Díminuetur tíbi quidem iam cérebrum. *Sy.* At nomen néscio

V. 29. Bentl. *sensit*, ex codd. Praeterea accentus gratia corrigendum censet: *Non pote mélius. idem ille quod ego sénsit té esse huius rei caput.*

V. 30. Bembin. *ubi illum inveniam.* quod vulgato *quaeram* non esse deterius docet Bentl. collato loco Phorm. IV. 5, 15.

---

vili, et nimis leviori personae congrue dictum est. — 29. *Non potuit melius.*] Id est, laudo te, Ctesipho: et deest *fieri.* *Idem sentit, quod ego.*] Id est: *patrissas, virum te iudico.* — 30. *Sed estne frater intus?*] Deest *responde:* ut sit, responde. — 31. *Verum hodie numquam monstrabo.*] Volens senem avidius quaerere, quod hic ardor semper paratissimus credentes etiam fallit, ei fingit se nolle dicere. *Hodie* autem aut abundat; ut, *numquam omnes hodie moriemur inulti.* Aut, *numquam hodie*, pro, nullo tempore huius diei, quia *numquam* per se generale est. — 32. *Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.*] Comminationis genus verba ipsa indicant: ut appareat senem baculum sustulisse. *At nomen nescio illius hominis; sed locum novi, ubi sit.*] Recte: quia si *hominem* diceret, non erat errandum agnita persona hominis: et ubi habitet cognito, si notus esset, nulla causa quaerendi

---

29. *Te esse huic rei caput.*] H. e. auctorem. Ita And. II. 6. 27. Plautus, Asin. III. 3. 137. Ego caput *huic argento fui hodie reperiundo.*

30. *Ubi illum quaeram, cogito.*] Ita Plautus, Merc. V. 2. 16. *Cogito, quonam ego illum curram quaeritatum.*

31. *Numquam monstrabo.*] Proprie. Cicero, Off. III. 13. *Erranti viam non monstrat.* Particula autem *numquam* eleganter aptatur certo tempori. Vide Cortium ad Sallust. Catil. cap. 8. n. 5.

32. *Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.*] Ita supra III. 2. 19. Eun. IV. 7. 33. infra V. 2. 7.

Illius hominis; séd locum novi, úbi sit. *De.* Dic ergó locum.
Sy. Nóstin' porticum ápud macellum hanc deórsum? *De.* Quidni nóverim?
Sy. Praéterito hac récta platea súrsum: ubi eo véneris,
Clívos deorsum vórsum est: hác te praécipitato. póstea
Est ad hanc manúm sacellum, ibi ángiportum própter est.

V. 34. Bentl. *hac deorsum.*

V. 35. Bentl. *sursus*, ut vitetur synaloepha. Vulgo *sursum.*

V. 36. Bentl. *vorsum*, ex codd. Vulgo *vorsus.*

---

superesset. — 33. *Dic ergo locum.*] *Dic ergo*, quasi invitum coëgerit. *Ergo* semper addimus, ut hortemur tarde quid facientes, ut *Virgilius*, *Ergo age, chare pater, cervici imponere nostrae.* — 34. *Nostin' porticum apud macellum?*] Convenit rustico et parcissimo seni *macellum* in urbe nescire. Et ideo sic interrogatur a servo. *Hanc deorsum?*] Bene *hanc deorsum:* quia non est una. *Quidni norim?*] Correptive *quidni?* pro *quid nisi?* Etenim quamvis rusticus, tamen est civis Demea. — 35. *Hac recta,*] Proprie, *hac parte:* ut manu viam ostendere videatur. *Ubi eo veneris, clivos deorsum vorsus est: hac te praecipitato.*] Hoc lentius, quidam clarius legunt: ut sit, *praecipitato*, cito descende. — 37. *Ad hanc manum.*] Τῶν πρός τι προσῆκον dicitur, in quo non permanet certum dextrum, nec certum sinistrum:

---

34. *Porticum.*] Vide Ioh. Meursii Lect. Attic. lib. VI. cap. 17. et 18. — *Deorsum.*] Respicit situm Athenarum. Vide ad And. II. 2. 19. [*Versus* cum adverbiis et praepositionibus *ad* et *in* iunctum abundat. Vid. quos laudat Duker. ad Liv. XXXVIII. 61. 3. — *Praecipitato* i. e. cito descendito. Vid. Donat. ad h. l. *Praecipitare* saepe sine casu absolute ponitur. Vid. Drakenb. ad Liv. XXV. 11. 6.]

37. *Ad hanc manum.*] Servili ruditate loquitur, dextram vel sinistram manum commonstrans. [*Propter* adverbialiter ponitur pro in propinquo. Est enim contractum ex *propiter* a *prope*. Phaedr. II. 6. 7. *propter volans.* Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. I. 16. 148.]

[*De.* Quonam? *Sy.*] Illic ubi etiam cáprificus mágna est. [nostin'?] *De.* Novi. *Sy.* Hac pérgito.
De. Id quidem angipórtum non est pérvium. *Sy.* Verum hércle. vah!
Cénsen' hominem me ésse? erravi. in pórticum rursúm redi:
Sáne hac multo própius ibis, ét minor est errátio.

V. 38. *nostin'* recte om. Bemb. et vet. cod. Bentl. Praeterea Bentl. *Quonam?* delevit.

---

et ideo proficit in errorem; vult enim servus haec signa esse perplexa. *Est sacellum.*] Ut *Varro* ait, *Sacra cella est.* *Propter.*] Prope, ut *Virgilius*, *templum de marmore ponam Propter aquam.* Et *Lucretius*, *Propter aquae rivum, sub ramis arboris altae.* — 38. *Ubi etiam caprificus magna est.*] In hoc *Homerum* imitatus est, qui dicit *caprificum* prope Troiana moenia constitutam. *Hac pergito.*] Non *ito:* sed quia longum est, *pergito.* — 39. *Id quidem angiportum.*] Id est, angusta et curva via: quasi *anguiportus:* ut *angitia* aut *anguitia.* Alii, quod inter portus sit locus angustus, hoc est, inter domos. Nam *domos*, vel *portus*, vel *insulas* veteres dixerunt. Et observa *Terentianam* consuetudinem, in qua inducit nonnihil sapere eos qui falluntur. — 40. *Censen' hominem me esse? erravi.*] Calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere, sed fateri: ut opinionem simplicitatis acquirat. Vides igitur ut ipse sibi succenseat, tanquam imprudens erraverit, non dolosus impulerit interrogantem. Et mire se negat hominem: tanquam homo corde sit, non corpore. — 41. *Sane hac multo propius ibis.*] Quasi errasse profuerit illa vita. Et *sane* pro *satis* ac *valde:* quia qui sanus est, idem et validus. *Minor est erratio.*] *Erra-*

---

38. *Caprificus.*] Ficus est silvestris, nunquam maturescens, et saxis ruptis fere innascens. Vide Plin. Hist. Nat. XV. 19. — Lusit in voce Martialis, IV. 52. *Gestari iunctis, nisi desinis, Hedyle, capris, Qui modo ficus eras, iam caprificus eris.*

39. *Angiportum non est pervium.*] Graecis στενωπὸς dicitur. Vitruvio I. 6. *Fundula.*

40. *Censen' hominem me esse?*] H. e. ecquid stupidus tibi videor, neque satis dignus nomine hominis? Ita supra, I. 2. 27. infra, V. 8. 11. Plautus, Mil. IV. 2. 52. *Ecquis dignior fuit, homo qui esset?* [*Censen hominem me esse* i. e. censesne me sana mente prae-

Scin' Cratini, huius ditis, aedes? *De.* Scio. *Sy.* Ubi eas praeterieris,
'Ad sinistram hac récta platea: ubi ád Dianae véneris,
'Ito ad dextram: príusquam ad portam vénias, apud ipsúm lacum
'Est pistrilla, et éxadvorsum fábrica. ibi est. *De.* Quid íbi facit?

tio est pecudum: *error* animi est, et loci, in quo erratur. — 42. *Cratini, huius ditis, aedes?*] Congrue nomen invenit diviti. *Cratinus*, ἀπὸ τοῦ κράτους, id est, a potentia. — 43. *Ad sinistram hac.*] Deest *ito:* figura ἔλλειψις. *Ubi ad Dianae veneris.*] Sic absolute dicebant, non addito *templo.* Sallustius: *Ad Iovis mandem nostra.* — 44. *Priusquam ad portam venias.*] *Portam* dicendo ostendit usque ad muros finemque civitatis erraturum Demeam. *Porta* autem ab aratro portando dicta est, quod in eo loco coloniae deductor et conditor, subiunctis vacca et tauro, aratrum, quo urbem designat, suspendit manu; ne imprimat sulcos, ubi civitatis aditus relinquendi sunt. *Apud ipsum lacum.*] Credibiliter addidit *lacum.* Nam Varro docet ob usum iumentorum exeuntium et introeuntium: et praeterea ut adversum hostilem ignem portis de proximo subveniretur. — 45. *Est pistrilla.*] Veteres absolute dicebant *pistrinam*, ut *sutrinam*, et *medicinam*, ad tabernam referentes: nam *pistrino pistrilla* non convenit. Etsi multa diminutiva diversa sunt a genere nominum primae positionis: ut *rana, ranunculus; scutum,*

---

ditum esse, qui tam absurda loquar. Hunc verum sensum esse docuimus ad Rutil. Lup. II. p. 114.]

43. *Ubi ad Dianae veneris.*] Intellige, Aedem vel Templum. Quae ellipsis Graecis est familiaris. Homerus, Odyss. K. 282. Ἐνὶ Κίρκης. *In Circes*, subaudi, Aede. Vide Lamb. Bos. V. Cl. de Ellipsi Graeca. Cicero, Fam. XIV. 2. *Quemadmodum a* Vestae *ad Tabulam Valeriam ducta esses.* Horatius, Serm. I. 9. 89. *Ventum erat ad* Vestae. Sed et citra Ellipsin. Plautus, Curc. IV. 1. 20. *Pone* aedem Castoris. Suetonius, Caes. 78. *Sedens pro* aede Veneris *Genitricis.*

45. *Exadvorsum.*] H. e. e regione. Ita Phorm. I. 2. 38. et Plautus, Bacchid. IV. 7. 37. *Video* exadvorsum *Pistoclerum.*

Sy. Léctulos in sóle ilignis pédibus faciundós dedit.
De. 'Ubi potetis vós? *Sy.* Bene sane. *De.* Séd cesso ad eum pérgere?
Sy. 'I sane. ego te exércebo hodie, ut dígnus es, silicérnium.

scutella: canis, canicula. — 46. *Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit.*] In urbe convivium, aut in sole, aut in umbra, pro conditione temporis instruebatur. Repente igitur interrogatus, quod minime opinabatur quaesiturum senem, arripuit statim *lectulos.* Et quia potuit senex dicere, *mentiris:* nam habet lectulos: addidit ex tempore, *in sole.* Et ne eos quoque habere diceret, addidit, *ilignis pedibus faciundos.* Sed hoc gestu actoris adiutum est: quasi eodem tempore servus et quaerat quid dicat, et respondeat. — 47. *Ubi potetis vos?*] Incerta persona est: nam Syro vel Demeae hoc dictum iungi potest. *Bene sane.*] Hic *εἰρωνεία* est, non approbatio. — 48. *I sane.*] Aut abundat *sane:* aut inferioribus iungitur. *Silicernium.*] Coena quae infertur Diis Manibus, quod eam silentes cernant, id est, umbrae possideant: vel quod qui haec inferant, cernant tantum, neque degustent. Nam de his quae

46. *Lectulos in sole.*] Inde et *solarium* dictum locus in suprema parte aedium, ubi solebant apricari. Plautus, Mil. II. 3. 69. Vide Comment. maiorem. [*Lectulos in sole* vocat, in quibus veteres sole maxime temperato iacebant et apricabantur vel etiam potabant. Apud antiquos inter valetudinis praesidia erat insolatio. Nam vel nudi in sole ambulabant, quod dicebant *uti sole asso*, vel oleo uncti, quod dicebant *uti sole uncto.* Cic. ad Attic. XII. 6. *Pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus.* Vid. Casaubon. ad Persii Sat. IV. p. 343.] — *Ilignis pedibus.*] H. e. ex ilice factis. Lucilius apud Non. Ilignis pedibus *cercurus currere et aquis.* H. e. remis ilignis, quales ob duritiem et robur adhibebantur.

47. *Ubi potetis vos?*] An adolescentes intelligit cum servo? an senem cum adolescentibus et servo? dixit autem, *ubi potetis*, pro, *in quibus.* Adverbium pro relativo; quod comicis familiare est.

48. *Ego te exercebo.*] Similes sententiae sunt And. V. 2. 23. et Phorm. II. 3. 4. Plautus, Epid. IV. 1. 3. *multiplex aerumna me exercitam habet.* Virgilius, Aen. IV. 223. *Tum vos, ó Tyrii, stirpem, et genus omne futurum* Exercete odiis. — *Silicernium.*] Etymon explicat Donatus. Alia vide in Fabri Thesauro.

Aéschinus odióse céssat: prándium corrúmpitur.
Ctésipho autem in amóre est totus. égo iam prospiciám mihi:
Nám iam adibo, atque únumquodque, quód quidem erit bellíssimum,

V. 49. Bentl. *odiosus.* Unus ex Regiis *otiosus.*

V. 51. Bentl. dedit *unum quidquid.*

---

libantur inferis, quisquis comederit, aut biberit, funestatur. Aut erit *silicernium* senex, qui iam iamque silentibus umbrisque cernendus sit: et sic est melius, quam ut quidam *Xenophonta* interpretantes putant, sic nos *silicernium* intelligere, hoc est, *silicem cernentem* senem, dum incurvus est, vel stratae saxo viae intentus, vel sarcophagi iamiam appropinquantis sibi. — 49. *Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur.*] Ἀσύνδετον, deest *et.* *Prandium corrumpitur.*] Ut coquus dixit: qui sciat conditionem quandam magis ferventem placere. — 50. *Ctesipho autem in amore est totus.*] Non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate. *Ego iam prospiciam mihi.*] *Iam* interdum significat festinationem, ut nunc. Interdum ad describendum ponitur, et increpandam moram. Ut: *Iam melior, iam, diva, precor.* Et, *Vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti, Dique Deaeque omnes.* Et *prospiciam mihi* dixit, tanquam hoc sentiat, *Illi sua agunt negotia: et ego illorum exemplo consulam mihi.* Et bene *prospiciam:* quasi non pransurus, nisi providero mihi. — 51. *Bellissimum.*] Proprie *bellissimum* dixit. Unde et huiusmodi ad irritandam gulam cibi,

---

49. *Odiose cessat.*] Ita Eun. IV. 6. 16. — *Prandium corrumpitur.*] Ita Plautus, Pseud. III. 2. 102. *Corrumpitur iam coena.*

50. *In amore est totus.*] Ita Horatius, Serm. I. 9. 2. *Nescio quid meditans nugarum,* totus in illis. Cicero, Fam. XVI. 16. *Te totum in literis vidi.*

51. *Bellissimum.*] H. e. nitidissimum, unde et *bellaria* dicta. Comparativo usus Varro apud Non. *Graeci* belliores, *quam Romani nostri.* Transfertur enim vox etiam ad morum venustatem et gratiam. — *Carpam.*] Ita Martialis, III. 13. 1. *Dum non vis leporem, dum non vis* carpere *mullum.* Et notat Cl. Burmannus ad Phaed. I. 28. 4. esse hoc verbum proprium animalibus, quando pascuntur.

Cárpam: et cyathos sórbilans paullátim hunc producám diem.

V. 52. vulg. *sorbillans*. Mutavit Bentl. ex uno cod., ut secunda sicut in *ventllans* corripiatur. Et *sorbilus* legitur apud Plautum correpta penultima.

---

bellaria dicuntur. — 52. *Carpam.*] Modo *eligam*. Alias *laedam* significat: ut, *Carpit enim vires paullatim, uritque videndo Foemina.* Alias *Fruar:* ut, *Carpamus, dum mane novum, dum flumina crescunt.* Et *Persius, Indulge genio; carpamus dulcia:* id est, fruamur rebus dulcibus. *Paulatim hunc producam diem.*] Bono verbo usus est ad metaphoram, tanquam morientis diei. Ut est, *Nec te tua funera mater Produxi, pressive oculos.*

---

52. *Cyathos sorbillans.*] Erat *cyathus* ordinaria mensura, qua bibentes utebantur, uno fere haustu exsiccantes. Martialis, I. 72. 1. *Naevia sex* cyathis, *septem Iustina bibatur.* Solenne erat, in gratiam amicorum vel amicarum tot cyathos ebibere, quot numero literis eorum scriberentur nomina. Dixit autem *sorbillans*, non *sorbens*, nec *bibens*, quia delicatum se facit, et quam libet otio cuticulam curaturus est. Vide infra, V. 1. 1. Apuleius, Metam. II. *Priusquam totum* exsorberem, *clementer invadit; ac relictum* paullatim *labellis minuens, meque respiciens*, sorbillat *dulciter.* Qui locus e Terentio videtur expressus. — *Producam diem.*] H. e. sensim hunc diem conteram et consumam. Ita Martialis, II. 89. 1. *Quod nimio gaudes* noctem producere *vino, Ignosco.* [Plura dabit Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 100.]

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

MICIO. HEGIO.

Mi. **Ego in hác re nil repério, quamobrem laúder tantopere, Hégio:**

---

1. *Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lau-*

---

1. *Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lau-*

Meum officium facio: quód peccatum a nóbis ortum 'st, córrigo.
Nisi sí me in illo crédidisti esse hóminum numero, qui íta putant
Sibi fieri iniuriam últro, si quam fécere ipsi expóstules,
Et últro accusant, íd quia non est á me factum, agis grátias?
He. Ah! mínime: numquam te áliter, atque es, in animum induxí meum.
Sed quaéso, ut una mécum ad matrem vírginis eas, Mício:

V. 4. Bentl. *expostules*, quod íam Faërnus e Bembin. restituit. V. *expostulant*.

---

der.] *Haec scena est plena sententiarum senilium ad officia demonstranda.* Et *tantopere* vim adverbialem in se continet; nam significat *nimis.* — 2. *Quod peccatum a nobis ortum 'st, corrigo.*] Si diceret, *peccatum est a nobis*, participium fuisset: nunc quia *ortum* addidit, nomen est, numquam enim eadem pars orationis iungi nisi per ἀσύνδετον potest. — 4. *Si, quam fecere, ipsi expostulant.*] Hic distingue: et separatim infer, *ipsi expostulant. Si quam fecere, ipsi expostulant.*] Sensus est manifestus: sed obscura sunt verba, et eorum collocatio et distinctio; nam incertum, utrum *si expostulant*, intelligendum sit: an *siquam* pro una parte orationis accipi oporteat. — 5. *Ultro accusant.*] *Ultro* nunc prave et perverse. *Id quia non est a me factum.*] Haec interrogatio, quasi subtristi vultu est proferenda. — 6. *Ah! minime.*] Non *minime ago: sed minime te credo esse illorum in numero.* — 7. *Quaeso, ut una mecum.*] Servavit

---

der.] Ita Charino respondet Pamphilus. Plautus, Trin. V. 2. 4. *Si quid amicum erga bene feci, aut consului fideliter, Non videor meruisse laudem; culpa caruisse arbitror.*

2. *Quod peccatum a nobis ortum 'st.*] Ita supra III. 3. 39. et Hec. II. 2. 11.

4. *Ultro.*] De vi huius vocis vide ad And. I. 1. 73. [*Sibi fieri iniuriam, ultro si quam fecere ipsi expostulant.* Hic locus e codice Bembino ita legendus *sibi fieri iniuriam ultro, si quam fecere ipsi expostules.*] — *Opus est facto.*] Ita Plautus, Casin. III. 3. 24. *Quod facto est opus.* Sallustius, Catil. 1. *Priusquam incipias, consulto; ubi consulueris, mature* facto opus est.

Atque ístaec eadem, quaé mihi dixti, túte dicas múlieri:
Suspícionem hanc própter fratrem eius ésse, et illam psáltriam.
Mi. Si ita aéquum censes, aút si ita opus est fácto, eamus. *He.* Béne facis:
Nam et ílli animum iam rélevabis, quaé dolore ac míseria
Tabéscit: et tuo officio fueris fúnctus. sed si ăliter putas,
Egomét narrabo, quaé mihi dixti. *Mi.* Immo égo quoque ibo. *He.* Béne facis.

V. 9. Bentl. *propter fratrem esse: eius esse illam psaltriam.* Cod. Mead. *esse eius.*

V. 11. Bentl. corr. *illi iam animum rellevaris.* Prius accentus gratia; posterius ob *fueris functus.* Sed futuri exacti cum altero futuro coniunctio nihil habet offensionis. v. Matthiae De usu futuri exacti p. 242.

V. 13. *quoque* de coni. inseruit Bentl.

τὸ πρέπον, adiiciendo *una mecum eas:* quippe ad incognitam matremfamilias. — 8. *Tute dicas mulieri.*] In nomine ostendit, cur haec ipse dicat. *Mulieri* enim, inquit, nimis pavidae ac diffidenti. — 9. *Suspicionem hanc propter fratrem eius esse.*] Nimis breviter ac succincte, et ut oportuit inter scientes. *Et illam psaltriam.*] *Propter fratrem eius esse*, subaudiendum est. — 10. *Si ita aequum censes.*] A iusto et utili est tota sententia. Et sane hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent. — 11. *Nam et illi animum iam relevabis.*] Et deinceps *illi* maluit dicere, quam *nurui*, adhuc divitem reveritus. *Dolore ac miseria.*] *Dolore*, parturientis: *miseria*, iniuria ab Aeschino accepta. — 12. *Sed si aliter putas.*] Artificiose, remittendo quod petebat, extorsit magis. — 13. *Immo ego ibo.*] Hoc adverbio quod ait *immo*, ostendit se promte agere, et instanter

---

11. *Illi animum iam relevabis.*] Ita Ennius, Annal. X. *O Tite, sei quid ego adiuro*, coiramve levasso. Plautus, Rud. I. 4. 27. *Spes mea, ut me omnium iam* laborum levas! Cicero, Catil. I. 13. *Videbimus fortasse ad breve quoddam tempus* cura *et* metu *esse* relevati. [De repetito *si* Bentleius comparat Andr. I. 3. 8. Si *senserit*, *perii*, *aut* si *lubitum fuerit.*]

Omnés, quibus res sunt mínus secundae, mágis sunt, nescio quómodo,
Suspíciosi: ad cóntumeliam ómnia accipiúnt magis:
Proptér suam impoténtiam se sémper credunt négligi.
Quaprópter te ipsum púrgari ipsis córam, placabílius est.
Mi. Et récte et verum dícis. *He.* Sequere me érgo hac intro. *Mi.* Máxume.

V. 16. Bentl. *credunt ludier.* Faërn. *credunt calvier.* Cod. Bemb. *credunt claudier.*
V. 17. Bentl. *purgare.*

---

quod promisit. — 14. *Minus secundae.*] Dicere sic maluit, ne *miserae* diceret. *Nescio quomodo.*] Hoc est, vehementia, nulla palam ratione. — 15. *Accipiunt magis.*] Mire additum *magis:* quum possit sensus et sine hoc esse integer. — 16. *Propter suam impotentiam.*] Infirmitatem. Et rursus noluit humilitatem aut miseriam dicere. *Negligi.*] Legitur et *claudere* et *claudicare.* — 17. *Quapropter te ipsum purgare.*] Utrum *te ipsum* una pars orationis sit? an divise accipiendum? ut sit, *te* Micionem, *ipsum* Aeschinum *purgare.* *Coram, placabilius est.*] *Coram,* id est, praesentem, et coram praesentibus. Et *coram* indiget adiectione, *palam* non indiget. Et praeterea *coram* ad caeteras personas refertur; *palam* generaliter dicitur. — 18. *Et recte, et verum vicis.*] *Recte,* ad verba retulit: *verum,* ad rem atque sententiam. Potest enim *recte et falsum* dici, dummodo nullo vitio verborum nominumque dicatur, quanquam et ipsum fallere in tempore quidam de officiis scribentes rectum putent.

---

14. *Quibus res sunt minus secundae.*] Ita Heaut. II. 2. 1. Phorm. II. 1. 11.

15. *Ad contumeliam omnia accipiunt magis.*] Ita Phaedrus III. 8. 8. *Accipiens (quid enim?) cuncta in contumeliam.* P. Syrus: *In calamitoso risus etiam iniuria 'st.* Quinctilianus, Declam. XIII. 1. *Solatium erit, iram potius, quam contemtum pati.*

16. *Impotentiam.*] H. e. inopiam, imbecillitatem et humilitatem. Cicero, pro Mur. 28. *Valeant haec omnia ad salutem innocentium, ad opem* impotentium, *ad auxilium calamitosorum.* Contra dixit Phaedrus, I. 24. 1. *Inops* potentem *dum vult imitari, perit.* Et I. 30. 1. *Humiles laborant, ubi* potentes *dissident.*

17. *Te ipsum purgare ipsis.*] Ita Eun. III. 1. 44. Hec. V. 4. 31. Plautus, Amph. III. 2. 28. *Id huc revorti, uti* me purgarem tibi. — *Placabilius.*] H. e. ad placandum aptius. Ita Phorm. V. 7. 68.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

AESCHINUS.

Discrúcior animi. hocíne de improvisó mali mihi óbiici
Tantum, út neque quid nunc dé me faciam, néc quid agam, certúm siet?

V. 1 — 10. De metrica descriptione conf. Hermann. Element. Doctr. Metr. p. 95 et 432. Aliter haec designavit Bentleius, quem ipse legas.

Discrucior animi.] *Hoc loco χαρακτῆρα amantis immodice iuvenis, et senis facit indulgentis, ac lepidissimi patris.* — 1. *Discrucior animi.*] Ἀνταπόδοσις figura, ut, *o praestans animi. Hoccine de improviso mali.*] Haec verba repentino nuntio perculsum indicant Aeschinum propter divortium stare: et iram circa se Sostratae, et eius filiae ob raptum meretricis. *Obiici.*] Proprie; quiá inopinanti. Nam *obiici* dicitur in utramque partem: ut si quos ante quis videt, quam exspectaverit quo verbo magnitudo doloris ostenditur ex improviso incommodo. — 2. *Ut neque quid me faciam.*] Plus est *quid me faciam*, quam *quid faciam*. Illud enim de rebus: hoc, de ipso homine intelligitur. *Nec quid agam, certum siet.*] *Certum siet* pro *certum sit*, nisi forte *ut quam* significet. —

---

1. *Discrucior animi.*] Ita Phorm. I. 4. 10. *Antipho me* excruciat animi. Plautus, Aul. I. 2. 27. Discrucior animi, *quia ab domo abeundum 'st mihi.* Cistell. II. 1. 8. *Omnes homines supero atque antideo* crucibilitatibus animi. Eadem ratione dixit Pacuvius, Periboea: *horrescit animi.* — *Hoccine de improviso mali mihi obiici.*] *Obiici* dicitur de malis et difficultatibus. Ita Hec. III. 1. 6. Phorm. III. 2. 18. Plautus, Cas. III. 5. 33. *quid illi* Obiectum 'st mali *tam repente?* Caesar, B. G. VII. 5. 9. *Tantis subito* difficultatibusobiectis.

2. *Quid me faciam?*] Vide ad And. III. 5. 8.

Mémbra metu débilia
Súnt: animus timore
'Obstipuit: Péctore nil
Sístere consilí quit.
Vah! quómodo Me hac expédiam turba? tánta nunc
Suspício de me íncidit:
Néque ea immerito: Sóstrata
Crédit, mihi me psáltriam hanc emísse: id anus mi indícium fecit.
Nám ut hinc forte ea ad óbstetricem erat míssa; ubi eam vídi, íllico

3. *Membra metu debilia sunt, animus timore obstipuit.*] *Metu* patris: *timore* divortii. — 5. *Nunc suspicio.*] Modo ostenditur causa trepidationis Aeschini. — 7. *Id anus mihi indicium facit.*] Illa anus cui Sostrata dixerat, *Curre: obstetricem arcesse.* — 8. *Nam ut hinc forte ea ad obstetricem erat missa.*] Apparet, inter caetera anum dixisse, ad obstetricem se missam: an ultro haec suspicatus est Aeschinus? *Hinc* autem addendo ostendit se ante fores Sostratae stare, ut alibi, *Ex Andro commigravit huc viciniae.* *Ubi eam vidi.*] Sunt qui addant supervacue

---

3. *Membra metu debilia.*] Ita Virgilius, Aen. V. 4. 31. *Tremore genua labant.* — *Animus timore obstipuit.*] Ita Plautus, Poen. I. 2. 48. *quid hic, malum, Adstans* obstipuisti? [Meliores libri hic et aliis locis habent *obstipuit;* de qua scriptura vid. Heinsius ad Virgil. Aen. I. 518.]

4. *Pectore consistere nihil consili quit.*] Cicero, Tusc. IV. 8. laudat illud Ennii: *Tum pavor sapientiam omnem mihi ex animo expectorat.* Plautus, Amph. V. 1. 1. *Spes atque opes vitae meae iacent sepultae in pectore.* Cicero, Senect. 20. *Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, qui poterit* animo consistere? Virgilius, Aen. I. 643. *neque enim patrius* consistere mentem *Passus amor.*

5. *Me ex hac expediam turba.*] Vide ad And. III. 5. 11. Eun. IV. 4. 56. — *Suspicio de me incidit.*] Ita And. II. 2. 22. et III. 2. 21. Aliter Heaut. IV. 5. 52. Plautus, Bacch. III. 3. 82. *Innocens suspicionem hanc* sustinet *causa mea.*

7. *Id anus facit indicium mihi.*] Ita Plautus, Aul. II. 2. 11. Anus *hercle* huic indicium fecit *de auro.* Cicero, Verr. I. 57. *Feci ipse indicium.*

Accédo, rogito, Pámphila quid agat? iámne partus adsiet?
Eone óbstetricem arcéssat? illa exclámat: abi, abi iam, Aéschine!
Satis diú dedísti vérba: sat adhuc túa nos frustratá 'st fides.
Hem! quíd istuc obsecro, ínquam, est? váleas: hábeas íllam, quaé placet.
Sensi íllico id illas súspicari: séd me reprehendí tamen,
Ne quíd de fratre gárrulae illi dícerem, ac fierét palam.

hanc: et legunt, *hanc ubi vidi.* — 9. *Pamphila quid agat? iam partus adsiet?*] Amatoria interrogatio, qua monstrat Aeschinus curae sibi esse res omnes. — 10. *Illa exclamat.*] Non *respondet*, sed *exclamat*. Et bene vim addidit ad exclamationem fuisse. Ergo a vocis sono *exclamat*, non a verbis. *Abi, abi iam, Aeschine! satis diu verba dedisti nobis*]. Usque dum intelligeremus. — 11. *Sat adhuc tua nos frustrata 'st fides.*] Usque dum deciperemur. — 12. *Hem! quid istuc, obsecro, inquam, est?*] *Hem* interiectio est novas res et inopinatas audientis. *Valeas: habeas illam.*] Quasi recedat et longe absit, ut in Andria, *Valeant, Qui inter nos dissidium volunt.* — 14. *Garrulae.*] Utpote anus. *Ac fieret palam.*] Demeae scili-

---

10. *Abi, abi.*] Formula fastidiose reiicientium quem. Ita Eun. IV. 7. 9. Phorm. I. 2. 9. Naevius, Togularia: Abi, *deturba te saxo, quisquiliae, non homo.* Plautus, Trin. IV. 2. 147. *Abi hinc ab oculis.* Aliter usurpatur supra IV. 2. 25.

11. *Dedisti verba.*] Vide ad And. I. 3. 6. — *Tua nos frustrata 'st fides.*] Ennius, apud Gell. XVIII. 2. *Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse. Nam qui sese frustrari quem frustra sentit, Qui frustratur, is frustra est; si non, ille est frustra.* Est autem *frustrari* decipere; *frustra esse*, dicipi.

12. *Valeas: habeas illam, quae placet.*] Vide ad And. IV. 2. 13. et V. 3. 18.

13. *Me reprehendi.*] Qui se ab aliqua re seu dicenda seu facienda cohibent et reprimunt, *reprehendere se* dicuntur. Desumtum ab eo, quod *reprehendere* est quandoque manum iniicere et retinere. Vide Interpretes ad Phaed. V. 8. 4.

14. *Fieret palam.*] Ita Eun. I. 2. 24. Heaut. IV. 3. 43.

Núnc quid faciam? dícam fratris ésse hanc? quod minimé 'st opus
'Usquam efferri. age, mítto: fieri pótis est, ut ne qua éxeat.
'Ipsum id metuo, ut crédant: tot concúrrunt verisímilia.
'Egomet rapui: ipse égomet solvi argéntum: ad me abducta ést domum.
Haéc adeo mea cúlpa fateor fíeri. non me hanc rém patri,
'Ut ut erat gesta, índicasse? exórassem, ut eam dúcerem.

V. 16. Bentl. *efferri: ac mitto*, e Bembin.

---

cet, cui minime opus fuit. — 15. *Nunc quid faciam?*] Figura διαπόρησις. — 16. *Ut ne qua exeat.*] Erumpat, ut, *quum spumeus amnis Exiit, oppositasque evicit gurgite moles.* — 17. *Ipsum id metuo, ut credant.*] *Ipsum*, quod fratri rapui. Et *ut* pro *ne non* posuit. *Tot concurrunt verisimilia,*] Ut mea esse credatur. — 18. *Ad me abducta 'st domum.*] Proprie, non dixit *adducta*, sed *abducta: abducitur* enim alienum: ut in Heautontimorumeno, *Abducimus tuam Bacchidem. Ad me* autem *domum* moraliter dixit pro *ad domum meam.* An ideo *ad me*, quia et illic luctatus Leno est in retinenda contra Aeschinum puella? — 20. *Ut ut erat gesta, indicasse?*] Id est, sive male, sive

---

Hec. I. 2. 30. et IV. 4. 91. Plautus, Amph. III. 1. 16. *Faciam, res fiat palam.* [*Ac fieret palam.* Negatio *ne* revocanda est, quae tacita vi copulationi includitur. Ovid. Epist. VII. 81. *Omnia mentiris: nec enim tua fallere lingua Incipit a nobis, primaque plector ego.* Liv. XXIV. 40. *Eamque urbem, sitam in plano, neque moenibus, neque viris, atque armis validam.* Vid. Duker. de Latinit. Vet. ICtorum p. 375.]

16. *Usquam efferri.*] Ita supra III. 2. 41. Phorm. V. 7. 65. Hec. I. 2. 32. Nepos, Dion. 8. *Res, multis consciis, quae gereretur*, elata *refertur ad Aristomachen.* — *Ne qua exeat.*] H. e. res rumore divulgetur. Ita Nepos, Datam. 6. *Si in turbam exisset.* Suetonius, Galb. 20. *Quod ante paucos dies* exierat *in vulgus.*

17. *Tot concurrunt verisimilia.*] Ita And. III. 2. 31. Heaut. II. 2. 3.

20. *Ut ut erat gesta.*] Ita Plautus, Bacchid. V. 2. 73. *Age iam id*, ut ut est, *etsi est dedecorum, patiar.*

Céssatum usque adhúc est: nunc porro, Aéschine, expergiscere!
Núnc hoc primum est: ád illas ibo, ut púrgem me: accedam ád fores.
Périi! horresco sémper, ubi pultáre hasce occipió miser.
Heús! heus! Aeschinús ego sum; aperite áliquis actutum óstium.
Pródit nescio quís: concedam huc —.

bene gesta erat: *ut* enim certam qualitatem significat: *ut ut* incertam: quasi dicat, quoquo modo, male, bene. *Exorassem, ut eam ducerem.*] Sic enim promiserat se Sostratae facturum. — 21. *Nunc porro, Aeschine, expergiscere!*] Sic et alibi, *Enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae, neque socordiae.* Legitur et *iam*; quod est correptivum interdum. — 22. *Nunc hoc primum.*] *Primum*, ab eo quod rogandus est pater. *Accedam ad fores.*] Sostratae scilicet. — 23. *Horresco semper.*] Satis amatorie: nam in amore nimium semper est frigus, et calor recedit a corpore, ut, *Totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam aspexi hanc.* — 24. *Aperite aliquis actutum ostium*] Vim pluralem habet *aliquis*, quamvis singulariter dicatur: non est enim *aliquis*, nisi de multis; recte ergo *aperite aliquis:* et nove; nam non placet illud, ubi duae distinctiones sunt: unde *aperite* est una, altera *aliquis. Actutum ostium.*] Ut assumatur rursus, *aperiat;* proprie enim veteres et *quis*, et *aliquis*, et *quisquam*, non observabant quo genere aut quo numero declinarent. Est ergo figura ἀρχαϊσμός.

---

21. *Expergiscere.*] Id vult, nihil loci esse segnitiae neque socordiae. Plautus, Asin. II. 1. 1. *Hercle vero, Libane, nunc te meliu 'st* expergiscier. Sallustius, Catil. 20. *Quin igitur* expergiscimini? Et 52. Expergiscimini *aliquando, et capessite rempublicam.* ubi v. intpp. Contra *dormire* dicuntur negligentes rerum suarum, infra IV. 5. 59.

22. *Purgem me.*] Vide supra IV. 3. 17.

23. *Horresco.*] Vide ad Eun. I. 2. 4.

24. *Heus! heus! Aeschinus ego sum.*] Ita Eun. III. 3. 24. et 25. — *Aperite aliquis.*] Synthesis Plauto familiaris. Pseud. V. 1. 37. Aperite, aperite, *heus, Simoni me adesse* quis nunciate.

25. *Concedam huc.*] Ita solebant a foribus paullulum recedentes, ne in viam proturbarentur. Heaut. I. 1. 121. Plautus, Cas. II. 7. 11. *At at,* concedam huc: *audio aperiri fores.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUINTA.

MICIO. AESCHINUS.

Mic. — Ita, uti dixi, Sóstrata,
Fácite: ego Aeschinúm conveniam; ut, quómodo acta haec sínt, sciat.
Séd quis ostium hóc pultavit? *Aes.* Páter hercle est. perii! *Mi.* Aéschine.
Aes. Quid huic híc negoti 'st? *Mi.* Túne has pepulisti fores?
Tacet. cúr non ludo hunc áliquantisper? mélius est:

V. 1. et 2. Bentl. ex codd. corr. *Ita, ut dixti, Sostrata Facito.* Quippe hoc Micionis ingenio convenit, non imperare, sed obsequi.
V. 2. Bentl. ex codd. *sunt.*

1. *Ita, uti dixi, Sostrata, facite.*] Hic apparet, Micionem iam multa dixisse. — 2. *Facite.*] Iubet vel securae sint, vel adornent nuptias. *Ego Aeschinum conveniam.*] Mire, occursurus Aeschino, Aeschinum quaerit. — 3. *Pater hercle est.*] Quid est hoc, quod Micio timetur? an quia illi non est confessus? Ostendit autem poëta, tantundem pudorem posse, aut amplius, quam timorem. — 4. *Quid huic hic negoti 'st?*] Alius timor, quod hinc egreditur pater. *Tune has pepulisti fores?*] Sic coepit interrogare, ut negationi locum praebeat. Et nota *pepulisti*, elatum verbum, et tragico cothurno magis, quam loquelae comicae accommodatum. — 5. *Tacet.*] Hoc apud se loquitur Micio. *Me-*

4. *Quid huic hic negoti 'st?*] Haec Aeschinus ad spectatores conversus cum pavore pronunciat. Ita And. V. 2. 8. et mox versu 8.

5. *Cur non ludo hunc aliquantisper?*] H. e. illudo. Ita Heaut. IV. 6. 20. Ita autem secum haec dicit Micio, ut simul spectatores intelligant, quid facturus sit.

Quándóquidem hoc numquam mi ípse voluit crédere.
Nil míhi respondes? *Aes.* Nón equidem istas, quód sciam.
Mi. Ita: nám mirabar, quíd hic negoti essét tibi.
Erúbuit: salva rés est. *Aes.* Dic sodés, pater,
Tibi véro quid istic ést rei? *Mi.* Nil míhi quidem:
Amícus quidam me á foro abduxit modo

V. 10. permulti codd. *rei est.* Bentl. corr. *quid istic rei fuit?* „Nam iam exierat, inquit. *Est* tum conveniret, si domum introiturus esset.“ Sed quidni *est* dici ad eum potuerit, qui nunc ipsum domo egreditur?

---

lius est.] Et non, *Ludere bonum est: sed melius.* Et hoc meliore affectu dixit, quam si diceret; *Dignus est.* — 6. *Hoc numquam mihi ipse voluit credere.*] Contra illud, quod ait, *Postremo alii clanculum Patres quae faciunt, quae fert adolescentia, Ea ne me celet, consuefeci filium. Credere* autem magno affectu dixit, non enim confiteretur ut patri: sed crederet, ut parenti aut sodali suo. — 7. *Non equidem istas.*] Deest, *pulsavi. Quod sciam.*] Quantum scio. — 8. *Ita? nam mirabar, quid hic negotii esset tibi.*] Accipit negationem Micio, ut ludere Aeschinum possit. — 9. *Erubuit: salva res est.*] Nimis paterna sententia. Et e contrario Simo in Andria, *Vide, num eius color pudoris signum usquam indicat?* Et quanti affectus est, non dixisse *Erubuit; salvus est:* sed, *salva res est.* Nonne videtur tibi res eius omnis in Aeschino constituta? eodem animo et supra dixit, *In eo me oblecto: solum id est carum mihi.* Non enim *solum* intulit quod exspectabatur: sed absolute, quasi ex omnibus *solum* id est, inquit. — 10. *Nihil mihi quidem.*] *Mihi,* id est, meae propriae rei. Et callida negatione coepit: ut et illi adimat confitendi locum ac fiduciam: simulque fiat ei desperatio ducendae eius, cuius mentio tam contemtim ab ipso tractetur. — 11. *Amicus quidam me a foro abduxit modo huc advocatum sibi.*] Hinc incipit mendacium, mistum vero; nam *amicus quidam me a foro huc,* verum est: *advocatum,* falsum. Sed *huc* et *quidam* modo ἔμφασιν habent levis negotii,

---

[7. *Non equidem istas.*] Int. pepuli fores. Perturbatus adolescens negat, quod negandum non fuit. St.]

9. *Erubuit; salva res est.*] Ita Eun. II. 2. 37. Plautus, Rud. IV. 3. 89. *Euge,* salva res est: *praeda haec perpetua est mea.* Citat Lampridius in Heliogabalo, cap. 11.

Huc ádvocatum sibi. *Aes.* Quid? *Mi.* Ego dicám tibi:
Habitánt hic quaedam múlieres paupérculae:
Ut opínor, has non nósse te, et certó scio.

V. 14. Bentl. corr. *Ut opiner*, i. e. *adeo ut*. Neglexit formam attractionis, nec scriptoribus Latinis inusitatam, de qua v. Hermann. ad Viger. p. 894. Matthiae Gr. Gr. p. 1058. annot. ad Platon. Phileb. p. 46 sqq. Ramshorn. Gramm. Lat. p. 704. Beier ad Cic. de Off. I. 7, 5. Confr. Phorm.

---

et in quo nec magnae personae, nec res difficilis operae aut longae occupationis habentur. Et *advocatum* dicendo, alienum negotium demonstravit: nam et *sibi* non vacat; si enim *mulieribus* addidisset, potuit aliud sperari. — 12. *Quid?*] Deest *ait:* ut sit, *quid ait? Ego dicam tibi.*] Senile est; nam id iam dicendum fuit, et hoc ἔμφασιν habet vilis rei, quae vel facile dici possit, vel non celanda sit. — 13. *Mulieres pauperculae.*] Non potuit magis celare dignitatem formae et aetatis puellae, quae amatur ab Aeschino, quam ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret: deinde communiter diceret de ambabus universa, quibus contemni debeant. *Quaedam mulieres pauperculae.*] *Pauperculae* addidit, ut magis desperet Aeschinus impetrari posse has nuptias a patre. Et item *quaedam:* ut ignobiles demonstrarentur. Et totum hoc cum abiectione pronuntiandum est. *Quaedam* et *pauperculae* dicendo adimit omnem spem nuptiarum: nam *quaedam*, ignobilem indicat: *pauper*, indotatam. Quid ergo remanet, quod speret Aeschinus? *Pauperculae.*] Nec *pauperes* saltem. — 14. *Opinor.*] Vel adeo obscurae sunt, et nullius pretii, *ut opinor, has non nosse te.* Potuit recte dicere et hoc, *ut opinor, has non nosti:* sed illud venustius. *Ut opinor has non nosse te.*] Aut abundat *ut:* aut deest *scilicet.* Magnum autem crimen est in forma vicinae puellae, incognitam esse adolescenti de proximo. Et quia scit hunc esse, de quo dixerit, *quam hic non amavit meretricem? aut cui non dedit aliquid?* subdidit causam, ne dignitatis pudorisque esset, quod eam incognitam Aeschino esse dixisset: *neque enim diu huc*, inquit, *commigraverunt.* Et, *ut opinor*, mire ipse sibi sumit atque confirmat, quod

---

12. *Advocatum sibi.*] Vide ad Eun. II. 3. 48.

13. *Mulieres pauperculae.*] Ita Plautus, Epid. IV. 1. 28. *Virgini* pauperculae, *Tuaeque matri me levare paupertatem.* Poen. III. 1. 33. *quanquam sumus* pauperculi, *Est domi, quod edimus.*

14. *Ut opinor, has non nosse te, et certo scio.*] So-

Neque enim diu huc commigrárunt. *Aes.* Quid tum póstea?
Mi. Virgo ést cum matre. *Aes.* Pérge. *Mi.* Haec virgo orba ést patre:
Hic méus amicus illi genere est próxumus:
Huic léges cogunt núbere hanc. *Aes.* Perií! *Mi.* Quid est?
Aes. Nil: récte: perge. *Mi.* Is vénit, ut secum ávehat:
Nam habitát Mileti. *Aes.* Hem! virginem ut secum ávehat!

nondum ille confessus est. *Et certe scio.*] 'Επανόρθωσις; parum dixit, inquit. — 15. *Quid tum postea?*] Gratissime proditur Aeschinus amator, quum sedulo dissimulet. — 16. *Virgo est cum matre.*] Vult Micio sic audire Aeschinum, tanquam alienissimum: et ideo veluti inscius facti diligentius narrat. *Virginem* autem ἀρχαϊσμῷ, pro *muliere* dixit. — 17. *Hic meus amicus.*] Qui me advocatum abduxit de foro. — 18. *Huic leges cogunt nubere.*] Non *permittunt*, dixit, nec *iubent:* sed *cogunt*, ad perturbandum Aeschinum. Et recte, alia enim *sinunt* leges, alia *cogunt* fieri. Et ne esset quo resisteretur illi, vult ut mulieres a lege cogantur. *Perii!*] Hoc audit Micio, sed dissimulat. — 19. *Nihil: recte.*] Id est, *recte quod perii.* Et nihil magis comicum. Et vide trisyllabum artificiose esse subiectum: ut qui *perii* dixit, vix hoc locutus fuisse videatur. *Perge.*] Vide instantius interrogantem, quam extraneum decuit. *Is venit, ut secum avehat.*] Aliud peius in amatam, ut nec Athenis saltem alteri nuberet. — 20. *Nam habitat Mileti.*] Πιθανῶς *Mileti:* et est adverbium locale. *Hem! virgi-*

---

lent ea, quae opinamur, et quae certa sunt, iungi, sibique opponi. Ita And. II. 2. 30. et V. 4. 26. Cicero, Lael. 8. *Moveor enim, tali amico orbatus, qualis,* ut arbitror, *nemo unquam erit; et,* ut confirmare possum, *nemo certe fuit.*

15. *Neque enim diu huc commigrarunt.*] Ita And. I. 1. 43. Plautus, Pers. I. 3. 57. *Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus* Huc *est cum* commigravit. — *Quid tum postea?*] Vide ad Eun. II. 3. 78. — *Illi genere est proximus.*] Ita Phorm. I. 2. 75.

18. *Huic leges cogunt nubere hanc.*] Idem repetitur Phorm. I. 2. 75. De voce *nubere* vide ad And. III. 3. 3.

19. *Nihil, recte, perge.*] Vide ad Eun. II. 3. 50. III. 2. 7. Hecyr. III. 2. 20.

Mi. Sic ést. **Aes.** Miletum usque, óbsecro? **Mi.** Ita.
Aes. Animó male 'st.
Quid ípsae? quid aiunt? **Mi.** Quíd illas censes? nihil enim.
Comménta mater ést, esse ex alió viro,
Nescío quo, puerum nátum: neque eum nóminat:
Priórem esse illum: nón oportere huíc dari.
Aes. Eho! nónne haec iusta tíbi videntur póstea?
Mi. Non. **Aes.** 'Obsecro, non? an íllam hinc abducét, pater?

nem ut secum avehat!] Hic acrius commoveri proditur adolescens, ut affectu fateatur, quod verbis negat. — 21. *Sic est. Miletum usque, obsecro? ita. animo male 'st.*] Ille oblitus sui sic indignatur, ut in re propria: hic rursus callide vultu utitur, tanquam aliena narrantis. *Miletum usque? obsecro!*] Bene *usque:* nam *Miletos* colonia est Atheniensium in Ponto. *Animo male 'st.*] *Animo male fieri* dicitur, quum ictu alicuius moeroris perculsus animus non sustinet corpus, sequiturque ruina membrorum. — 22. *Quid ipsae? quid aiunt?*] Non statim credit Aeschinus pudicam matremfamilias statim consentire in nuptias novas viri ignoti. *Quid illas censes?*] *Posse dicere*, subaudiendum. *Nihil enim.*] *Dicunt*, subaudiendum. Et sic intelligendum *nihil*, non quod taceant, sed quod nihil confirmationis habeat id quod dicunt. — 23. *Commenta mater est.*] Nunc dicit quid dicat, etiam *commenta* dixit, id est, fallaciam confinxisse, verisimile comminisci. *Ex alio viro.*] Iam de proximo tangit Aeschinum. — 25. *Priorem esse illum.*] Mire tractat etiam partes Aeschini. — 26. *Nonne haec iusta tibi videntur postea?*] Scilicet illa, quae amicus tuus dixerat prius, quam haec audire. *Iusta tibi.*] *Iusta*, quae postea audisti, quam illa quae pro Lemnio dicebas prius. Aut si hoc non est: quaere quid sit *postea*. Videtur enim *postea* sic abundare, quomodo interdum *hodie* de stomacho adiicitur loquentis, ut *Virgilius* dicit: *Numquam omnes hodie moriemur inulti.* — 27. *Non.*]

---

21. *Animo male 'st.*] H. e. dolore afficior. Ita Plautus, Amph. V. 1. 6. Animo male 'st: *aquam velim.* Haec autem Aeschinus aversus secum loquitur.

22. *Quid illas censes?*] Ita And. V. 2. 12. — *Nihil enim.*] Adverte *enim.* Ita Hec. V. 4. 10. Phorm. I. 2. 63. et IV. 4. 13.

25. *Priorem esse illum.*] H. e. potiorem, iure nimirum cognationis. Ita Eun. I. 2. 71. [Imo *iure tori.* St.]

26. *Nonne haec iusta tibi videntur postea?*] Haec

Mi. Quíd illám ni abducat? *Aes.* Fáctum a vobis dúriter,
Immísericorditérque: atque etiam, si ést, pater,
Dicéndum magis apérte, illiberáliter.
Mi. Quamobrém? *Aes.* Rogas me? quíd illi tandem créditis
Fore ánimi misero, quícum illa consuevít prius,

V. 32. Bentl. *qui cum ea consuevit prior.*

Vultuose pronuntiandum est *non*. *An illam hinc abducet, pater?*] *Hinc*, tanquam singultus ploraturi est; nam sic est pronuntiandum. *Pater.*] Quasi hoc ad supplicandum dicatur. — 28. *Factum a vobis duriter.*] Non *dure* et *crudeliter:* sed quasi dura mente, id est, inflexibili, et quod Graeci dicunt ἀτενές. — 29. *Immisericorditerque.*] Nota octo syllabarum adverbium, atque insuper compositum, et cum coniunctione prolatum. *Si est, pater, dicendum magis aperte.*] Id est, *apertius:* quia iam apertum fuerat, *duriter* et *immisericorditer.*. Et bene praefatus est, ne contumax adversus patrem videretur. — 30. *Illiberaliter.*] Αὔξησις; nam multa *duriter*, etiam si opus sit, *immisericorditer* quoque, et facienda sunt, et patienda, si ita ratio et causa cogat: et non sit *illiberale*, id est, non malum atque inhonestum. *Illiberaliter.*] Iniuste, inclementer, non bene, quia *liberalis* bonus dicitur. — 31. *Quam ob rem?*] Delectari magis cupiens Micio, Aeschinum vult protrahere ad defensionem sui. — 32. *Fore animi misero.*] Quid de se plus diceret, si factum fateretur? *Quicum illa consuevit.*] Legitur et *illam:* et dicebant veteres,

---

illuit vox *postea*. Ita Plautus, Menaechm. III. 2. 31. [Non redundat *postea*. Respondet nostro *am Ende*, in interrogationibus posito. *An tibi malam rem vis pro maledictis dari* Postea? St.]

28. *Duriter, immisericorditerque.*] Contra dixit Cicero, pro P. Sulla, cap. 1. *Lenitatem meam misericordiamque.*

30. *Dicendum magis aperte.*] Similis locutio est And. I. 2. 31. II. 6. 23. Eun. V. 1. 3. Heaut. IV. 3. 24. Phorm. IV. 3. 49.

31. *Quid illi tandem creditis fore animi misero?*] Ita Eun. V. 7. 14. Cicero, pro Deiot. 2. *Quid nunc mihi animi sit*. Virgilius, Aen. IV. 408. *Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia, sensus?*

32. *Cum illa consuevit.*] Ita Hec. IV. 1. 40. Phorm. V. 6. 34. Caecilius, Plocio: Ea me, *clam se*, cum *mea* ancilla *ait* Consuetum. Cicero Verr. V. 12. *mulieres, quibuscum iste consueverat.* Voces autem *consuescere* et *consuetudo* non tantum de furtivis amoribus,

Qui infélix haud scio an illam misere núnc amat,
Quum hanc sibi videbit praésens praesenti éripi,
Abdúci ab oculis? fácinus indignúm! pater.
***Mi.* Qua rátione istuc? quís despondit? quís dedit?**
Cui? quándo nupsit? aúctor his rebús quis est?

V. 34. Bentl. *praesens praesentem eripi*, ut legit Servius ad Virgil. Aen. IV. 83. Enimvero in vulg. lectione eundem esse *praesentem*, cui *praesenti* eripiatur. Recte. Sed quid tum postea?

---

hanc rem consuevit, et εὐσχημόνως, ut *Plautus*, *Et clandestina ut celetur consuetudo.* Et maiore affectu non amorem allegavit, sed quod est commune cum bonis, et multo iustius, consuetudinem. — 33. *Qui infelix.*] Non *qui:* sed, *qui infelix:* et non *amat:* sed *misere*, dixit. Et ita affectu proditur, qui ut alienus vult loqui. — 34. *Praesens praesenti eripi.*] Adiuvant significationem haec ex abundanti addita: ut, *illam absens absentem auditque videtque.* Et, *fratrem ne desere frater.* Sic *Caecilius* in Eratosthene, *Haec caterva plena gladiatoria, quum suum sibi alius sauciat: socius socium.* Et totus hic locus est translatus ex *Virgilio*, in IIII. Aeneid. *Quis tibi nunc, Dido, cernenti talia sensus? Quosve dabas gemitus, quum littora fervere late Prospiceres arce ex summa, totumque videres Misceri ante oculos tantis clamoribus aequor?* — 36. *Istuc?*] Deest, *dicis.* *Quis despondit?*] Latenter obiurgat Aeschinum rem sine patre gessisse. Et dicitur figura ἐπιτροχασμός. *Quis despondit?*] Quia non interfuit pater. *Quis dedit?*] Quia rapuit antequam peteret. — 37. *Quando nupsit?*] Quia nuptiae non factae sunt. Et

---

sed etiam de legitimis nuptiis usurpantur. Plautus, Cist. I. 1. 89. *En unquam cum quiquam viro consuevisti?* [Cfr. Bentl. ad h. l.]

33. *Haud scio an.*] De usu harum particularum vide ad And. III. 2. 45. Cicero, Fam. IX. 15. *Est id quidem magnum, atque* haud scio, an *maximum.*

34. *Praesens praesenti.*] Similis locutio est Hec. III. 2. 15. IV. 1. 42. Plautus, Mostell. V. 1. 27. *adsum* praesens praesenti *tibi.* Pseud. IV. 7. 43. *Te ipsus coram* praesens praesenti *videt.*

35. *Abduci ab oculis.*] H. e. e conspectu. Phorm. III. 3. 15. Plautus, Cas. II. 4. 25. *Abin hinc* ab oculis? — *Facinus indignum.*] H. e. turpe. Ita And. I. 1. 118. V. 2. 13. Eun. I. 1. 25. supra II. 1. 19. III. 4. 1. Hec. III. 3. 16. Phorm. III. 2. 26. IV. 3. 8. V. 8. 19. Plautus, Menaechm. V. 7. 15. *o facinus indignum et malum!* [Scribendum *Cui quando nupsit?* ut duplex interrogatio in unum coëat orationis membrum. St.]

37. *Auctor his rebus quis est?*] De cuius consilio et

Cur dúxit alienam? *Aes.* 'An sedere opórtuit
Domi vírginem tam grándem, dum cognátus hinc
Illínc veniret, éxspectantem? haec, mí pater,
Te dícere aequom fúit, et id defféndere.

V. 39. Bentl. *hinc* pro *huc*, ex vett. editt. Sic Donatus quoque legit.

---

nupsit moleste additum, quasi aliena sit, quae non legibus ducta sit. *Auctor his rebus quis est?*] Dativo casu, non *harum rerum.* Et *Sallustius, Qui tunc Romanis imperator erat. Auctor his rebus quis est?*] Iterum obiurgat, quia non interfuit pater. Et agit sic dolens, velut sibi minus amoris praebitum fuerit, Micio: ut se his, quantum amor patitur, videatur ulcisci; quodque sibi negotium non confiteatur Aeschinus. — 38. *Cur duxit alienam?*] Utrum filiam? an quae possit aliena esse? nam omnes alienas filias ducunt. *An sedere oportuit.*] *Sedére* proprie ignavae cessationis est, ut, *sedeant spectentque Latini*, et, *quid sedes, Verres? quid spectas?* — 39. *Tam grandem.*] *Grandem* ad aetatem veteres retulerunt, non ad corpus. Et in parte aetatis dicitur *grandis*, non in tota vita, nisi si addatur *natu*, ut, *grandis natu parens adductus ad supplicium.* Et *grandis infans*, et *grandis puer*, et *grandis ephebus*, et *grandis virgo* recte dicitur. Et unde scit Aeschinus? an *grandem* hic fingit ignotam? an quia dixit pater, *commenta mater est, esse ex alio viro, nescio quo, puerum natum.* Ergo et illa *grandis:* et serus Milesius, qui tunc virginem petit, quum iam alteri data sit, vel rapta sit alteri. *Dum cognatus hinc illinc veniret.*] Proverbialiter *hinc illinc.* — 41. *Et id defendere.*] Non potuit magis amatorie et magis pueriliter loqui, quam ut non contentus quod ait, *haec dicere te aequum fuit:* etiam adderet,

---

sententia res geritur, *auctor* dicitur. And. Prol. 19. Eun. V. 7. 12. Cicero, Cluent. 5. *Nubit genero socrus, nullis auspiciis, nullis auctoribus, funestis omnibus ominium.*

38. *An sedere oportuit domi virginem tam grandem?*] Respicit morem Graecarum mulierum, de quo Nepos in Praefat. Virgilius, Aen. VII. 52. *Sola domum et tantas servabat filia sedes, Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.* Dixit autem, *virginem grandem*, uti And. IV. 5. 19. *grandiuscula.* Plautus, Aul. II. 2. 14. Virginem *habeo* grandem, *dote cassam, atque illocabilem.* Notat porro *sedere* otiosum esse, et exspectare rei gerendae occasionem.

[39. Sic legendum, non *huc illuc.* Ita reponit e Donato Graevius ad Flor. IV. 2. p. 683. ediditque Bentleius.]

40. *Haec, mi pater, te dicere aequum fuit, et id defendere.*] Duobus igitur nominibus reum facit patrem; primum

Mi. Ridículum: advorsum ne illum causam dícerem,
Cui véneram advocátus? sed, quid ista, Aéschine,
Nostra? aút quid nobis cum íllis? abeamús. quid est?
Quid lacrumas? *Aes.* Pater, óbsecro, ausculta. *Mi.* Aéschine, audivi ómnia,
Et scio: nam té amo: quo magis, quaé agis, curae súnt mihi.

V. 42. Bentl. corr. *adversús - ne*, propterea quod hoc versu ceterae omnes dictiones in *m* exeunt.

---

et id defendere.] Patet autem qualis affectus est, quum etiam patri ob alienam causam blanditur, ut ipse nunc simulat. — 42. *Ridicule.*] Vocativus est casus, ab eo quod ést *ridiculus.* — 43. *Quid ista, Aeschine, nostra?*] Hic iam ultima desperatio et Aeschinum in confessionem protrahet et in finem fallaciae senem deducet. Et bene quidem *nostra* dixit; memor est enim se respondisse Aeschino interroganti, *Tibi vero quid istic rei est? Nihil mihi quidem.* Totum autem hoc senex ad id redegit, non tam ut torqueret Aeschinum, quam ut maius faceret beneficium suum, exponendo in quod pene periculum amor eius inciderit. — 44. *Quid est? quid lacrumas?*] Quasi repente animadverterit flentem, et quasi causam omnem nesciat, sic inquirit. — 45. *Aeschine.*] Non exhibuisset personam patris, nisi pietate victus pati filium nollet confessione torqueri. *Virgilius: nec plura querentem Passa Venus, medio sic interfata dolore est.* Bene ergo intelligunt, qui sic accipiunt, perrecturum adhuc fuisse Micionem, nisi victus affectu fallaciam proiecisset. — 46. *Nam te amo.*] Bene addidit, *nam te amo*, et cetera; nam

---

quod *haec dicere* neglexerit, id est, *non oportuisse sedere domi virginem tam grandem, dum cognatus Mileto veniret, eamque duceret;* tum, quod neglexerit *haec defendere*, *ne scilicet cognatus iste secum aveheret virginem, quia nempe alter prior cum ipsa consueverat.* Ut adeo *defendere* h. l. notet prohibere.

42. *Advorsumne illum causam dicerem, cui veneram advocatus?*] Et reus, et actor *causam dicunt.* Eun. Prol. I. l. 42. Plautus, Menaechm. V. 2. 48. *Hinc stas, illinc* causam dicis. Cicero, Off. I. 10. *Si constitueris, te* cuipiam advocatum *in rem praesentem esse* venturum.

44. *Quid nobis cum illis?*] Ita supra II. 1. 23. Heaut. IV. 4. 10. Plautus, Menaechm. V. 2. 74. *Quaeso, quid mihi tecum 'st?*

46. *Curae sunt mihi.*] Supra I. 2. 49. Infra V. 6. 6. Hec. I. 2. 118.

Aes. 'Ita velim me prómerentem amés, dum vivas, mí pater,
'Ut me hóc delictum ádmisisse in me, íd mihi vehementér dolet,
'Et me tui pudét. *Mi.* Credo hercle: nam íngenium noví tuum
Líberale: séd vereor, ne indíligens nimiúm sies.
'In qua civitáte tandem te árbitrare vívere?

et invidis, et inimicis moris est scire, quid agamus. — 47. *Ita velim me promerentem ames.*] Quam pie additum est *promerentem:* tanquam illic sit votum Aeschini, quum possit pater etiam immeritum amare. Et animadvertendum est, *ut* semper sequi vel statim, vel ex intervallo, maxime in huiusmodi confirmationibus. Sic *Cicero: Ita velim mihi Deos propitios, ut, quum illius temporis mihi venit in mentem*, etc. *Velim* autem, pro *volo*, antique dicitur. — 48. *Ut me hoc delictum admisisse in me.*] *Me, in me,* αὐξητικῶς adiectum est. — 49. *Et me tui pudet.*] Ambiguum quidam hoc dictum putant: sed apparet adolescentem propter suum peccatum dicere, non quod quicquam turpe fecerit patri. — 50. *Ne indiligens nimium sies.*] Non ergo ingratus, sed negligens Aeschinus: neo negligens, sed *indiligens:* nec in alterum, sed in se deliquit. Mirae clementiae genus est, aut omnino ignoscere, aut crimen in levius commutare: nam tota obiurgatio ita amica est, ut non multum a blandimento discrepet: magisque proficiat apud audientem, ut vult *Terentius*, quam illa aspera atque praefracta. — 51. *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?*] Communem

---

47. *Promerentem.*] H. e. bene merentem. Ita And. II. 1. 31. Virgilius, Aen. IV. 333. Unde et *bene* additur supra II. 1. 47. Phorm. III. 2. 31. Contrarium est *commerere.* And. I. 1. 112. Quanquam Plautus *promerere* passim in malum sensum usurpavit. Vide Amph. II. 1. 20. Menaechm. V. 6. 24. Trin. V. 2. 42. — *Dum vivas.*] Ita Plautus, Rud. II. 6. 15. Ut tibi, dum vivam, *bene velim, plus quam mihi.*

48. *Delictum admisisse in me.*] Ita Phorm. II. 1. 40. et II. 3. 68. Lucilius: *Proferat ergo iam vester ordo* scelera, quae in se admiserit. Plautus, Amph. III. 2. 4. *Quae neque sunt facta, neque* ego in me admisi, *arguit.*

50. *Indiligens.*] H. e. socors. Phorm. V. 3. 5. Ita Plautus, Mostell. I. 2. 23. et 29. Dominum aedium *indiligentem* vocat. Hinc ICti patremfamilias *diligentem* et *diligentissimum* vocant, qui rem suam tutatur.

51. *In qua civitate tandem te arbitrare vivere?*]

Virginem vitiásti, quam te iús non fuerat tángere.
Iam íd peccatum prímum magnum: mágnum, at humanúm tamen.
Fécere alii saépe item boni. at póstquam id evenít, cedo,
Númquid circumspéxti? aut numquid túte prospextí tibi,
Quíd fieret? qua fieret? si te ipsúm mihi puduit dícere,

V. 52. Bentl. *non ius fuerat*, e Bemb.
V. 53. Bentl. *Iam peccatum primum id magnum*, euphoniae gratia.
V. 56. Bentl. ex codd. suis: *si te mihi ipsum puduit dicere.*

---

locum inducit a loco, a persona, a facto, a tempore. *In qua civitate?*] Aliter pronuntiandum est, id est, presse ac leniter: ne faciat illud *Tullianum*, *Pro Di immortales! ubinam gentium sumus? quam rempublicam habemus? in qua urbe vivimus?* Et *tandem* pro *tamen*. *In qua civitate?*] Hoc est, oblitus es Athenis te esse, ubi vivitur legibus? Vide omnes sententias poni accusatorias, et nihil amoris: isti sunt orationum colores difficillimi: sed elaboravit *Terentius* Micionem facere leniter accusantem, et inducere Demeam durissime blandientem. *In qua civitate?*] Quod obiurgat Micio, magni amoris est, et necessaria pro persona assentatio: non enim convenit, patrem, nimium diligentem filium, eius praeterire peccata. — 52. *Virginem vitiasti.*] Vide et rem dici, et abesse tragicam inclamationem, et ostendi delictum, et ad veniam festinari; nam statim dicet: *iam id peccatum primum est magnum, at humanum tamen.* Et tota pronuntiatio huiusmodi verbis summissa debetur. — 54. *Fecere alii saepe, item boni.*] Moris est exemplo lenire, quod purgare non possis. *Fecere alii saepe, item boni.*] Consolatio ab exemplo. Et *boni*, non quum hoc facerent, sed alias boni. *At postquam id evenit.*] *Evenit*, inquit, non *commissum est*, nihil innocentius dici potuit. — 55. *Numquid circumspexti?*] Σχηματ ἡ ΗΑΛΗΤΑΝΑCΜΟC * pro *circumspexisti*. *Circumspicimus* praesentia, *prospicimus* futura. — 56. *Qua fieret?*] Id est, qua

---

Id vult, leges in civitate Athenarum acerrime exerceri. Ita Cicero, Mil. 3. In qua tandem urbe *hoc homines stultissimi disputant?* De particula *tandem* vide And. V. 2. 18.

52. *Ius non fuerat tangere.*] Vide ad Eun. II. 3. 81. Unde filiam connubio nondum iunctam *intactam* vocat Virgilius, Aen. I. 345.

54. *Fecere alii saepe, item boni.*] Ita Plautus, Merc. II. 2. 47. *Fecere tale ante alii spectati viri.*

Quá resciscerem? haéc dum dubitas, ménses abierúnt decem.
Pródidisti et te, ét illam miseram, et gnátum, quod quidem in té fuit.
Quíd? credebas, dórmienti haec tíbi confecturós Deos?

ratione, quo modo fieret? et *qua ratione*; id est, quibus adminiculis, vel per quas personas? *Si te ipsum mihi puduit dicere.*] Optime hoc additum est: quasi non debuerit Aeschinum apud Micionem pudere. — 57. *Qua resciscerem?*] *Qua*, id est, per quos: et ad omnia subauditur, *numquid circumspexti?' Qua resciscerem?*] Deest *re*, vel *ratione*. *Menses abierunt decem.*] Mire *abierunt*. Quasi dicat, te cessante, menses cessere: et locus est incusationis a tempore. Et *abire* dicitur, quod paulatim nos deserit: hoc autem ex partu intelligit. — 58. *Prodidisti te, atque illam miseram.*] Vide festivum senem, quantum se adolescenti accommodet: non enim illum, quem causa deposcit, sed amatorium ordinem fecit, prius dicendo *prodidisti te*, quam *illam*; tum etiam *gnatum*, ut ex animo amare videatur id quod natum est. *Prodidisti.*] Decepisti, vel deseruisti, ut *Virgilius*, *unius ob iram Prodimur.* *Quod quidem in te fuit.*] *Sallustius*, *Quod in familia nostra fuit*, *praestitit*, *ut in omnibus bellis adesset vobis.* Et *Cicero*, *Senator P. R. quod in vobis fuit*, *iacuit et pernoctavit in publico.* *Quod quidem in te fuit.*] Pro, id quod in te erat: id est, quantum in officio tuo spei et auxilii partiumque tuarum fuit: vel, quantum ad te spectabat. Et hoc est illud, quod obsequentissimus pater vult, omnia per se esse correcta. — 59. *Dormienti haec tibi confecturos Deos?*] Quam mitis, quam faceta obiurgatio! Videtur satis Micio ille esse, qui antea est descriptus? *Quid? credebas, dormienti haec.*] Incerta distinctio: nam et per se *quid*? et *quid credebas*? legi potest: et velut hic subaccusatur Aeschinus, *Dormienti haec tibi confecturos Deos?* ἀπὸ τοῦ ἀδυνά-

---

57. *Haec dum dubitas, menses abierunt decem.*] Ita Eun. II. 3. 49. De decimo partus mense vide supra III. 4. 29. [*Dubitare* saepe iungitur cum accusativo pronominis neutrius generis. v. Ruddim. Insitutt. II. 226. 236. ed. Lips.]

58. *Prodidisti.*] Ita Heaut. III. 1. 70. IV. 1. 26. Hec. IV. 4. 50. — *Quod quidem in te fuit.*] Ita Plautus, Bacchid. III. 6. 11. *Ille*, quod in se fuit, *accuratum habuit.*

59. *Dormienti.*] H. e. socordi, et indiligenter rem agenti. Ita Heaut. IV. 4. 8. Phorm. V. 8. 18. Plautus, Epid. I. 1. 59. *Non enim nunc* dormitandum, *neque cunctandi copia 'st.* Vide supra IV. 4.

'Et illam sine tua ópera in cubiculum íri deductúm
domum?
Nólim ceterárum rerum té socordem eodém modo.
Bóno animo es: ducés uxorem [hanc]. *Aes.* Hem!
Mi. Bóno animo es, inquám. *Aes.* Pater,
'Obsecro, num lúdis tu nunc me? *Mi.* 'Ego te!
quamobrem? *Aes.* Néscio:

V. 62. *hanc* metri caussa cum Bentl. delendum.

---

tov. Et quae sint, quae a Diis cessantibus praestari non possint, sequenti versu docet, ne videatur de Diis male sensisse. *Dormienti.*] Multo melius, quam si diceret *cessanti.* Et non, *facturos:* sed, quod plenum est, *confecturos.* Et mire Deos ponit in eo negotio, quod ipse praestat: tanquam hic et se et Deos excuset, quod non fecerint Aeschino quae volebat, etiam *dormienti.* — 60. *Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?*] Ἀπὸ τοῦ ἄλλου ἀδυνάτου. Ordo, *deductum iri domum.* — 61. *Nolim ceterarum rerum te socordem.* Quam nihil imperiose ac pro auctoritate patria fit! *nolim*, inquit, *te socordem ceterarum rerum esse:* non dixit, *ne sis socors.* — 62. *Bono animo es.*] Apparet flenti haec dicta omnia esse: et hoc decuit verecundum adolescentem, et ex vi tantae orationis, et metu amittendae puellae. Et *es* modo imperativi modi est, temporis praesentis; nam *esto*, futuri est. *Duces uxorem.*] Datur in ultima obiurgatione et breviter, et plena securitas. *Hem!*] Singultientis fletu et gaudio dixit *hem.* 63. *Obsecro! non ludis tu nunc me?*] Moestus amatoris animus ludentem serio loqui credidit: vera dicentem, quia optata sunt, putat ludere nunc. Potest et ob hanc causam dicere, *ludis tu me nunc?* quod numquam eum antea luserit. *Ego te! quam ob rem?*] Magna vis pronominum cur non ludat, quibus et accessit consideratio rei; nam primo *ego*, deinde *te*, deinde causae propositio. Et recte *ludis.* Est enim amantis, in falsum metum conficere immi-

---

21. Eodem fere sensu dixit Ovidius, Arte Am. I. 43. *Haec tibi non tenues veniet delapsa per auras.*

60. *In cubiculum iri deductum domum.*] Vide Hec. I. 2. 60. [*Deduci* proprie dicitur virgo, quae alicui conciliatur. Ovid. Epist. XVI. 313. *Paene suis ad te manibus deducit amantem.* Vid. Interpretes ad Caes. B. G. V. 14.]

61. *Ceterarum rerum te socordem.*] Ita Cicero, pro P. Quintio, 3. Ceterarum rerum *paterfamilias et* prudens *et* attentus. De constructione hac consule Perizonium ad Sanctii Minerv. II. 3. n. 6. et 12.

Nísi [quia] tam misere hoc ésse cupio vérum, eo vereór magis.
***Mi.* 'Abi domum, ac Deos cómprecare, ut úxorem arcessás. abi.**
***Aes.* Quíd? iam uxorem? *Mi.* Iám. *Aes.* Iam? *Mi.* Iam; quantúm potest. *Aes.* Dî mé, pater,**
'Omnes oderínt, ni magis te, quam óculos nunc amó meos.

V. 64. *quia* versus gratia delevit Bentl. In vett. editt. *Nisi* deest, quod nec habet Donatus.

V. 67. Bentl. ex plerisque codd. *nunc ego, amò meos*, ut in ea sede dactylus sit, non trochaeus.

---

nente laetitia, qualibet sententia: inimici vero, in falsum gaudium quemquam impellere, sub alicuius moeroris adventum. Et ideo negat se Micio in hac parte lusurum Aeschinum, qui in aliis luserit. *Nescio.*] Religiose dixit *nescio:* quasi non sit ratio, quare non credat patri, quamvis subiecerit causam. — 64. *Quia tam misere hoc cupio esse verum.*] Pro nimis: quia nimia miseria: ut, *ne quid nimis;* hoc enim putant, qui virtutes mediocritates esse dixerunt. — 65. *Abi domum, ac Deos comprecare.*] Magnus institor sui beneficii est, qui a Diis petendum esse dicit, quod ipse praestabit: an ideo quia ordinis fuerat, prius rem divinam facere, et sic uxorem arcessere?. Et bene repetitum est *abi:* quasi haerenti morantique: ut, *vos istaec intro auferte: abite.* — 66. *Quid? iam uxorem?*] Accessit ad beneficium tempus. Et ideo *iam* quasi gestiens repetit adolescens. *Quantum potest.*] Aut deest *cito:* aut *quantum potest esse.* — 67. *Ni magis te, quam oculos nunc amo meos.*] Mire *nunc* addidit. Et eleganter inventum est, quod in se amator

---

64. *Nisi quia.*] Comicum est *nisi quia* et *nescio nisi.* Ita Eun. V. 6. 23. Heaut. III. 2. 30. Hec. II. 3. 6. Phorm. III. 1. 10. V. 7. 59. Plautus, Truc. IV. 3. 11. Cistell. I. 1. 5.

65. *Abi domum, ac deos comprecare.*] Ita loquitur, quia rite non contrahebantur nuptiae, nisi re divina prius facta. Ita Megadorus, ducturus Euclionis filiam, Plaut. Aulul. III. 6. 34. *eo lavatum, ut sacruficem.*

67. *Quam oculos.*] Ita Deméa de Aeschino, infra V. 7. 5. Plautus, Mil. IV. 1. 37. *quae te* tanquam oculos *amat.* Catullus, Carm. III. 4. *Quem* plus *illa* oculis *suis amabat.* Et XIV. 1. *Ni te* plus oculis meis *amarem.* Et sapit locutio haec phrasin sacram. Vide Zachar. II. 8. et Galat. IV. 15.

Mi. Quíd! quam illam? *Aes.* Aeque. *Mi.* Pérbenigne. *Aes.* Quíd! ille ubi est Milésius?
Mi. 'Abiit: periit: návem adscendit. séd cur céssas? *Aes.* 'Abi, pater:
Tú potiús Deos cómprecare; nám tibi eos certó scio,
Quó vir melior múlto es quam ego, obtémperaturós magis.

V. 70. Bentl. corr. *Tu deos pótius*, accentus caussa.

---

multum diligat, id est, oculos: ut e contrario in Eunucho, *Adolescenti ipsi eriperem oculos*, id est, ipsos de quibus amat. — 68. *Quid! quam illam?*] Commendat se Micio, et familiariorem amatori facit, mentionem faciendo saepius de amica in uxorem ducenda. *Aeque.*] Sic infert hoc, quasi dubitando invenerit. *Perbenigne.*] Multum putat, quia amator hoc dixit: ergo *benigne*, large, abundeque. *Quid! ille ubi est Milesius?*] Non amat, si statim timere desinit, unde *Virg. Omnia tuta timens. eadem impia fama furenti Detulit armari classem, cursumque parari.* — 69. *Abiit: periit: navem adscendit.*] Facete, *abiit:* ne diceret, mentitus sum, atque ita dixit, ut infantibus nutrices de terriculis dicere solent: quas quum ipsae confinxerint, abolitas volunt, postquam illos vident nimium pavere. Et mihi videtur ridens haec dixisse, ut intelligat Aeschinus, Micionem ioco fuisse mentitum. — 71. *Tibi obtemperaturos magis.*] Mira sententia, Deos obsequi bonis, quasi bonis hominibus multum debeant. Et in excusationem precandi Deos, vide

---

68. *Perbenigne.*] Formula gratias agentis. Horatius, Epist. I. 7. 15. *Vescere, sodes. Iam satis est. At tu quantumvis tolle.* Benigne.

69. *Abiit: periit: navem adscendit.*] Hystorologia; prius enim *navem adscendit*, quam *periit*. Plautus, Rud. II. 2. 19. *Leno* abiit *scelestus exulatum*, in navem adscendit. Cicero, Catil. II. 1. *Abiit, excessit, evasit, erupit.*

71. *Vir melior multo es quam ego.*] Ita loquitur, quia credebant, pietatem parentum liberis auxilio esse solere. Plautus, Poen. V. 4. 107. *Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.* — *Obtemperaturos.*] Videtur id velle, Deos esse obnoxios patri suo, et facere quaecunque velit. Ita Plautus, Poen. V. 4. 18. *Omnia faciet Iupiter, faxo, nam mihi est obnoxius, et me metuit.* [Ante *magis* omissum *eo*, de quo usu multa Ruddimannus Institutt. II. p. 104 et 308. St.]

Mi. 'Ego eo intro, ut, quae opus súnt, parentur. tú fac, ut dixi, sí sapis.
Aes. Quid hoc ést negoti! hoc ést patrem esse? aut hóc est filium ésse?
Si fráter, aut sodális esset, quí magis morem gé-reret?
Hic nón amandus? híccine non gestándus in sinu ést? hem!
Itaque ádeo magnam mi íniicit sua cómmoditate cú-ram,

V. 76. ante Bentl. erat *iniecit*, reluctante metro.

---

quae facultas nata sit patrem sine assentatione laudandi. Non est autem iniuriosum, ad patrem referre deprecationem Deorum: sed magis honorabile; nam tale est apud *Virgilium*, *Tu*, *genitor*, *cape sacra manu*, *patriesque penates*. Ut ipse patrem portet, hic Deos. — 72. *Ego eo intro*, *ut*, *quae opus sunt*, *parentur: tu fac*, *ut dixi*, *si sapis*.] Hic versus in quibusdam non invenitur. — 73. *Quid hoc est negoti!*] Et mirantis haec et laudantis oratio est. Et bene videtur huiusmodi patrem *Terentius* probare. — 74. *Qui magis morem gereret?*] *Qui*, quo modo, qua re, qua ratione, magis mihi indulgeret? — 75. *Hic non amandus?*] Omnia perfecit hic pater, ut et ametur, et laudetur, et foveatur. — 76. *Magnam mihi iniecit sua commoditate curam.*] Mira senten-

---

72. *Quae opus sunt.*] Intelligit sacrificium, vasorum supellectilium lavationem, vestes candidas, obsonia, vocationem genere proximorum et vicinorum, coquorum conductionem, tibicinas, lampadas, et similia. — *Si sapis.*] Formula suadendi. Ita Eun. I. 1. 31. IV. 4. 54. Heaut. IV. 4. 26. IV. 8. 31.

73. *Hoc est patrem esse?*] Ita Plautus, I. 5. 29. *Ehem*, illuc est patrem esse, *ut aequum 'st*, *filio?*

74. *Si frater*, *aut sodalis esset.*] Ita Plautus, Cistell. I. 1. 3. *soror si mea esset*, *Qui magis potueris mihi honorem ire habitum*, *Nescio.* Cicero, Fam. X. 11. *Si de filii tui dignitate esset actum*, *amabilius certe nihil facere potuisses.*

75. *Gestandus in sinu.*] Formula Graecis et Latinis familiaris. Vide Homerum, Iliad. Z. 135. et Σ. 398. et ibi Eustathium. Cicero, Fam. XIV. 4. *Cicero meus quid agat? Iste vero* sit in sinu *semper*, *et complexu meo.* Neque aliter scriptores sacri. Vide Ies. XL. 11.

76. *Commoditate.*] H. e. facilitate et obsequio. Ita Heaut. III. 2. 10. ibique annot.

Ne fórte imprudens fáciam, quod nolít. sciens cavébo.
Sed césso ire intro, né morae meis núptiis egomét sim?

V. 77. Bentl. corr. *Ne imprudens faciam forte quod nolit, sciens cavebo.* Nam ex lege versus *faciam* tribrachys esse debet, non, ut nunc est, anapaestus. In codd. aliquot *forte* deest; in aliis est *ne imprudens forte.*

---

tia; mala etiam de bonis nobis nasci, an bonus parens magnae curae est filio? — 77. *Sciens cavebo.*] Facere quod nolit scilicet. — 78. *Sed cesso ire intro, ne morae meis nuptiis egomet siem?*] Bene hoc, utpote obiurgatus.

---

78. *Ne morae meis nuptiis siem.*] Ita Plautus, Bacchid. II. 2. 46. *Ne mihi sit morae.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEXTA.

DEMEA.

Defessus sum ambulándo. ut, Syre, te cúm tua

1. *Defessus sum ambulando.*] *Hic exemplum inducitur saevi patris ex affectu vero, et ob hoc invisi omnibus, non autem tantum amare vultu, quam ipsa re, inducitur: nam neque sibi, neque cuiquam alii, sed filio tantum consultum cupit. De* autem *valde* significat. *Ut, Syre, te cum tua monstratione.*] *Ut* pro *utinam.* Et haec omnia anhelans dixit. *Te cum tua.*] Adhuc non credit in errorem se missum fuisse. *Te cum tua monstratione.*] Ἰδιωτι-

---

1. *Defessus sum ambulando.*] Ita Pacuvius, Teucro: *Postquam defessus perrogitando advenas.* Integra autem haec scena exscripta e Plauti Amph. IV. 1. — *Cum tua monstratione.*] De hoc usu particulae *cum* vide ad And. V. 4. 38.

Monstrátione mágnus perdat Iúppiter!
Perréptavi usque omne óppidum: ad portam, ád lacum:
Quo nón? neque illíc fabrica úlla erat, neque frátrem homo
Vidísse se aíbat quísquam. nunc veró domi
Certum óbsidere est úsque, donec rédierit.

V. 4. ne *fabrica* in thesi lateat, Bentl. scribit: *Quo non? nec fábrica illi úlla erat: nec fratrem homo.* Enimvero codd. eius habent *Fabrica illic ulla*, et *nec nec.* Ita *illi* pro *illic* dictum, ut passim apud Plautum.

κῶς, *te cum tua monstratione.* — 3. *Perreptavi usque omne oppidum.*] Tardus incessus, non perambulatio, sed *perreptatio* dicitur. *Ad portam, ad lacum: quo non?*] Mire propinquiora omisit, utpote *porticum*, *macellum*, *Cratini aedes*, *templum Dianae:* et ultima posuit, ut quantum peragraverit, demonstraret. *Ad lacum.*] Facete poëta memorem inducit senem, quorum minime opus fuit meminisse. — 4. *Quo non?*] Duobus dictis, *quo non?* addidit: quasi et ad dicendum lassus appareat. — 6. *Certum obsidere est usque, donec redierit.*] Proprie *obsidere* dixit; convenit enim et irato, et repente aggressuro. Et ab eo quod est *obsideo*, *obsidēre* facit, producta media syllaba: ab eo quod est *obsido*, *obsidere* facit, eadem syllaba correpta.

---

2. *Magnus perdat Iuppiter.*] Ita Plautus, Amph. II. 1. 19. *Iupiter te perdat.*

3. *Perreptavi usque omne oppidum.*] [Indicat gressum tardum ac lentum, utpote senilem.] Pluribus verbis haec exsequutus est Plautus, Epid. II. 2. 13. seqq.

6. *Obsidere.*] Notat diu sedere. Unde *obsessor fori* dicitur coquus, qui non conducitur toto die, apud Plautum, Pseud. III. 2. 18. Donatus non cepit.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEPTIMA.

MICIO. DEMEA.

Mi. Ibo, íllis dicam, núllam esse in nobís moram.
De. Séd eccum ípsum! te iamdúdum quaero, Mício.
Mi. Quidnám? *De.* Fero alia flágitia ad te, ingéntia,
Boni íllius adolescéntis. *Mi.* Ecce autém! *De.* Nova;

V. 2. Bentl. ex codd. suis plerisque: *quaero, o Micio.*

---

1. *Ibo, illis dicam.*] *In hac scena est exemplum intempestivae obiurgationis, ac per hos ridiculae.* *Ibo, illis dicam.*] Moris est secum loqui vel senes, vel maxime aliquid ex animo agentes. *Illis dicam.*] Sostratae et filiae. — 3. *Fero alia flagitia ad te, ingentia, boni illius adolescentis.*] Magno sonitu, ac ingenti ostentatione futurae accusationis exorsus est; magna sunt enim omnia, et *fero*, et *alia flagitia*, et *ingentia*, et quod εἰρωνικῶς, *boni illius adolescentis*, dicit. — 4. *Boni illius adolescentis.*] Εἰρωνεία, quae semper amarius ponitur, quam criminatio manifesta. *Ecce autem!*] *Ecce* dicitur, quum repente triste aliquid rebus intervenit laetis, aut certe, quum aliud agitur, aliud emergit novum: ut *Virgilius*, *Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens, immensis orbibus angues.* Et, *Ecce trahebatur passis Priameïa virgo Crinibus.* Et *Cicero, Ecce autem repente ebrio Cleomene, esurientibus caeteris*, etc. *Nova.*] Recentia, an mira

---

1. *Nullam esse in nobis moram.*] Ita And. I. 1. 189. Virgilius, Ecl. III. 52. *in me mora non erit ulla.* [*Illis*, sc. Sostratae et eius filiae. St.]

3. *Fero ad te.*] Res magnae *ferri* et *adportari* dicuntur a nunciis. Ita Phorm. V. 6. 17. Heaut. III. 1. 18. And. V. 2. 17.

[4. *Ecce autem.* Hac formula utuntur, quoties aliquid novum evenit, aut aliquid triste laetis rebus de improviso intervenit. Cic. pro Cluent. c. 5. *Ecce autem subitum divortium.* Liv. VII. 35. *Ecce autem aliud minus dubium.* ubi vid. Interpretes Eun. II. 3. 6. *Ecce autem alterum.* Vid. Broukhusius ad Propert. II. 22. 20.]

Capitália. *Mi.* Ohe! iam. *De.* Néscis, qui vir sít. *Mi.* Scio.
De. Ah stúlte! tu de Psáltria me sómnias
Agere: hóc peccatum in vírginem est civém. *Mi.* Scio.
De. Eho! scís? et patere? *Mi.* Quídni patiar? *De.* Díc mihi,
Non clámas? non insánis? *Mi.* Non. malím quidem.
De. Puer nátust. *Mi.* Dî bene vórtant! *De.* Virgo níhil habet.

V. 5. Bentl. *Ah nescis*, ex codd.

V. 6. Bemb. *O stulte*. Bentl. fortasse utrumque retinendum esse ratus coniicit: *Scio*. D. *ah*, *Oh stulte:* ut Demea, ex animo dolens, vix loqui possit sine interiectione dolentis.

V. 8. Bemb. *Oho*, probante Faërno et Bentleio.

---

et magna? ut, *Pollio et ipse facit nova carmina.* — 5. *Nescis, qui vir sit.*] *Εἰρωνεία*; nam *vir* ad laudem sumi solet, ut alibi, *virum te iudico.* *Scio.*] Satis ridicule, ne quod ille cupit, abneget Micio: vel ut consentiendo iracundiam Demeae acriorem fieri possibilem sibi mitigare queat; nam *scio* ad negotii totius gestionem retulit: non ad illud quod ait, *nescis, qui vir sit.* — 8. *Eho! scis? et patere?*] Iam et illi irascitur, non Aeschino. — 9. *Non. malim quidem.*] Alii volunt Micionem dicere, *malim quidem:* alii Demeam. — 10. *De. Puer natus est. Mi. Dî bene vortant!*] Hic bono exemplo inducitur Micio irascentem iuste Demeam leniter ferre: quia exanimato ob moerorem non convenit inclementer ire obviam, quum possit in tempore obiurgari, postquam destomacha-

---

5. *Capitalia.*] H. e. capitis supplicio luenda. Ita *fraudem capitalem* dixit Cicero, pro Rabir. Perd. c. 9.

6. *Somnias.*] H. e. hariolaris, per errorem existimas. Ita Plautus, Pseud. IV. 7. 91. *Quid somniatis?*

7. *Peccatum in virginem.*] Ita Phorm. V. 3. 20. Eodem sensu dixit Plautus, Aulul. IV. 10. 62. *Si quid ego* erga te *imprudens* peccavi.

9. *Non insanis?*] H. e. nonne expostulas et debacchar is? Ita supra IV. 2. 22. et Phorm. IV. 3. 37. [*Malim quidem* sc. rem aliter habere. St.]

10. *Di bene vortant?*] Explicat Donatus. Ita Eun. II. 3. 98. Plautus, Aulul. II. 3. 5. et Curc. V. 2. 58. *Deos volo bene vertere istam rem vobis.*

Mi. Audívi. **De.** Et ducenda indotata 'st. **Mi.** Scilicet.
De. Quid núnc futurum est? **Mi.** 'Id enim, quod res ípsa fert.
Illínc huc transferétur virgo. **De.** O Iúppiter!
Istóccine pacto opórtet? **Mi.** Quid faciam ámplius?
De. Quid fácias? si non ípsa re tibi istúc dolet;
Simuláre certe est hóminis. **Mi.** Quin iam vírginem
Despóndi: res compósita 'st: fiunt núptiae:

tus fuerit. Et vide quam facete: quum ille, *puer natus est*, ad argumentum mali attulerit: hic ita respondit, quemadmodum solent illi, quibus puellam nasci metuentibus, nuntiatur puerum natum esse; nam in omnibus quae cupita evenerint, *dii bene vortant* dici solet: quia saepe homines ea optaverunt, quae aliis aliter atque expectaverunt, contigissent, quam potestatem rerum vertentium semet in utramque partem Vertumno Deo superesse veteres existimaverunt. *Virgo nihil habet.*] Vult rem sine remedio videri: quia scit posse nuptiis finiri sollicitudinem. Et vide amaritudinem Demeae contra omnes, ut nec virgini ipsi parcat. — 11. *Audivi.*] Ἀφελῶς et cum ἐξουθενισμῷ respondendum, quasi leve sit, quod admissum sit. *Et ducenda indotata 'st.*] *Ducenda* scilicet, nisi damnandus sit Aeschinus. Et hoc verbum, necessitatis vim habet: ut, *pacem Troiano ab rege petendum.* — 12. *Quid nunc futurum est?*] More irascentium, quum ipse sciverit quid futurum sit, Micionem interrogat. Et huiusmodi interrogatio secundum figuram suam non habet responsionem: sed Micio sic respondit, quasi simpliciter inquirenti. — 13. *Illinc huc transferetur virgo.*] *Virginem*, quae etiam cum viro fuit, vocat. *Virgilius*, *Ah*, *virgo infelix.* *O Iuppiter! istoccine pacto oportet?*] *O Iuppiter*, tragice adiecit a Micione versus. *Istoccine pacto*, ad ipsum Micionem respiciens dixit. — 15. *Si non ipsa re istuc tibi dolet.*] Nunc *rem* pro *veritate* posuit. — 16. *Simulare certe est hominis.*] Non hoc dixit, quia hominis est mentiri: sed quia saepe iracundiae simulatio, custodia disciplinae est. *Iam virginem despondi: res composita 'st: fiunt nuptiae.*] Ne diceret, *despondi*, *composui*; *facio*. Et *despondet puellam* qui petit; *spondet* a quo petitur.

---

11. *Ducenda indotata 'st?*] Scilicet ex lege Attica stuprator virginis aut mortem obire, aut indotatam ducere cogebatur.

13. *Virgo.*] Ita dicitur virum iam experta. Horatius, Carm. II. 8. 23. *virgines nuptae.*

17. *Res composita 'st.*] Ita Hec. III. 5. 22. Phorm. IV. 3. 16. Plautus, Curc. V. 3. 23. *si potissum hoc inter vos componere.*

Demsí metum omnem. haec mágis sunt hominis. *De.* Caéterum,
Placét tibi factum, Mício? *Mi.* Non, sí queam
Mutáre: nunc, quum nón queo, aequo animó fero.
Ita víta 'st hominum, quási si ludas tésseris:
Si illúd, quod maxime ópus est iactu, nón cadit;
Illúd, quod cecidit fórte, id arte ut córrigas.
De. Corréctor! nempe tua árte vigintí minae

V. 21. Bentl. corr. *quasi si* pro *quasi cum*, quod libros occupavit.

Recte ergo socer futurus *despondi* dixit. — 18. *Haec magis sunt hominis.*] Bene repetit *hominis:* ille enim dixerat, *simulare certe est hominis.* *Caeterum, placet tibi factum, Micio?*] Nihil aliud volebat Demea, nisi ut saeviret Micio: quod impetrare non potuit, etiam ab eadem sentiente, de pravitate et peccato Aeschini. — 21. *Quasi, quum ludas tesseris.*] Rectum erat si diceret, *ita vita est hominum, quemadmodum tesseris ludere,* aut, *quemadmodum ludus est tesserarum.* Nota ergo genus locutionis. — 22. *Si illud, quod maxime opus est iactu, non cadit.*] Utrum, *quod opus est, iactu non cadit?* incerta distinctio. — 23. *Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.*] *Ars* adhibenda pro *fortuna;* non enim si male iactus ceciderit, deserendus est ludus. Et *forte* nunc pro *fortuna* intelligendum. — 24. *Corrector!*] Quia dixit, *arte ut corrigas.* Sed

---

19. *Placet tibi factum?*] Formula expostulandi. Ita Eun. IV. 2. 12. Plautus, Amph. I. 3. 16. *Here, venisti media nocte; nunc abis,* hoccine placet?

21. *Ita vita 'st hominum.*] Integrum hunc locum imitatus Guntherus Ligurin. I. 237. *Nunc igitur, veluti cum luditur alea, prudens, Si qua male acciderint, ea lusor corrigit arte: Sic nos, humanae lusit quos alea sortis, Consilio fati casum properemus iniqui Corrigere, et tanto solatia ferre dolori.* [De vitae humanae cum tesserarum ludo comparatione plura dabunt Gataker. ad M. Antonin. VII. 38. Iacobs. ad Antholog. Gr. Vol. II. P. III. p. 247. et quos laudavi ad Rempubl. Platon. T. II. p. 328. = p. 604. G. St.]

23. *Quod cecidit forte, id arte ut corrigas.*] Similis sententia Caesaris, B. C. III. 73. *Si non omnia caderent secunda, fortunam esse industria sublevandam.*

24. *Corrector!*] Sarcasmus acerbus. Ita Cicero pro Balbo, cap. 8. *O praeclarum interpretem iuris! auctorem antiquitatis,* correctorem *atque emendatorem nostrae civitatis!* — *Viginti minae*

Pro Psáltria periére: quae, quantúm potest,
Aliquo ábiicienda est: sí non pretio, at grátiis.
Mi. Neque ést, neque illam sáne studeo véndere.
De. Quid ígitur facies? *Mi.* Dómi erit. *De.* Prô Divúm fidem!
Meretríx et mater fámilias una ín domo?
Mi. Cur nón? *De.* Sanum te crédis esse? *Mi.* Equidem árbitror.
De. Ita mé Dî ament, ut vídeo egó tuam inéptiam;
Factúrum credo, ut hábeas quicum cántites.

V. 26. *at* om. liber Bemb. Delevit Bentl.

V. 28. Bentl. *Quid illa igitur facias?* Coniunctivum codd. suppeditarunt. Sed *illa* pronomen mera nititur coniectura. Equidem hac certe mutatione non opus esse censeo, licet sequatur *Domi erit.*

V. 30. Bentl. *Sanumne credis te esse.* Codd. *sanumne te.*

V. 31. Bentl. *ut videò túam ego ineptiam*, ex codd., numeris utique melioribus.

---

moris est iratis ab ultimo verbo contradicentis incipere. — 27. *Neque est, neque illam sane studeo vendere.*] In scopulo versatur Micio, in quo eligit ineptus potius videri, quam prodat Ctesiphonem patri. — 30. *Cur non?*] Posset dicere, *non est Aeschini amica:* sed celanda est culpa Ctesiphonis. — 31. *Ita me Dî ament, ut video ego tuam ineptiam.*] Ordo est, *ita me Dî ament, te facturum credo, ut habeas, quicum cantites.* Ipse se fallit, non inquirendo ulteriorem causam retentae in domo meretricis. Mire autem *cantites:* quasi turpius sit cantare senem cum psaltria, quam

---

pro psaltria periere.] Ita Plautus, Menaechm. I. 3. 23. *Quatuor minae periere plane.*

26. *Abiicienda.*] H. e. vili pretio vendenda. Ita Plautus, Mostell. III. 3. 2. *nunquam edepol me scio Vidisse usquam abiectas aedes, nisi modo hasce.* ubi v. Gronov. Phaedrus, IV. 4. 42. *Agros abiiciet moecha, ut ornatum paret.*

29. *Meretrix et materfamilias una in domo?*] Ita Cicero, Philipp. II. 41. *Ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matresfamilias versabantur.* Id ne fieret, honestiores sollicite cavebant.

31. *Ut video ego tuam ineptiam.*] Ita Heaut. IV. 8. 29. Cicero, Fam. XIII. 69. *Ut eius modestiam cognovi.*

Mi. Cur nón? *De.* Et nova nupta éadem haec discet. *Mi.* Scílicet.
De. Tu intér eas restim dúctans saltabís. *Mi.* Probe.
De. Probe? *Mi.* 'Et tu nobiscum úna, si opus sit. *De.* Heí mihi!
Non te haéc pudent? *Mi.* Iam véro omitte, Démea,

V. 35. illud *Probe*, quod Demeae tribuitur, solus habet cod. Bembinus. Quo deleto Bentleius hanc concinnavit lectionem: *Et túte nobiscum úna, si opus sit. D. Hei mihi!*

V. 36. Bentl. *omitte, o Demea*, e duobus codd., videlicet ne in hac sede trochaeus sit, quem arbitratur Terentium vitavisse. Sed falli virum egregium ad Andr. I. 1, 33. observatum est, ubi ex una illa scena apposuit Schopenius v. 4. 42. 44. 81. 100. 118.

---

coire. — 33. *Et nova nupta eadem haec discet?*] Alius subaudiet *dicere*, sed o magna in verbis elegantia! vide enim quam vim significet *discet*. Et ideo non *uxor*, sed *nova nupta*, quam ad omnia docilem esse, ipsum indicat nomen. — 34. *Tu inter eas restim ductans saltabis.*] Lusus est natus ab eo fune, quo introductus equus Durius in Troiam est, cum nexis manibus fune, chorum ducunt saltantes. Hoc a quibusdam dicitur, sed ego puto, manu consertos choros puellorum puellarumque cantantes *restim ducere* existimari: et id maxime convenire ad exagitandam importunitatem senis, veluti pueros imitantis. Simul etiam quia iste connexus manuum lascivus ac petulans adimit discretionem conditionis, dignitatis, aetatis, inter meretricem, novam nuptam, et senem. Et hoc, quemadmodum dictum est: et quanto stomacho iam ab Aeschino recessum est, et transitum ad Micionis luxuriam describendam. — 36. *Iam vero omit-*

---

33. *Nova nupta.*] Ita Plautus, Cas. IV. 3. 1. *Dum illam educunt huc* novam nuptam *foras.*

34. *Restim ductans saltabis.*] Primum amatores saltando studebant placere amicae. Plautus, Pseud. V. 1. 27. *postquam exsurrexi, orant med uti saltem. Ad hunc me modum intuli, ut illis satisfacerem ex disciplina. quippe ego Qui probe Ionica perdidici.* Lucilius, Sat. II. *Stulte saltatum te intervenisse cinaedos.* Horatius, Epist. I. 10. 48. de pecunia: *Tortum digna sequi potius, quam* ducere funem. Vide Comment. maiorem. [*Restim ductans saltabis.* Intelligit saltationis genus, quo funem tenentes saltabant et in diversum se invicem trahebant. Horat. Epist. I. 10. 47. *Tortum digna sequi potius, quam ducere funem.* ubi vid. Interpretes; inprimis Duker. ad Liv. XXVII. 37. 14.]

36. *Non te haec pudent?*] Veteres verbo *pudere* forma

Tuam istanc iracúndiam: atque, ita utí decet,
Hilarum ác lubentem fác te in gnati núptiis.
Ego hós conveniam: póst huc redeo. *De.* O Iúppiter!
Hanccíne vitam! hoscine móres! hanc deméntiam!
Uxór sine dote véniet: intus Psáltria est:
Domus súmtuosa: adoléscens luxu pérditus:
Senéx delirans. ípsa, si cupiát, Salus,
Serváre prorsus nón potest hanc fámiliam.

V. 38. Bentl. *fac te gnati in nuptiis.* e libro Bemb. aliisque.

---

te, Demea.] Mire urbanitatem expressit ultro obiurgantis, qui obiurgatus est. — 37. *Tuam istanc iracundiam.*] *Tuam istanc* dicendo et ridiculam et supervacuam significat. Et bene *iracundiam:* nam *ira*, de causa est: *iracundia* de vitio multum irascentis. *Atque, ita uti decet, hilarum ac lubentem.*] Bene addidit *lubentem:* multi enim *hilares* se simulantes non *lubentes* sunt. *Hilarum.*] Vetuste, non *hilarem.* — 40. *Hanccine vitam! hoscine mores! hanc dementiam!*] Ἐλλειπτικῶς omnia, utpote stomachose secum loquens; deest enim *esse*, aut quid tale. — 42. *Domus sumtuosa.*] *Domus*, id est, homines. — 43. *Ipsa, si cupiat, salus, servare prorsus non potest hanc familiam.*] Σωματοποιΐα. *Plautus*, *Lubentiorem te faciam, quam ipsa lubentia est.* Etenim ὑπερβολή est, *ipsa salus, si cupiat servare, prorsus non potest hanc familiam.* Hinc licet aestimare quantum et coloris et gravitatis apud *Terentium* sit ad imitationem Caecilianam. Vide quantum creverit a superioribus, ut sic finiat.

---

personali utebantur. Ita Plautus, Casin. V. 2. 3. *Ita nunc* pudeo, *atque ita nunc paveo.* [Cfr. Ruddim. Instit. I. p. 271. ed. Lips.]

38. *Hilarum ac lubentem fac te.*] Plautus, Pers. V. 1. 8. *Omnes* hilaros, lubentes, *laetificantes faciam ut fiant.*

41. *Uxor sine dote.*] Plautus, Trin. III. 2. 55. *Meam vis sororem tibi dem; suades* sine dote. *hoc non convenit.*

43. *Senex delirans.*] Ita Phorm. V. 8. 8. Plautus, Epid. III. 3. 11. *profecto* deliramus *interdum* senes. Cicero, Senect. 11. *Senilis stultitia, quae* deliratio *appellari solet, senum levium est, non omnium.* — *Ipsa si cupiat salus, servare prorsus non potest hanc familiam.*] Ita Plautus, Capt. III. 3. 14. *Neque iam Salus servare, si volt, me potest.* Mostell. II. 1. 4. *Nec Salus nobis saluti iam esse, si cupiat, potest.* [Cicero Verrin. III. 57. *quo ex iudicio te ulla Salus servare posset?* St.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

SYRUS. DEMEA.

Sy. Aedepól, Syrisce, té curasti mólliter,
Lautéque munus ádministrastí tuum.
Abi! séd postquam intus sum ómnium rerúm satur,
Prodeámbulare huc libitum est. *De.* Illud sís vide

V. 4. Bentl. „Lege et subdistingue: *Illuc sis vide; Exemplum disciplinae.*"

1. *Aedepol, Syrisce.*] *Hic exemplum inducitur licentiae servorum sub miti domino.* *Aedepol, Syrisce, te curasti molliter.*] Quia detexit Ctesiphonem, iam oportet ut ebrius inducatur Syrus: per cuius fallacias tegatur adeo. Et *Syriscum* se dicit, non *Syrum*, τῷ ὑποκορίσματι. *Molliter.*] Delicate. — 2. *Lauteque munus administrasti tuum.*] Ut quicquid esset bellissimum, carperes, cyathosque sorbillares. Aut *munus* servile, esse et bibere. — 3. *Abi!*] Verbum vel sibi vel alteri cum laudatione blandientis; nam sic dicunt, qui iam compotes sunt votorum omnium, perfectique in rebus universis. — 4. *Prodeambulare.*] Nota duas praepositiones uni dictioni adiunctas. Ut: *pede prosubigit terram.* Et ἀμφιπεριπλέκτην. Et, optime ad delicias exprimendas hoc verbum convenit; nam procedere segnem *prodeambulare* significat; nam *deam-*

1. *Syrisce.*] Ita ipse sibi blanditur servus plus potus. Eadem ratione Olympio apud Plautum Cas. III. 6. 14. *Olympiscus* dicitur. — *Te curasti molliter.*] Verbum *curandi* in variis notionibus etiam de conviviorum laetitia usurpatur. Plautus, Poen. III. 3. 80. *Ego id quaero hospitium, ubi ego* curer mollius, *Quam regi Antiocho oculi curari solent.* [Cfr. Brouckhus. ad Tibull. I. 5. 33.]

2. *Lauteque munus administrasti tuum.*] Loquitur de edendi et bibendi provincia tanquam de insigni munere. Ita Ergasilus apud Plautum, Capt. IV. 3. 7. *Nunc ibo in praefecturam, ut ius dicam larido.*

3. *Abi!*] Vide Donatum. Et supra IV. 2. 25.

4. *Vide.*] Ita solent stomachantes. Ita Phorm. II. 3. 11.

Exémplum disciplínae! *Sy*. Ecce autem híc adest
Senex nóster. quid fit? quíd tu es tristis? *De*. 'Oh! scelus.
***Sy*. Ohe! iám. tu verba fúndis hic sapiéntia?**
***De*. Tun'? sí meus esses. *Sy*. Dís quidem esses, Démea,**
Ac tuám rem constabilísses. *De*. Exemplum ómnibus
Curárem ut esses. *Sy*. Quámobrem? quid fecí? *De*. Rogas?
In ípsa turba, atque ín peccato máxumo,

V. 8. Bentl. *Tu si meus esses*, ex compluribus libris mss. Ita continuatur oratio, *exemplo omnibus Curarem ut esses.* Nam v. 9. corr. *exemplo.* Liber Bemb. *exempla.*

---

bulare etiam intus potuit. — 5. *Exemplum disciplinae!*] Quia unus ex multis reliquis. An quia senior, et nuper etiam paedagogus, ut ipse ait, *quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis.* — 6. *Quid fit? quid tu es tristis?*] Mire securitatem ebrii hic expressit; numquid enim pertimescit interventum senis, ut solebat, Syrus? aut quicquam praecavet? Subblanditur tantum, et ita rerum oblitus est, ut quum eum saevum sciat, causam tristitiae eius inquirat. — 7. *Tu verba fundis hic sapientia?*] Utrum *sapientia verba?* an *tu sapientia?* quia dixit supra, *tu, quantus quantus es, nihil nisi sapientia es.* *Fundis.*] Utrum sine ulla cessatione profers? An *Perdis?* secundum illud, *Nam quid tu hic agas, Ubi, si quid boni praecipias, nemo obtemperat?* — 8. *Dis quidem esses, Demea.*] Ab eo quod est *dis*, *ditis*, *dites* facit: ab eo quod est *dives*, *divitis*, *divites.* — 10. *Quamobrem? quid feci?*] Dicere, non esse sobrii Syri. — 11. *In ipsa turba.*] Non minus

---

7. *Tu verba fundis hic sapientia?*] Ita Plautus, Poen. I. 2. 61. *En monstrum mulieris! tantilla tanta* verba funditat. Ovidius, Metam. VII. 248. Verba *simul* fundit, *terrenaque numina poscit.* Vide Cl. Burmannum ad Ovid. Metam. VII. 590. [Alii ante *sapientia* subdistinxerunt, ut tanquam nomen substantivum vocativo casu intelligeretur. St.]

9. *Tuam rem constabilisses.*] Ita Plautus, Capt. II. 3. 92. *edepol* rem *meam* Constabilivi. Livius, IV. 49. *Qui agros sedesque ac fortunas* stabilire *volunt.* — *Exemplum omnibus curarem ut esses.*] H. e. exemplum in te ederem, quod ceteris documento esset, quid sit pericli, herum fallere, gnatum perdere. Ita Eun. V. 5. 4. et 6. Phorm. IV. 4. 7. Livius, II. 5. *Ut in utramque partem arcendis sceleribus* exemplum *nobile* esset.

Quod víx sedatum sátis est, potastí, scelus!
Quasi ré bene gesta. *Sy.* Sáne nollem huc éxitum.

ridicula importunitas Demeae est, quam ebrietas Syri: qui adversum temulentum tantae gravitatis oratione personat, ut ex dicentis vultu et verbis, et ex audientis habitu et stupore, magnam voluptatem percipiant spectatores; vides enim quanto pondere verborum cum ebrio litiget. — 12. *Potastis, scelus.*] Non quod plus videt senex, quam obiicitur oculis: sed oratorie *potastis*, dixit, quum unum ebrium cernat; propter illud quod ait, *exemplum disciplinae:* quasi in omnibus sit, quod in uno nunc aspicitur. *Virgilius, et crimine ab uno Disce omnes.* [Legit igitur D. *potastis*, quam lectionem merito improbat Bentl.] — 13. *Sane nollem huc exitum.*] Et hoc dictum argumento est, Syrum oblitum omnium rerum nihil respondisse Demeae per fallaciam: sed tantummodo poenitere quod exierit.

---

12. *Sedatum.*] Quaecunque in motu sunt, ubi ad priorem statum reducuntur, proprie *sedari* dicuntur. Vide interpretes ad Phaed. II. 5. 18. Uti vero h. l. *Turba* dicitur *sedari;* ita Cicero, Off. 1. 27. *Perturbationum sedationem* dixit.

13. *Quasi ré bene gesta.*] H. e. ita te effers, quasi re in provincia vel bello bene gesta triumphum duxeris; et magnifico epulo exceptus sis. Formula ducta a re militari. Ita Plautus, Amph. II. 2. 23. re gesta bene, *Victis hostibus, quos nemo posse superari ratu 'st.* Virgilius, Aen. IX. 157. *Quod superest, laeti,* bene gestis *corpora* rebus, *Procurate viri.* Florus, IV. 11. 1. de Antonio: *Captus amore Cleopatrae,* quasi bene gestis rebus, *in regio se sinu reficiebat.* Est autem *rem gerere* proprie cum hostibus confligere, et insignem aliquam victoriam ex iis referre. Horatius, Epist. I. 17. 33. Res gerere, *et captos ostendere civibus hostes.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

DROMO. SYRUS. DEMEA.

Dr. Heus! Sýre; rogat te Ctésipho, ut redeás. *Sy.* Abi.
De. Quid Ctésiphonem hic nárrat? *Sy.* Nil. *De.* Eho! cárnufex;
Est Ctésipho intus? *Sy.* Nón est. *De.* Cur hic nóminat?
Sy. Est álius quidam, párasitaster párvolus:
Nostín'? *De.* Iam scibo. *Sy.* Quíd agis? quo abis? *De.* Mítte me.

V. 4. Victor. Varr. Lectt. XXXVI. 18. testatur pro *parvolus* in libro Bemb. *paululus* legi, quod Bentl. narrat etiam in plerisque suis repertum esse, ideoque recepit.

1. *Heus! Syre.*] Quam clare dicat, ostenditur ex eo quod praemisit *heus*, antequam loqueretur. *Ctesipho.*] Mire additum nomen est: quum aut sine hoc aut per pronomen intelligi possit Ctesipho. *Ut redeas.*] *Redeas* dicendo, ostendit et illum inter pocula, a quo egressus est ebrius. — 4. *Est alius quidam, parasitaster parvolus.*] Non *alius parasitaster*, sed alius Ctesipho, qui est *parasitaster.* Et bene non *alter*, sed *alius:* quasi non duo, sed multi sint Ctesiphones. Et hoc sic pronuntiandum est, ut simul et quaerat, et dicat *nostin'?* Quasi sycophanta nunc addidit, *nostin':* nam veteratoris est, etiam mentientem confidere. — 5. *Quid agis? quo abis?*] Hoc iam ebrio convenit, non illi quem

4. *Parasitaster parvolus.*] Ita dixit, uti *Pisciculos minutos*, And. II. 2. 32. Dicitur autem *parvolus* et de aetate et de statura. [Recte Bentleius e codice Bembino edidit *paululus. Parvulus* etiam de aetate dicitur, *paululus* non nisi de statura. Liv. XXXV. 11. *equi hominesque pauluis et graciles.*]

5. *Iam scibo.*] Haec cum stomacho dicens Demea simul in

Sy. Noli ínquam. *De.* Non manum ábstines, mastígia?
An tíbi iam mavis cérebrum dispergi híc? *Sy.* Abit.
Aedepól commissatórem haud sane cómmodum,
Praesértim Ctesiphóni. quid ego núnc agam?
Nisi dum haé silescunt túrbae, interea in ángulum
Aliquo ábeam, atque edormíscam hoc villi. síc agam.

V. 7. Bentl. *dispergam*, e Bemb. quod minacius est.

---

cognovimus Syrum; nam quod retinet senem, confessionis genus est. — 6. *Non manum abstines? mastigia.*] Etiam iniecisse manum, ut teneret Demeam, ex ipsius verbis cernitur. — 7. *An tibi iam mavis cerebrum dispergam hic?*] Ut apparet, baculo minatur. *Abiit.*] Quia prohibere non potuit, demisso et desperanti vultu, quid factum sit, dicit, et abiisse Demeam pronuntiat. — 8. *Aedepol commissatorem haud sane commodum.*] Τῷ χλευασμῷ, tantum inopinatus supervenit, ut omnia sic offendat, quemadmodum qui comissatum ingreditur: quia comissatoris est supervenire ad scortum, et vociferari aliquid in iocularem strepitum, quare totum salse, totum ad Demeam contulit. — 9. *Praesertim Ctesiphoni.*] Bona exceptio, ut appareat omnibus incommodum, et in his Aeschino, sed praecipue Ctesiphoni. — 10. *Nisi dum hae silescunt turbae.*] Non quae iam sunt, sed quae erunt. — 11. *Hoc villi.*] Ὑποκόρισμα est *vini*: ut *unus ullus*, *asinus asellus*, *vanus vallus*, *vinum villum*.

---

aedes Micionis introrumpere parat. Plautus, Cas. III. 5. 22. *Scibis.* — *Mitte me.*] Ita Heaut. V. 1. 74. Plautus, Cas. II. 3. 15.

6. *Non manum abstines?*] Ita attrectantes et blandientes abigebantur. Plautus, Amph. III. 2. 22. *Potin' es, ut* abstineas manum? Lucilius, apud Non. v. Indulgere: Manum *a muliere* abstinere *melius est.* Vide ad And. IV. 4. 51.

7. *Cerebrum dispergi.*] Vide supra III. 2. 19. IV. 2. 32. Eun. IV. 7. 33.

8. *Commissatorem*] Vide Comment. maior. ad Eun. III. 1. 52.

10. *Silescunt turbae.*] H. e. considunt, componuntur. Ita Plautus, Mil. II. 6. 100. *Dum hae* consilescunt turbae, *atque irae leniunt.*

11. *Edormiscam hoc villi.*] *Villum* est deminutivum a vino, contractum ex *vinulum*. Plautus, Rud. II. 7. 28. *Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut* edormiscam *hanc* crapulam. — *Sic agam.*] Ita solent post deliberationem statuentes, quid facere velint. Cicero, Fam. XIV. 4. *Sine te igitur sim? opinor,* sic agam.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

MICIO. DEMEA.

Mi. Paráta a nobis súnt, ut dixi, Sóstrata,
Ubi vis. quisnam a me pépulit tam gravitér fores?
De. Hei míhi! quid faciam? quíd agam? quid clamem, aút querar?

V. 1. Bentl. *a nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata.* Sic Donatus.

Parata a nobis sunt, ita ut dixi, Sostrata, ubi vis.] *In hac scena collatio est personarum, mitis parentis ac saevi.* — 1. *Parata a nobis sunt.*] De verbis abeuntis vult ostendere poëta, quam orationem cum Sostrata habuerit ingressus Micio. Et vides quas ἐλλείψεις interposuerit. Primo, *parata a nobis sunt:* quae, non dixit: sed, *ita ut dixi* dicendo, significat se dixisse omnia. Deinde, *ubi vis*, fiant nuptiae, vel quid tale, aut omisit: aut dicturus hoc ipsum, audit vehementius fores esse pulsatas: et quod agebat, abiecit. — 2. *Quisnam a me pepulit.*] *A me*, modo est, *meas.* *Tam graviter.*] Quia irati omnia concite faciunt, quum pulsandae fores essent exituro foras Demeae, sic eas pulsavit, ut et his ipsis irasci videretur. — 3. *Hei mihi! quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar? ó coelum! ó terra! ó maria Neptuni!*] Multum laboravit *Terentius*, ut ἀναλογίαν servaret in dolore Demeae: quo maior debet in Ctesiphone reprehensio esse, quam in delictis Aeschini. Et nota, quod ubi non invenit quod dignum loqueretur, ab interiectione cepit, *hei mihi!* et adhuc quum pro rei magnitudine oratio parva esset, *quid faciam?* inquit. In alieno

1. *Parata.*] Domo egrediens Micio alloquitur Sostratam, Pamphilae matrem, quae intus manet.

2. *Quisnam pepulit fores?*] Ita supra IV. 5. 4. Frequentius autem *pulsari* et *pultari* dicuntur fores. De constructione vocum, *fores a me*, vide ad And. I. 3. 21. [Ex ea ratione, quam ad Andr. IV. 1. 58. explicuimus, ingressurus domum dicebatur *domum pellere* vel *pultare*; cum autem quis exire vellet, ostium *crepare, concrepare*: sed notandus hic locus, ubi etiam egressurus dicitur *fores pellere.*]

O coélum! o terra! o mária Neptuni! *Mi.* Hém tibi!

indignatus est: in suo *quid faciam?* inquit. In alieno litigavit: hic ait, *quid agam?* In alieno clamavit, et questus est: hic in suo relinquitur. Et praeter *διακόρησις* in Aeschini peccato Micionem accusavit: in Ctesiphonis, elementa cum Diis omnibus ac toto mundo. Mira *αὔξησις*, et quam imitatur *Virgilius* in Orpheo, post amissam rursus Eurydicen, *Quid faceret?* inquit, (omnia enim consumserat primus dolor.) *Quo se rapta bis coniuge ferret?* (nam quid praeter omnes terras atque inferos loci remanebat?) *Quo fletu Manes:* (per quem fletum Manes; quasi omnes primis luctibus impleverat lachrymis.) *Qua numina voce moveret?* cui nec ira quidem inexperta remanserat. Et vide hic gradus doloris et iracundiae: in tantum autem, ut iam crescere non possint, quippe in initio fabulae tantum tristis est Demea; nam sic audit a Micione, *Quid tristis es?* et ipse, *Rogas me? ubi nobis Aeschinus siet? quid tristis ego sim?* Inde mox procedit in peius: adeo ut sic incipiat, *Disperii! Ctesiphonem audivi filium una adfuisse in raptione cum Aeschino.* Inde postea dicit, *nae, ego homo sum infelix!* Ad postremum, *hei mihi! quid faciam? quid agam?* Et naturali quodam modo, postquam summus furor ad extrema pervenit, repente senex mutatur, et mitis est. — 4. *O coelum! ó terra! ó maria Neptuni!*] *Neptunus*, quia medius sit inter coelum et inferos, dum utriusque regni particeps habetur, elementorum omnium potior; nam ideo tridentem habet, pro numero trium elementorum: ut apud *Virgilium* idcirco dicit, *Iam coelum terramque meo sine numine, venti, Miscere!* Et apud *Homerum* sic idem, *Ὣς εἰπὼν, σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον, Χερσὶ τρίαιναν ἑλών. πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας Παντοίων ἀνέμων· σὺν δὲ νεφέεσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον.* Et hoc est quod ait *Horatius*, in arte poëtica, *Interdum tamen et vocem Comoedia tollit.* In haec enim tria, rerum natura dividitur. Ut *Virgilius*, *Principio maria, ac terras, coelumque profundum.* Et per hoc totum mundum accusavit. *O coelum! ó terra! ó maria Neptuni!*] Utrum Deos elementa vocavit, quod Diis quoque irascitur, qui in iis commorantur, ut dolentes solent? An quia Deos esse non putat, ideo haec omnia *Neptuni* dicit: quasi dicturus esset, *Neptunia fiant:* nisi intercederet persona Micionis: quem videns, ad aliud conversus, desiit diluvium et interitum rebus optare, obiecto

---

4. *O coelum! o terra! o maria Neptuni!*] Ita Plautus, Trin. IV. 3. 63. *Mare, Terra, Coelum, Di vostram fidem!* Iuvenalis, Sat. VI. 283. *Clames licet, et mare coelo Confundas.* [Sic *maria Oceani* dicit Flor. IV. 12. p. 817. ubi vid. Duker. Saepe autem coelum, mare et terram invocabant. Ovid. Trist. II. 53. *Per mare, per terras, per tertia numina iuro.* Addite Quinctil. Decl. VI. p. 182. *Di immortales, coeli, maris, inferorum praesides, vos solos habeo testes.*]

Rescívit omnem rem, id nunc clamat scilicet:
Parátae lites: súccurrendum 'st. *De.* 'Eccum adest
Commúnis corruptéla nostrûm liberûm.
Mi. Tandém reprime iracúndiam, atque ad té redi.
De. Represśi, redii: mítto maledicta ómnia:
Rem ipsám putemus: díctum hoc inter nós fuit,

V. 5. alii *ilicet*, quod legit Servius ad Aen. II. 424. Sed hoc ineptum.

V. 10. Bentl. *dictum intér nos hóc fuit.* ex codd. Sed Westerhov.

---

fratre, cui maxime irascitur, et propter quem detestabatur omnia. Tale est apud *Virgilium: Omnia vel medium fiant mare.* An omnia accusat, ut indignantes solent? Ut, *quem non incusavi amens, hominumque, Deorumque?* Et ut, *atque Deos atque astra vocat crudelia mater.* *Hem tibi!*] Τῷ ἰδιωτισμῷ *tibi;* nulli enim Micio loquitur. — 5. *Id nunc clamat.*] *Id*, ob id. *Scilicet: paratae lites.*] Videtur et ipse pertimuisse, dicendo *scilicet*, et *paratae lites.* Sed ut rursus confirmet se ipsum, quia *succurrendum 'st*, ait. — 6. *Succurrendum 'st.*] Ctesiphoni scilicet. — 7. *Communis corruptela nostrum.*] Qui communiter ambos corruperit. *Communis corruptela nostrum liberum.*] Maior accusatio est ista, quam prior: quippe quum iam modo de ambobus accusetur Micio, non de uno. — 8. *Tandem reprime iracundiam.*] Mire. Quia reprehendere nequit irascentem, nimietatem reprehendit irati. Et *ira*, de causa est: *iracundia*, de moribus. *Atque ad te redi.*] Quia *ira* ab eo quod est *ire* dicitur, quod a se eat, qui irascitur et furit. Et, *ad te redi*, proprie dixit. *Virgilius: Verum, ubi nulla fugam reperit fallacia, victus In sese redit.* Et *Cicero: Redit ad se, atque ad mores suos.* — 9. *Repressi, redii.*] Non quid dicatur, sed quo gestu dicatur, specta: et videbis neque adhuc repressisse iracundiam, neque ad se rediisse Demeam, sed quam mira est atque perspicua moralitas, in huiusmodi rebus, apparet. — 10. *Rem ipsam putemus.*] Videtur paulo citius destoma-

---

6. *Succurrendum est.*] Nimirum Ctesiphoni, cui lites paratae a Demea.

7. *Communis corruptela nostrum liberum.*] Ita dixit, uti supra II. 1. 34. *Pernicies adolescentium.* Plautus, Asin. V. 2. 17. *Is apud scortum corruptela est liberis.*

8. *Reprime iracundiam.*] Attius, Myrmidonibus: *Iram infraenes, obstes animis,* reprimas confidentiam. Idem, Telepho: *proinde istaec tua Aufer terricula, atque* animum iracundum comprime. — *Ad te redi.*] Vide ad Heaut. V. 1. 48.

10. *Rem ipsam putemus.*] H. e. expendamus; aestimemus.

Ex te ádeo est ortum, né tu curarés meum,
Neve égo tuum? respónde. *Mi.* Factum 'st, nón nego.
***De.* Cur núnc apud te pótat? cur recipís meum?**
Cur émis amicam, Mício? nam quí minus
Mihi idém ius aequom 'st ésse, quod mecúm 'st tibi?
Quando égo tuum non cúro, ne curá meum.

cum Faërno secutus est Bemb., quorum rationem ideo reiicit Bentl., quia *hoc* in ictu esse oporteat, et quia pronomina personalia, ut apud Graecos enclitica, accentum saepissime in praecedens verbum reflectant.

V. 15. Bentl. legendum arbitratur: *Numqui minus Mihi ius idem sit tecum, quod mecumst tibi?* Quippe *tecum* propter antithesin videtur necessarium. Quamquam haud scio an vulgatum defendere liceat. Certe Graecos ita locutos esse exploratum habeo.

---

chatus, quam res etiam incertae poscebant. Sed et hoc morale: nam iuste irati, omissa saevitia, ad ratiocinationes saepe festinant. Et praeterea illud accedit, quod non invenit iam, quod condigne dicat: simul etiam quia increpitus est a fratre, quod apud se iam non sit per iracundiam vehementem. *Rem ipsam putemus.*] Tractemus, purgemus; nam et hinc *putamina* purgamenta dicta sunt: ut *Plautus* in Captivis ait, *Nucleum amisi, retinui pignori putamina.* Et *Virgilius*, *Multa putans*, inquit. *Putare* proprie, est falsa et cassa a veris et utilibus resecare, unde arborum purgatores *putatores* dicuntur. Et *rem*, causam ipsam litis ostendit: ut, *mitte ista, atque ad rem redi.* — 11. *Ne tu curares meum.*] *Nam ambos curare propemodum reposcere illum est, quem dedisti.* — 12. *Factum 'st.*] Apparet, Micionem invitum quidem fateri, sed facete contemnere obiecta. — 14. *Cur emis amicam, Micio?*] Inclamatio ista nominis magnam invidiam significat. Ut, *Regnumne, Aeschine, hic possides?* Et, *pacem te poscimus omnes, Turne.* *Num qui minus mihi idem ius aequum 'st esse.*] Aut *num*, aut *qui* abundat. Et est ordo, *qui minus aequum est esse idem ius mihi.* *Qui* ergo *quare*

Ita Eun. IV. 2. 4. IV. 7. 43. Metaphora a calculis et rationibus deducta.

13. *Cur recipis meum?*] Vide ad Hec. V. 1. 16. [*Recipere* et *receptare* plerumque in malam partem dicuntur de his, qui fures latrones aliosque sceleratos in domum suam recipiunt et occultant. Hec. V. 1. 17. *meum receptas filium ad te.* Hinc *receptores* vel *receptatores* apud ICtos. Vid. Brisson. de Verbor. Significat. s. v.]

16. *Quando ego tuum non curo, ne cura meum.*] Ita

Mi. Non aequom dicis; non. nam vetus verbum hoc quidem est:
Commúnia esse amicórum inter se ómnia.
De. Facéte! nunc demum istaec nata orátio est.
Mi. Auscúlta paucis, nisi molestum est, Démea.
Princípio, si id te mórdet, sumtum filii
Quem fáciunt, quaeso hoc fácito tecum cógites:
Tu illós duos olim pró re tollebás tua,
Quod sátis putabas túa bona ambobús fore,
Et mé tum uxorem crédidisti, scílicet,

V. 17. Bentl. *dicis.* D. *Non?* M. *Nam vetus pr.* Fatetur tamen alterum ipsi non displicere.

---

vel *cur* significat. — 17. *Non.*] Confidenter *non* repetivit, non habens rationem quam subiiceret: nisi illi proverbium venisset in mentem. Nam quia se videt in malam causam incidisse, totum vernaliter et facete agit: et subiicit aequitatem, ubi iusto se tueri non potest. Quod tamen a Demea statim convincitur, dicendo, *nunc demum istaec nata oratio*, ut ostendat illum perturbatum contraria protulisse dictis suis superioribus. — 18. *Communia esse amicorum inter se omnia.*] Inter Pythagoreos ortum dicitur. — 19. *Facete! nunc demum istaec nata oratio est.*] Alii totum iungunt: alii separant. Et bene *nata est:* nam sic dicimus de rebus repentinis: ut supra, *e re nata melius fieri haud potuit, quam factum est, hera.* — 20. *Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.*] In duas partes dividitur tota persuasio: nihil passurum Demeam damni, nihil corruptelae. — 21. *Principio, si id te mordet, sumtum filii quem faciunt.*] Figurativa locutio est: ut, *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!* — 22. *Quaeso.*] Modo obiurgatorium est *quaeso.* — 23. *Pro re tollebas tua.*] Pro patrimonii tui qualitate. — 25. *Et me tum*

Plautus, Capt. III. 4. 99. *Meam rem non cures, si recte facias: num ego curo tuam?*

17. *Non aequom dicis; non.*] Vehemens negatio. Ita supra I, 2. 21. et 22. Phorm. II. 1. 60. Catullus, Carm. XIV. 16. Nón, nón, *hoc tibi, salse, sic abibit.*

18. *Communia esse amicorum inter se omnia.*] Cicero, Off. I. 16. *Ut in Graecorum proverbio est:* Amicorum esse omnia communia. Idem, de Legib. I. 12. *Unde est illa Pythagorea vox: ΤΑ ΤΩΝ ΦΙΛΩΝ ΚΟΙΝΑ.*

21. *Si id te mordet.*] Ita Eun. III. 2. 21. et 55. — *Sumtum filii quem faciunt.*] Vide ad And. II. 6. 19.

Ductúrum: eandem illam rátionem antiquam óbtine:
Consérva, quaere, párce: fac quam plúrimum
Illís relinquas, glóriamque istánc tibi:
Mea, quaé praeter spem evénere, utantúr sine.
De súmma nil decédet: quod hinc accésserit,
Id dé lucro putáto esse omne. haec sí voles
In ánimo vere cógitare, Démea,
Et mi, ét tibi, et illis démseris moléstiam.
De. Mittó rem; consuetúdinem ipsorúm. *Mi*. Mane:
Scio: ístuc ibam. múlta in homine, Démea,

V. 28. Faërn. dedit: *Illis relinquas: gloriam tu istam obtine*, nesci-

---

uxorem credidisti, scilicet, ducturum.] Ἐκαγωγή. — 27. *Conserva, quaere, parce: fac quam plurimum illis relinquas.*] Hoc sic pronuntiandum, ut appareat hanc ipsam voluptatem displicere Micioni. *Conserva* parta. *Quaere* nova. *Parce* omnibus. — 29. *Utantur sine.*] Aut deest, *his*, ut sit, *his utantur:* aut *mea utantur* antique locutus est. — 30. *De summa nihil decedet.*] Rei tuae scilicet. — 33. *Demseris.*] Pro, *demes.* — 34. *Mitto rem.*] Pecuniam. Et haec exclamatio est moralis nimis adversum tardos ac non intelligentes homines. *Consuetudinem ipsorum.*] *Loquor*, aut quid tale, subaudiendum. *Mitto rem: consuetudinem ipsorum.*] Vel ab utilitate ad honestatem transit: vel a rebus ad illos ipsos, de quibus agitur. Cavetur enim, ne aut rem perdant, aut ipsi pereant. *Mane: scio: istuc ibam.*] Moralis et faceta correptio, continens in se latenter blandimentum, quo deliniatur auditor. — 35. *Multa in homine, Demea, signa*

---

26. *Eandem illam rationem antiquam obtine.*] Ita And. IV. 5. 22.

30. *Quod hinc accesserit.*] H. e. quod a me accesserit ad tuos reditus. *Hinc* igitur dicens, semet indigitat.

31. *Id de lucro putato esse omne.*] Elegans formula. Cicero, Fam. IX. 17. De lucro *iam prope quadriennium vivimus.* Horatius, Carm. I. 9. 14. *Quem fors dierum cumque dabit*, lucro *Adpone.* Vide Phorm. II. 1. 16. Hec. III. 1. 7.

32. *In animo cogitare.*] Comicae locutiones sunt, *secum cogitare; in animo cogitare; cum animo cogitare.*

33. *Demseris molestiam.*] Ita supra IV. 7. 18.

[34. *Consuetudinem ipsorum.*] H. e. sed pravam eorum vitam et mores considera. St.]

35. *Istuc ibam.*] Vide ad Eun. I. 2. 44. et 75.

Signa insunt, quibus ex cóniectura fácile fit;
Duo quúm idem faciunt, saépe, ut póssis dícere,
Hoc lícet impune fácere huic, illi nón lícet:
Non quód dissimilis rés sit, sed quo is, quí facit.
Quae ego in íllis esse video, ut confidám fore,
Ita ut vólumus. video eos sápere, intelligere, in loco,
Veréri, inter se amáre: scire est líberum
Ingénium atque animum. quóvis illos tú die
Redúcas. at enim métuas, ne ab re sínt tamen

mus unde. Tenuit tamen Westerhov. Codicum lectionem restituit Bentleius.

V. 36. codd. *ex quibus*. Bentl. *quibus ex*. Fortasse *ex queis*.

V. 39. Bentl. *Non quo diss.* ex cod. Bemb.

V. 40. vulgo: *Q. ego illis inesse video*. Mutavit Bentl. ex codd.

V. 41. *eos* cum Bembin. post alios abiecerat Westerh.

---

insunt.] Obscurissimus sensus et re et verbis. — 37. *Duo quum idem faciunt.*] Obscure locutus est, quum hic sit sensus: *duo idem faciunt, quorum uni licet facere, alteri non licet. Duo quum idem faciunt.*] Nam ambo et sapiunt, et intelligunt, et loco verentur. non ingenii vitium, sed aetatis est. *Saepe, ut possis dicere.*] Melius est *saepe* ad superiora coniungere: nam possunt duo idem facere et casu, non ut similitudinem facere videantur, tunc ergo erit signum, *saepe idem faciunt. Dicere* autem posuit pro intelligere et scire: ab eo quod praecedit, id quod sequitur, ut, *foeneratum istuc beneficium pulchre tibi dices.* Et, *memorem me dices esse et gratum.* — 39. *Non quod dissimilis res sit.*] An quia huic licet? — 40. *Quae ego esse in illis video.*] Ordo et sensus hic est, *multa in homine, Demea, signa insunt, ex quibus coniectura facile fit: quae ego illis inesse video, ut confidam fore ita ut volumus.* — 41. *Intelligere, in loco vereri.*] Non, *in loco intelligere*: sed, *in loco vereri.* — 42. *Inter se amare.*] Cito dixit *inter se*: quod est, quum alter alterum invicem amat. — 44. *At enim metuas.*] Ἀντίθεσις ad priorem tra-

---

37. *Duo quum faciunt idem.*] Ennius, Hecuba: *Opulenti quum loquuntur pariter atque ignobiles, Eadem dicta, eademque oratio aequa non aeque valet.* Vide Comment. maiorem.

41. *In loco.*] Ita Heaut. III. 2. 26. Infra V. 9. 37.

42. *Inter se amare.*] Ita Plautus, Capt. II. 3. 60. *Videas corde amare inter se.* Cicero ad Q. Fr. III. 3. *Valent pueri, studiose discunt, diligenter docentur, et nos, et* inter se amant. [Proxima sic intelligas: *hinc*, ex illis signis, *cognoscere licet liberale ingenium.* St.]

44. *Reducas.*] Nimirum ad officium. Ita fere And. III. 3. 27.

Omissiores paúllo, ô noster Démea,
Ad ómnia alia aetáte sapimus réctius:
Solum únum hoc vitium senéctus adfert hóminibus,
Atténtiores súmus ad rem omnes, quám sat est;
Quod illós sat aetas ácuet. *De.* Ne nimiúm modo

V. 47. *senectus* ut disyllabon *snectus* lege. Sic Phorm. II. 3, 87. Et *senex* saepissime.

---

ctatum pertinens; qui est habitus de consuetudine rei familiaris. *Ne ab re sint tamen omissiores paullo.*] Quia amant, potant, olent unguenta. *At enim metuas, ne ab re sint tamen omissiores paullo.*] Oratorie *paullo*; nam non *paullo* omissiores fore Demea, sed *plurimum* fore credit et metuit. Et *ab re*, a patrimonio. — 45. *Omissiores.*] Ἀνειμένοι, ἀνετώτεροι, negligentiores. Sic in Heautontim. *Ubi te vidi animo esse omisso.* *O noster Demea.*] Blanda et cum quodam complexu eius, qui reprehenditur, incusatio, et de more sublata. Et sic hoc dixit, tanquam dicturus esset, *multa te latent*, *simplex homo es*; nam huiusmodi sententia latenter quandam dicentis auctoritatem fiduciamque designat. — 46. *Ad omnia alia aetate sapimus rectius.*] Praeterquam ad avaritiam. Et per hoc, quod optas liberis, vitium senectutis est. — 48. *Attentiores sumus ad rem omnes.*] Proprie *attentiores* reddit *omissioribus*: supra enim dixerat, *ne ab re tamen sint omissiores paullo.* *Quam sat est.*] Quasi dicat, attentos nos esse, non statim crimen est. — 49. *Quod illos sat aetas acuet.*] Μεταφορικῶς, *acuet.* *Ne nimium modo bonae tuae istae nos rationes, Micio, Et tuus iste animus aequus subvortant.*] Si *nae*, valde *subvortit* infra legendum est: si *ne*, pro non, coniunctio est, et *subvortat* legendum, ita ut subaudiamus *timeo*, vel aliquid tale. Et *tuae* et *istae* quod ait, significationem habent nulliusmodi rationem et ineptam; nam apparet, non eas probari ab eo, qui sic loquitur, ut supra, *iam vero omitte, Demea*,

---

— *Ne ab re sint tamen omissiores paullo.*] Ita Heaut. V. 2. 9.

47. *Solum unum hoc vitium senectus adfert hominibus.*] Caecilius apud Cic. de Senect. cap. 8. *Aedepol, senectus, si nihil quidquam aliud vitii Adportet secum, cum advenit; unum id sat est, Quod diu vivendo multa, quae non vult, videt.*

48. *Attentiores.*] Ita infra, V. 8, 31. Cicero, Fam. IX. 16. *Tum enim, cum rem habebas, quaesticulis te faciebam* attentiorem. ubi v. Manut.

49. *Acuet.*] Docebit, incitabit, hortabitur; Metaphora a cote deducta. Cic. Off. III. 1. *Itaque duae res, quae languorem adferunt*

Bonae tuae istae nós rationes, Mício,
Et túus iste animus aéquus subvortánt. ***Mi.*** **Tace:**
Non fiet. mitte iam ístaec: da te hodié mihi:
Expórge frontem. ***De.*** **Scílicet, ita témpus fert:**
Faciéndum est. caeterúm rus cras cúm filio

V. 50. Bentl. mavult *istaec*, ut alibi *haec* pro *hae*. V. *subvortat*.

Tuam istanc iracundiam. — 51. *Tace: non fiet.*] *Tace* nunc pro εὐφημισμῷ positum est: quasi diceret, non subvertet, ne dixeris, quod mali ominis verbum est. — 52. *Da te hodie mihi.*] Accommoda te ipsum voluntati meae; nam ad animum transtulit, quod est corporis, ut in Eunucho: *Mihi sese dare, sermonem quaerere.* Cicero, *Cerviculam iactare, et populo se accommodare.* *Da te hodie mihi.*] Si non vis, inquit, propter te; vel propter me mitis esto. — 53. *Exporge frontem.*] Quia *contrahi* contrario verbo dicitur. Et verbo istò ostenditur, quanto conatu opus sit ad explicandam tantam contractionem senectutis et severitatis. *Scilicet, ita tempus fert: faciundum est.*] Vide si non hoc sit, quod Graeci *MIPCOKαλήμερον* dicunt: nam sic, et *ita tempus fert*, et *faciundum* dicendo, ostendit se magis cogi necessitatibus, ut paullo sit tranquillior. Et cum tanta difficultate promittit, tanquam mala subiturus sit. Atque adeo maiorem partem secum disputat, necessario hoc velit nolit faciendum esse, ut sit laetior: et hoc quia *tempus fert.* — 54. *Faciundum est.*] Satis mire: tanquam necessitate cogatur ad gaudendum agrestis senex * *MICOKAΛHMEPOC.* *Caeterum rus cum filio cum primo lucu ibo hinc.*] Hoc ideo facit, quasi gaudere interim non possit, nisi se vicinae saevitiae proximitate soletur. —

---

ceteris, *illum* acuebant, *otium et solitudo.* Idem, pro Rosc. Amer. 38. *Illum* acuere: *hos, qui simul erant missi, fallere: illum identidem monere, ut caveret.* Virgilius, Georg. I. 123. *Curis* acuens *mortalia corda.* [*Quod*, ut Graec. ὃ pro καθ' ὅ, δι' ὅ. v. Gronov. ad Liv. XXVII. 7. 6. Drakenb. ad Liv. XXXII. 37. 6. Burmann. ad Virg. Aen. II. 141. Beier. ad Cicer. Offic. II. 8. 29. Fikenscher. Commentat. de coniunctione *Quod*. Norimb. 1826. p. 17 sq. St.]

52. *Da te mihi.*] Ita Eun. III. 3. 10. Plautus, Asin. V. 1. 21. *quin te ergo hilarem das mihi?*

53. *Exporge frontem.*] Quorum vultus tristis et contractus ad serenitatem mutatur, *exporrigere frontem* dicuntur. Ita Plautus, Cas. II. 4. 3. *Primum ego te* porrectiore fronte *volo mecum loqui.* [*Exporge frontem* i. e. ostende te hilarem. Plaut. Cas. II. 4. 3. *Primum ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.* Idem valet *frontem explicare, solvere, relaxare*, contrarium *frontem contrahere, corrugare, du-*

Cum primo lucu [ibo hinc]. *Mi.* Immó de nocte cénseo:
Hodié modo hilarum fác te. *De.* Et ístam psáltriam

V. 55. verba *ibo hinc* eiecit Bentleius. Aposiopesin agnoscit Donatus, ut is in suis codd. haec non videatur habuisse. Praeterea Bentl. scribit *luci*, quod est adverbium, ut *mani*. Et sic cod. G. Fabricii.

V. 56. Bentl. *hilarum té face*, ex tribus codicibus.

---

55. *Cum primo lucu.*] Ἀποσιώπησις. *Cum primo lucu.*] Veteres dicebant *lucum*, pro *luce*, pro sole ponentes. Ergo *cum primo lucu*, quum primum sol coeperit illucescere. *Cum primo lucu.*] Veteres masculino genere dicebant *lucem*. *Ibo hinc.*] Tanquam de malo loco. *De nocte.*] Abundat *de*. — 56. *Fac te.*] Eodem verbo utitur, quo iamdudum: ut laborem ad laetitiam se convertentis ostendat: id est, elabora ut sis hilaris. *Et istam psaltriam una illuc mecum hinc abstraham.*] Vide singulas syllabas, imbutas amaritudine rustica atque agresti. Nam *istam* odium significat. *Psaltriam.*] Saevitia in nomine est, quam deliciosam esse oportet. Et, *una mecum:* quam cum adolescentibus esse convenerat. Et *illuc:* ad quem locum psaltriam secum ire compellit? Deinde ne vel in itinere poena cesset, *cum filio ibo hinc*, inquit, *illam vero abstraham;* nam *illuc* eo animo dixit, quo supra, *ibo hinc*. Et apparet illum quasi mancipium ducturum puellam, non ut fidicinam. —

---

cere, adducere, adstringere. Vid. Lambin. ad Horat. Epist. I. 18. 94. et quae annotavimus ad Rutil. Lup. I. p. 69.] — *Scilicet ita tempus fert: faciendum est.*] Ita solent, qui post longam altercationem vinci se patiuntur. Ita Eun. I. 2. 105.

55. *Cum prime lucu.*] Aliter Plautus, Cistell. II. 1. 49. *Cum primo luci.* Cicero, Off. III. 31. *Cum prima luce.* Virgilius, Aen. VII. 130. *Primo cum lumine.* [*Luci* adverbialiter ponitur more antiquo, ut *mani* pro *mane*. Plaut. Cistell. II. 1. 49. *Cum primo luci cras.* Vid. Perizon. ad Sanct. Min. I. 9. p. 64. et Bentleius ad h. l. His autem temporum nominibus saepe additur praepositio *cum*. Hirtius B. Afric. c. 62. *Cum primo mane.* Sallust. Iug. c. 68. *Cum occasu solis.* Vid. Oudendorp. ad Sueton. Claud. c. 34. — *De nocte* h. e. statim a media nocte vel multa adhuc nocte. Cic. pro Mur. c. 33. *De nocte surgis.* Horat. Epist. I. 2. 32. *Surgunt de nocte latrones.* Sic *de die* est statim a meridie, multo adhuc die. Liv. XXV. 23. *De die epulatis iam vini satias principiumque somni.* ubi vid. Drakenb. Infra V. 9. 8. *Apparare de die convivium.* Vid. Bentleius ad Horat. Epist. I. 18. 91. et Ernest. in Clav. Cic. v. *de.*]

56. *Hilarum fac te.*] Ita supra IV. 7. 38.

Una illuc mecum hinc ábstraham. *Mi.* Pugnáveris:
Eo pácto prorsum illi álligaris filium.
Modo fácito, ut illam sérves. *De.* Ego istuc videro: atque
Illi favillae pléna, fumi ac póllinis,
Coquéndo sit faxo, ét molendo: praéter haec
Merídie ipso fáciam, ut stipulam cólligat:

V. 58. vulgo *illic alligaris.* Correxit Bentl. ex codd. *Illi* adverbialiter est *ruri.*

V. 60. vulgo *Atque illi favillae.* Alii *Atque ibi favillae*, quod secutus est Westerh.

---

57. *Mecum hinc abstraham.*] Non *abducam:* sed quod est saevientis, *abstraham.* *Pugnaveris.*] Magnam rem feceris. Sic *Lucilius, Vicimus, ô socii, et magnam pugnavimus pugnam.* — 58. *Eo pacto prorsum illic alligaris filium.*] Haec cum risu dicit Micio, et *ligare* est inicere alicui vincula. Quis vero dicitur *alligari* ad aliquid, sine quo esse non possit? Ergo proprie ad amicam alligari adolescentem dixit amatorem. *Prorsum* autem, certe, recte, ac vere significat. — 59. *Ut illam serves.*] Acuendum *illam:* hoc est, non iam filium, sed *illam* servá, in qua utrumque retinueris. *Ego istuc videro.*] Hoc est, *ut illam servem.* — 60. *Atque ibi, favillae plena, fumi, ac pollinis, coquendo sit faxo, et molendo.*] Atqui *molere* prius est, quam *coquere:* sed illud prius posuit, quo pulchritudo magis foedatur: an quia prius torreatur triticum, ut tundi possit? Ut *Virgilius, Et torrere parant flammis, et frangere saxo.* — 61. *Coquendo sit faxo, et molendo.*] Ne ametur scilicet. *Coquendo sit faxo, et molendo: praeter haec.*] Ἀπόδοσις octava. — 62. *Meridie ipso.*] Quum

---

57. *Abstraham.*] Quasi invitam et reluctantem. Ita And. I. 5. 8. III. 2. 39. — *Pugnaveris.*] H. e. rem magnam feceris. Plautus, Epid. III. 4. 57. Pugnasti, *homo es.* Cicero, Fam. III. 10. *Illud* pugna *et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur.*

58. *Illic alligaris.*] Nimirum, ruri seu agro. Aliter cepit Donatus.

59. *Ego istuc videro.*] Vide ad And. II. 6. 25.

61. *Coquendo sit faxo, et molendo.*] Lucil. XXVII. 81. *Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro.* De ancillarum laboribus vide Plautum, Merc. II. 3. 62. seqq.

62. *Meridie ipso faciam ut stipulam colligat.*] Virgilius, Georg. I. 297. *At rubicunda Ceres medio succiditur aestu.* Ovidius, Fast. IV. 705. *Captivam stipula foenoque involvit, et ignes Admovet. urentes effugit illa manus.*

Tam excóctam reddam, atque átram, quam carbó 'st.
Mi. Placet.
Nunc mihi videre sápere. atque equidem filium
Tum etiám, si nolit, cógam, ut cum illa uná cubet.
De. Derides? fortunátus, qui isto animó sies.
Ego séntio. *Mi.* Ah! pergísne? *De.* Iam iam désino.

V. 63. Bentl. de coni. *Places.*

V. 65. v. *cogas,* quod e Bemb. et aliis correctum. *Equidem* illa aetate nonnisi primae personae iungebatur. Accedit metri ratio, quae *cogam* flagitat.

V. 66. vulg. *istoc animo*, praeter versus legem. Correxit Faërn. et Bentl. ex cod. Bemb.

---

sol vehementior est. Et nomen fecit de adverbio. *Meridiem* dixerunt veteres, quasi *medidiem*, *R* pro *D* posito, propter cognationem harum inter se literarum. *Ut stipulam colligat.*] Quod sub sole fieri necesse est. — 63. *Tam excoctam reddam, atque atram.*] Ἰδιωτικῶς dixit *reddam*, pro *faciam*. Et *excoctam*, ad tenuitatem siccati coloris: *atram*, ad colorem retulit. Et vide quam aspera, quamque ingrata clausula sit, qua saevidici senis finitur oratio. *Placet, nunc mihi videre sapere.*] Non contradicit: timet enim suasor, ne laetitiam rursus provocet ad iurgium. — 64. *Atque equidem filium.*] Non solum suadet laetitiam, sed etiam ridere cogit invitum. — 66. *Derides? fortunatus, qui istoc animo sies.*] Hoc verbum vultu Demeae sic profertur, ut subrisisse videatur invitus. Sed rursus *ego sentio* amare severeque dixit. Et *ridet*, qui simpliciter ridet: *deridet*, qui cum alterius irrisione et contemtu ridet. *Fortunatus, qui istoc animo sies.*] Non laudantis est quod ait, *fortunatus:* sed moraliter reprehendentis, ut si dicas, quum te aliquid cura offenderit, fortunatos stultos qui nihil sentiant. At hoc quoque dixit in Eunucho: *At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati Possum.* — 67. *Iam iam desino.*] Et hic velut

---

63. *Excoctam reddam.*] Tibullus, I. 10. 15. *Uretur facies; urentur sole capilli; Deteret invalidos et via longa pedes.* — *Atram, quam carbo.*] Aliter Plautus, Poen. V. 5. 9. *Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat velim, Iam pol ego illam pugnis totam faciam, ut sit merula. Ita replebo atritate, atrior multo ut siet, Quam Aegyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.*

65. *Ut cum illa una cubet.*] Ita Hec. I. 2. 63. Plautus, Merc. III. 1. 41. *etiam cum uxore non cubet?*

Mi. I[illegible], et cui rei est, ei rei hunc sumamus diem.

V. 68. Ita Bemb. Vat. Basil. Faërn. Bentl. Vulg. [illegible]: *et cui rei opus est, ei hilarem h. s. diem.* quod tenuit Westerh.

---

necessitatem queritur imponi sibi. — 68. *Et cui rei opus est.*] Cui rei credis, nisi nuptiis? hoc est, ludo atque laetitiae, voto et gaudio nuptiali. *Hunc sumamus diem.*] Non accipiamus, sed impendamus, et consumamus. Unde et sumtum dicimus pecuniam, quae insumenda est.

---

68. *Hilarem hunc sumamus diem.*] Ita supra, II. 4. 23.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

DEMEA.

Numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,

V. 2. Bentl. corr. *fuat*, quia alioquin dixisset Terentius *Adportaret, moneret.*

Numquam ita quisquam bene subducta ratione.] *In hac scena exemplum inducitur hominum, qui virtutem taedio deserunt, ob contemtum eius quod apud omnes saevum esse, vitiosum sit. Et adeo favet Terentius clementioribus ac mitissimis patribus, ut hunc quoque adducat ad sententiam Micionis, non tamen hac sentientem, quod ita fieri oportet; sed quod ita res cogat. Vult enim naturalem inesse veris patribus acrimoniam: sed eam semper invidiosam esse adolescentibus.* — 1. *Bene subducta ratione.*] Bene disposita, bene computata.

---

1. *Bene subducta ratione.*] Lucilius XXIX. 31. *Equidem une hi modo* rationes subducent. Ratio loquendi a tabulis accepti et expensi deducta. Plautus, Capt. I. 2. 89. subducam ratiunculam, *Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.* Unde eleganter Cicero, Fum.

Quín res, aetas, úsus, semper áliquid adportét novi,
'Aliquid moneat; út illa, quae te scíre credas, nécias;
'Et quae tibi putáris prima, in éxperiundo répudies.
Quód nunc mi evenit. nam ego vitam dúram, quam vixi úsque adhuc,
Própe iam excurso spátio omitto: id quámobrem? re ipsa rźpperi,

V. 6. Priscianus quinquies citat *prope decurso*, probante Bentleio, qui *iam* delevit, quod a correctoribus putat versus causa intrusum. Et sane *excurso* inusitatum.

Ducere enim est digitis computare. *Seducere* est apud alium et palam: *subducere*, apud se ipsum et secreto, quo magis in verbo isto maioris attentionis et diligentiae signum est. — 2. *Quin res.*] *Quin* modo *cur non* significat. *Quin res, aetas, usus.*] Tria posuit, ex quibus *res* pro experientia ponitur: et hac dicit se esse mutatum; nam mox dicet, *re ipsa repperi, facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.* — 3. *Aliquid moneat.*] Σύλληψις est per casus; subauditur enim *quem.* — 4. *Quae tibi putaris prima.*] Ante alia eligenda: quae et primo loco ponenda, ac per hoc optima. — 5. *Vitam duram, quam vixi.*] Ἀρχαϊσμός, ut *Lucilius, Magnam pugnavimus pugnam.* [*Nam ego vitam duram, quam vixi usque adhuc.*] Prius dixit quid faciat, quam cur faciat. — 6. *Prope iam excurso spatio.*] Id est, ad cal-

---

I. 9. *Hic ego, quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus meis omnibus,* rationibusque subductis, *summam feci cogitationum mearum omnium.* [*Ducere, deducere, subducere rationes* propria verba sunt de rationibus pecuniariis. Veteres enim rationes computabant calculis additis vel subductis. Vid. Gronov. Obss. II. 10. *Subducit rationes,* qui eas computat et cognoscit, quid sit expensum, quid acceptum, quid reliquum. Plaut. Curcul. III. 1. 1. *Subduxi ratiunculam, quantum aeris mihi sit, quantumque alieni siet.* Cic. ad Attic. V. Epist. ult. *quid opus est, inquam, rationes conferatis; assidunt; subducunt, ad nummum convenit.* Hinc eleganti translatione *rationes subducere* dicitur, qui secum meditatur, quomodo recte vivendum sit. Cic. ad Div. I. 9. *Hic ego quantum humano consilio efficere potui, circumspectis rebus omnibus rationibusque subductis, summam feci cogitationum mearum omnium.*]

4. *Putaris prima.*] Ita Lucilius, Sat. Incerta: *Commoda praeterea patriae sibi* prima putare. — *Repudies.*] Ita And. IV. 3. 18.

6. *Prope iam decurso spatio.*] H. e. spatio vitae ad finem

Fácilitate nihil esse homini mélius, neque cleméntia.
'Id esse verum, ex me atque ex fratre cuívis fácile 'st nóscere.
'Ille suam semper égit vitam in ótio, in convíviis:
Clémens, placidus, núlli laedere ós, arridere ómnibus.
Síbi vixit: sibi súmtum fecit: ómnes bene dicúnt, amant.
'Ego ille agrestis, saévus, tristis, párcus, truculentús, tenax,

cem, propter ipsos decursus metasque vivendi. Et est, μεταφορὰ sumta a cursoribus. *Excurso spatio.*] Id est, in summa senectute. *Id quamobrem? re ipsa repperi.*] Quia secum loquitur, ideo multa reticet. Et deest, *faciam?* et, *si quis quaerat:* et, *dicam.* — 7. *Facilitate.*] Iam facilem se infert. Inter *facilitatem* et *clementiam* hoc interest: *facilis* enim, cuius ira cito solvitur: *clemens*, qui non irascitur. — 9. *Ille suam semper egit vitam.*] Hic iam quasi comparativa qualitas inducitur de utroque: et ut ille in initio fabulae locutus est, sic in fine hic loquitur. — 10. *Clemens, placidus, nulli laedere os.*] Mira varietas et in locis, et in partibus orationis. Et *clemens* est, qui *colit mentem* suam, nec eam vexat irascendo. *Clemens, placidus.*] *Clemens* est circa recte agentes: *placidus* etiam circa delinquentes. Et *clementis* est, *nulli laedere os: placidi, arridere omnibus.* Et *clemens* animo, *placidus* vultu. *Nulli laedere os.*] Id est, nullum praesentem laedere. Et vide quam grate a nominibus verba transeant. *Nulli laedere os, arridere omnibus.*] Voluptatis affectus est duplex: aut enim ex quiete voluptas est, aut ex aliquo actu, ergo hic utrumque complexus est. *Nulli laedere os.*] Adeo ut nulli se contristem faciat. Et haec est figura ἀναδρομή, quum recurrimus per ea quae diximus: et ἐξηγητικῶς omnia repetita sunt. — 12. *Ego ille*

decurso. Plautus, Merc. III. 2. 4. Decurso *in* spatio, *breve quod vitae relliquum 'st.* Explicat metaphoram Donatus. [Cfr. Lambin. ad Lucret. III. 1055. Schulting. ad Senec. Controvers. I. p. 121. quos laudat Ruhnk.]

10. *Nulli laedere os.*] Contrarium dixit supra, II. 4. 5. *In os laudare.*

11. *Sibi vixit.*] H. e. suo more et modo, non ex arbitratu uxoris. Ita Heaut. II. 3. 47. *ornantur sibi.*

12. *Ego ille agrestis.*] H. e. ferus, et rusticus. Cicero, Senect. c. 14. de rebus Venereis: *Libenter vero istinc, tanquam a domino* agresti *ac furioso, profugi*, Horatius, Epist. I. 18. 5. *Asperitas* agrestis, *et inconcinna, gravisque.*

Dúxi uxórem: quam ibi miseriam vídi! nati filii:
'Alia cura. Heia autem, dum studeo illis ut quam plúrimum
Fácerem, contrivi in quaerendo vítam, atque aetatém meam.
Núnc, exacta aetáte, hoc fructi pró labore ab hís fero,
'Odium. ille alter síne labore pátria potitur cómmoda:
'Illum amant, me fúgitant: illi credunt consilia ómnia:
'Illum diligúnt: apud illum súnt ambo: ego desértus sum.
'Illum ut vivat óptant: meam autem mórtem exspectant, scílicet

V. 14. Ita Bemb. Victor. Faërn. Bentl. *Heia* interdum corripientis est, auctore Donato ad Hecyr. II. 2, 7. Vulgo: *Alia cura. porro autem, illis dum studeo ut quam plurimum*, ruente metro.

V. 16. Bentl. *ab eis fero.* ut vitetur trochaeus, quem tamen usui Terentii non adversari alibi monuimus.

---

agrestis.] Bene addidit *ille*, quasi iam notus, hoc ipso quod ferus atque *agrestis*. Et *saevus* factis. *Tristis* animo: *truculentus* vultu. Et aliter dici potest, ut *tristis* sit, qui dolet: *truculentus* et *saevus*, qui terret. Et ideo αὔξησις mira per ista decurrit. — 13. *Duxi uxorem.*] Pendet, *duxi uxorem:* sed *etiam* cum magno significatu addendum est: maiore enim pondere subtrahitur coniunctio: nam, *duxi etiam uxorem*, dicendum fuit. *Quam ibi miseriam vidi!*] *Ibi* inquit, quasi uxor locus sit. Et hoc sine coniunctione, ut mala quae enumerat, multa videantur. — 14. *Alia cura.*] Non *altera.* — 17. *Patria potitur.*] Accusativo casu extulit, quod nos ablativo dicimus, id est, *patrio potitur commodo.* *Accius* in Clytemnestra, *Feras potiuntur plagas.* — 19. *Illum diligunt: apud illum sunt ambo: ego desertus sum.*] Hic ostendit *Terentius*, verum patrem et molestiorem et odiosum esse magis adolescentibus. — 20. *Illum ut vivat, optant.*]

---

13. *Quam ibi miseriam vidi!*] H. e. expertus sum. Virgilius, Aen. II. 5. *quaeque ipse miserrima vidi.* Est et phrasis sacra. Vide Psalm. XXXIV. 13. et 1 Petr. III. 10. — *Facerem* i. q. corraderem.

15. *Contrivi in quaerendo vitam.*] Ita Hec. V. 3. 17. Phorm. I. 4. 32. Plautus, Cas. III. 3. 4. *Contrivi diem.* Bacchid. IV. 6. 11. *Ferratusque in pistrino* aetatem conteras.

16. *Exacta aetate.*] Vide Heaut. II. 3. 89. Cicero, pro Deiot. 10. *Iam aetate exacta.* Sallust. Jug. 6. *exacta sua aetate.* ubi v.

'Ita eos meo labóre eductos máxumo hic fécit suos
Paúllo sumtu. míseriam omnem ego cápio: hic potitur gaúdia.
'Age age, nunc iam expériar porro cóntra, ecquid ego póssiem
Blánde dicere, aút benigne fácere, quando eo próvocat.
'Ego quoque a meis me amari et mágni pendi póstulo.
Si íd fit dando atque óbsequendo, nón posteriorés feram.

V. 23. Faërn. e Bemb. *Age, age, nunc iam experiamur porro contra et quid ègo possiem.* Alii aliter. Cod. Reg. et unus ex Palat. *experiar*, quod Bentl. restituit, versu etiam aliis in partibus emendato. *Experiar* est indicativus futuri, ut Andr. V. 2, 25. Phorm. III. 3, 26.

V. 24. Bentl. e Bemb. aliis *huc provocat.* Nil refert.

Σύλληψις; nam sic veteres loquebantur. Nos vero dicimus *illi optant*, non *illum*. *Illum.*] Micionem. — 23. *Nunc experiamur.*] Magis comice pluraliter *experiamur* dixit, quam si diceret, *experiar*. — 24. *Quando eo provocat.*] Non addit quis: sed intelligimus, Micionem significari. — 26. *Si id fit dando, atque obsequendo.*] Bene naturam secutus est, qui artem ignorat, putans agi veris omnia debere, non *dando* et *obsequendo*. *Si id fit.*] Id est, iam à liberis si magni pendòr. *Non posteriores feram.*] Subauditur, *partes*, aut, *non parvi faciam*, id est, non vincar a Micione. Et translatio est a partibus histrionum in fabula. *Non posteriores feram.*] Primus in his ero, inquit, in *dando, atque ob-*

Cortium. — *Hoc fructi pro labore ab his fero.*] Cicero, pro Sext. c. 31. *Piso ille, gener meus, cui fructum pietatis suae, neque ex me, neque a populo Romano ferre licuit.* — *Odium.*] Petronius, cap. 84. Praemium, *propter morum differentiam*, odium *habet.*

21. *Fecit suos.*] H. e. sibi devinxit et conciliavit. Ita And. V. 6. 12. Infra V. 6. 10.

24. *Benigne facere.*] H. e. liberalem et munificum esse. Plautus, Capt. IV. 1. 29. *Facis benigne.* Cicero, Fam. III. 72. *Quibuscunque rebus Caerelliae* benigne feceris. Catullus, Carm. LXXI. 3. *Omnia sunt ingrata: nihil* fecisse benigne *est.* [Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 127.]

26. *Non posteriores feram.*] Subaudi, partes. Sensus est, non ero secundo in loco, seu pretio. Contrarium est Eun. I. 2. 71. Translatio desumta a personis comicis, in quibus aliae primarum, aliae secundarum, aliae denique posteriorum erant partium. Ita Graeci eodem sensu *τὰ πρῶτα φέρεσθαι* et *τὰ ἔσχατα φέρεσθαι* dixerunt.

Déerit? id mea minime refert, quí sum natu máximus.

aequendo. — 27. *Deerit? id mea minime refert.*] Vide, remanere in Demea non penitus eiectam securitatem.

---

27. *Deerit? id mea minime refert, qui sum natu maximus.*] Ita Cicero, pro M. Coelio, 16. *Si egebis, tibi dolebit; mihi sat est, qui aetatis quod reliquum est, oblectem meae.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUINTA.

SYRUS. DEMEA.

Sy. **Heus! Démea, rogat fráter, ne abeas lóngius.**
De. **Quis homo? ó Syre noster, sálve! quid fit? quíd agitur?**
Sy. **Recte.** *De.* **'Optime 'st. iam núnc haec tria primum áddidi**

Heus! Demea, rogat frater, ne abeas longius.] *Hic ostendit poëta, quam absurde blandus conetur esse, qui non soleat: et quam immodica sit repentina largitas, ubi animus a parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excucurrerit.* — 1. *Heus! Demea, rogat frater, ne abeas longius.*] Ut apparet, iam edormivit crapulam Syrus. Et satis moraliter dixit, *frater:* nec addidit *tuus.* *Frater.*] Moraliter; nam deest *tuus.* — 2. *O Syre noster, salve! quid fit?*] Iam non haec blanda, sed dura sunt; nam *salve* dixit ei, non solum quem saepe viderit, sed cum quo toties litigaverit. *Quid fit? quid agitur?*] Interrogat et quum sciat, et quum damnet actus eius. — 3. *Recte.*] Bene respondit *recte:* hae enim interrogationes de salute atque incolumitate eius sunt, qui interrogatur. *Haec tria.*] Deest *verba.* *Iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster! quid fit?*

---

1. *Ne abeas longius.*] Ita Eun. IV. 2. 5. Plautus, Menaechm. II. 2. 52. *Proin tu ne quo abeas longius ab aedibus.*

Praetér naturam: o nóster! quid fit? quíd agitur?
Servom haúd illiberálem praebes te; ét tibi
Lubéns bene faxim. *Sy.* Grátiam habeo. *De.* Atquí, Syre,
Hoc vérum 'st, et ipsa re éxperiere própediem.

V. 6. Bentl. mavult *Syre, hoc* ‖ *Verumst, et ipsa re experiere propediem:* ne *ipsa* priorem corripiat.

---

quid agitur?] Hoc pressius dictum est. — 4. *Praeter naturam.*] Plus dicit, quam si diceret, *praeter consuetudinem.* — 5. *Servom haud illiberalem.*] Dura et importuna repente commutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri, ostendit contra naturam suam niti Demeam. *Praebes te.*] Id est, te ostendis, factis probas. *Et tibi lubens bene faxim.*] Et bene ad quam rem aptum est, *bene faxim* addidit. Quis enim credat tam subitis post saevitiam blandimentis, nisi factis quoque vera esse ostendantur? *Et tibi lubens bene faxim.*] *Et* additum est, ut ostendat hanc esse sententiam; non solum te laudo, sed etiam iuvo: illud dicendo, hoc faciendo. *Et tibi lubens bene faxim.*] Potest hoc et sic intelligi, *bene tibi faxim; et lubens;* multi enim bene, sed non ex animo faciunt. Omnia ergo addidit, quae *placidum* ostendat ipsum, atque *clementem.* — 6. *Atqui, Syre.*] *Atqui* abundat per παρέλκον. *Syre.*] Asseveratio est non credentis. — 7. *Hoc verum 'st.*] Quasi falsum fuerit illud, quod iurgabat: et *hoc* sit *verum*, quod nunc dicit. *Propediem.*] Ὑφέν. Nam *propediem* adverbium est temporis: ut si diceret, *Cito.*

---

5. *Servum haud illiberalem praebes te.*] Sensus est: servis liberaliter; uti dicit And. I. 1. 11. [*Servum haud illiberalem* h. e. servum tali ingenio, quali non servi, sed ingenui et liberi homines esse solent. Vid. not. ad Andr. I. 1. 11.] — *Tibi lubens bene faxim.*] Ita Plautus, Trin. II. 2. 47. Bene *volo ego* illi facere, *si tu non nevis.* Dixit autem *faxim*, uti infra V. 6. 8. Sic Pacuvius, Periboea: *preçor veniam, petens, Ut quae egi, ago, vel* axim, *verruncent bene.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEXTA.

GETA. DEMEA.

Ge. **Hera**, ego hinc ad hos provisam, quam mox virginem
Arcéssant. sed eccum Démeam! salvós sies.
De. O! quí vocare? *Ge.* Géta. *De.* Geta, hominem máxumi
Pretí te esse, hodie iúdicavi animó meo.
Nam is míhi profecto est sérvos spectatús satis,

V. 1. Faërn. et Bentl. *hac* pro *hinc* e libro Bemb. et *proviso* pro *provisam*, eiusdem auctoritate codicis. Plaut. Men. V. 1, 4. *provisam, quam mox vir meus redeat domum.*

---

1. *Hera, ego hinc ad hos provisam.*] *Ad hos*, ad Micionem et Aeschinum scilicet. *Proviso* duas res significat: procedo et video. — 2. *Sed eccum.*] Hoc apud se. — 3. *O! qui vocare?*] Hac interiectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. *O! qui vocare?*] Post *o*, nomine vocaturus, non habuit quod diceret: et ideo subiecit, *qui vocare? Virgilius: O quam te memorem? virgo. namque haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem sonat. ó Dea certe, An Phoebi soror? an Nympharum sanguinis una?* Moris est autem inferiores proprio nomine vocari, si blandiri velis; sed hic nominis oblitus, dum dubitat, et inquirit, inhaesit pronomini. — 4. *Animo meo.*] Hoc est, secundum animi mei sententiam, et quantum ad animum meum pertinet. — 5. *Nam is mihi est profecto ser-*

---

1. *Hera.*] Sostratam, quae intus est, exiens alloquitur Geta. — *Proviso, quam mox virginem arcessant.*] Ita Plaut. Menaechm. V. 1. 4. Provisam, quam mox *vir meus redeat domum.*

3. *Hominem maximi preti.*] Ita And. V. 2. 15. *quantivis pretii.* [*Qui vocare* i. e. quod tibi nomen est. Senec. Epist. 95. *quaeramus, quid sint, non quid vocentur.*]

5. *Servos spectatus satis.*] H. e. bonitatis probatae, et

Cui dóminus curae est, ita uti tibi sensi, Geta.
Et tibi, ob eam rem, si quid usus vénerit,
Lubéns bene faxim. méditor esse affábilis:
Et béne procedit. Ge. Bónus es, quum haec existumas.

vos.] In hoc laudando quia non laborat, subiecit specialiter merita eius: aut, ut existimo, nihil habuit quod diceret nisi laudem, sine ullius facti mentione. Et *Mihi*, id est, quantum ad iudicium meum pertinet. — 6. *Cui dominus curae est.*] Quum hic *dominas* habeat, *dominum* dixit: quia praevalet masculinum. *Virgilius*, *Descendo, ac ducente Deo flammam inter et hostes Expedior.* Et praeterea sententia generalis inducitur, quum nullum specialiter *dominum* significat. *Ita, ut tibi sensi, Geta.*] Maximum delinimentum infert, eum nomine vocans, quod tantum superioribus est. Et vide quam grate, postquam ipse dixit, nomine appellavit Getam. — 7. *Et tibi, ob eam rem.*] Quid *et tibi?* utrum quemadmodum aliis? an quemadmodum Syro? *Et tibi, ob eam rem, si quid usus venerit.*] Defectus quidam rustici praeter naturam blandientis cogit dicta repetere sine gratia. Hae autem promissiones ad hoc praemittuntur, ut quum in subiectis agi a Demea huiusmodi res coeperit, non sit absurdum spectatoribus, Demeam tam cito esse mutatum. — 8. *Meditor esse affabilis.*] Sic hoc lentius, ut illud supra, *Iam nunc tria haec addidi Praeter naturam: O noster! quid fit? quid agitur?* —

---

frugi. And. I. 1. 64. IV. 1. 22. V. 1. 1. Plautus, Menaechm. V. 6. 1. *Spectamen bono servo id est, qui rem herilem Procurat, videt, collocat, cogitatque.*

7. *Si quid usus venerit.*] Ita Heaut. III. 2. 42. 45. et 46. Phorm. I. 4. 18. Plautus, Cistell. I. 2. 13. *Si quis usus venerit.*

8. *Lubens bene faxim.*] Utitur eadem formula, qua supra ad Syrum, V. 5. 6.

[9. *Bene procedit* i. e. ex voto succedit. (Nos dicimus: *es geht gut von Statten.*) *Procedere* saepe etiam simpliciter dicitur pro prospere succedere. Liv. II. 44. *Eandem viam, velut processisset Sp. Licinio, ingressus:* ubi vid. Drakenborch. Eodem modo dicitur *provenire.* Iustin. VII. 6. *Quibus rebus feliciter provenientibus;* unde *secundarum rerum proventus* apud Liv. XLV. 41: ubi vid. Drakenborchius. Utrumque verbum eodem sensu etiam de personis dicitur. Infra V. 9. 22. *Processisti hodie pulcre.* Plaut. Trucul. II. 6. 35. *Tu recte provenisti.* Vid. Schulting ad Senec. Suasor. I. p. 15.]

De. Paullátim plebem primulum fació meam. 19

10. *Paullatim plebem.*] Moraliter inferiorum turbam *plebem* dixit: hoc est, ut in urbe vulgus, ita in familia servos. Et fit translatio aliis, qui honores dolose, ac non pro merito petunt, ambitiosique sunt. *Plebem primulum facio meam.*] Hoc est, mihi faventem. Ut e contrario *Virgilius*, *Vadimus immisti Danais, haud numine nostro.*

---

10. *Paulatim plebem primulum facio meam.*] Imitatur Cicero, Mil. 35. Plebem *et infimam multitudinem* suam *se* fecisse *commemorat.* Videtur autem respicere prensationes ambitiosorum candidatorum, quibus ea disciplina erat, primum minutam plebem captare blande dicendo et benigne pollicendo. Ovidius, Arte Am. II, 259. Fac plebem, *mihi crede*, tuam.

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEPTIMA.

AESCHINUS. DEMEA. SYRUS. GETA.

Aes. OCCÍDUNT me quidĕm, dúm nimis sanctas núptias
Studĕnt fácere: in apparándo consumúnt diem.

V. 1. *quidem* postremam more solenni ante consonantem corripit. Quod qui ignorabant, *equidem* e Bemb. receperunt. At recte negat Bentl. *equidem occidunt* ea aetate auditum fuisse, et ultra Augusti seculum hunc morem perduravisse, quo *Equidem* non nisi primae personae functum sit.

---

1. *Occidunt me quidem.*] *Adolescens et Demea inter se affabiles imaginem praebent; et quam dulcis sit iunioribus assentatio, et*

---

1. *Occidunt me quidem.*] Sensum explicat Donatus. Plautus, Pseud. IV, 1. 21. Occidis me, *quum istuc rogitas.* — *Nuptias facere.*] H. e. adparare, adornare. Ita And. III. 2. 41. Heaut. V. 1. 22.

2. *Consumunt diem.*] Cicero, Fam. IV. 12. *Marcellum, collegam nostrum conveni, eumque* diem *ibi* consumsi, *ut cum eo essem.*

De. Quid ágitur, Aeschine? *Aes.* Ehém! pater mi,
tu híc eras?
De. Tuus hércle vero et ánimo et naturá pater;
Qui té amat plus quam hosce óculos. sed cur nón domum
Uxórem arcessis? *Aes.* Cúpio: verum hoc mihi mórae 'st,
Tibícina: ét Hymenaéum qui cantént. *De.* Eho!
Vin' tu huíc seni auscultáre? *Aes.* Quid? *De.* Missa haéc face;

quam ingrata censura. Ἰδιωτικῶς autem dixit, *occidunt me quidem.*] *Quidem* pro exspectatione est: tanquam in hac mora nullus alius occidatur, nisi qui amat, id est, ego. *Dum nimis sanctas nuptias.*] Et *nimis sanctas* ridicule additum est in ea ducenda, quae iam peperit; nam *sanctum* est, quod omni observatione inviolatum est. Et bene additum est *nimis:* quia *nimium* pro vitio ponitur: iuxta illam sententiam, qua dicitur: *ne quid nimis.* — 3. *Quid agitur, Aeschine?*] Iam ipse docuit, *quid fit?* et *quid agitur?* blandimentum esse. Iam nunc haec tria primum addidit praeter naturam, *o noster! quid fit? quid agitur? Ehem! pater!*] Non sine consternatione respondet Aeschinus: etsi hic blande interrogat, et miti vultu: nam ex improviso obiectus est Demea, et insperanti. — 4. *Tuus hercle vero et animo, et natura pater.*] Totum eripuit Micioni, cui ne animum quidem reliquit. — 5. *Qui te amat plus quam hosce oculos.*] Magis comicum, quam *amo.* *Sed cur non domum uxorem arcessis?*] Bene subiecit, quae volenti esse credebat. — 6. *Verum hoc mihi morae 'st, tibicina: et Hymenaeum.*] Hoc est quod ait; *dum nimis sanctas nuptias student facere.* *Hymenaeum* quidam Liberi et Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit; ideo per laudem cantatur virginalibus nuptiis ob huiusmodi meritum. Alii virum fortem atticum dicunt fuisse, qui raptas praedonibus virgines, oppressis latronibus, intactas patriae restituerit. Alii, quod ὑμὴν dicatur membrana quaedam, qua est munita virginitas, quae primo disrumpitur coitu, *hymenaeum* putant veluti *hymnum* vocari virginalium nuptiarum. Ergo hic accipe *hymenaeum* in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris *hymnum.* — 8. *Vin' tu huic seni aus-*

---

5. *Te amat plus quam hosce oculos.*] Supra IV. 5. 67.

6. *Mihi morae est.*] Supra IV. 5. 78.

7. *Tibicina, et hymenaeum qui cantent.*] Haec ad nuptialem pompam requirebantur. Plautus, Aul. II. 4. 1. *Postquam obsonavit herus, et conduxit coquos,* Tibicinasque. Cas. IV. 3. 11. *Di-*

Hymenaéum, túrbas, lámpadas, tibícinas:
Atque hánc in horto máceriam iube dirui,
Quantúm potest: hac tránsfer: unam fác domum:
Tradúce et matrem et fámiliam omnem ad nós. *Aes.* Placet;
Patér lepidissime. *De.* Eúge! iam lepidús vocor.
Fratri aédes fient pérviae: turbám domum
Addúcet: sumtum admíttet; multa: quíd mea?
Ego lépidus ineo grátiam. iube núnc iam

V. 15. libri vulgares: *et sumtum*, cum versus ruina. Bemb. *et* om. quod etiam West. abiecit.

---

cultare?] Contemsit se ipsum dicendo *huic seni:* hoc solum afferens causae, cur audiendus non sit, quod sit senex. Et totum hoc apparet laetissimo vultu dici. — 9. *Turbas, lampadas, tibicinas.*] Bene totum pluraliter, ut qui reprehendit sic multa. *Plautus, Quos tu mihi parasitos, luscos, quos Summanus somnias?* Haec igitur vultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti. — 10. *Atque hanc in horto maceriam iube dirui.*] *Maceria* dicitur paries nunc, * alicuius demacerata. — 13. *Euge! iam lepidus vocor.*] Apparet Demeam experiendi causa assentari, non quod animo faciat. — 14. *Fratri aedes fient perviae.*] Elegantius quam *fratris.* — 16. *Ego lepidus.*] Irridens adolescentis animum sic inquit. *Ineo gratiam.*] *In gratiam eo*, hoc est, ami-

---

rumpor cantando Hymenaeum. Catull. Carm. Nupt. LX. 4. *Iam veniet virgo, iam* dicetur Hymenaeus. Vide Donatum. [*Huic seni;* h. e. mihi. Non enim patris, sed amici partes agere vult. St.]

9. *Lampadas.*] His utebantur in nova nupta domum ducenda. Plautus, Cas. I. 30. *Primum omnium huic lucebis novae nuptae facem.* Vide Comment. maiorem.

10. *In horto maceriam.*] Plautus, Merc. V. 4. 49. *Illac per hortum nos domum transibimus.* Isidoro *maceriae* sunt parietes longi, quibus vineae aliquae (l. aliaque) clauduntur.

11. *Unam fac domum.*] Cicero, Lael. 27. Una domus *erat, idem victus, isque communis.*

12. *Traduce.*] Plautus, Cas. III. 3. 16. *Iamne hanc traduxti* huc ad nos *vicinam tuam?*

13. *Pater lepidissime.*] Plautus, Pseud. I. 3. 89. *Homo lepidissime.*

16. *Iube nunc iam.*] Recte explicat Donatus, insultantis esse verbum. Plautus, Most. II. 1. 79. *Iube venire nunc iam.* Rud. III. 4. 3. *Iube modo accedat prope.*

Dinúmeret ille Bábylo viginti minas.
Syre, céssas ire ac fácere? Sy. Quid agò? De. Dírue.
Tu illás abi et tradúce. Ge. Di tibi, Démea,
Bene fáciant; quum te vídeo nostrae fámiliae

V. 17. vulg. *illi*, quod Bentl. ex codd. mutavit. Neminem, inquit, hic alloquitur Demea: aversus hoc dicit. Patet hoc, quia nemo obtemperat, nemo exit, nec quidquam postea de viginti istis minis inaudimus. De praeterito loquitur Demea; in animo adhuc habet viginti minas, quas pro psaltria solverat Micio IV. 7, 14. Hic ergo fratrem ulciscitur; aliam familiam domum eius adducit; pervias ei aedes facit, assidue eum exedendum exponit, et insultans: Age nunc, inquit, dinumeret ille Babylo, ille prodigus, XX minas pro psaltria; parem ei gratiam nunc refero.

V. 18. Bentl. ex uno cod. *Quid ego?* sc. faciam.

---

cos comparo. *Iube nunc iam.*] Insultantis est verbum *iube*, tanquam praestet Micioni, hoc dicit Demea. Aut apud se dicit hoc. *Iube nunc.*] Quasi insultantes dicere solemus, nunc minari, nunc assistere, quem afflictum tenemus: ita et Micioni Demea dicit, *iube nunc. Iube nunc iam dinumeret illi Babylo viginti minas.*] Nimis morale est, quum de absente tanquam de praesente agimus. Est autem, *iube nunc iam*, figura etiam apud *Plautum* frequentissima. *Iube nunc iam.*] *Iube* sic dicit, quemadmodum supra ille, qui quum alius nemo adesset, alicui diceret. — 17. *Dinumeret.*] *Dinumeret* dixit, quasi multum numeret. *Illi.*] Cui *illi?* Ctesiphoni? Lenoni? an Aeschino? an Syro? *Babylo.*] Fratrem *Babylonem* ob nimiam liberalitatem vocat: an *Aeschinum* nimis prodigum? — 18. *Syre, cessas ire, ac facere?*] Ἰδιωτισμὸς dicitur. *Dirue.*] Hoc vultu dicitur adhortante. — 20. *Quum te video nostrae*

---

17. *Dinumeret illi Babylo viginti minas.*] Hac lectione, quam et Donatus tuetur et explicat, retenta, possit sensus esse, dinumeraverit illi Lenoni frater Babylo, ita vocari dignus ob prodigalitatem, viginti minas. Ita Scholiastès Iuvenalis, III. 221. Persicum *quasi divitem posuit, eo quod Persae divites. Sic Horatius*: Persicos *odi, puer, adparatus. Terentius*: Dinumeret nunc illi Babylo XX. minas. Plura vide in Comment. maiore. Plautus, Epid. III. 4. 32. *Si sexaginta mihi dinumerantur minae.* [Disceptant Interpretes *Babylo* sit dativus a Babylus, an *Babylo* vocetur primo casu. Posterior sententia verissima est. Nam fratrem vocat *Babylonem* pro prodigo, quod Medi et Persae tum omnium ditissimi et luxuriosissimi erant. Locum difficilem egregie expedivit Bentleius, cuius explicationem probat, cui raro Bentleiana placent, Burmannus ad Sueton. Ner. c. 36.]

19. *Di tibi bene faciant.*] Formula gratias agendi. Plau-

Tam ex ánimo factum vélle. *De.* Dignos árbitror.
Quid tû ais? *Aes.* Sic opínor. *De.* Multo réctius 'st,
Quam illám puerperám nunc duci huc pér viam.
Aegrótam. *Aes.* Nil enim vídi melius, mí pater.
De. Sic sóleo; sed eccum, Mício egreditúr foras.

V. 23. Bentl. *Quam illám puerperam hác nunc duci per viam*, ex codd. suis.

---

familiae tam ex animo factum velle.] *Ex animo alicui facere* est id facere, quod ille animo suo velit: aut certe ex tota mente praestare, non perfunctorie, sed *ex animo factum* bene factum intelligere debemus, ut sit *ex animo* quasi ex sententia. — 21. *Dignos arbitror.*] Multa desunt, et *vos*, et *esse*, et *qui fiant*. — 22. *Quid tu ais?*] Eo voltu dicitur *quid tu ais?* quo videmus loqui eos, qui interrogant gesticulante vultu, quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse. — 25. *Sic soleo.*] Potest *εἰρωνεία* videri: quippe quando tale consilium probat Demea, quod probaret adolescens.

---

tus, Menaechm. V. 7. 32. Tibi *Di semper, adolescens, quisquis es*, faciant bene. [*Tu illas abi et traduce.* Notanda est synchysis vel traiectio verborum pro *tu abi et illas traduce*, quae offendit Guyetum et alios, sed bene vindicata est a Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 11. p. 723. Sic Plaut. Mercat. V. 4. 35. *Serva et subveni hunc senem.*]

21. *Factum velle.*] H. e. favere familiae nostrae, eamque adiutare. Plautus, Bacchid. III. 3. 91. *Serva tibi sodalem, et mihi filium.* *Mh.* Factum volo. [*Factum velle* i. e. bene velle, favere. Gellius VII. 3. *Quum vellent regi esse factum.* ubi vid. magnum Gronovium. Symmach. I. 77. *Quaeso ut ei virtute, qua celsus es, factum velis.* Plura de hac exquisita formula Casaubon. ad Apuleii Apolog. p. 168.]

25. *Sic soleo.*] Ita Eun. II. 2. 48.

ACTUS QUINTUS.

SCENA OCTAVA.

MICIO. DEMEA. AESCHINUS.

Mi. Iubet fráter? ubi is est? tún' iubes hoc, Démea?

1. *Iubet frater?*] *Apparet Micionem dixisse*, cur diruis? *Sy-*

De. Ego vero iubeo; et hac re, et aliis omnibus,
Quam maxume unam facere nos hanc familiam;
Colere, adiuvare, adiungere. *Aes.* Ita quaeso, pater.
Mi. Haud aliter censeo. *De.* Immo hercle ita nobis decet.
Primum huius uxori est mater. *Mi.* Est. Quid postea?
De. Proba et modesta. *Mi.* Ita aiunt. *De.* Natu grandior.

V. 2. vulgo *est in hac re.* Delevit in Faern. itemque Bentl. cum plurimis codicibus.

V. 6. vulg. *uxoris est mater.* M. *Quid postea?* Sed *est* ante *Quid postea?* recte iterant mss. Pro *uxoris est* unus ex Bentl. codd. *uxori est*, quod Anglus restituit.

---

rum respondisse, quia hoc iubet frater tuus. *Iubet frater?*] *Dirui maceriam* scilicet. *Tune iubes hoc, Demea?*] Interrogative pronuntiandum totum. Ita erit una persona. Et ostenditur breviter ex huius verbis, quid prior dixerit Syrus. Et mirum initium: ne prooemio opus esset Demeae, ad profitendam mutationem voluntatis. — 2. *Hac re.*] Maceriae disiectione. *Et aliis omnibus.*] Ut nuptiis senilibus. — 4. *Colere, adiuvare, adiungere.*] *Colere* ad nurum pertinet: *adiuvare* ad Hegionem: *adiungere* ad Sostratam. Et notandum *soli* a superiore, ut, *posthabita coluisse Samo, hic illius arma.* *Colere.*] Subauditur *iubeo*, per ἔλλειψιν. — 5. *Immo hercle ita nobis decet.*] Antiqui si addebant statim verbum, *nos decet facere*, *nos decet dicere*: si non addebant, *nobis decet* dicebant. — 6. *Primum huius uxoris est mater.*] Incipit a persuasione, sed latenter, ita ut ea quae proposito consilio dicenda erant, ante demonstrarit, quam dicat quid fieri velit. Et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus, a quibus incipere non oportet, propter turpitudinem, aut incommoditatem rei, quae persuadenda est. Considera adeo apud *Virgilium*, ubi persuadet Iris matribus, ut naves suas incendant: et invenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quamplurima, *quin agite, et mecum infaustas exurite puppes.* Et initium a possibili factum est: nam dicit, *huius uxoris est mater.* — 7. *Proba et modesta.*] *Proba* sibi: et *modesta* apud alios. Et vide laudes consiliatoribus inventas et usitatas. *Ita aiunt.*]

---

3. *Unam facere familiam.*] Supra, V. 7. 9.

4. *Colere.*] Amicitiam. *Adiuvare* familiam inopem. *Adiungere* affinitatem. Quod *adstringere* dixit Plautus, Trin. III. 2. 73.

5. *Nobis decet.*] Vide supra III. 4. 45.

6. *Quid postea?*] Ita supra, IV. 1. 13. Vide ad Eun. II. 3. 78.

7. *Natu grandior.*] H. e. grandaeva. Ita Plaut. Aul. II. 2. 37.

Mi. Scio. *De*. Párere iam diu haec per annos non
potest:
Nec, qui eam respiciat, quísquam est: sola est. *Mi*.
Quam hic rem agit?
De. Hanc te aéquom 'st ducere: et té operam, ut fiát,
dare.
Mi. Me dúcere autem? *De*. Te. *Mi*. Me? *De*. Te, in-
quam. *Mi*. Inéptis. *De*. Si tu sís homo,
Hic fáciat. *Aes*. Mi patér. *Mi*. Quid? tu autem huic,
ásine, auscultas? *De*. Níhil agis.

Hoc ita respondet, quasi dicat, *sed quid mea?* — 8. *Scio.*] Adhuc Micio non intelligit, quo res tendat: sed tamen vultu quodam admirantis, cur hoc dicatur, respondet. *Parere iam diu haec per annos non potest.*] Recte, ne contra filios suadere videatur. *Parere iam diu haec per annos non potest.*] Hoc autem addidit, ne contra filios pater suadere videatur nuptias, si illis cohaeredes esse procreandos suadeat. *Haec per annos non potest.*] Bene *per annos:* quia non est sterilis. — 10. *Hanc te aequom 'st ducere.*] *Te*, Micio, scilicet. *Et te operam.*] *Te*, Aeschine: nam ad illum conversus a Micione est. Et quare Aeschinum operam dare aequum est? scilicet ut prosit socrui. — 11. *Me ducere autem!*] Magna vis in pronominibus posita est: nam *me* ille sic dicit, quasi quem minime deceat. *Te.*] Ille sic respondet, quasi quem maxime oporteat. *Ineptis.*] Verbum est, quod facit *ineptio, ineptis, ineptit.* *Si tu sis homo.*] Non *si es*, sed *sis* dixit: quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. *Si tu sis homo.*] Aeschine. *Si sis*, pro, si esse volueris, et, si credi homo volueris. *Si tu sis homo.*] Hic facete et mire epëgit Aeschinum ad persuadendum; non enim dixit, *si tu sis homo, persuade:* sed sic, *faciat:* ut ab illo non factum, sed effectum exigeret. — 12. *Mi pater.*] *Mi* vocativus casus est, ab eo quod est *meus*. *Quid? tu*

8. *Per annos.*] H. e. propter annos ingravescentes. Eun. I. 2. 82.

9. *Qui eam respiciat.*] H. e. curam eius gerat. Supra III. 2. 56. — *Sola est.*] H. e. deserta vivit, neque amicum habens, neque patronum. And. II. 3. 7. Eun. I. 2. 67. Supra III. 1. 4. — *Quam hic rem agit?*] H. e. quid sibi vult? quid intendit? ita Heaut. IV. 4. 18. V. 1. 69.

11. *Si tu sis homo.*] Formula leniter reprehendendi. Vide supra I. 2. 27. [*Me ducere autem.* Particula *autem* cum interrogatione indignandi vim habet et correctioni servit. Mox v. 17. *promisisti autem* et v. 27. *paulum id autem est.*]

12. *Asine.*] Ita Eun. III. 2. 5. Heaut. V. 1. 4. — *Nihil*

Fieri áliter non potést. *Mi.* Delíras. *Ae.* Sine te exorem, mi pater.
Mi. Insánis? aufer. *De.* Age, da veniam filio. *Mi.* Satin' sánus es?
Ego nóvus marítus ánno demum quínto et sexagésimo
Fiam! átque anum decrépitam ducam! idne éstis auctorés mihi?

huic, asine, auscultas?] Aptum convicium grandi et fatuo. — 13. *Fieri aliter non potest.*] A necessario. *Deliras.*] Proprio vocabulo usus est, tanquam loquaci. — 14. *Insanis? aufer.*] Congrue seni *deliras:* iuveni *insanis.* Et *aufer,* vel *te,* vel *manum:* nam rogans manum admovet scilicet, dicens *mi pater. Aufer.*] Aut *te* deest, aut *manum,* aut pro eo quod est *abi:* ut sit, *aufer te.* — 15. *Ego novus maritus.*] Apud *Menandrum* senex de nuptiis non gravatur. Ergo *Terentius* εὑρητικῶς. *Ego novus maritus anno demum quinto et sexagesimo fiam! atque anum decrepitam ducam!*] Hic deest et *quis,* et *quid,* et *quando,* et *quomodo:* ut sit, *quis? ego. Quid? novus maritus. Quando? anno demum quinto et sexagesimo.*] *Quomodo? anum decrepitam ducam. Anno demum quinto et sexagesimo.*] Haec aetas est, ut *Varro* ait, etiam comicorum senum. Et *demum* adverbium tarditatis est. — 16. *Atque anum decrepitam ducam!*] Hoc facete addit, tanquam faciendum hoc esset, si puella duceretur seni. *Idne estis auctores mihi?*] Hoc est, persuasores, ut *Virgil. Auctor ego audendi. Decrepitam.*] *Decrepitam,* aut stomacho anili et iracundo: aut *decrepitam,* obtusi animi et laesae senectutis: aut *decrepitam,* cui saepe moribun-

---

agis!] H. e. frustra operam sumis. Ita supra, II. 1. 13. *nihil facis.* [Plura collegit Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 120.]

14. *Aufer.*] Manum, vel dicta. Videtur enim Aeschinus manu demulcens patrem orasse. Ita Phorm. I. 4. 46. V. 6. 18. Plautus, Truc. IV. 4. 8. *aufer nugas.* [*Da veniam filio* h. e. fac rogata, concede quod filius petit. Cic. ad Quint. fratr. III. 1. *Caesaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti veniam non dedit.*]

15. *Novus maritus fiam?*] Ita Plautus, Epid. II. 2. 6. *Continuo maritus fiam.*

16. *Anum decrepitam.*] Vide ad Eun. II. 1. 25. Suetonius, Oth. 2. *Quamvis* anum, *ac pene* decrepitam. — *Inde estis auctores mihi?*] Ita Phorm. IV. 3. 20. Plautus, Pseud. I. 3. 2. *Quid mihi es auctor?* Suetonius, Caes. 19. Auctores Bibulo fuerunt, *tantundem pollicendi.*

Aes. Fac: prómisi ego illis. *Mi.* Prómisti autem? dé te largitór, puer.

De. Age, quíd, si quid te máius oret? *Mi.* Quási si hoc nón sit máxumum.

De. Da véniam. *Aes.* Ne graváre. *De.* Fác, promítte. *Mi.* Non omíttitis?

Aes. Non, nísi te exorem. *Mi.* Vís est haec quidem. *De.* 'Age; prolixe, Mício.

Mi. Etsi hóc mihi pravum, inéptum, absurdum, atque álienum a vitá mea

V. 18. libri plurimi: *quasi hoc non sit m.* Alii, *quasi non hoc sit m.* Bentl. *quasi si hoc non sit m.* Ita *quasi si* legitur supra IV. 7, 21. Plaut. Cas. Prol. v. 46. al.

V. 19. vulg. *omittis*, quod Faërn. et Bentl. ex codd. mutarunt. Ita versus existit a catalecticus, quales sunt ceteri.

dae crepuerit planctu familia, id est, clamaverit. — 17. *Largitor.*] Verbum est imperativi modi, futuri temporis. *De te largitor, puer.*] Acutius *de te* dictum est, quam *de tuo.* Et bene in eum, qui promiserat puellae coniunctionem suam. — 19. *Da veniam.*] Praesta beneficium, concede quod petitur. *Ne gravere.*] Ne te difficilem praebeas, quia *gravem se* dicitur *praestare*, qui id facile non praestat in beneficio, quod potest. *Da veniam, ne gravere, fac, promitte.*] Altrinsecus agentium fatigantiumque verba sunt. — 20. *Age, prolixe, Micio.*] Aut, *age prolixe*, id est, age benigne; ut sit *prolixe* benigne, secundum veteres, aut per ἀσύνδετον et ἔλλειψιν, *age*, correptivum: ut ad *prolixe* subaudiatur, *noster esto*, aut quid tale: et *Micio* velut insuavi dictum sit. — 21. *Etsi hoc mihi pravum, ineptum, absurdum.*]

17. *De te largitor, puer.*] Aliter supra I. 2. 37. Plautus, Menaechm. III. 3. 21. *da sodes abs te.* [*De te largitor* i. e. de bonis tuis. Plaut. Pseud. II. 4. 45. *Possum a me dare.* Cic. ad Attic. V. 21. *se a me solvere.* Vid. Schwarz. ad Plinii Panegyr. c. 26.] Dixit autem *puer*, blanda obiurgatione, quum Aeschinus iam esset maritus. Virgilius, Ecl. IV. 66. *desine plura*, puer.

19. *Ne gravare.*] Ita Plautus, Stich. I. 3. 32. *Promitte vero,* ne gravare.

20. *Vis est haec quidem.*] Formula, qua utebantur arctius pressi et oppressi. Plautus, Capt. III. 5. 92. Suetonius, Caes. 82. — *Age, prolixe.*] H. e. benigne et liberaliter. Cicero, Fam. VII. 5. *Neque mehercule minus ei* prolixe *de tuo voluntate promisi, quam eram solitus de mea polliceri.*

21. *Alienum a vita mea.*] Phaedrus, IV. 4. 40. *ut* moribus *quid teneat* alienum *suis.*

Vidétur: si vos tántopere istuc vóltis, fiat. *Aes.* Béne facis:
Mérito te amo. *De.* Vérum, quid ego dícam? hoc confit, quód volo.
Quid núnc, quod restat? Hégio istis ést cognatus próxumus,
Affinis nobis, paúper: bene nos áliquid facere illí decet.
***Mi.* Quid fácere? *De.* Agélli est híc sub urbe paúllum, quod locitás foras:**

V. 23. Totum hunc locum Bentl. sic legit et distinguit: *Aesch. Bene facis. Dem. Merito tuo te amo. verum. Mic. Quid? De. Ego dicam, hoc cum fit, quod volo. Mic.* || *Quid nunc? Quid restat? Dem. Hegio hic est his cognatus proximus.* Vulgo erat *Hegio his est*, quod mutavit Bothius ex cod. Friburg.

Pravum, si anum ducit nullo commodo suo. *Ineptum*, qui non voto filiorum ducat uxorem. *Absurdum*, homini qui nunquam duxerit, et numquam ducere voluerit, seni duci uxorem, quae adolescenti ducta non sit. — 22. *Si vos tantopere istuc voltis, fiat.*] Cur hic non vertitur de voluntate Sostratae? An quia illam consentire necesse est, vel propter pauperiem, vel ob amorem filiae suae? *Si vos tantopere istuc voltis, fiat.*] Ridicule dixit et comice, uxorem se ducere, non quia velit, aut debeat: sed ut obsequatur iubentibus. — 23. *Hoc confit, quod volo.*] Perficitur, inquit, quod volo: ut sumtum et turbam domum recipiat Micio, et ego ineam gratiam. — 24. *Quid nunc, quod restat?*] *Quod restat*, pro *quod sequitur*. An *quod restat* tanquam reliquiarum priorum, ac per hoc minimum? *Hegio his est cognatus proxumus.*] Commendatio personae quasi notae: etiam Micioni, ob merita sua. Et bene addidit *proxumus*: nam multi gradus et veluti rami sunt propinquitatis in affinitate et cognatione dispositi. — 25. *Affinis nobis.*] Recte; nam uxoris cognati marito affines sunt. *Pauper.*] Iam hoc nomine apparet aliquid flagitari. — 26. *Quod locitas foras.*] *Foras* dixit, locum pro persona ponens; quasi diceret, *nescio cui alieno*: sic et nos dicimus, *audi quid dicis* * *ecce hoc*, pro

---

23. *Merito te amo.*] Formula gratias agendi. Eun. I. 2. 106. — *Confit.*] Ita And. I. 1. 140. Cicero, Fam. IV. 5. de consolatione: *Per quos ea confieri debet.* Virgilius, Aen. IV. 115. *nunc, qua ratione, quod instat, Confieri possit, paucis, adverte, docebo.*

25. *Bene nos aliquid facere illi decet.*] Ita supra V. 5. 6.

26. *Agelli sub urbe paullum.*] Ita Plautus, Trin. II. 4. 107. *Est ager sub urbe hic nobis.* Martialis, XI. 18. 1. *Rus sub urbe.*

Huic démus, qui fruátur. *Mi.* Paullum id aútem? *De.* Si multúm est, tamen
Faciéndum est: pró patre húic est: bonus est: nóster est: recté datur.
Postrémo nunc meum íllud verbum fácio, quod tu, Mício,
Bene ét sapienter díxti dudum: Vítium commune ómnium est,
Quod nímium ad rem in senécta attenti súmus: hanc maculam nós decet

V. 27. Bentl. post *autem* interposuit *est*, ex codd. suis.

V. 29. olim erat *Postremo non meum*, quod mutandum viderunt Palmerius et Guilielmus. Praebuit *nunc* unus cod. Reg. apud Bentl.

---

ecce hic. *Cicero*, *Hic tum alius ex alia parte.* Deest ergo aliquid, ut sit, *quod locitas foras versum.* Aut si *foris: foris posito*, id est, alieno. *Sub urbe est paullum agelli hic.*] Totum cum contemtione pronuntiandum. — 27. *Huic demus, qui fruatur.*] Id est, qui fructum capiat, non proprietate potiatur. Proprie ergo, et quasi de iure dixit *fruatur.* Est autem *fruatur*, alatur: quia *frumen* dicitur summa gula, per quam cibum lingua demittit in ventrem. — 28. *Bonus est: noster est: recte datur.*] Ἐπιτροχασμὸς hortantis, et ἀσύνδετον multa congerentis. *Bonus est.*] Potuit responderi, *quid mea? Bonus est: noster est.*] Haec omnia vultuose, tanquam invidiam parsimoniae faciat Micioni. Et plus significat *noster*, quam si addatur, *quid noster. Noster est.*] Bene addidit; namque dixit, *pro patre huic est. Recte datur.*] Quasi non quaeratur, an dandum sit: sed illud solum, an *recte.* — 29. *Non meum illud verbum facio.*] Nunc *verbum* pro ἀξιώματι posuit, quod uno stringitur verbo. Ergo *verbum*, brevis sententia. *Non meum illud verbum facio.*] Nota *verbum* pro *sententia*, ut, *uno verbo dic, si quid est, quod me velis.* Et, *miseram me! quod verbum audio? verbum* dixit veram sententiam; nam *verba* esse a *veritate* dicta testatur Varro. — 31. *Hanc*

---

27. *Huic demus, qui fruatur.*] H. e. usufructuarium constituamus, ut annuos fructus et reditus percipiat, ipso agro manente nostro. Vide Comment. maiorem. et Donat. ad And. Prol. 5.

28. *Pro patre huic est.*] H. e. patris loco. Eun. II. 3. 83. Florus IV. 10. 9. *Utriusque coeli subita mutatio* pro pestilentia *fuit.* [De *si — tamen* vid. Matthiae ad Cic. Catil. III. §. 7. St.] — *Recte datur.*] H. e. iure merito, sed et tuto.

30. *Dixti dudum.*] Supra V. 3. 48.

31. *Maculam.*] H. e. ignominiam. Eadem metaphora dixit Iuvenalis XIV. 2. *Et nitidis maculam, ac rugam figentia rebus.*

Effúgere. dictum est vére, et re ipsa fieri oportet.
Mi. Gaúdeo
Quid istic? dabitur: quándoquidem hic volt. *Aes.*
Mí pater.
De. Nunc [tu] mi és germanus páriter animo et córpore.

V. 32. et seqq. audacius refinxit Bentleius. Egregie locum persanavit Hermann. Elem. Doctrin. Metr. p. 165. cuius emendationes recepimus. Itaque v. 32. ex cod. Lipsiensi interpositum *Gaudeo*, quod vulgo alieno loco positum post *pariter animo et corpore* legebatur.

V. 34. Herm. delevit *tu*, et ex cod. Lips. emendavit *animo et corpore:* vulgo enim erat *corpore et animo.* Post haec deinceps addita legebantur haec: *Mi. Gaudeo. De. Suo sibi gladio hunc iugulo.* Hermannus hic *Gaudeo* cum cod. Lips. delevit, et verba: *Suo sibi gladio hunc iugulo*, Syro tributa, ad proximam scenam traxit.

---

maculam nos decet effugere.] *Maculam* τῷ χλευασμῷ dixit, irridens opinionem Micionis: quia parsimoniam, *maculam* putet. Et simul auxit, primo *vitium*, deinde *maculam* dicendo. — *Suo sibi hunc gladio iugulo.*] Ἀλληγορία. Et non *suo*, sed *suo sibi*, moraliter, et ut veteres solent loqui.

[33. *Quid istic?*] Est formula concedentis. *Was ist da weiter zu thun?* v. Andr. III. 3. 40. Eunuch. II. 3. 96. Heaut. V. 5. 9. St.]

34. *Germanus pariter corpore et animo.*] Ita supra, V. 7. 4. Plautus, Cas. III. 4. 25. *Nunc tu mihi amicus es* germanum *in modum.* — *Suo sibi hunc iugulo gladio.*] Ita Plautus, Capt. I. 1. 31. Suo sibi *succo vivunt.* Ad eundem modum dixit Seneca, Controv. XIV. *In suis illum castris cecidit.*

ACTUS QUINTUS.

SCÉNA NONA.

SYRUS. DEMEA. MICIO. AESCHINUS.

Syr. Suó sibi gladio hunc iúgulo. fáctum est quód iussisti, Demea.
De. Frúgi homo es. ego aédepol hodie meá quidem senténtia
Iúdico Syrum fieri esse aequom líberum. *Mi.* Istunc líberum?
Quódnam ob factum? *De.* Múlta. *Sy.* O noster Démea! aedepol vír bonu's.
'Ego istos vobis úsque a pueris cúravi ambos sédulo: 5
Dócui, monui, béne praecepi sémper, quae potui, ómnia.

1. *Factum est, quod iusisti, Demea.*] Id est, diruta est maceria. — 2. *Frugi homo es.*] Utilis, ut fruges. *Aedepol hodie mea quidem sententia iudico Syrum fieri esse aequom liberum.*] Hoc est quod iamdudum promiserat Syro: sed nunc opportune; videtur enim modo meritum praecessisse. Et, *sententia iudico*, κυριολογία. — 4. *Quodnam ob factum?*] Iure; adscribi enim causas manumissionis, in iure formula est. *Multa.*] Oratorie maluit generaliter dicere, quam quaerere specialiter, quod invenire non possit. Et Micio singulariter unum quaerit, hic pluraliter multa respondet. *Aedepol vir bonus.*] Iurat bonum: quia praeter opinionem est. — 5. *Ego istos vobis usque a pueris.*] Intelligit Syrus, laborantem pro se Demeam non habere quod dicat: et ideo ipse prosequitur ordinem meritorum: secundum quem apparet, paedagogum fuisse. — 6. *Docui, monui, bene praecepi.*] Ridicule adduntur, et tantum consuetudine: quia imputantur etiam facta prava pro bonis. *Quae potui, omnia.*] Bene *quae*

1. *Factum est, quod iusisti.*] Supra, V. 7. 10. et 18. V. 8. 2.
2. *Frugi homo es.*] Laus servi. Vide ad And. III. 5. 60. — *Mea quidem sententia.*] Ita supra I. 1. 4.
5. *Ego istos vobis usque a pueris curavi.*] Apparet igitur, Syrum fuisse Paedagogum. Ita And. III. 4. 17. Heaut. III. 3. 33.

De. Rés apparet: ét quidĕm porro haec, óbsonare, cúm fide
Scórtum adducere, ápparare dé die convívium.
Nón mediocris hóminis haec sunt ófficia. *Sy.* O lepidúm caput!
De. Póstremo, hodie in psáltria hac emúnda hic adiutór fuit,
Híc curavit: pródesse aequom 'st: álii meliorés erunt.
Dénique hic volt fieri. *Mi.* Vin' tu hoc fieri? *Aes.* Cupio. *Mi.* Sí quidem
Tú vis, Syre, eho! accéde huc ad me: líber esto. *Sy.* Béne facis.

V. 10. Bentl. *in psaltria istă emunda.* Aliquot codd. *istac.*

---

potui: quasi plura vellet. — 7. *Res apparet.*] Mire irridet Demea, sic tamen ut serio agere videatur. — 8. *Apparare de die convivium.*] Id est, repente, neque ante praedictum, nec pridie constitutum. — 10. *Postremo, hodie in psaltria hac emunda.*] Et hoc totum serio dicitur, ut magis ridiculum videatur. *Hic adiutor fuit.*] In re bona *adiutores*, in re mala *impulsores* dicuntur. Ergo *hic adiutor* dicitur a non irascente: a criminante autem et irato, *impulsor.* *Hic adiutor fuit, hic curavit.*] De more repetitum est *hic:* quum dicitur, *hic adiutor fuit, hic curavit.* Sic enim solemus onerare audientem meritis eius, quem laudamus. Deinde quid non praestitit, qui et officium corporis, ut *adiutor:* et curam animi praebuit, ut consultor? — 12. *Denique hic volt fieri.*] Abutitur Demea sciens prodigam voluntatem adolescentuli. — 13. *Syre, eho! accede huc ad me.*] Utrum ut eundem manu emittat, an ut palam fiat, iubet propius accedere, iuris publici consuetudine ludens? Et vide quam comicam manu-

---

7. *Obsonare.*] H. e. obsonia emere. Quod quum proprie esset officium servorum, parasiti sibi eam provinciam depoposcerunt. — *Cum fide scortum.*] H. e. fidicinam.

8. *Adparare de die convivium.*] Id semper probro datum. Frugi homines coenam auspicabantur hora nona vel decima; luxuriosi autem *de die*, quin *de medio die.* Horatius, Serm. II. 8. 3. *De medio potare die.* Catullus, Carm. XLV. 5. *Vos* convivia *lauta, sumtuosa* De die facitis. Dixit autem *adparare*, quasi de re magna. Virgilius, Aen. I. 438. *mediisque* parant convivia *tectis.*

9. *O lepidum caput.*] Ita Plautus Mil. III. 1. 131. Et Pseud. IV. 1. 22. *O lepidum hominem.*

13. *Eho! accede huc ad me.*] Haec audiens Syrus adsilit.

'Omnibus grátiam hábeo: et seorsum tibi praeterea, Démea.
De. Gaúdeo. *Aes.* Et ego. *Sy.* Crédo. utinam hóc perpétuum fiat gaúdium,
Phrýgiam ut uxorém meam una mécum videam líberam.
De. 'Optumam quidĕm múlierem. *Sy.* Et quidĕm tuó nepoti, huius filio
Hódie primam mámmam dedit haec. *De.* Hércle vero sério,
Sí quidem primam dédit, haud dubiúm, quín emitti aequóm siet.
Mi. 'Ob eam rem? *De.* Ob eam. póstremo a me argéntum, quanti est, súmito.

V. 18. Bentl. *prima mammam* ex codd. Etiam v. 19. scripsit *prima*, non sine codicum consensione.

---

missionem, quam facete induxerit atque condigne. — 14. *Et seorsum tibi praeterea, Demea.*] Effecit Demea plus quam volebat; nam qui conabatur amari, praefertur etiam his qui amantur. — 15. *Gaudeo. Aes. Et ego.*] Gratulantium Syro haec verba sunt: quibus de more ille, *credo*, respondet. *Utinam hoc perpetuum fiat gaudium.*] Integrum, solidum, et nusquam interruptum. — 16. *Phrygiam ut uxorem meam.*] Ut ipse Syrus, ita uxor Phrygia: secundum veteres, qui servis nomina a nationibus imponebant. *Una mecum videam liberam.*] Hoc sic pronuntiandum est, quasi gaudeat sic recordatum Demeae: quod quum ultro cogitat habuisse * plene oblitus fuit. — 18. *Hodie primam mammam dedit haec.*] Ridiculum meritum: siquidem oportuerit primam esse quamcunque; an quia causa est, quod ingenui dicuntur *serio* a nutricibus liberis educandi? *Hercle vero serio.*] Adverbia sunt confirmantia, παρέλκον. — 20. *Ob eam rem?*] Hoc eo vultu dicit, quo rem ve-

---

Unde continuo Micio, *liber esto*, inquit. Vide Interpretes ad Phaed. II. 5. 21. seqq. Plaut. Epid. V. 2. 65. *Ob eam rem* liber esto.

15. *Perpetuum.*] H. e. solidum; quale esse non poterat, Syro quidem libero, sed Phrygia non libera. Plautus, Menaechm. V. 9. 88. *liber perpetuo ut siem.*

18. *Primam mammam dedit.*] Τὸν τιτθὸν ἔδωκε. Plautus, Truc. II. 5. 1. *Puero isti* date mammam. [*Emitti* i. e. manumitti. Locutio plena Phorm. V. 5. 2. *nam emissa est manu.* Simpliciter *emittere* apud Plaut. Pseud. IV. 2. 37.]

20. *Quanti est.*] H. e. quanti tibi aestimatur Phrygia. —

Sy. Di tibi, Demea, ómnia omnes sémper optata ófferant.
Mi. Syre, processisti hódie pulchre. **De.** Si quidem porro, Mício,
Tú tuum officium fácies, atque huic áliquid paulum praé manu
Déderis, unde utátur: reddet tíbi cito. **Mi.** Istoc vilius.
Aes. Frúgi homo est. **Sy.** Reddam hércle, da modo. **Aes.** 'Age, pater. **Mi.** Post cónsulam.

V. 21. Ita Bentl. Vulgo: *Di tibi, Demea, oro, omnes semper omnia opt. off.* Sed oro non repertum est in codd. Donatus *omnes omnia.*

V. 23. vulgo erat *paullulum.* Correxit Bentl. cum aliis.

---

luti excutimus, et ostendimus momenti esse nullius. *Argentum, quanti est, sumito.*] Quanto pretio valet. *Argentum, quanti est, sumito.*] Hoc verbo utimur, ut faciunt qui persuadere aliquid cupiunt. — 21. *Dii tibi, Demea, oro, omnes semper omnia optata offerant.*] *Omnes omnia:* antiqua elegantia, et figurata. — 22. *Processisti hodie pulchre.*] Nunc vere pulchre processit Syrus. — *Siquidem porro, Micio, tu tuum officium facies.*] Hoc est patroni, ut libertum non deseras, sed ut alas manumissum. *Plautus, Facis melius, Quam pars lenonum, qui libertos habent, et eos deserunt.* — 24. *Unde utatur.*] *Utatur,* vivat: unde *usura* vita dicitur, ut, *Unius usuram horae gladiatori isti non dedisset.* An, unde alatur, de quo usumfructum capiat,

---

Sumito.] H. e. accipito. Ita Heaut. III. 1. 56. Plautus, Pseud. I. 5. 23. *Tu mihi hercle argentum dabis, Abs te equidem* sumam.

21. *Di tibi, Demea, oro, omnes semper omnia optata offerant.*] Formula bene precandi. Plautus, Asin. I. 1. 32. *Di tibi dent, quaecunque optes.* Horatius, Carm. III. 16. 43. *Bene est, cui Deus* obtulit *Parca, quod satis est, manu.*

22. *Processisti.*] H. e. promotus es. Plin. Epist. VIII. 6. *Sed quis adeo est demens, ut aut per suum aut per publicum dedecus* procedere *vellet?* [*Processisti pulcre* i. e. pulcre tibi processit. Horat. Serm. I. 2. 38. *Procedere recte qui moechos non vultis.* ubi vid. Bentleius.]

23. *Prae manu dederis.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 3. 9. *Patri reddidi omne aurum amans, quod fuit* prae manu. Vide Cl. Burm. ad Petron. 67. [*Prae manu esse* dicuntur nummi praesentes, qui adsunt. Plaut. Bacch. IV. 3. 10. *Omne aurum amans, quod fuit prae manu.* Burmann. ad Petron. c. 76. p. 380. *prae manu* perperam refert ad *dare* comparans locutionem *nummos in manu ponere.*]

24. *Unde utatur.*] Ita Cicero, Attic. XI. 11. *Atque hoc ip-*

De. Fáciet. *Sy.* O vir óptime! *Aes.* O patér mi festivíssime!

Mi. Quíd istuc? quae res tám repente móres mutavít tuos?

Quód prolubium? quae ístaec subita est lárgitas? *De.* Dicám tibi:

'Ut id ostenderém, quod te isti fácilem et festivóm putant,

V. 26. v. *o mi pater.* Correxit Bentl. ex codd.

---

et cuius tibi sortem reddat? Et hoc melius: nam ideo addidit, *reddet tibi cito. Istoc vilius.*] Hoc egit *Terentius*, ut conversis officiis usque adeo prodigum faceret Demeam, donec parcum redderet Micionem. *Istoc vilius.*] Quasi *nihil minus:* negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum ἐλλείψει, quia subauditur *quicquam:* et, *non dabo.* — 26. *Faciet.*] Ne quid negatum in fine Fabulae videatur, addidit Demea *faciet.* Et *faciet*, quod petis scilicet, quod irridens dixit, quasi de prodigo dicere videatur. Et mire *faciet:* quia nec credibile erat statim consensurum qui negaverat, et perpetuo negatio esse in fine non debuit. — 27. *Quid istuc? quae res tam repente mores mutavit tuos?*] Animadvertendum est, qua calliditate *Terentius*, quaerens finem Fabulae, complere laetitiam per ipsum Demeam nititur in universos, qui in tota comoedia tristis ac saevus interturbavit et vociferatus est. — 28. *Quod prolubium?*] *Prolubium*, quod Graeci προθυμίαν, id est, promtus animus ad largiendum. *Subita est largitas?* Repentina, ac per hoc ipsa est ingrata et immoderata: ut evenit, quum ex nimis parcis non largi et liberales, sed effusi prodigique redduntur. — 29. *Ut id ostenderem.*] Abundat *id*, aut ἔλλειψις est, pro *per id. Quod*

---

sum iam prope consumtum est, quare id quoque velim, cum illa videas, ut sit, unde utamur. [*Unde utatur* i. e. quo vivat, quo cultum et victum habeat. Plaut. Trin. II. 2. 74. *Qui nosmet utamur.* Cic. ad Attic. XI. 11. *Quare id quoque velim cum illa videas ut sit, qui utamur.* Hanc loquendi formulam pulcre explicat Gronov. de Pecun. vet. II. 7.] — *Istoc vilius.*] Explicat Donatus. Propertius, I. 2. 25. *Non ego nunc vereor, ne sis mihi* vilior *istis.*

28. *Quod prolubium?*] Caecilius apud Non. Quod prolubium, *quae voluptas, quae te lactat largitas?* Gellius, XVI. 19. Prolubium *audiendi subit.* [*Proluvium* a *proluo* Interpretes explicant effusam largitatem. Sed praestat legere *prolubium* a *prolubere* i. e. promtus animus ad largiendum. Hanc scripturam sequitur Donatus confirmatque Bentleius.] — *Quae istaec subita est largitas?*] Phaedrus, I. 23. 7. Ista subita *me iubet* benignitas *Vigilare.*

Id non fieri ex véra vita, néque adeo ex aequo ét bono:
Séd ădsentando atque índulgendo et lárgiundo, Mício.
Núnc adeo, si ob eám rem vobis méa vita invisa, Aéschine, est;
Quía non iusta iniústa prorsus ómnia omnino óbsequor:
Míssa facio. effúndite, emite, fácite, quod vobís lubet.
Séd si id voltis pótius, quae vos própter adolescéntiam
Mínus videtis, mágis impense cúpitis, consulitís parum,

V. 31. vulgo erat: *Sed ex assentando, indulgendo etc.* Mutavit Bentl. ex codd. Fortasse tamen legendum: *Sed ex assentando, indulgendo, largiundo, ἀσυνδέτως.*

V. 32. v. *mea vita invisa est, Aeschine.* Mutavit codd. ex plurimis codd., versu postulante.

---

te isti facilem, et festivom putant.] Multum detraxit Micioni, dicendo *te isti putant*, per quod significatur, errare adolescentes, et hunc non esse *festivom*. *Quod te isti facilem et festivom putant.*] Bene in postremo dignitas personae huius servata est, ut non perpetuo commutata videretur: ut Truculenti apud *Plautum*. — 31. *Indulgendo.*] Attende indulgentiam a Demea culpae adscribi denuo. *Et largiundo, Micio.*] Severe additum est nomen verbis ex animo plorantis. — 33. *Quia non iusta, iniusta prorsus omnia, omnino obsequor.*] Proverbiales sunt huiusmodi elocutiones, *fanda nefanda, digna indigna, velis nolis.* — 34. *Effundite, emite, facite.*] *Effundite*, ad Aeschinum pertinet: *emite*, ad Ctesiphonem: *facite*, ad omnes. *Facite quod vobis lubet.*] Proprie rediit rursus ad amaritudinem pristinam. Haec ἐπιτροπὴ est figura, qua invitos nos permittere ostendimus quod nolumus fieri. — 35. *Quae vos propter adolescentiam minus videtis.*] Hic ostendit *Terentius*, magis Demeam simulasse mutatos mores, quam mutavisse. — 36. *Minus videtis, magis impense cupitis, consulitis parum.*] *Εἰρωνεία, minus,*

---

30. *Fieri ex vera vita.*] Vide Heaut. I. 1. 102.

33. *Iusta, iniusta.*] *Καὶ δίκαια, κἄδικα.* Ita And. I. 3. 9.

34. *Effundite.*] H. e. quam largissime consumite. Cicero, Off. II. 15. *Multa patrimonia* effuderunt, *inconsulte largiendo.*

36. *Minus videtis.*] H. e. intelligitis et cavetis. And. IV. 3. 23. Heaut. I. 1. 64. Supra III. 3. 33. Cicero, pro L. Manil. 22. *Si autem vos plus tum in rep.* vidistis. [*Consulitis parum* i. e. parum consulto agitis. Sallust. de rep. ordin. I. 1. *Id evenit, quia plerique rerum potentes perverse consulunt.* Vid. Gronov. ad Liv. XXI. 16, 2.]

Haéc reprehendere ét corrigere, et óbsecundáre in loco;
Ecce me, qui id fáciam vobis. *Aes.* Tibi, pater, permíttimus:
Plús scis, quid opus fácto est. sed de frátre quid fiét?
De. Sino.
Hábeat. in ĭstac finem faciat. *Aes.* Ístuc recte. *Ω.* Plaúdite!

V. 37. vulgo: *et corrigere me, et obsecundare.* Bentl. dedit: *Haec reprehendere et corrigere quem, obsecundare in loco.* Nil nisi *me* delendum erat, quod ex glossemate accessit, monente Bothio.

V. 40. *Istuc recte* Micioni tribuendum, iudice Bentleio. Ita etiam Donatus.

---

magis, parum. — 37. *Haec reprehendere, et corrigere me, secundare in loco.*] Tribus tria redduntur: et utraque αὐξητικῶς. Illa in malam partem superiora: haec in bonam, quae inferiora sunt. Non tantum enim culpae est, *minus providere*; quam *impense cupere:* nec tantum mali est *impense cupere*, quantum *parum consulere.* Item *reprehendere*, bonum est: melius *corrigere:* optimum, *secundare.* Nam qui *reprehendit*, non continuo *corrigit:* qui *corrigit*, non ilico *secundat*, id ed, laetissimum reddit et fidelissimum. Alii *secundare*, obsequi dictum putant. Et ideo additum esse *in loco:* quasi non semper faciendum sit. Ergo *secundare* vel in melius convertere, vel obsequi intelligimus. — 38. *Tibi, pater, permittimus.*] Noluit *Terentius* ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem. — 39. *Sino. habeat. in istac finem faciat.*] Haec quidem permissio est: sed et exceptionem in se continet: et cum quodam stomacho et velut minaci denuntiatione profertur. — 40. *In istac finem faciat.*] Hoc est, aut ne aliam amet, aut ne alteram comparet; ne post istam luxurietur ulterius. *Istuc recte.*] Bene. Et Micio non discessit de proposito suó, qui ut peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem, cum exceptione quadam laudans verba eius, *istuc recte* dixit. Quasi diceret, *non ut caetera.* Et simul reposuit ei, qui supra dixerat, *ut id ostenderem, quod te isti facilem, et festivom putant, id non fieri ex vera vita, neque adeo ex aequo et bono.* — *Aelii Donati V. C. Oratoris Urbis Romae, Comment. in Terenti Adelphos explicit.*

---

37. *Obsecundare in loco.*] Vide ad Heaut. IV. 6. 22.

39. *De fratre quid fiet?*] Ita Plautus, Epid. I. 2. 48. *Quid de illa fiet fidicina igitur?*

40. *In istac finem faciat.*] Ita Ovidius, Metam. IV. 258. *Venerisque modum sibi fecit in illa.*

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,

CUM INTERPRETATIONE
DONATI ET CALPHURNII,
ET
COMMENTARIO PERPETUO.

IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS

EDIDIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. V.

HECYRA.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXX.

P. TERENTII HECYRA.

ACTA LUDIS MEGALENSIB. SEX. IUL. CAESARE, CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CURULIB. NON EST PERACTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS PARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SECUNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST. L. AEMILIO PAULO LUDIS FUNEBRIBUS. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA EST, Q. FULVIO, L. MARCIO AEDILIB. CURULIB. EGIT L. AMBIVIUS TURPIO. PLACUIT.

PERSONAE.

Prologus.
Bacchis, meretrix, amica Pamphili.
Laches, senex, pater Pamphili.
Myrrhina, mater Philumenae.
Pamphilus, filius Lachetis et Sostrat.
Parmeno, servus Sostratae.
Phidippus, senex, pater Philum.
Philotis, meretrix.
Sosia, servus Pamphili.
Sostrata, mater Pamphili.
Syra, anus, lena.

Personae mutae.

Philumena, puella, nupta Pamphilo.
Scirtus, Servulus.
Nutrix.
Ancillae Bacchidis.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII HECYRAM.

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Cuiusque, per vim quem detraxit anulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae.
Dein profectus in Imbrum est, nuptam haud attigit.
Hanc mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut aegram ad se transfert. revertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: uxorem tamen
Recipere non volt. pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, anulum
Mater vitiatae forte agnoscit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum filio.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE

PRAEFATIO IN HECYRAM TERENTII.

Haec Fabula Appollodori esse dicitur Graeca: nam et ipsa et *Phormio* ab eodem dicuntur esse translatae: quum reliquae quatuor sint Menandri Comici. *Hecyra* autem dicitur ideo, quia per socrus et soceros in ea aguntur multa. Nam et

ἑκυρὸς et ἑκυρὰ soceri nomen, socrusque significant. Est autem mixta motoriis actibus et statariis; multumque sententiarum et figurarum continet in toto stilo. Unde quum delectet plurimum; non minus utilitatis adfert spectatoribus. Atque in hac primae partes sunt Lachetis, secundae Pamphili, tertiae Phidippi, quartae Parmenonis; ac deinceps aliarum personarum, quae his adiunctae sunt. Divisa est autem, ut caeterae, quinque Actibus legitimis: quos in subditis distinguemus. In hac Prologus est et multiplex, et rhetoricus nimis, propterea quod saepe exclusa haec Comoedia, diligentissima defensione indigebat. Atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sane est ludis Megalensibus, Sexto Iulio, C. Rabirio Aedilibus Curulibus: Egitque L. Ambivius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibiis paribus. Tota Graeca est, factaque et edita quinto loco, Cn. Octavio, T. Manlio Coss. Cantica et diverbia summo in hac favore suscepta sunt. *Προτατικὰ* in hac πρόσωπα, id est, personae extra argumentum, duae sunt, Philotidis et Syrae. In tota Comoedia hoc agitur, ut res novae fiant, nec tamen abhorreant a consuetudine. Inducuntur enim benevolae socrus, verecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus et item deditus matri suae, meretrix bona.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Pamphilus, Lachetis e Sostrata uxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. Is quum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Phidippi et Myrrhinae filiam, incidit, eamque in via per vim compressit, atque ita effugit, ut neque ipse eam neque puella ipsum cognoscere potuerit. In illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. Paullo post pater eum, tum ut a meretricio amore averteret, tum ut praesidium suae senectuti pararet, ad uxorem ducendam perpulit. Contigit, ut ea ipsa uxor ei daretur, quam ipse constupraverat: gaudente admodum puellae matre, quae, quia sola conscia erat filiam e stupro gravidam esse, quamprimum eam collocare properabat, ut, si forte post aliquot menses pararet, nuptiis, quemadmodum saepe fit, obtegeretur stuprum. Cecidit res longe aliter ac putabatur. Etenim Pamphilus, qui invitissimus adiecisset ani-

mum ad rem uxoriam; quia avellere se derepente a Bacchidis amore non posset, ita dormit cum uxore, ut eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viva, nunquam se uxorem ducturum, saepe ei promiserat Pamphilus, nonnullam sibi ab eo factam iniuriam putans, multo ei minus, quam solebat, placida et obsequens esse coepit. Eo factum est, ut Pamphilus ei se paullatim subduxerit, quamque prius spernebat uxorem, eius mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, ut iter Pamphilo in Imbrum esset. Profecto eo, Philumena, quae intumescere sibi uterum sentiret, quum aliorum, tum soceri inprimis suae conspectum refugiebat. Tandem quum in eo esset, ut celare vix posse amplius videretur, sumta occasione, per sacrificandi speciem ad matrem se, unam omnium rerum consciam, confert. Post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam arcesserent. Respondetur, aegrotam esse. It, ut eam saltem viseret: non admittitur. Laches accusare uxorem, et dicere haec omnia illius culpa accidere. Illa contra excusare se, et culpam deprecari: nullius se rei consciam esse, cur sua consuetudo nurui odiosa esse debeat. Interea rediit Pamphilus, atque ita sors tulit, ut quo die ipse Athenas appulit, eo ipso Philumena partu levaretur. Quum igitur, videndi cupidus, (aegrotare enim acceperat, et ita amabat, ut qui vehementissime) subito ad eam ingressus esset, peperisse deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari coepit, quando ea res nihil ipsi nocitura esset; ne reciperet quidem uxorem, si ita videretur: sed tamen ne famam illius proderet. Ita se facturum recipit. Quum igitur neque vellet uxorem recipere, neque rursum veram adferret caussam; suspicati sunt senes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de causa ab uxore abhorrere. Arcessitam itaque Bacchidem obiurgat Phidippus. Ea, quum se illi purgasset, iubetur ad mulieres ingredi, et eis quoque illam suspicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenae ereptum sibi dederat Pamphilus. Is annulus effecit, ut vitiatam esse ab ipso Pamphilo Philumenam cognosceretur. Laetus Pamphilus et uxorem et filium recipit.

PUBLII TERENTII
CARTHAGINIENSIS
HECYRA.

PROLOGUS.

Hecyra est huic nomen Fábulae. haec cúm data est

V. 1. Bentl. corr. *fabulai*. Sed hiatus in maiore interpunctione non offendit: nec genitivus in ai terminatus in Terentii fabulis certam habet sedem ac domicilium.

DONATUS.

Hecyra est huic nomen Fabulae.] *Totus hic Prologus subtilem conquestionem continet, ob hoc, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat, et facile revocet in favorem.* — 1. *Hecyra est huic nomen Fabulae.*] A nomine coepit, ut incognitam probaret, et ideo spectandam. *Hecyra est huic nomen Fabulae.*] Nominativo casu figuravit: quum in usu sit, ut dativo dicamus, quamvis praesto sint exempla, quibus veteres per omnes fere casus hoc genus locutionis enuntiabant. *Hecyra est huic nomen Fabulae.*] Haec primo data est sine Prologo, ludis Megalensibus: quo Sex. Iulius, et Cornelius Dolabella ediderunt, sed occupato populo studio funambuli, displicuit. Postea data est ludis funebribus L. Aemilii Pauli: quos fecerunt Q. Fabius Maximus, et Cornelius Africanus. Tunc

COMMENTARIUS.

1. *Data est.*] Poëta proprie *dare fabulam* dicitur. Ita Eun. Prol. 23. Heaut. Prol. 33. Cic. Tusc. I. 1. *Livius fabulam dedit.*

Nova, novum intervénit vitium et cálamitas,
Ut néque spectari néque cognosci pótuerit.
Ita pópulus studio stúpidus in funámbulo

V. 2. Bentl. corr. *Nova, ei novum.* Praestat fortasse *Novae novum,* quod coniecit Bothius.

---

quoque non peracta est, per studium populi circa gladiatores. Tertio ad postremum introducta, Q. Fulvio, L. Martio aedilibus: virtute actorum L. Ambivii et L. Turpionis est commendata. *Haec quum data est nova.*] Ita dicitur, *data est fabula*, ut *data est coena, datum est prandium.* Et *edidit*, a *dato* descendit. *Haec quum data est nova, novum intervenit vitium.*] Sic et *Homerus*, *Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων.* Et *dari* dicitur *fabula*, quum agitur: *stare*, quum placet. *Haec quum data est nova, novum intervenit vitium.*] Σύλληψις prima: deest enim *huic:* et est figura *παρονομασία, nova, novum.* — 2. *Vitium, et calamitas.*] Bene secundum augures. *Vitium* enim est, si tonet tantum: *vitium et calamitas*, si tonet et grandinet simul, et etiam fulminet. *Vitium, et calamitas.*] Translatio est ab augurio: ut *vitio creati* dicuntur *consules.* *Calamitas παρὰ τὴν καλάμην* dicitur: *clades*, quia clamatur: ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti, aut doli mali. Sic *probus.* — 3. *Ut neque spectari.*] *Vitium*, quod non spectata est: *calamitas*, quod non cognita. *Ut neque spectari, neque cognosci.*] Mira defensio, siquidem non iudicio comoedia exacta est, si spectari cognoscique non potuerit: placitura scilicet, si audiretur. *Ut neque spectari, neque cognosci.*] Ideo theatrum, ideo spectatores, ideo actores: quia maior pars in gestu est, quam in verbis. *Cognosci.*] Vel probari, vel sciri: an *Hecyra* sciri dicatur, quae scita sit nomine? — 4. *Ita populus studio stupidus.*] A derivatione causae. Non

---

2. *Novum intervenit vitium et calamitas.*] Est *vitium* ex augurali disciplina petitum, notatque omne omen infaustum. Cicero, Philipp. II. 32. *Quid* vitii *in auspiciis futurum sit, nisi qui de coelo servare constituit? Calamitas* e re rustica petita. Vide Donatum ad Eun. I. 1. 34. Dicitur autem *novum vitium*, quia non temere antea funambuli lusus videtur turbasse comoedias.

[3. *Spectari* h. e. perspectari, neque ad finem spectari. Sic capiendum hoc verbum esse sequentia docent. Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 11. p. 722.]

4. *Populus studio stupidus in funambulo animum occuparat.*] Ita Plautus, Pseud. I. 5. 135. *Ne quo te ad aliud* occupes *negotium.* De Funambulo ita Manilius, V. 652. ex restitutione Ios.

Animum óccuparat. núnc haec plane est pró nova:
Et ís, qui scripsit hánc, ob eam rem nóluit
Iterúm referre, ut íterum posset véndere.
Aliás cognostis éius: quaeso hanc [nunc] nóscite.

V. 8. *nunc* alii om. Recte.

---

quia mala, inquit, exclusa est: sed quia populus *funambuli* admiratione obstupuit: quod infra de *gladiatoribus* dicet, ad commutationem causae inducendam. *Ita populus studio stupidus.*] Hic excusatur et *populus*, qui neque indicavit de fabula, neque tamen stulte erravit. *Stupidus*, pro stupens, ut, *timidisque supervenit Aegle.* — 5. *Pro nova.*] Recte: iam enim non est nova. — 6. *Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem*] Id est, ob eam causam, quasi dicat, non iterum acta est sine causa. Cur ergo non post funambulum relata est, ubi ille cessarat? in quo maluit avarum poëtam populo inducere, quam suo operi diffidentem. — 7. *Iterum referre.*] Supervacuum est *iterum*. *Ut iterum posset vendere.*] Aliis scilicet ludis, hoc, ut diximus, ad laudem fabulae refertur: postquam tantum fiduciae poëtae dedit. — 8. *Alias cognostis eius: quaeso nunc hanc noscite.*] Mire illi favorem petit ex aliis, quae spectatori notae sunt. *Eius.*] Poëtae. Quasi haec omnino nota sit. At in *Andria*, quae omnium prima est, aliter ait, *Ut pernoscatis, et quid spei sit relliquum: Posthac quas faciet de integro Comoedias, Spectandae, an exigendae sint vobis prius.*

Scaligeri: *aut tenues ausus sine limite gressus Certa per extentos ponit vestigia funes, Et coeli meditatus iter vestigia perdit; Et pene ut pendens populum suspendit ab ipso.* Horatius, Epist. II. 1. 210. *Ille* per extentum funem *mihi posse videtur* Ire *Poëta*, *meum qui pectus inaniter angit.* De voce *stupidus* vide ad And. II. 1. 4.

5. *Pro nova.*] H. e. loco novae et quasi plane nova. Ita Adelph. V. 8. 28. *pro patre est.*

7. *Iterum referre.*] Ita Prol. Alt. 30. Explicat Donatus.

P. TERENTII HECYRA.

Acta ludis megalensib. Sex. Iul. Caesare, Cn. Cornelio Dolabella, Aedil. Curulib. non est peracta. Modos fecit Flaccus Claudi, tibiis parib. tota Graeca Apollodoru facta est. Acta primo sine Prologo. Data secundo, Cn. Octavio, T. Manlio coss. relata est. L. Aemilio Paulo ludis funebribus. Non est placita. Tertio relata est, Q. Fulvio, L. Marcio Aedilib. Curulib. egit L. Ambivius Turpio. placuit.

PERSONAE.

Prologus.
Bacchis, meretrix, amica Pamphili.
Laches, senex, pater Pamphili.
Myrrhina, mater Philumenae.
Pamphilus, filius Lachetis et Sostrat.
Parmeno, servus Sostratae.
Phidippus, senex, pater Philum.
Philotis, meretrix.
Sosia, servus Pamphili.
Sostrata, mater Pamphili.
Syra, anus, lena.

Personae mutae.

Philumena, puella, nupta Pamphilo.
Scirtus, Servulus.
Nutrix.
Ancillae Bacchidis.

Quia scíbam dubiam fórtunam esse scénicam:
Spe incérta, certum míhi laborem sústuli.
Easdem ágere coepi, ut áb eodem alias díscerem

splendida locutio est. *Partim* adverbium est. Et proprie locutus est. Nam *fabulae* aut *agi* dicuntur, aut *stare*. — 8. *Quia sciebam dubiam fortunam.*] Non igitur poëtae culpa, sed casus est; nam ideo fortunae eventum extulit. — 9. *Spe incerta certum mihi laborem sustuli.*] Sententiose, et verum; nam ubi certa spes est, nihil opus est labore certo ac vehementi. *Spe incerta.*] Pro, spei incertae: an deest *in? Incerta certum.*] Honesta figura, quae dicitur *ἀντίθεσις*. — 10. *Easdem.*] Exactas. *Coepi.*] Difficultatem facti et molimen ostendit. *Ab eodem.*] Caecilio scilicet.

---

constructione vide Gellium, X. 13. [*Partim* construitur ut *quidam* vel sequente genitivo vel praepositione aliqua. Nepos Attic. c. 7. *quorum partim invitissimi castra sunt secuti, partim cum summa eius offensione domi remanserunt.* Cic. de Leg. II. 17. *partim ex illis distracti ac dissipati iacent.* Gell. X. 13. *in cubiculum surreptitavit e convivio, cum partim illorum iam saepe ad eundem modum fuit.* Vid. Gronov. Obss. III. 2.] Adde Gronov. ad Liv. XXVI. 4. 6. Perizon. ad Sanct. Min. IV. 13. *Stllbm.* — *Vix steti.*] Fabula *stare* dicitur, quae placet et peragitur. Phorm. Prol. 9. Contrarium est *cadere.* [*Stare* dicuntur actores vel fabulae, cum placent spectatoribus et probantur. Phorm. prol. v. 9. *olim cum stetit nova, actoris opera magis stetisse quam sua.* Contra *cadere* dicuntur, cum exploduntur et exiguntur. Horat. Epist. II. 1. 176. *Securus, cadat an recto stet fabula talo.* ubi vid. Lambinus. Male vulgo huc trahitur locus Cic. ad Div. I. 4. *cum in senatu pulcherrime staremus.* Nam hoc intelligendum ex illa verbi ratione, cum pro *dicere* usurpatur. *Stantes* enim dicebant. Vid. Ernest. Clav. Cic. in v. *stare.*]

8. *Dubiam fortunam esse scenicam.*] H. e. histrionum sortem esse incertam, ob populi inconstantem favorem, et sinistrum saepe iudicium.

[9. *Certum mihi laborem sustuli* i. e. in me suscepi. Cic. pro Rosc. c. 4. *plus oneris* sustuli, *quam ferre possum* etc. III. Verr. c. 1. *quid oneris in praesentia* tollant. St]

10. *Ab eodem alias.*] H. e. alias fabulas eiusdem poëtae, locutione comica. Vide Comment. maiorem. [Sensus: *easdem illas exactas coepi agere ac denuo in scenam introduxi studiose, magno meo labore, ne illum a studio fabularum scribendarum abalienari paterer.* St.]

Novás, studióse ne íllum ab stúdio abdúcerem:
Perféci, ut spectaréntur. ubi sunt cógnitae;
Placitaé sunt. ita Poétam restitui ín locum,
Prope iám remotum iniúria adversárium
Ab stúdio atque ab labóre atque arte música.
Quod si scriptúram sprévissem in praeséntia,
Et in déterrendo voluissem operam súmere,
Ut in ótio esset pótius, quam in negótio:
Deterruíssem fácile, ne álias scríberet.
Nunc quíd petam, mea caúsa, aequo animo atténdite.

V. 15. Bentl. *arte ab musica.* Codd. plurimi *ab arte musica.*
V. 16. Bentl. corr. *scriptorem* pro *scripturam.* Frustra.

— 11. *Novas, studiose; ne illum ab studio.*] Παρέμοιον. *Ne illum ab studio abducerem.*] Iterum causa honestatis. — 12. *Perfeci, ut spectarentur.*] Attende, quantum pondus habeat, quod non *feci* dixit, sed potius *perfeci:* ut molem difficultatis ostenderet. *Ubi sunt cognitae, placitae sunt.*] Elegans promissio, et hanc placituram, si cognoscatur. Et est coniectura a futuro tempore. — 13. *Placitae sunt.*] Nota participium sine origine verbi. *Ita Poetam restitui in locum.*] Mire non *Caecilium*, sed *poetam:* ut hoc generaliter populo praestitisse, non uni homini videatur. *Restitui in locum.*] Quia remotum et exclusum dixit. — 14. *Prope iam remmotum.*] Geminavit *m* secundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant. — 15. *Ab studio, atque ab labore.*] Bene ostendit se populo profuisse, *Caecilium* poëtam ad laborem revocando. *Atque arte musica.*] *Ab* tertio commode subaudiendum est: ut, *Hic portus alii effodiunt, hic alta theatris Fundamenta locant alii, immanesque columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.* — 16. *In praesentia.*] Statim ut a populo eiiciebatur. — 18. *Ut in otio esset potius, quam in negotio.*] Ex ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterrendi. — 20. *Nunc quid petam, mea causa.*] Bene *pe-*

11. *Ab studio.*] Nimirum artis musicae. Ita infra 14. Phorm. Prol. 2. et 18.

13. *Placitae sunt.*] Proprie. Ita infra 31. Suetonius, Ner. 42. Galb. 12. — *Restitui in locum.*] Ita And. IV. 1. 58. Phorm. Prol. 33. Plautus, Mil. III. 1. 108. *Haud facile* te in eundem *rursus* restitues locum.

15. *Arte musica.*] Idem *studium musicum* dixit Heaut. Prol. 23.

18. *In otio.*] Vide Adelph. Prol. 20.

Hecyram ád vós refero, quám mihi per silentium
Numquam ágere licitum est. íta eam oppressit cálamitas:
Eam cálamitatem vóstra intelligéntia
Sedábit: si erit adiútrix nostrae indústriae.
Quum prímum eam agere coépi, pugilum glória,
(Funámbuli eodem accéssit exspectátio,)

V. 26. Bentl. corr. *accedens*, ne orationis series interrumpatur. Atqui versiculus hic per parenthesin est accipiendus.

---

tam et *mea causa*, quasi orator. *Mea causa, aequo animo attendite.*] Commendatio personae levis per aliam personam gravem, secundum praecepta in Rhetoricis. — 21. *Hecyram ad vos refero.*] A causa principium narrationis inducitur. *Hecyram ad vos refero.*] Principium a principali quaestione, an cognita sit, et an spectanda sit. *Quam mihi.*] A persona dicentis. — 22. *Ita eam oppressit calamitas.*] Hoc succedit pro illo, quod est a persona adversariorum. Simul ad fortunam retulit culpam populi: non enim dixit quod praesto erat. — 23. *Eam calamitatem.*] Calamitatem repetit, ne nos fabulam illum dicere putaremus. *Vostra intelligentia.*] A iudicum persona. — 24. *Nostrae industriae.*] Rursus a sua. Et bene περιφράσει usus est: ne diceret, *vos nobis.* — 25. *Quum primum eam agere coepi.*] Iam hinc narratio subtilis inducitur, et ut non laedat populum, et ut defendat poëtam. *Pugilum gloria.*] Περίφρασις, ἀντὶ τοῦ, *pugiles etiam gloriosi:* ut minus turpe sit, antelatos eos esse. Sicut *Virgilius*, *vastis cum viribus effert Ora Dares, magnoque virûm se murmure tollit: Solus qui Paridem solitus contendere contra.* Haec est gloria pugilum, gratia funambuli. *Pugilum gloria.*] *Pugil* dictus est a pugna: et *pugna* a pugno. Veteres namque ante usum ferri et armorum pugnis et calcibus et morsibus corporumque luctatione certabant. *Pugi-*

---

23. *Eam calamitatem.*] Vide supra, versu 3. De voce *calamitas* vide Donatum ad Eun. I. 1. 34.

24. *Sedabit.*] Eadem metaphora usus Plautus, Poen. V. 4. 93. *Multorum annorum miserias nunc hac voluptate* sedo. Proprie usus est Phaedrus, II. 5. 18. *sedans pulverem.*

25. *Pugilum gloria.*] Tractavit hunc locum Horatius, Epist. II. 1. 182. *Saepe etiam audacem fugat hoc terretque Poëtam, Quod numero plures, virtute et honore minores, Indocti, stolidique, et depugnare parati, Si discordet eques, media inter carmina poscunt Aut ursum, aut* pugiles: *his namque plebecula gaudet.*

26. *Funambuli eodem accessit exspectatio.*] Haec

Comitúm conventus, strépitus, clamor múlierum
Fecére, ut ante témpus exirém foras.
Vetere in nova coepi úti consuetúdine,
In éxperiundo ut éssem: réfero dénuo.

V. 27. Bentl. conj. *Comitum conventus, studium, clamor mulierum.*

lum gloria, funambuli eodem accessit exspectatio.] Πολυλογία. *Funambuli eodem accessit exspectatio.*] Duplex causa ad unam exclusionem adhibetur. *Accessit exspectatio.*] Narratio cur exclusa sit, hoc est, non poëtae culpa eiecta est, nec iudicio populi: et ideo nunc admittenda est. *Exspectatio.*] Desiderium; ut Virgil. *quibus, Hector, ab oris Exspectate venis?* — 27. *Comitum conventus.*] Utrum eos *comites* dicit, qui sunt pugilum assectatores? an servos, qui dominos sequuntur? *Stadium.*] Certamen diversis faventium. *Clamor mulierum.*] Bene *mulierum*: non enim timet eas, quibus suffragari vel refragari non licet in theatro. — 28. *Ut ante tempus exirem foras.*] Τῷ ἐξουθενισμῷ, ne gravem passus videatur iniuriam. — 29. *Vetere in nova.*] Ἀντίθετον primum. *Vetere in nova coepi uti consuetudine.*] Nisi *novam comoediam* intellexeris, non erit aperta sententia; nam et supra dixit, *Nunc haec plane est pro nova.* An a Terentio *nova* ideo dictum est, quia numquam alias exclusus est? Et bene *vetere*: ut ostendat, turpe non esse, quod et aliis poëtis saepe contigerit. — 30. *Refero denuo.*] Aut *re* abundat, aut *de-*

quasi ἐν παρενθέσει dicta. Dicitur autem *exspectatio* de re magna. Nepos, Alcib. 6. *Tanta fuit omnium* exspectatio *visendi Alcibiadis, ut ad eius triremem vulgus confluerit.* Phaedrus, IV. 22. 2. de monte parturiente: *Eratque in terris maxima* exspectatio. [*Pugilum gloria.* Hoc referendum est cum reliquis nominativis ad verbum *fecerunt*, quamvis ab eo separatum sit per sententiam de funambulo, quae alterius est constructionis. Sic si locus capiatur cum Perizonio ad Sanct. Min. IV. 11. p. 724., non opus est Bentleii emendatione, qua *accedens* pro *accessit* scribit.]

27. *Clamor mulierum.*] His non licebat interesse ludis scenicis, nisi maritorum, vel quorum in potestate erant, permissu. Augustus autem *feminis ne gladiatores quidem, quos promiscui spectare solemne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit solis.* Sueton. Aug. 44. [*Strepitus.* Donatus in libris suis *studium* reperit, quod est certamen diversis faventium; et haec lectio melior videtur Heinsio ad Ovid. Amor. III. 2. 67.]

30. *In experiundo ut essem.*] H. e. ut experirer denuo, an placitura esset haec fabula: Ita *istic sum*, h. e. sum in auscultando. Infra I. 2. 39. Heaut. V. 2. 30.

Primo áctu placeo; quum intérea rumór venit,
Datum iri gladiatóres: pópulus cónvolat:
Tumúltuantur, clámant, pugnant de loco:
Ego intérea meum non pótui tutari locum.
Nunc túrba nulla est: ótium et siléntium est:
Agéndi tempus mihi datum est: vobis datur
Potéstas condecorándi ludos scénicos.

nuo. — 31. *Primo actu placeo.*] Rationabiliter dixit *primo:* quia quinque sunt actus, partes fabulae. *Placeo.*] *Placeo* dixit pro eo quod est, fabula placet, aut *Terentius.* Et mire, *non diu*, inquit, *pependit iudicium, sed statim placuit:* ut quod sequitur, non iudicio, sed perturbatione factum sit. *Quum interea rumor venit, datum iri gladiatores.*] Hoc abhorret a nostra consuetudine: verumtamen apud antiquos gladiatores in theatro spectabantur. — 32. *Datum iri.*] *Datum iri* dixit, ut fabulam commendet: ut et omnia spectatori et populo dicantur. — 34. *Non potui tutari locum.*] Facete repetit *locum.* — 35. *Nunc turba nulla est.*] Ἀνταπόδοσις πρὸς τὸ *tumultuantur.* *Turba*, id est, θόρυβος. *Nunc turba nulla est: otium et silentium est.*] *Turbam* retulit ad id quod supra dixit, *clamor mulierum.* *Otium* πρὸς τὸ *pugnant.* *Silentium*, πρὸς τὸ *clamant.* *Nunc turba nulla est: otium et silentium est.*] Quae adhortatio per enumerationem. — 36. *Agendi tempus mihi datum est.*] Ab Aedilibus scilicet. *Vobis datur potestas condecorandi ludos scenicos.*] Quasi et aliquid agat populus, quum spectet. —

---

31. *Primo actu placeo.*] Proprie. Cicero, Senect. 19. *Neque enim histrioni, ut* placeat, *peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit acta, probetur: neque sapienti usque ad* Plaudite *vivendum.* — *Rumor venit.*] Ita Phaedrus V. 5. 11. itidem de novo spectaculi genere: *Dispersus* rumor *civitatem concitat.*

32. *Datum iri gladiatores.*] Ludi et spectacula *dari* proprie dicuntur. Suetonius, Domit. 4. vocat *munera Quaestoria.* Adde Tacitum, Annal. XI. 22. [*Gladiatores* saepe dicuntur ipsum spectaculum gladiatorium, ut apud Cic. ad Div. X. 32. *gladiatoribus Gallos equites immisit in populum.*] — *Populus convolat.*] Cicero, Tusc. III. 21. *Multi sunt, qui statim* convolent.

33. *Pugnant de loco.*] Quod nimirum in hoc spectaculo omnes promiscue sederent, quum in theatro distincta essent subsellia ordinum. Vide Plautum, Poen. Prol. 19. seqq. Sed et *gratuita loca* memorantur Suetonio, Calig. 26.

36. *Vobis datur potestas.*] Ita And. III. 3. 9. Hec. V. 3. 16. Phorm. V. 6. 40.

Nolíte sinere pér vos artem músicam
Recídere ad páucos. fácite, ut vostra auctóritas
Meae auctóritati fautrix adiutrixque sit.
Si númquam avare prétium statuí artí meae;
Et eum ésse quaestum in ánimum induxi máximum,
Quam máxime servíre vostris cómmodis:
Sinite impetrare mé, qui in tutélám meam
Studiúm suum, et se in vóstram commisít fidem;

38. *Nolite sinere per vos.*] Σχῆμα διανοίας, ῥητορικὴ ἐπίπληξις. *Artem musicam.*] Oratorie: quasi non *Terentii* causa agatur, sed artis musicae. — 40. *Meae auctoritati.*] Quia iam senex est. *Meae auctoritati fautrix adiutrixque sit.*] Qua *Terentium* probo. Et est figura ἀναλογία. Vult autem se esse eius auctoritatis, ut et populo placere iam debeat, qui ipsi placet. — 41. *Si numquam avare.*] Commendatio ab antedictis, id est, a personae attributis. *Si numquam avare.*] A meritis defensoris argumentum ad laudem fabulae: *Si numquam avare.*] Per haec verba *Terentius* vult demonstrare, quam gravis auctor sit, qui suas comoedias probet. Sic *Horatius*, *ea quum reprehendere coner, Quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit.* — 42. *Et eum esse quaestum, in animum induxi.*] Modo non *numquam* subauditur, sed *si*, ut sit, *et si eum esse*, et cetera. *Maximum, quam maxime. Inique iniqui.*] Παρόμοιον. — 43. *Quam maxime servire vostris commodis.*] Plus dixit *commodis*, quam si diceret *voluptatibus.* — 44. *Sinite impetrare me, qui in tutelam meam.*] Ordo est, *Sinite impetrare me, ne eum circumventum inique iniqui irrideant, qui in tutelam meam studium suum, et se in vestram commisit fidem.* —

---

40. *Meae auctoritati.*] Id vult L. Ambivius Turpio, se non tantum auctorem esse, quare pluscülae exactae Caecilii comoediae reductae fuerint in scenam, et placuerint, sed et, nisi per spectatorem populum steterit, Terentii Hecyra, iam bis frustra inchoata, se facturum, ut inveterascat.

41. *Si numquam avare pretium statui arti meae.*] Causam affert, quare auxilium et favorem populi imploret. Eam enim vim particula *si* habet. Ita And. I. 5. 57. Plautus, Mil. III. 1. 181. *Sicuti merci pretium statui, pro virtute ut veneat.* Vide Comment. maiorem. [*Pretium.* Histrionibus certa merces dabatur ab editoribus ludorum vel de publico, quam proprio nomine *lucar* appellabant. Vid. Lipsius ad Tacit. Annal. I. 77.] Ceterum eadem fere habes Prolog. Heaut. 48 sqq.

45. *Se in vostram commisit fidem.*] Ita Eun. V. 2. 47. Hec. I. 2. 34.

Ne eum circumventum inique iniqui irrideant.
Mea caúsa causam accípite, et date siléntium,
Ut líbeat scribere áliis, mihique ut díscere
Novás expediat, pósthac pretio emtás meo.

V. 47. vulg. *causam hanc accipite.* Recte om. Bemb. *hanc*, quod deleverunt Faërn. et Bentl.
V. 48. Bentl. *alias*, invitis codicibus, sed vere, ut arbitror.

47. *Mea causa.*] Quasi orator, *causam* dixit. *Mea causa, causam hanc accipite.*] Hoc oratorie; sic enim fit, quum persona pro persona ad commendationem affertur. *Mea causa, causam.*] Παρονομασία. *Et date silentium.*] Quasi fabulae ac poëtae. — 48. *Ut libeat scribere aliis.*] Oratorie ἀπὸ τῆς * ἸCATHOS. *Mihique ut discere novas expediat.*] Proprie *discere*; docet enim poëta, discit scenicus. — 49. *Novas expediat, posthac.*] Ab utili argumentatio est. Et bene, *ut expediat:* tanquam facturus sit, et si non expedierit, dum quaestum maximum servire populo putat. *Pretio emtas meo.*] Aestimatione a me facta, quantum Aediles darent, et proinde me periclitante, si abiecta fabula, a me pretium, quod poëtae numeraverint, repetant. Ergo *meo*, a me facto, a me statuto; nam quomodo alibi dixit, *Postquam Aediles emerunt.* Et bene, ut sequatur populus iudicium eius, qui aestimare vere fabulas potuerit. *Pretio emtas meo.*] Ut quidam volunt, *periculo.*

46. *Inique iniqui derideant.*] Solent ita ludere in simili vocabulo. Plautus, Amph. Prol. 34. *Iuste ab iustis iustus sum orator datus.* Gellius, X. 3. *Eane fieri bonis bono genere gnatis boni consulitis?*

47. *Mea causa causam hanc accipite.*] H. e. suscipite. Plautus, Mostell. V. 2. 23. Accipito *hanc ad te litem.* Cicero, Fam. VII. 24. *Phameae* causam receperam, *ipsius quidem causa.*

49. *Pretio emtas meo.*] Ergo vel fabulae aliae ab Aedilibus emtae, aliae ab histrionibus, atque in his etiam Hecyra; vel aediles a poëta, histriones rursus ab Aedilibus emerunt. [*Meum pretium* Bronkhusius Donatum secutus ad Propert. IV. 7. 65. explicat aestimationem a me factam, quod aediles fabulam emerant, quanti actor aestimasset. Sed durior est haec ratio; ac, licet verum, plerumque aediles a poetis fabulas emisse, aliquando tamen actores quoque fabulas suo pretio emerunt, ut Paris histrio apud Iuvenal. Sat. VII. 87. a Statio emit Agaven.]

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

PHILOTIS. SYRA.

Ph. **P**er pól quam paucos réperias meretrícibus
Fidéles evenire amatorés, Syra.
Vel hic Pámphilus iurábat quoties Bácchidi,

V. 2. Bentl. *evenisse*, et vers. 1. *paucis* correxit. Neutrum placet.

Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles.] *Novo genere hic utraque προτατικὰ πρόσωπα inducuntur. Nam et Philotis et Syra non pertinent ad argumentum fabulae. Hoc autem maluit Terentius, quam ut per prologum narraret argumentum, aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induceret loqui.* — 1. *Per pol quam paucos reperias.*] Hae personae *Terentii* more extrinsecus assumuntur, ut sic argumenti obscuritatem spectator effugiat. *Per pol quam paucos.*] Animadvertendum est in hac fabula, *Terentium*, bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere; ut id exemplis fiat tritius, et usu verisimile. *Per pol quam paucos.*] Ordo est, *pol perquam paucos reperias.* Nam *per pol* non est Latinum, sed κατὰ τμῆσιν *perquam*, id est, *nimio. Quam paucos.*] Quidam non *paucos*, sed *paucis* legunt. Sic enim Apollodorus αλκα *ICHPAS THC* rei *IONHNC THRAICCI PAγγbaiφC* *. [Haec Bentleius sic expedivit: ὀλίγαις ἐραστὴς γέγον' ἑταίραισι, Σύρα, ∥ βέβαιος.] *Reperias.*] Aptum verbum ad raritatem. Et ideo non dixit *pauci sunt*, sed *paucos reperias:* quasi quaerens. Non autem reperitur, nisi quod quaeritur; non quaeritur, nisi quod praesto non sit. — 2. *Fideles.*] Huiusmodi sententias rhetores *ὀνείας* vocant. Et mire non esse, sed *evenire* dixit: ut non rationis, sed casus sit id, quod rarissimum est. *Fideles.*] Fidi in maximis: *fideles* in minoribus negotiis. — 3. *Vel hic Pamphilus.*] Transitus a generali sententia

---

1. *Per pol quam paucos.*] H. e. pol, perquam paucos. Particula *per* eleganter per tmesin separatur a suo adiectivo. Ita Plautus, Cas. II. 6. 18. Per *pol saepe peccas.* Cicero, Att. 1. 4. per *mihi* gratum est.

Quam sáncte! ut quivis fácile posset crédere,
Numquam ílla viva uxórem ducturúm domum.
Hem! dúxit. *Sy.* Ergo própterea te sédulo
Et móneo et hortor, né cuiusquam misereas:
Quin spólies, mutiles, láceres, quemquem nácta sis.

V. 5. ante Bentl. erat: *ducturum uxorem.* Mutatum ex codd. est.

V. 7. Ita Faërn. et Westerh. e Bemb. Ceteri fere plurimi *Ne cuiusquam te misereat.* Hinc Bentl. *ne te cuiusquam misereat*; ut *cuiusquam* sit disyllabon.

---

ad specialem. *Vel.*] Nunc *veluti*: alias coniunctio disiunctiva est, alias correptionem significat: ut apud *Ciceronem*, *Vel optimam Messanae vitam.* *Virgilius*, *Carmina vel coelo possunt deducere Lunam.* Aut *vel*, *ut* modo. *Iurabat quoties Bacchidi! quam sancte!*] Tria sunt: quod *iurabat*, et *quoties*, et *quam sancte.* Quod totum de more amatorum et meretricum dixit, quae iureiurando teneant, quos lege non possunt. — 4. *Ut quivis.*] Non modo Bacchis, quae amica erat. — 5. *Numquam illa viva ducturum uxorem.*] Παρένθεσις prima. Iurabat numquam illa viva uxorem ducturum. — 6. *Hem! duxit.*] Pronuntia ut mirantem ostendas. *Hem! duxit.*] *Hem* adverbium demonstrantis est: ut *Hem alter.* *Ergo propterea.*] Modo *ergo* affectum exprimit reprehendentis, tarde sibi consentientem: sic *Virgilius*, *Ergo age, chare pater, cervici imponere nostrae.* *Propterea te sedulo.*] *Sedulo*, instanter, et ex animo: vel, *sine dolo.* — 7. *Et moneo, et hortor.*] *Monemus* consilio, *hortamur* impulsu. *Ne cuiusquam misereat.*] Deest *te.* — 8. *Quin spolies, mutiles, laceres.*] *Quin*, pro *quo minus.* Et magna persuasio est ad malefaciendum. *Spolies.*] *Spoliare* est, non minimam partem auferre. *Mutilare*, aliquid detrahere, sine quo res esse non possit. *Lacerare* autem, quum omnino non habeas, quod imminuas. *Mutiles*, imminuas: unde *mutili* dicti sunt

---

4. *Quam sancte!*] Proprie. Sanctum enim est iusiurandum. Infra II. 2. 26. V. 1. 25. Plautus, Cistell. II. 3. 27. *sancte adiurabat mihi.*

6. *Ergo propterea.*] Idem pleonasmus est apud Plautum, Trin. III. 2. 27. *Quo pacto ergo igitur?*

8. *Spolies, mutiles, laceres.*] Locus expressus e Plauti Bacchidibus, V. 1. 8. *Chrysalus me hodie laceravit; Chrysalus me miserum spoliavit.* Turpilius, Pedio: *Quaeso, ne quis te, me deseris hanc meretricem, quae te semel ut est nacta, semper studuit perdere, delegere, spoliare, opplereque adeo fama atque flagitiis.* Vide Nic. Heinsium ad

Ph. Utín' eximium néminem habeam? *Sy.* Néminem.
Nam némo illorum quisquam, scito, ad té venit,
Quin íta paret sese, ábs te ut blandítiis suis

V. 10. Bentl. *nemo quisquam illorum*, ex codd. suis.
V. 11. Faërn. et Westerh. *se* pro *sese*, ex cod. Bemb. Male.

---

boves, aut capri, sine cornibus; nam male, qui a *multa* putant dici. Et inde *mulciber* Vulcanus, quod sit mutilatus ac debilis: id est, claudus; nam proprie *mulciber* dictus est, quod omnia *mulceat*, id est, molliat ac vincat. — 9. *Utin' eximium neminem habeam?*] *Utin'* pro *ut ne.* Ἀπόστροφος. Et perseverat in ἀλληγορίᾳ. Nam *eximia pecora* dicuntur, quae a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur. Sed proprie *eximii* sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti liberius pascuntur. Etenim boves, qui ad hoc electi sunt, *egregii* dicuntur: et *oves lectae*, ut *Virgilius*; *mactant lectas de more bidentes.* Ita et *porci eximii.* *Utin' eximium.*] Deest *censes*: ut sit, censes ut eximium néminem habeam? vel certe, doces? *Utin' eximium.*] Separatum ex omnibus. Proprie *eximius porcus* est, exemtus a grege, atque signatus macula aut nota. *Habeam?*] Deest *censes*, aut *vis*, aut *mones.* — 10. *Nam nemo quisquam.*] Παρέλκον tertium; nam abundat *quisquam.* *Scito, ad te venit.*] Bene additum est *scito*: et moraliter, et acutius pronuntiandum; est enim verbum illorum, qui familiares corrigunt. — 11. *Quin ita paret se.*] Hoc verbum *paret*, adversum munificos et segnes

---

Ovid. Metam. XIII. 662. Inde munera amatoribus expressa *spolia* vocantur. — *Quemquem.*] H. e. quemcunque. Ita Plautus, Menaechm. V. 1. 17. *Omnia mala ingerebat*, quemquem *adspexerat.* [*Quemque* pro *quemcunque.* Liv. I. 24. *cuiusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret.* ubi vid. Interpretes. Bentleius et alii ediderunt *quemquem.* Sic Plaut. Menaechm. V. 1. 17. *Omnia mala ingerebat, quemquem adspexerat.*]

9. *Utin' eximium neminem habeam?*] Ita Cicero pro Arch. 9. *Marius L. Plotium* eximie dilexit. Vide Festum in v. *Eximius.* Idem *pessimus* dicitur Erotio meretrici, apud Plautum, Menaechm. II. 3. 9. [*Eximium neminem habeam* h. e. neminem eximam, omnes eodem modo tractem. Cic. in Caecil. c. 16 *neque enim esset verisimile, cum omnibus Siculis faceres iniurias, te illi unum eximium fuisse.* Liv. IX. 34. *tu unus eximius es, in quo hoc praecipuum ac singulare valeat.* *Eximius* et *egregius* proprie voces sunt in re sacra et dicuntur de victimis, quae e grege sumuntur ad sacrificandum. Vid. Donat. ad h. l. Festus v. *eximius* et Drakenborch ad Liv. VII. 37. 1.]

11. *Ita paret se.*] Ita Eun. II. 2. 9.

Quam mínimo pretio suám voluptatem éxpleat.
Hiscíne tu, amabo, nón contra insidiábere?
Ph. Tamén pol eandem iniúrium 'st esse ómnibus.
Sy. Iniúrium autem est últisci adversários?
Aut quá via te cáptent, eadem ipsós capi?
Eheú me miseram! cúr non aut istaéc mihi

V. 15. alii *est autem.* Recepta e Bemb. aliisque libris scriptura etiam Bentleio placuit.

V. 16. Bentl. *qua via captent té illi, eadem ipsós capi.* Et legitur *illi* in Bemb. Victor. Basilic. aliis. Ita *via* erit monosyllabon.

---

sumitur. Ut alibi, *Itane te parasti, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?* *Ab's te.*] Pro, *ex te.* — 12. *Suam voluptatem expleat.*] Bene *expleat*, quod contrarium meretrici est, amatorem voluptate satiari. — 13. *Hiscine.*] Ἐρώτησις. Id est, *talibus.* Et vide si pulchra meretrix puella est. *Insidiabere?*] *Insidiari* malum est: sed *contra insidiari*, iustum est. — 14. *Tamen eandem pol esse omnibus iniurium est.*] Idem aliter, et vehementius intulit; nam peius est *eandem esse omnibus*, quam nullum excipere. *Iniurium.*] Iniquum. *Iniurium* autem indignantis modo significatio est: et vim adverbii habet. — 15. *Ulcisci adversarios?*] De more *adversarios* mutato nomine posuit, durum enim fuerat; si *amatores* diceret. — 16. *Qua via te captent.*] Qui te captant saepe, tu eos vel semel cape. — 17. *Eheu me miseram!*] Bene, quia non persuasit, sed affectum doloris expressit. Intelligitur enim ex vultu eius, non eam persuasisse, quod voluit. *Eheu me miseram! cur non aut istaec mihi aetas, et forma est.*] Ἐμπαθῶς ait, quod reliquum est: quia quod

---

12. *Suam voluptatem expleat.*] Ita And. I. 2. 17. Plautus, Truc. II. 6. 38. *vim magni doloris per voluptatem tuam Condidisti in corpus.*

15. *Iniurium autem est, ulcisci adversarios?*] Loquitur ex disciplina gentilium. Ita Phaedrus, I. 26. 1. *Nulli nocendum; si quis vero laeserit, Multandum simili iure, fabella admonet.*

16. *Te captent.*] Locutio translata a gladiatoribus, eorumque disciplina, quum alter alteri insidiatur ad ictum inferendum. Ita Plautus, Mostell. V. 1. 21. *Docte atque astute mihi captandum est cum illoc.*

17. *Cur non aut istaec mihi aetas et forma est.*] Ita Horatius, Carm. IV. 10. 7. *Quae mens est hodie, cur eadem non puero fuit? Vel cur his animis incolumes non redeunt genae?* Ausonius, Epigr. XIII. 5. *Nunc piget; et quereris, quod non aut ista voluntas*

Aetás et forma est, aút tibi haec senténtia?

volebat, persuadere non potuit. Et bene *istaec aetas, et forma:* quia utrumque non habet. Et mire e contrario descripta est deformitas lenae, et formam et voluntatem malam gerentis. — 18. *Aut sibi haec sententia?*] *Δεικτικῶς*, simulque ostendit secundum *γνωμολογούμενον*, difficile deformem reperiri bonam.

Tunc fuit; aut non est nunc ea forma tibi. Quae e Terentio sunt expressa.

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

Pa. Senéx si quaeret mé, modo isse dícito
Ad pórtum, percontátum adventum Pámphili.

Senex si quaeret me, modo isse dicito.] *Hoc servus dixit, in scenam de proscenio respiciens. Duae coniecturae sunt in hac scena: an verae sint nuptiae: et an verisimile sit, abstinere potuisse adolescentem a virgine sibi nuptum tradita.* — 1. *Senex si quaeret me.*] Magis expressit consuetudinem dicendo *senex*, quam si diceret *dominus maior*. *Senex si quaeret me.*] Ut ex verbis suis tam meretrix, quam lena descripta est: ita et Parmeno ipse qualis sit, ostenditur ex sua locutione. Exeundi autem causa de argumento sumitur, quia Pamphilus absens est, et exspectatur in dies eius adventus. *Senex si quaeret me, modo isse dicito ad portum.*] Haec omnia submissa et veloci pronunciatione efferenda sunt; hoc enim desiderant huiusmodi verba, utpote et servi et festinantis. — 2. *Percontatum adventum Pamphili.*] Honestam causam dixit, id est,

---

1. *Senex.*] Intelligit Lachetem, Pamphili patrem, herum suum. Dicit autem Parmeno haec Scirto, qui mutae personae partes agit.

2. *Ad portum.*] Piraeeum, portum Atheniensium, de quo Eun. III. 4. 1. — *Adventum Pamphili.*] A Lachete patre in

Audin', quid dicam, Scírte? si quaerét me, uti
Tun' dicas: si non quaéret, nullus díxeris:
Aliás ut uti póssim causa hac íntegra.
Sed vídeon' ego Philótium? unde haec ádvenit?
Philótis, salve múltum. *Ph.* O salve, Pármeno.
Sy. Salvé mecastor, Pármeno. *Pa.* Et tu edepól, Syra.
Dic mihi, Philoti[s], ubi te óblectasti tám diu?

V. 9. Muretus metri gratia *Philoti* coni. Sed Bentl. Terentium ne-

Imbrum missi ad petendam hereditatem. Infra 96. seqq. Dixit autem *adventum* pro *reditu*, uti *venire* pro redire dixit Plautus, Curc. III. 67.

4. *Nullus dixeris.*] H. e. non dixeris. Ita And. II. 2. 33.

5. *Causa hac integra.*] H. e. praetexta. Ideo autem *integra*, quod nunquam antea usus ea sit coram hero. Ita Plautus, Asin. IV. 1. 44. *Nolo habere illam* causam.

9. *Dic mihi.*] Curiose interrogat. Ita And. IV. 1. 44.

Pamphili adventum. Et *percunctatum*, et *percontatum* scribitur; sed *percontatum* a *conto* dicitur, quo nautae utuntur ad exploranda loca navibus opportuna: si vero *percunctatum*, ab eo quod a *cunctis* perquiratur, dicitur. — 3. *Audin', quid dicam, Scirte?*] *Audis:* modo, sentis, intelligis, ut *Virgilius*, *Progeniem sed enim Troiana a sanguine duci Audierat.* Item alibi, *neque audit currus habenas.* *Audin', quid dicam, Scirte?*] *Audis* modo pro advertis. *Audin', quid dicam, Scirte?*] Convenit nomen servo puero, παρὰ τὸ σκιρτᾶν, quod est gestire et ludere. *Scirte?*] Κωφὸν πρόσωπον inducitur. — 4. *Nullus.*] Pro *non.* — 5. *Alias ut uti possim.*] Inter *alias* et *alia* hoc interest: quod *alias* alio tempore significat: *alia* aliter, aut per alia. *Integra.*] Non dicta. — 6. *Sed videon' ego Philotium?*] Mira inventa est causa narrandi ideo, quia peregre venit meretrix: alioquin si Athenis esset, omnia sciret. *Sed videon' ego Philotium?*] Sic solet dubitari, advenientibus ipsis, quos post multum temporis intervallum vident. *Unde haec advenit?*] Cum quodam contemtu eius *haec* dicit Parmeno. — 8. *Salve mecastor, Parmeno.*] Olim salutantes addebant iusiurandum, ut hoc sedulo facere viderentur. *Me.*] Aut adiectio est et abundat: aut positum est pro μὰ syllaba: ut Graeci μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. *Et tu aedepol, Syra.*] Irrisit ad *mecastor*, addendo *aedepol.* Et quod illa *Parmeno*, ille hic addidit *Syra.* *Syra.*] *Sura* veteres legerunt, U pro Y ponentes: ut *Musia*, *Suria.* — 9. *Dic mihi, Phi-*

Ph. Minime équidem me oblectávi, quae cum mílite
Corínthum hinc sum profécta inhumaníssimo:
Biénnium ibi perpétuum misera illúm tuli.
Pa. Edepól te desidérium Athenarum árbitror,
Philótium, cepíssé saepe: et té tuum
Consílium contemsísse. *Ph.* Non dicí potest,
Quam cúpida eram huc redeúndi, abeundi a mílite,

gat Graeca hac vocativi forma usum esse. Itaque mutato ordine versum sic legit: *Philotis, dic mi ubi te oblectasti tam diu.*

---

lotis.] Vide licentiam: supra *Philotium*, hic *Philotis* dixit. *Ubi te oblectasti tam diu?*] Facete dictum meretrici: non, *ubi fuisti?* sed, *ubi te oblectasti?* — 10. *Minime equidem me oblectavi.*] *Me* acutius proferendum est, et respondet πρὸς τὸ *te*. — 11. *Corinthum hinc sum profecta.*] *Hinc* magnum ostendit dolorem habere Philotium, quod relictis Athenis Corinthi habitaverit. *Cum milite Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo.*] Multa dixit: et *milite*, et *hinc*, et *inhumanissimo. Inhumanissimo.*] Quid potuit de milite dici, nisi in superlativo? namque omnis miles inhumanus; hic vero *inhumanissimus*. *Corinthum hinc sum profecta.*] Haec argumenta sunt, an se oblectare potuerit; a persona, quia miles inhumanissimus: a loco, quod *hinc profecta:* a tempore, quod *biennium:* a re, id est, ab iniuria quam *tulit*. — 12. *Biennium ibi perpetuum.*] Ut continuationem sui casus ostenderet, *perpetuum* dixit. *Misera.*] Muliebris interpositio τὸ *misera*. *Illum tuli.*] Non, *cum illo fui*, sed *tuli:* adeo non *me oblectavi*. — 13. *Desiderium Athenarum.*] Quod Corinthum profecta es. *Athenarum arbitror.*] Quod dixit *hinc*, ante κοδοικῆν * Athenarum, et ἀμφιβολία *te desiderium cepisse*. *Aedepol te desiderium Athenarum arbitror cepisse saepe.*] Quod *cum milite inhumanissimo*. — 15. *Consilium contemsisse.*] Poenitudine esse possessam. — 16. *Huc redeundi.*] Iterum a loco. *Abeundi a milite.*] A persona. *Vosque hic videndi.*] A re. Re-

---

12. *Tuli.*] Ita infra IV. 3. 4. Virgilius, Aen. III. 327. *iuvenemque superbum Servitio enixae* tulimus.

13. *Te desiderium cepisse.*] Ita Cicero dixit, Fam. II. 11. *Mirum me desiderium tenet urbis.*

14. *Tè suum consilium contemsisse.*] Aliter And. IV. 3. 18.

Vosque híc videndi, antíqua ut consuetúdine
Agitárem inter vos líbere convívium.
Nam illi haúd licebat, nísi praefinitó loqui,
Quae illí placerent. *Pa.* Haúd opinor cómmode
Finém statuisse orátioni mílitem.
***Ph.* Sed quíd hoc negoti est, módo quae narravít mihi**

V. 19. *illi* a Faërn. et Bentl. restitutum e Donato. Vulgo *illic.*

---

deundi, abeundi, vosque hic videndi.] Oratorie unam rem in tria divisit, *Huc redeundi*, *Abeundi a milite*, *Vosque hic videndi*: ut diceret, *Huc veniendi.* — 18. *Agitarem inter vos libere convivium.*] Inter *agere* et *agitare* hoc interest, quod *agere* est aliquid vel necessarium facere: *agitare*, voluptarium. Ergo *agitarem*, exercerem. — 19. *Nam illic haud licebat, nisi praefinito loqui.*] Legitur et *illi:* ut sit circumflexus accentus, et significet *illic:* ut, *Illi mea tristia facta.* Et absolutum est. *Praefinito.*] Deest tempore, aut quid tale. *Nisi praefinito loqui, quae illi placerent.*] Duo dixit: et *praefinito*, et *quae illi placerent:* ut neque quantum velles, neque quod velles, diceres. — 20. *Haud opinor, commode.*] *Commode*, pro *blande* et *bene:* ut, *Numquam tam dices commode.* — 21. *Finem statuisse orationi militem.*] Argute *militem:* quia quasi inimicus sit *orationi*, quae in pace plurimum potest. — 22. *Sed quid hoc negoti est?*] Hic ad argumentum nunc descendit. In Phormione, *Sed quid tu es tristis?* praelatis scilicet allocutionibus et separatarum et permistarum personarum: ne ieiune ad argumentum veniens non agere fabulam, sed narrare videretur. *Quid hoc negoti est?*] Bene addidit *negoti*, ut augeret invidiam facti; nam potuit dicere, *quid hoc est?* sed, ut diximus, ad invidiam et magnitudinem rei, *negoti* dixit. *Quae narravit mihi.*] *Quae*, qualia scilicet, et quanta. *Modo quod narravit mihi.*] *Quae* legendum est: ut sit, qualia et quanta; et hoc ἐν ὑποκρίσει. —

---

18. *Agitarem libere inter vos convivium.*] Vide Eun. V. 9. 44. Plautus, Asin. V. 1. 7. *hoc* agitemus convivium *Vino et sermone suavi.*

19. *Praefinito loqui.*] Explicat Donatus. Cicero, Fam. VI. 8. *Calendas Ianuarias tibi* praefinitas *esse scis*, h. e. praescriptas. Et Fam. VII. 2. Praefinisti, *quo ne pluris emerem.* Vide eiusmodi leges amicae *praefinitas*, apud Plautum, Asin. IV. 1.

Hic intus Bacchis? quód ego numquam crédidi
Fore, ut ílle hac viva pósset animum indúcere
Uxórem habere. *Pa.* Habére autem? *Ph.* Eho tu,
an nón habet?
***Pa.* Habét: sed firmae hae véreor ut sint núptiae.**
***Ph.* Ita Dí Deaeque fáxint, si in rem est Bácchidis.**
Sed qui ístuc credam ita ésse? dic mihi, Pármeno.
***Pa.* Non ést opus prolàto: hoc percontárier**

V. 24. vulg. *ut hac ille.* Mutarunt ordinem Faërnus et Bentl. plurimorum secuti auctoritatem librorum.

V. 26. Bentl. ex duobus codd. *haec nuptiae*, ut vitetur homoeoteleuton.

---

23. *Quod ego numquam credidi.*] Hoc totum cum invidia pronuntiandum ex animo meretricis, quae facinus indignum nuptias putat. — 24. *Ut hac ille viva posset.*] Mire ostendit ex eisdem verbis eandem hanc esse, quam supra dixit, *numquam illa viva uxorem ducturum. Posset animum inducere.*] Quasi in rem duram et immanem. — 25. *Habere autem?*] Ostendit pronuntiatione, quod prope est, ut non habeat. — 26. *Sed firmae hae vereor ut sint nuptiae.*] Bene pro persona servi, qui vult dominum uxorium esse magis, quam amatorem Bacchidis. *Sed hae firmae vereor.*] Animadverte *Terentium* in nuptiis hoc dictum servare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias. *Ut.*] Ne non. — 27. *Si in rem est Bacchidis.*] Bene additum, *si in rem est Bacchidis:* ut ostenderet, se non malignitatis, sed benevolentiae causa talia vota suscipere. *In rem.*] Pro, utilitatem: *ab re*, contra utilitatem. — 28. *Sed qui istuc credam?*] Id est, *nuptias esse infirmas. Sed qui istuc credam, ita esse? dic mihi, Parmeno.*] Superiore voto excusavit crimen curiositatis: iam videtur propter Bacchidem audire velle. — 29. *Non est opus prolato: hoc percontarier desiste.*] Vide quam convenienter poëta, quum id agat, ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diverticulis morales facetias internectat. *Non est opus prolato: hoc percontarier desiste.*] Incerta distinctio, utrum, *prolato hoc*, an *hoc per-*

---

26. *Firmae nuptiae.*] Ita infra 101. Phorm. V. 1. 6.

27. *Si in rem est Bacchidis.*] Vide And. III. 3. 14. Plautus, Aul. II. 1. 10. *Quod in rem esse utrique arbitremur.*

29. *Non est opus prolato.*] Ita mox 32. et 78. Heaut. V. 2. 41. Adelph. III. 2. 39.

Desíste. *Ph.* Nempe ea caússa, ut ne id fíat palam.
Ita mé Di amabunt, haúd propterea té rogo,
Ut [hoc] próferam: sed ut tácita mecum gaúdeam.
Pa. Numquám tam dices cómmode, ut tergúm meum
Tuam ín fidem commíttam. *Ph.* Ah! nóli, Pármeno.
Quasi tú non multo mális narrare hóc mihi,
Quam ego, quaé percontor, scíre. *Pa.* Vera haec
praédicat:
Et illúd mihi vitium 'st máximum. si míhi fidem

V. 32. *hoc* metri causa suspectum est.

---

contarier. — 31. *Ita me Di bene amabunt.*] Pro *ament:* ut, *donec regina sacerdos Marte gravis, geminam partu dabit Ilia prolem.* — 32. *Ut hoc proferam.*] Prodam, Bacchidi scilicet, vel cuilibet. *Mecum gaudeam.*] *Mecum*, intra me. *Virgil. Haec secum.* — 33. *Numquam dices tam commode.*] Haec pronuntiatio eiusmodi esse debet, ut ex ea appareat prope delinitum Parmenonem, vix se posse continere quin narret. *Numquam dices tam commode.*] Quasi ex parte labefactus est: sic enim loquitur. — 34. *Ah! noli, Parmeno.*] Artificiose se fingit audire nolle, ut tacitura credatur, si audierit: quia curiositas signum est loquacitatis. Sic *Horat. Percontatorem fugito: nam garrulus idem est.* — 35. *Quasi non tu multo malis.*] Deest, *Ita dicis:* ut sit, *Ita dicis quasi.* Et nunc Philotis non est instantior hac calliditate, ut magis servum ad dicendum provocet. *Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi.*] Ἔλλειψις: deest enim, *Ita gravaris dicere*, aut, *Ita negas te esse locuturum.* — 36. *Vera haec praedicat: et illud mihi vitium 'st maximum.*] Haec lentius apud sese: illud clare, *Si mihi fidem das.*] Etiam alia se habere vitia exceptione significat, in hoc quod dicit, *Illud mihi vitium 'st maximum.* — 37. *Et illud mihi vitium 'st maximum.*] Servile vitium est,

---

30. *Id fiat palam.*] Ita Heaut. IV. 3. 43.

32. *Ut tacita mecum gaudeam.*] Ita Virgilius, Aen. I. 502. *Latonae tacitum pertentant gaudia pectus.*

33. *Commode.*] H. e. blande. Vide Donatum supra 20. — *Tergum.*] Ita loquitur vernili ratione, quia si fidem falleret Philotis, *tergum* Parmenonis maxime in discrimen venturum, et ipse pendens plectendus erat. Vide Heaut. IV. 4. 6.

34. *Ah, noli.*] Subaudi, hac causa seu praetextu uti, rationem mox addit. Donatus non cepit. [Bene Donatus et Guyetus.]

37. *Illud mihi vitium 'st maximum.*] Ita Plautus, Mil.

Das, té tacituram, dícam. *Ph.* Ad ingenium redis.
Fidém do: loquere. *Pa.* Auscúlta. *Ph.* Istic sum.
Pa. Hanc Bácchidem
Amábat, ut cum máxume, tum Pámphilus,
Quum páter, uxorem ut dúcat, orare óccipit:
Et haéc, communia ómnium quae súnt patrum,
Sesé senem esse, dícere: illum autem únicum:

V. 43. Ita Bemb. Faërn. Westerhov. alii. Sed male cadunt accentus. Unus Reg. *Senem se esse.* Hinc Bentl. refinxit: *Seném sese esse dicere, illum autem unicum.*

---

tacere non posse. *Si mihi fidem das.*] Animadverte, his dilationibus etiam spectatorem suspendi, quo libentius audiat. *Si mihi fidem das.*] Fideliter, pro *des.* — 38. *Ad ingenium redis.*] Quia a se discesserat, si taceret. *Cicero, Redit ad se.* — 39. *Hanc Bacchidem amabat, ut cum maxume.*] Eiusmodi est haec tota narratio, ut defensionem adolescentis continere videatur: quod meretricem amicam necessitate coactus deseruerit. Mire igitur, unde quaestio est, inde coepit: *amabat*, inquit, *Bacchidem.* Sic et in secundo *Virgilius*, an fortiores Graeci Troianis, *fracti bello*, inquit, *fatisque repulsi Ductores Danaum.* — 40. *Bacchidem amabat.*] Ordo et sensus hic est, *Hanc Bacchidem tum amabat Pamphilus, ut cum maxume amabat, quum pater, uxorem ut ducat, orare occipit.* Et *ut* positum pro *quemadmodum.* Et *maxume* bis numero subauditur. Et *cummaxime* una pars orationis est: aut *cum maxume* pro nimis. — 41. *Quum pater.*] *Quum* modo adverbium est temporis pro *quando.* *Orare occipit.*] Maxima necessitas est, orans pater. — 42. *Et haec, communia omnium.*] Quid si iniustum est, quod orabatur? ostendit iustum, et frequentatum, quod dicebat pater. — 43. *Senem esse, dicere.*] Omnem causam adolescentis senex amputavit, pro suo senili commodo rogans: potuisset enim adolescens dicere, *quam pro me curam geris, hanc precor pro me depo-*

IV. 4. 9. *id illi vitium maximum est.* Loquitur autem servus ad spectatores conversus, quasi non audiente Philotide.

38. *Ad ingenium redis.*] Ita Adelph. I. 1. 46.

39. *Istic sum.*] H. e. hanc operam tibi dico, id ago, ausculto. Ita Prol. 30. Heaut. III. 1. 63.

40. *Ut cum maxume.*] De hac locutione vide ad Adelph. IV. 1. 2. [Cfr. Duker ad Flor. II. 16. Ernest. Clav. Cicer. v. *cummaxime.*]

Praesídium velle sé senectutí suae.
Ille prímo se negáre. sed postquam ácrius
Pater ínstat, fecit ánimi ut incertús foret,
Pudórin' anne amóri obsequeretúr magis.
Tundéndo atque odio dénique effecít senex:

nas. *Senem esse, dicere.*] Illud posset agere amator contra utilitatem suam: sed non poterat filius contra utilitatem patris. Ergo ut cogeret pater, suam causam interponebat. — 44. *Praesidium velle se senectuti suae.*] *Praesidium senectutis* sobolem et successorem dicit. — 45. *Ille primo se negare.*] Utrum deest *dicere?* an, *negare* sc. *nuptias? Sed postquam acrius pater instat.*] Tria dicit, et *acrius*, et *pater*, et *instat. Sed postquam acrius pater instat.*] *Postquam*, inquit, *pater acrius instat*, non compulsus est Pamphilus, sed tantum deliberavit. *Pater instat.*] Maior vis est quum *pater instat*, quam quum *rogat*. — 47. *Pudorin', anne amori obsequeretur magis.*] Sic ostendit in utramque partem, ut amorem vincere debuisset: *Pudorin' anne amori.*] Ἀνακόλουθον; non enim praeposito *utrum* intulit *anne*. *Pudorin', anne amori.*] Latens excusationis ratio explicata est. *Pudori*, patris scilicet: *amori*, meretricis. — 48. *Tundendo, atque odio.*] *Tundere* est saepius idem repetere: translatio a fabrorum malleo. *Odio.*] Assiduitate. Attendenda est difficultas uniuscuiusque verbi. *Tundendo, atque odio denique effecit.*] *Denique* temporis longitudinem significat. *Efficimus* vero, quod cum magno conatu et molimine facimus,

---

44. *Praesidium velle se senectuti suae.*] Ita Sallustius, Iug. 14. *Generis* praesidia *omnia extincta sunt.* [Liberi saepe dicuntur parentum praesidia, munimenta, subsidia. Vid. Tacit. Annal. I. 8. *quo pluribus munimentis insisteret.* et ibi Lipsius.]

46. *Animi incertus.*] Ita Phorm. IV. 1. 12. *Consilii incertum.*

47. *Pudorin', an amori obsequeretur magis.*] Solent haec sibi invicem opponi in amantibus. And. I. 5. 26. Adelph. I. 1. 32. Ovidius, Metam. I. 618. pudor *est, qui suadeat illinc; Hinc dissuadet* amor. *Victus* pudor *esset* amore.

48. *Tundendo atque odio.*] H. e. odiose instando, et quasi tundendo. Plautus, Poen. I. 3. 25. *pergin' aures* tundere? Suetonius, Vesp. 2. *Ea demum* extudit, *magis convicio, quam precibus, vel auctoritate.* [*Tundendo* h. e. idem saepe et moleste repetendo. Vid. not. ad Andr. II. 2. 11. ubi eodem sensu est *obtundere.* — *Odio* i. e. importunitate, molestia, quae odium facit. Plaut. Asin. II. 4. 40. *Perii hercle, iam hic me abegerit suo odio.* Horat. Serm. I. 7. 6. *Durus*

Despóndit ei gnatam huius vicini próxumi.
Usque illud visum est Pámphilo ne utiquam grave,
Donéc iam in ipsis núptiis, postquám videt
Parátas; nec moram úllam, quin ducát, dari:
Ibi démum ita aegre túlit, ut ipsam Bácchidem,

V. 50. Bentl. monet semper *ne utiquam* scribendum esse: semper enim primam corripi.

---

vixque per nos finem accipit. *Tundendo, atque odio denique effecit senex.*] Mire interposuit moras, ad postremum confessurus uxorem ductam. Primo, inquit, negavit: post, deliberavit: ad postremum, duxit. Non, inquit, ipse: sed effecit hoc senex. Ita mutatione personae totam voluntatem adolescentis absolvit. *Denique effecit.*] Oratorie tempus apposuit: nam hoc significat *denique*. *Odio.*] Hoc est, instantia. — 49. *Despondit ei gnatam.*] Vide, non hic dici, *duxit uxorem Pamphilus:* sed totum ad patrem referri. — 50. *Neutiquam.*] Non nimis. — 51. *Donec iam in ipsis nuptiis.*] Nota locutionem sensu magis, quam verbis manifestam. *Donec iam in ipsis nuptiis.*] Deest, *Positus constitutusve ita doluit, et aegre tulit.* Aut repetere debemus sic, *in ipsis inquam nuptiis. Donec iam in ipsis nuptiis.*] In mentione *nuptiarum* effervescit animus amatoris. — 52. *Nec moram ullam, quin ducat, dari.*] Ubi nec aliquam dieculam vel dilationem videt ad nuptias. *Quin.*] Quo minus. — 53. *Ibi demum.*] Denique, postremo. Et mire additum est *ibi:* quia male pendebat *in ipsis nuptiis.* Et sic est, quasi dixisset, *in ipsis inquam nuptiis. Demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem,*

---

homo, atque odio qui posset vincere Regem, ubi vid. Torrentium. Phorm. V. 6. 9. *Pergin? hercle nunquam hodie odio tuo me vinces.* Vid. Perizon. ad Sanct. Min. II. 13. p. 251. et Ernest. Clav. Cic. h. voce.]

51. *Donec iam in ipsis nuptiis.*] Ἔλλειψιν supplet Donatus. Ita Virgilius, Aen. II. 100. *donec Calchante ministro.* Dixit autem *in ipsis nuptiis* pro ipso nuptiarum die, seu, quum mora nulla daretur, quin duceret. Nepos, Milt. 7. *Quum iam in eo esset, ut oppido potiretur.* — *Postquam videt.*] Nota *postquam* praesenti iunctum. Sallustius, Catil. 57. *Catilina postquam videt, montibus atque copiis hostium sese clausum.* [Supra v. 45.]

53. *Ut ipsam Bacchidem commiseresceret.*] Emphasis est in nomine *Bacchidis*; quia disciplina est meretricibus, *ne cuiusquam misereat.* Supra, I. 1. 7. Pacuvius, Duloreste: *Si Priamus adesset, et ipse eius commiseresceret.* [De imperfecto *si adesset* cfr. annot. ad Adelph. I. 1. 26. coll. *Matthiae* Gr. §. 508. St.]

Si adésset, credo, ibi eius commiseréscceret.
Ubicúmque datum erat spátium solitúdinis,
Ut cólloqui mecum úna posset: Pármeno,
Perií! quid ego egi? in quód me coniecí malum?
Non pótero ferre hoc, Pármeno, perii miser!
Ph. At té Di Deaeque pérduint cum isto odió! Laches.

V. 58. vulgo *hoc ferre*. Mutavit Bentl. ex codd. suis.

V. 59. vulg. *istoc odio*, quo metrum pessumdatur. Recte Bembin. et alii *isto*. Pro *perduint* alii libri *perdant*, quod restituendum erit, nisi *perduint* ut disyllabum legeris. Audacius Bentleius versum sic refingit: *At te di deaeque cum tuo istoc odio, Laches.* Nam primum etsi aliquot Donati codices *perduint* omittunt, tamen legitur in omnibus Terentii msptis. Deinde unde Britannus sumsit istuc *tuo*?

---

si adesset, credo, ibi eius commisèresceret.] Hoc ὑπερβολικῶς, ut *Virgilius*, *Vel Priamo miseranda manus.* *Ut ipsam Bacchidem.*] Quae nunc accusatrix est. Et est argumentum ab animo. *Aegre tulit.*] Idem Virgilius, *quis talia fando, Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssei, Temperet a lacrymis?* — 54. *Credo, ibi.*] *Ibi tum.* — 56. *Ut colloqui mecum una posset.*] Παρέλκον tertium. Et argumentum a persona, quod ait, *mecum.* *Parmeno, perii!*] Argumentum a dictis: quod ait, *Parmeno, perii! Parmeno.*] Moraliter, et antonomastice nomen repetit. Et significanter fecit, non addendo *dicebat*, et in μιμητικὸν a διηγηματικῷ transeundo. Et mire interposuit nomen, ut affectum doloris ostenderet. Sic *Virgilius: Anna, fatebor enim.* — 58. *Parmeno.*] Ἐν ἤθει repetit nomen. — 59. *At te Di, Deaeque perduint.*] Obtinuit et permansit servus; nam iam meretrix seni irascitur, non Pamphilo. *Cum istoc odio.*] Cum instantia ac

---

55. *Spatium solitudinis.*] H. e. facultas, habendi me solum. Ita infra, III. 3. 14.

57. *Perii! quid ego egi?*] Ita Eun. II. 3. 86. Heaut. IV. 1. 18. Est autem μίμησις verborum Pamphili.

58. *Non potero hoc ferre.*] Modestior longe Pamphilus alter, And. V. 3. 27.

59. *At.*] Vide And. IV. 1. 43. et infra, III. 5. 19. — *Cum istoc odio.*] H. e. cum tua odiosa et molesta instantia. De usu particulae *cum* vide And. V. 4. 38.

Pa. Ut ad paúca rédeam, uxórem deducít domum.
Nocte illa prima vírginem non áttigit.
Quae cónsecuta est nóx, eam nihiló magis.
Ph. Quid ais? cum virgine úna adolescens cúbuerit,
Plus pótus, illa se ábstinere ut pótuerit?

V. 64. Bentl. *sese illa abstinere, ut potuerit.*

---

molestia. — 60. *Ut ad pauca redeam.*] Tanquam multa sint, quae de Pamphili amore dici possint. *Ut ad pauca redeam.*] Praeceptum oratorium in longa narratione, pro veritatis inquisitione; reddit enim auditorem acriorem, quem spes finis recipit fatigatum. *Uxorem deducit domum.*] *Uxor* dicitur, vel ab *ungendis* postibus, et figenda lana: id est, quod quum puellae nuberent, maritorum postes *ungebant*, ibique lanam figebant; vel quod lotos maritos ipsae *ungebant*, cuius rei testis *Ennius: Exin Tarquinium bona foemina lavit et unxit.* — 61. *Nocte illa prima.*] Pronuntiandum acutius, *illa prima:* quasi dicat, plena desiderii, plena cupiditatis. Similiter addidit, *virginem.* Et expresse, *non attigit nocte illa prima.* Quasi dicat, plena amoris et plena dulcedinis: ut mirum sit quod infertur, *non tactam virginem.* Et hic argumentum est, quanta fecerit Pamphilus erga amicam suam. *Virginem non attigit.*] *Virginem* ἔμφασις est: quamvis non amatam, *virginem* tamen. Et non dixit, *non amplexus est:* sed, *ne attigit quidem.* — 62. *Quae consecuta est nox.*] Eam primam noctem scilicet. *Nihilo magis.*] Quasi in nihilo possit esse magis aut minus. Et *nihilo magis* asseverationis est. — 63. *Quid ais? cum virgine una.*] Invenitur quasi interiectio *una*, id est, simul, uno loco. *Cum virgine.*] A persona. *Una.*] A loco. *Adolescens.*] A persona. *Cubuerit.*] Ab habitu et occasione. *Cum virgine una adolescens cubuerit.*] Argumenta in coniecturam necessario posita: quibus *Terentius* ex utraque parte disputans, τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum stulte haec posuisse iudicaret. Haec enim meretrix tarde credit argumentis, ne a Parmenone vincatur. Hinc est quod ait *Horatius: Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte.* — 64. *Plus potus.*] Ab impulsione,

60. *Ut ad pauca redeam.*] Ita Phorm. IV. 3. 43. [*Deduci* proprie dicebatur puella, quae nubebat et ad maritum, pueris patrimis et matrimis faces praeferentibus, ducebatur. Tibull. III. 4. 31. *Ut iuveni primum virgo deducta marito.* Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 110. et Interpret. ad Liv. XI. 26. 5.]

63. *Cum virgine una adolescens cubuerit.*] Ita Adelph. V. 3. 65.

64. *Plus potus.*] Ita Heaut. II. 1. 8. Plautus, Rud. II. 7. 8.

Non vérisimile dícis: nec verum árbitror.
Pa. Credo íta videri tíbi: nam nemo ad té venit,
Nisi cúpiens tui: ille invítus illam dúxerat.
Ph. Quid deínde fit? *Pa.* Diébus sane paúculis
Post Pámphilus me sólum seducít foras;
Narrátque, ut virgo ab se íntegra etiam túm siet:
Seque ánte, quam eam uxórem duxissét domum,

V. 67. Guyet. *tui* delendum censet.

---

et ex accidentibus. — 65. *Non verisimile dicis.*] Αὔξησις perversa: prius est enim *verum*, deinde *verisimile*. Sed ideo sic dicit, quia est saepe non *verisimile*, *verum* tamen: ut, Decios pro alieno commodo mori voluisse. *Non verisimile dicis.*] Hoc iam plus est, tantum eum amasse Bacchidem, quantum non possit credi. — 66. *Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit.*] Magno compendio usus est, non ostendens cur hoc falsum sit, quod putet meretrix: sed cur hoc putet. Ita ex eius persona totum refellitur, quod obiicit. — 67. *Ille invitus.*] *Invitus* dicendo: quasi admonet iterum iterumque, ut *Virgilius*, *Italiam non sponte sequor.* — 68. *Quid deinde fit?*] Interponitur persona ad exitum festinans: ut alibi, *Quam metui, quorsum evaderes.* *Diebus sane pauculis post.*] Hic exitus est. — 69. *Pamphilus me solum seducit foras.*] Ne testis quisquam et arbiter secretorum interveniat. *Me solum seducit foras.*] Familiaris in servo iactantia de dominorum familiaritate, simul quia decens est, ut per eum, quid gestum sit, spectatores sciant. — 70. *Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet.*] Hoc est illud quod supra dixerat, *nocte illa prima virginem non attigit.* — 71. *Seque ante, quam eam uxorem duxisset domum.*] Bonus color purgationis: diceretur

---

Vel ego amare utramvis possim, si probe adpotus siem. — *Illa sese abstinere.*] Ita infra III. 3. 92. Turpilius, Pedio: *Ut ille hac sese abstineret, ego supersedeam nuptiis.* —

69. *Me solum seducit foras.*] Haec propria *seducendi* notio. Naevius, Praecone: *Ego dedita opera te, pater,* solum foras seduxi. Plaut. Asin. II. 2. 95. *Nam me hodie senex seduxit solum, seorsum ab aedibus.* Vide Interpretes ad Phaed. III. 10. 11. [Barbare hodie loquuntur *seducere* dicentes pro *in fraudem inducere.*]

70. *Virgo abs se integra.*] Ita Plautus, Curc. I. 1. 51. *Tam a me pudica, quasi soror mea sit.* Lucilius, XXIX. 67. Citat Nonius, dicens: *Signatam*, integram virginem *vetustas voluit dicere.* Ita fere Cantic. IV. 12.

Sperásse, eas toleráre posse núptias:
Sed quám decrerim mé non posse díutius
Habére, eam ludíbrio haberi, Pármeno,
Quin íntegram itidem réddam, ut accepi áb suis,
Neque honéstum mihi, neque útile ipsi vírgini est.
Ph. Pium ác pudicum ingénium narras Pámphili.
Pa. Hoc égo proferre, incómmodum mi esse árbitror:
Reddí patri autem, cuí tu nil dicás viti,

V. 75. Bentl. corr. *accepi, suis*, omisso *ab*.

---

enim, quare, si illam odio habebat, ducebat uxorem? — 72. *Tolerare posse.*] *Tolerare* verbum est male patientis. — 73. *Quam decrerim me non posse diutius habere.*] Ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιΐα, ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικήν. *Decrerim.*] Statuerim et defixerim. — 74. *Eam ludibrio haberi.*] Honesto verbo et pudoris pleno usus est: et nove pro *vitiari*. — 75. *Quin.*] Quo minus. *Integram.*] Id est, honestam, non enim dixit, spoliatam virginem aut mulierem. *Ut accepi a suis.*] Vigilanter quidem *integram* specificat: id est, talem, qualem accepi a suis; potuit enim vitiatam accepisse, ut saepe evenit. Ergo non abundat, *ut accepi a suis*, sed habet significationem. — 77. *Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.*] Erga meretricem *pium*, *pudicum* erga virginem. Cogitur *pium* dicere Pamphilum, quem periurum putabat. *Pium et pudicum ingenium narras Pamphili.*] An simul erga virginem et *pium* et *pudicum?* an *pium* erga meretricem, *pudicum* erga virginem? — 78. *Hoc ego proferre.*] Verba Pamphili sunt: non ut quidam putant, ad personam Parmenonis referentes. *Hoc ego proferre.*] Amorem scilicet meretricis. — 79. *Cui nihil dicas vitii.*] Nunc *vitii*, culpae uxoriae. —

---

73. *Sed quam decrerim.*] Quatuor hos versus ita loquitur servus, ut μίμησιν habeant verborum Pamphili. Transit igitur ab oratione obliqua ad rectam.

74. *Eam ludibrio haberi.*] Ita Plautus, Menaechm. V. 2. 32. *Ludibrio, pater, habeor.* Vide Comment. maiorem.

79. *Cui tu nihil dicas vitii.*] H. e. quam nullius vitii insimules. Plautus, Asin. V. 2. 48. *faxo, ut scias, Quid pericli sit, dotatae uxori* vitium dicere. [Sed locus Plauti est dubiae lectionis. Ergo Terentii verba, *cui nihil dicas vitii*, ita erunt explicanda, *in qua non possis dicere ullam culpam esse.* Et recte Donatus culpae uxoriae. *Vitium* pro *culpa*, ut *vitio adversariorum* apud *Nep.* in Ages. 4. Suet. Caes. 40.]

Supérbum est. Sed íllam spéro, ubi hoc cognóverit,
Non pósse se mecum ésse, abituram déniqne.
Ph. Quid intérea? ibatne ad Bácchidem? *Pa.* Cotídie.
Sed, út fit, postquam hunc álienum ab sesé videt,
Malígna multo, et mágis procax facta ílico est.
Ph. Non édepol mirum. *Pa.* Atqui éa res multo máxime
Disiúnxit illum ab ílla: postquam et ípse se,
Et íllam, et hanc, quae dómi erat, cognovít satis,

V. 84. Bentl. *Maligna magis et magis procax.* ex coniectura. Equidem *multo* ad *maligna* refero, neque ad *magis.* Alioquin enim intolerabile foret hyperbaton. *Multo* ita postponi non est inauditum. Cum positivo autem iungi docebit Ruddimannus meus.
V. 85. Bentl. *Atque ea res*, ex codd.

---

81. *Abituram denique.*] *Denique* moram significat, et postremam tarditatem, itaque postremo, vel sero abituram indicat. — 82. *Quid interea?*] Exsultantis est et gestientis audire. *Interea.*] Inter eos dies. — 83. *Postquam hunc alienum ab sese videt.*] Pro *alienatum* dixit, ut in Phormione, *Quid? ego vobis, Geta, alienus sum?* Nam quomodo *alienum*, si amabat, dixisset? *Postquam hunc alienum.*] Oratorie, non iam Bacchidem excusat, quam a verisimili causa vult inducere, quod ipsa sit in Pamphilum durior. *Alienum ab sese videt.*] Id est, maritum: nam hoc nomen a meretricibus *alienum* est. — 84. *Maligna multo.*] *Maligna*, difficilis ac superba. *Malignus* est, qui difficultatem sui ostendit. *Procax.*] Dispoliatrix et petax. *Procare* enim est petere. *Virgil. procacibus austris*, id est, impudentibus; nam qui multum petit, impudens est et *procax.* Unde et *proci* dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. — 85. *Non aedepol mirum.*] Obtinuit quod volebat Parmeno; nam credidit Philotis iniuriam factam Pamphilo. — *Atque ea res multo maxime.*] Opportune concitatius Pamphilum defendit Parmeno, postquam Philotis inducta est, ut fateretur iniuriam factam. *Atque ea res.*] *Atqui*, immo. Legitur et *atque.* — 87. *Et illam.*] Meretricem malam. *Et*

---

82. *Ibatne ad Bacchidem?*] Id *commeare ad mulierculam* dixit Heaut. III. 1. 35.

83. *Alienum ab sese.*] Ita infra IV. 4. 36. Adelph. III. 2. 28.

Ad exémplum ambarum móres earum existimans —
Haec, íta uti liberáli esse ingenió decet,
Pudéns, modesta: incómmoda, atque iniúrias
Viri ómnes ferre, et tégere contumélias.
Hic, ánimus partim uxóris misericórdia

V. 88. Bentl. de coniectura: *Ad amussim* (i. e. diligenter, accurate) *ambarum mores earum existumans.*
V. 89. Bentl. corr. *Haec, ita uti liberali atque ingenuae decet.*

---

hanc, quae domi erat.] Uxorem modestam. *Et illam, et hanc, quae domi erat.*] *Illam*, quae meretrix esset: *hanc*, id est uxorem. *Cognovit.*] Diligentius et attentius consideravit; nam *cognoscere* est diligenter et attente considerare. *Cognovit satis.*] Bene *satis*, ex ipsius moribus, et ex meretricis. — 88. *Ad exemplum.*] Quasi ad imaginem et collationem et speciem comparationis. *Existimans.*] Intelligens. — 89. *Haec, ita uti liberali esse ingenio decet.*] Qualitas comparativa. — 90. *Pudens, modesta.*] Haec contra vitia meretricia posuit. *Pudens* haec, illa *procax:* *modesta* haec, illa *maligna*, reliqua vero superadduntur, ornamenta uxoris, matronaeque laudes. *Incommoda atque iniurias.*] Callide laudata uxore non repetit vitia meretricis apud meretricem: et simul contentus de uxoris laudibus, vitia meretricis intelligit. *Incommoda atque iniurias viri omnes ferre.*] Figura Ἔλλειψις. — 91. *Tegere.*] Hoc plus est, quam ferre. Et *tegere*, quod meretricem amaret. Et plus dixit *tegere* quam celare. *Tegere* enim ad hoc dixit, ut non solum cuiquam non ediceret, sed et ne quis sciret. — 92. *Hic, animus.*] Oratorie dixit, non enim Pamphilum dixit: sed *animum* Pamphili. *Hic animus.*] *Hic* pro *tum.* *Virgilius, Hic annis gravis, atque animi maturus Aletes.* *Uxoris misericordia.*] Ἀμφιβολία. *Uxoris misericordia.*] Recte, quia ex misericordia amor nascitur. Sic et in Phormione, *Miseritum est. Virgo ipsa facie egregia. Virgi-*

---

88. *Ad exemplum ambarum mores earum existumans.*] Locutio elegans, licet rarior. Sensus est: *Mores utriusque ex comparatione mutua aestimans, et de utrisque ex hac comparatione iudicans.* [Casaubonum sequitur Westerhovius; quae interpretatio non sine caussa Boeclero displicet; nec tamen admodum probabile est, exemplum, quod ille putat, ibi esse consuetudinem quotidianam. Itaque hoc non intelligo. Nec intellexit Bentleius. St.]

91. *Tegere contumelias.*] Ita infra III. 3. 28.

92. *Hic.*] H. e. tunc. Ita And. II. 3. 15. Phaed. I. 11. 5. hic

**Devínctus, partim victus huius iniúriis,
Paullátim elapsu' est Bácchidi: atque huc tránstulit
Amórem, postquam pár ingenium náctus est.
Intérea in Imbro móritur cognatús senex
Horúnce: ad hos redíbat lege heréditas.
Eo amántem invitum Pámphilum extrudít pater.**

V. 93. Bentl. ex codd. *iniuria.*

V. 97. vulgo: *Horunc: ea ad hos* etc. *Ea* deest in multis codicibus. Bentleius correxit: *Horunce: ad hos ea rediit lege hereditas.* Enimvero in Bemb. est *Ad hos ea:* ac duo libri Bentl. *Rediit.*

---

lius, heu, quibus ille lactatus fatis! — 93. *Devinctus, partim victus.*] De proximo repetivit χαρόμοιον, *devinctus, victus. Partim victus huiusce iniuriis.*] Qualitas relativa. — 94. *Paullatim elapsus.*] Adeo est tardus amor Pamphili et magnus, ut etiam post iniurias difficile discedat. *Elapsus.*] Animus, non Pamphilus. — 95. *Postquam par ingenium nactus est.*] An sibi *par*? an absolute bonum? ut dicimus, *sic par est facere te.* Ergo aut sibi *par*, aut uxori: id est, liberali foeminae. *Par ingenium nactus est.*] *Par ingenium*, eandem voluntatem. *Sallustius, Quos eadem odisse, et eadem metuere in unum coegit.* Idem alibi: *Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* — 96. *Interea in Imbro moritur cognatus senex.*] Bene causa abitionis Pamphili narratur. *Moritur cognatus senex.*] Bene, quod ait *senex:* nam acerbum funus non conveniebat fabulae. In comoedia itaque apud *Terentium* aut meretrix molesta, aut ex duabus una uxor moritur, aut senex. Ita ex huiusmodi mortibus, vel incommodum vitatur, vel lucrum insuper nascitur, ut non sit causa lugendi. — 97. *Horum.*] Maluit *horum*, quam *dominorum*, dicere. *Ad hos redibat lege hereditas.*] Verbo iuris usus est: ea enim legitima est hereditas, quae familiae debebatur. — 98. *Eo*

---

auritulus Clamorem subito totis tollit viribus. — *Misericordia devinctus.*] Ita And. III. 2. 29.

94. *Elapsus Bacchidi.*] Alia metaphora usus Cicero, Fam. VI. 19. *Tanta est enim intimorum multitudo, ut ex his potius aliquis effluat, quam novo sit aditus.* — *Huc transtulit.*] H. e. in hanc, nimirum uxorem. Ita infra III. 1. 17. Heaut. II. 4. 10.

96. *In Imbro.*] *Imbrus* est insula iuxta Thraciam sita.

97. *Ea ad hos redibat lege hereditas.*] Ita And. IV. 5. 4.

98. *Invitum extrudit.*] Explicat Donatus. Plautus, Merc. II. 3. 22. *Iam hinc olim* invitum *domo* extrusit *ab sese.*

Relíquit hic cum mátre uxórem; nám senex
Rus ábdidit se. huc ráro in urbem cómmeat.
Ph. Quid adhúc habent infirmitatis núptiae?
Pa. Nunc aúdies. primo hós dies complúsculos
Bene cónvenibat sáne inter eas. interim

V. 99. Ita Bentl. ex duobus codd. Vulgo: *Relinquit cúm matre hic uxorem.* Quo recepto *mater* in thesi delitescit.
V. 100. Bentl. *Rus abdit sese.* Ac *sese* est in libris compluribus.
V. 102. vulgo: *primo dies.* Bemb. *primos dies:* unde Bentleii sagacitas veram eruit lectionem.
V. 103. ante Bentl. erat *conveniebat.*

---

amantem.] Modo iam uxorem: non enim amicam. *Invitum Pamphilum extrudit pater.*] *Invitum* recessisse vis verbi demonstrat. Nam proprie *extrudere* dicitur, qui manibus expellit: sed hic translatione usus est, ut ostenderet, tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset. *Extrudit.*] Verbum necessitatis, et aptum importunitati. — 99. *Relinquit.*] Inertia praesentis temporis. Legitur et *reliquit.* *Relinquit cum matre hic uxorem.*] Praeparatio ad futurum errorem. — 100. *Nam senex rus abdidit se.*] *Nam* hic inceptiva particula est, ut, *Nam meus conservos est homo haud magni pretii.* Plautus in Milite Glorioso. *Rus abdidit se.*] Verbum reprehendentis senem: quod *se abdidit* dixit. *Huc raro in urbem commeat.*] *Huc* bene dixit, ut ostendat Parmenonem in urbe esse. Mira οἰκονομία; fac enim praesentem, et nullus error in fabula est. *Commeat.*] *Commeare* est abesse inde, ubi te esse oporteat. Ergo hoc dicto ostendit, quam raro ad urbem veniat senex, quippe *commeatus* est ex aliqua commoratione temporalis abscessus. — 101. *Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?*] Bene usque adhuc suspensa narratio est. Et in hac interrogatione quasi substomachatur Philotis decepta, quod nihil videat infirmitatis in nuptiis, quod optaverat. *Quid adhuc habent?*] Hoc tristior meretrix dixit. — 102. *Nunc audies.*] Sic ait, quasi iamdudum audire cupienti, vel quasi ad molestam percontatricem. — 103. *Bene conveniebat sane.*] *Bene,* pro multum: et *sane,* valide, quia qui sanus, idem et validus. —

---

100. *Rus abdidit se.*] Ita Plautus, Pseud. IV. 7. 5. *Ex conspectu heri sui se abdiderunt.* Cicero, Fam. XIII. 29. Abdidit se *in intimam Macedoniam.*

103. *Bene conveniebat sane inter eas.*] Ita Plautus, Trin. III. 1. 22. *Nescio quid non satis inter eos convenit.*

Miris modis odísse coepit Sóstratam:
Neque lítes ullae intér eas, postulátio
Numquám. *Ph.* Quid igitur? *Pa.* Sí quando ad eam accésserat
Confábulatum, fúgere e conspectu ílico:
Vidére nolle. dénique, ubi non quít pati,

V. 104. Bentl. ex Cledonio p. 1915. legendum suspicatur: *Miris modis odisse adulescens Sostratam.* ut *coepit* vel simile quid intelligatur.

---

104. *Interim miris modis odisse.*] Huc usque Parmenonem poëta verba passus est dicere: caetera actibus servaturus. *Interim miris modis.*] Mire ad finem comoediae rerum explanatio reservatur, namque si quaeras, fallitur Parmeno, quum non odio socrus, sed pudore simultatem adversus socrum Philumena simulaverit. *Interim.*] Modo repente: et est adverbium temporis. *Miris modis.*] Miris exemplis. — 105. *Postulatio.*] Expostulatio, querela; sed proprie *expostulatio* est apud illum ipsum, qui peccaverit: *postulatio*, de illo apud alterum. — 106. *Quid igitur?*] Recte dixit, si hoc non fuit, quid ergo? *postulatio*, querela, et quasi iusta interpositio querelarum. — 107. *Fugere e conspectu ilico.*] Bene *e conspectu:* utpote, quae caveret gravida intelligi. Sed tamen subiungit, *videre nolle:* ut ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque *videre* vellet, neque *videre.* *Fugere e conspectu.*] Ne videretur. — 108. *Videre nolle.*] Ne videret. *Denique, ubi non quit pati.*] *Pati* et *sustinere*, et *sustineri* intelligi potest hoc loco, utrum postquam non potuit sustinere socrum? an postquam illam socrus ferre non potuit, sic se celantem nurum? Potest etiam sic intelligi, ubi non potuit argumenta odii sui ipsa nurus pati et continere, migravit ad socrum. *Non quit pati.*] Tolerare aut tolerari: quia *patior* com-

---

105. *Postulatio.*] H. e. expostulatio, iurgium, querela. Plautus, Bacchid. III. 3. 45. *Acris postulatio haec est.* Idem. Mil. II. 6. 34. *Postulare* pro *expostulare* dixit. [*Neque* i. q. *neque tamen*, ut saepe. v. Bremi ad Nepot. Ages. I. 4. *St.*]

107. *Fugere e conspectu.*] Phaedrus, I. 16. 6. de conspectu fugere *veloci impetu.*

108. *Non pati.*] Subaudi, consuetudinem socrus: vel absolute dixit *pati*, uti Heaut. IV. 5. 13. Et Virgilius, Ecl. X. 52. *Certum est, in silvis, inter spelaea ferarum Malle pati.*

Simulát se a matre arcéssi ad rem divinam. abit.
Ubi illíc dies est complúres, arcessí iubet.
Dixére causam [tunc] néscio quam. iterúm iubet.
Nemó remisit. póstquam arcessunt saépius,
Aegram ésse simulant múlierem. nostra ílico
It vísere ad eam. admísit nemo. hoc úbi senex
Rescívit, heri ea caúsa rure huc ádvenit:
Patrém continuo cónvenit Philúmenae.
Quid égerint intér se, nondum etiám scio:

V. 109. olim erat *abiit*, quod Faërn. et Bentl. ex codd. correxerunt.

V. 111. *tunc* incertam in codd. sedem habet et versum gravat. Delevit Bentl.

---

mune est; nam *patior te*, et *a te*, dicimus. — 109. *Abiit.*] Proprie *abiit:* quia non exspectavit ut mitteretur. — 110. *Ubi illic dies est complures.*] Ἀρχαίως *dies*, non *diebus* dixit. *Arcessi iubet.*] Non addidit *quae*, quia intelligitur. — 111. *Dixere causam tunc, nescio quam.*] Ideo *nescio quam*, quia nullius momenti ac falsam. — 112. *Nemo remisit.*] Hic iam apertius odium videtur, ubi nec iam fingitur causa. *Postquam arcessunt.*] Subauditur *nostri*, id est, missi a socru. *Postquam arcessunt.*] Id est, missi a nobis scilicet. Et mira varietas. — 114. *It visere.*] Ut, *populare Penates Venimus.* *It visere ad eam.*] *Visere*, officii est: *videre*, quaerentis aliquem. *Admisit nemo.*] Iniuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. *Hoc ubi senex rescivit.*] *Scimus* quae ad nos deferuntur: *rescimus* celata. — 115. *Heri ea causa.*] Bene *ea causa:* quippe qui se ruri abdidisset. — 117. *Nondum etiam scio.*] Παρέλκον tertium: et deest *scire*. Et est σύλληψις, *scio*, *scire*, cum ἀναβάσει. *Nondum etiam.*] Recte servavit reliquis partibus fabulae pendulum et attentum spectatorem. —

---

109. *Ad rem divinam.*] Ita Eun. III. 3. 7.

113. *Aegram esse.*] Nimirum morbo corporis. Ita infra, III. 2. 6. Nepos, Milt. 7. Aeger *erat vulneribus.* Ovidius, Pont. I. 3. 90. *Nec iuvat admota perditus aeger ope.* Errat igitur Donatus ad And. I. 2. 22.

114. *Visere ad rem.*] Ita *visere ad aliquem* infra, II. 1. 40. III. 2. 4. et 6. Plautus, Bacchid. III. 5. 4. *visam huc ad eum.* [Ovid. Amor. II. 2. 21. *Ibit ad affectam, quae non languebit, amicam visere.*] — *Admisit nemo.*] Lucilius XXX. 45. *Non datur*; admittit nemo; *nec vivere ducunt.* — *Hoc ubi senex rescivit.*] Ita Plautus, Bacchid. II. 3. 124. *Hoc ubi senex resciverit.*

Nisi sáne curae est, quórsum eventurum hóc siet.
Habés omnem rem. pérgam, quo coepi hóc iter.
Ph. Et quidem ego: nam constítui cum quodam hóspite,
Me esse íllum conventúram. *Pa.* Di vortánt bene,
Quod agás! *Ph.* Vale. *Pa.* Et tu béne vale, Philótium.

118. *Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.*] Bene: quia curiosus est Parmeno, et idem garrulus; nam per totam fabulam talis inducitur. *Quorsum eventurum.*] Ἔλλειψις; deest *scire.* — 119. *Habes omnem rem.*] Quasi dicat, quam audire expetisti. *Pergam, quo coepi hoc iter.*] *Pergam hoc iter:* ut, *Tendere iter pennis.* *Quo coepi hoc iter.*] Ad portum scilicet. — 120. *Nam constitui cum quodam hospite.*] Dicit causam, cur in reliqua fabula non appareat persona huius meretricis. *Constitui.*] *Constitui* proprie; nam de huiusmodi rebus dicitur convenire et *constituere*, de cuiusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. — 121. *Di vortant bene, quod agas!*] Saepe enim res eveniunt aliter, quam volumus: et ideo *Vertumnus* colitur, qui praeest rebus *vertentibus.*

---

119. *Habes omnem rem.*] H. e. audivisti, intellexisti. Ita Lucilius XXIV. 65. Habes omnem rem: *timeo ne accuser.* Cicero, Fam. I. 9. Habes *de Vatinio; accipe de Crasso.* — *Pergam, quo coepi hoc iter.*] Ita Pacuvius, Medo: *Ire si resto*, pergit iter; *iam si ire conor, prohibet bitere.* Horatius, Serm. II. 6. 99. *Ambo propositum* peragunt iter. Vide Cl. Burm. ad Val. Flac. IV. 690. et Cort. ad Sallust. Iug. 79.

120. *Constitui.*] Vide ad Heaut. IV. 4. 4. Titinnius apud Non. v. Toga: *Scorto rus* constituit.

121. *Di vortant bene.*] Ita Phorm. III. 3. 19. Plautus, Curc. V. 2. 58. *Deos volo bene vertere istam rem vobis.*

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

LACHES. SOSTRATA.

La. Pró Deûm atque hominúm [fidem]! quod hoc genus est? quae haéc est coniurátio?
Ut ne ómnes mulierés eadem aeque stúdeant nolintque ómnia?

V. 1. et 2. de sententia Hermanni Elem. Doctr. Metr. p. 168. scripsimus, qui v. 1. *fidem* delet, et v. 2. *Ut ne* pro *Utin'* cum Bentleio scripsit. Primum versum Bentleius iambicum octonarium fecit.

Prô Deum atque hominum fidem!] *In hac scena accusatio socrus est: quae se coniecturaliter defendit, dicens nihil a se factum in perniciem nurus.* — 1. *Prô Deûm atque hominum fidem!*] Ἐμπαθῶς ab exclamatione coepta scena est. Senex enim est difficilis et iratus. *Quod hoc genus est? quae haec est coniuratio?*] Conatur *Terentius* adversus famam socrum bonam reperire, et incipit a generali exclamatione, quo vehementior sit eius accusatio: paulatimque ad speciale crimen descendit. *Quod hoc genus.*] Accusatio a persona: cui accidit ex sexu, quod socrus est. *Coniuratio.*] *Consensio*, bonae rei est: *coniuratio*, malae. Et inde *coniuratio Catilinae* dicta est. *Quae haec coniuratio?*] Accusatio a re. — 2. *Ut omnes mulieres eadem aeque studeant.*] Bono argumento utitur. Laesisti nurum, quia socrus es: et nulla socrus diligit nurum. *Ut omnes mulieres.*] Accusatio a causa eadem. *Studeant.*] Maioris operis est *studere*, quam *velle*. —

---

1. *Proh Deum atque hominum fidem!*] Ita And. I. 5. 2. et 21. Heaut. I. 1. 9. Plautus passim. — *Quod hoc genus est? quae haec est coniuratio?*] Videtur dictum per ἓν διὰ δυοῖν, pro, *Quod hoc est genus coniurationis?* Plautus, Rud. V. 3. 15. *Quae haec est factio?*

2. *Aeque studeant.*] Ita Eun. Prol. 1. et 28. Plautus, Mil. V. 1. 40. *Has res studeant.* Phaedrus, I. 27. 2. *Qui humiles nati dixi locupletes student.*

Neque déclinatam quídquam ab aliarum íngenio ullam réperias?
Itaque ádeo uno animo ómnes socrus óderunt nurús: viris
Esse advórsas, aeque stúdium est: consímilis pertinácia est:
In eódemque omnes míhi videntur lúdo doctae ad málitiam.

V. 4. vocabulum *viris* vulgo referunt ad versum sequentem. Bentleius haec deletum ivit, et vers. 5. correxit *Viris advorsari aeque st. est.* Pro *similis* cum Bothio ex cod. Guelferb. recepi *consimilis.*

---

3. *Neque declinatam quidquam.*] Id est, flexam vel inflexam, ab eo, quod *declinqverit*: ne parum sit, *diversam* vel *dissimilem* dixisse; ut est illud, *Illum tumultum inflexit.* — 4. *Itaque adeo uno animo.*] Nescias an ex sententia hac, vel adeo ex hac scena nomen fabulae sit inventum. *Itaque adeo.*] Necessaria sententiae ἀμφιβολία ad describendam utramque personam. — 5. *Viris esse advorsas.*] Aliud argumentum: Laesisti nurum, ut mihi adversareris; nam mulier es, et mulieres omnes adversantur viris. *Aeque studium est.*] *Studium* est voluntas hominis attentior atque impensior. *Similis pertinacia est.*] Αὔξησις; nam *studium* et bonum est: *pertinacia* vero numquam non mala. — 6. *In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.*] Tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt communia, unum ipsius, quod mulier est, et quod socrus, communia: quod ipsa specialiter magistra est ad malitiam Sostrata. Ex his colligit iniuriam

---

3. *Declinatam quidquam ab aliarum ingenio.*] Ἀπὸ τῆς ἄλλων φύσεως ἐκκλίνουσαν. Eadem sententia dixit Menander: *Γυνὴ γυναικὸς κάπον' οὐδὲν διαφέρει. Nihil unquam differt mulier a muliere.* Ita Cicero, Off. I. 40. A delictis, *quae parva videntur, est diligentius* declinandum.

4. *Omnes socrus oderunt nurus.*] Quamvis possit esse ambigue dictum, ex mente tamen Lachetis, nurum diligentis, *omnes socrus* nominandi casu valet πᾶσαι ἑκυραί.

5. *Viris esse adversas.*] Ita And. I. 1. 37. Heaut. V. 3. 5. Plautus, Cas. II. 3. 35. *Sed quid ais? iamne domuisti animum, potius ut quod vir velit Fieri, id facias, quam* adversere *contra*? — *Aeque studium est; similis pertinacia est.*] Utrumque vitium iunxit et Cicero, Tusc. I. 12. *Non* pertinacia, *aut* studio *vincendi.*

6. *Ludo.*] Proprie *ludus* dicebatur schola gladiatorum, in qua

Ei lúdo, si ullus ést, magistram hanc ésse satis certó scio.

So. Me míseram! quae nunc, quámobrem accuser, néscio. *La.* Hem!

Tu néscis? *So.* Non, ita mé Di bene ament! mi Laches:

V. 7. Bentl. corr. *si ulla sit magistra, hanc esse s. sc.* invitis codicibus. Nec opus.

V. 8. est iambicus senarius, quem Bentl. assumptis de proximo verbis *tu nescias* in octonarium mutavit.

V. 9. Bentl. corr. *tu nescias*, numeri, quem ipse condidit, gratia. Vult autem versum esse dimetrum iambicum.

---

passam nurum, per coniecturam. — 7. *Ei ludo, si ullus est, magistram.*] Magna amplificatio criminis, dubitat an sit *ludus malitiae:* et *magistram* non dubitat Sostratam, sed, *certo scio*, inquit. — 8. *Me miseram!*] Et haec ἐμπαθῶς coepit, sed ad misericordiam spectat defendentis oratio. *Quae nunc, quamobrem accuser, nescio.*] Oratorie pro se loquitur mulier; siquidem maioris innocentiae est nescire crimen, quam defendere. Et his verbis ostenditur, sine noxa esse etiam Philumenam: non solum hanc, quae loquitur, Sostratam. — 9. *Non, ita me Di bene ament! mi Laches.*] Modo *mi Laches* non est blandientis, sed eius qui periclitetur innoxius. *Non, ita me Di bene ament!*] Ἄτεχνος πίστις per iusiurandum. *Non, ita me Di bene ament!*] Animadvertendum, veteres non minus εὐφημισμὸν in verbis, quam κακέμ-

---

tirones ludicro certamine exercebantur et praeparabantur ad ludos publicos. Horatius, Epist. I. 1. 2. *Donatum iam rude quaeris, Maecenas, iterum antiquo me includere* ludo. Inde vox translata ad omnem scholam; uti h. l. et Phorm. I. 2. 36.

7. *Magistram.*] Eleganter Quinctilianus, Instit. VI. 3. referens verba Ciceronis in Pletorium, Fonteii accusatorem, *Cuius matrem dixit, dum vixisset,* ludum, *postquam mortua esset,* magistros *habuisse.* Cuius aenigmatis acumen in eo consistit: *ludum habere* dicebantur lanistae et scholarum magistri. Quorum autem bona sub hasta vendebantur, quod solvendo non essent, *magistros accipere* dicti, nempe auctionum, quibus praeerant. Quoniam igitur ad hanc feminam vivam aliae mulieres convenisse dicebantur, uti pueri conveniunt ad ludi magistrum, dixit Cicero, eam *habuisse ludum.* Quia vero post mortem eius bona erant divendita, ergo post mortem dicitur *habuisse magistros.* Vide Burm. ad loc. cit.

Itaque úna inter nos ágere aetátem líceat. *La.* Di mala próhibeant!
So. Meque ábs te immerito esse áccusatam, póstmodum resciscés. *La.* Scio:
Te immérito? an quidquam pro ístis factís dígnum te dicí potest?
Quae me ét te et familiám dedecoras: filio luctúm paras.
Tum autem, éx amicis ínimici ut sint nóbis adfinés, facis:
Qui illúm decrerant dígnum, suos cui líberos commítterent.

V. 11. Bentl. *Scio* ad Sostratae sermonem refert, commate posito post *rescisces*. Neque enim illud irato seni convenire.

φατον neglexisse: velut hic, *ita me Di bene ament!* — 10. *Itaque.*] Modo duae partes sunt orationis. *Di mala prohibeant!*] Seniliter odit uxorem, cuius amor optabilis fuit in adolescentia. *Di mala prohibeant!*] Ut una inter nos agamus aetatem. — 11. *Postmodum rescisces.*] Haec figura ab oratoribus ἐπάγγελμα nominatur, in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, quum metuimus, ne quid illis temere persuasum sit. *Postmodum rescisces.*] Fiducia innocentiae. *Resciscere* est, quum quod de industria celatur, vix argumentorum vi agnoscitur. — 12. *An quidquam pro istis factis.*] Amare; παρὰ προσδοκίαν. — 13. *Quae me, et te, et familiam.*] Iam sic accusat, quasi probaverit crimen. Et est amplificatio. *Quae me, et te, et familiam.*] Haec exaggeratio est, quae δεινότης appellatur: quum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. *Dedecoras.*] *Dedecoratur*, quod honestum est: *turpatur*, quod honestum est corporale. — 15. *Di-*

---

10. *Itaque.*] H. e. et ita, infra IV. 2. 3. — *Di mala prohibeant.*] Formula deprecandi malum. Ita And. III. 3. 36. Adelph. II. 4. 11. Deprecatur autem Laches alterius mortem, idemque cum Sostrata optat. Donatus non cepit.

13. *Familiam dedecoras.*] Ita Plautus, Bacchid. III. 3. 95. *Qui dedecorat te, me, amicos atque alios flagitiis suis.* — *Filio luctum paras.*] Ita Phaedrus, I. 28. 6. *Ne tantum miserae* luctum importaret *sibi.* Et II. 4. 6. pernicies, *ait*, *Tibi*, paratur. Vide Donatum ad And. IV. 1. 32. et IV. 2. 7.

15. *Liberos.*] Intelligit filiam unicam. Ita Heaut. I. 1. 99. et

Tu sóla exorere, quaé perturbes haéc, tua impudéntia.
So. Egon'? *La.* Tu, inquam, mulier, quaé me omnino lápidem, non hominém putas.
An, quía ruri esse crébro soleo, nescire arbitrámini,

V. 16. Bentl. *imprudentia* ex tribus codicibus.

V. 18. Ita Bentl. ex aliquot codd. Olim erat: *An quia ruri crebro esse s.* Inconcinne.

---

gnum, suos cui liberos committerent.] Multum sonanter, et accusatorio strepitu, nec masculinum genus, nec foemininum posuit: nec unam, sed *liberos.* Sic *Cicero*, *En cui tuos liberos committas:* quum de uno ageret. Et, *Habemus enim liberos:* de puella. *Dignum.*] Sic dixit *dignum*, ut honoris genus sit, accipere uxorem meruisse. *Suos cui liberos committerent.*] Nota *liberos* in significatione etiam unius filiae. — 16. *Tu sola exorere.*] Emergis, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat. *Cicero*, *Exortus est servus, qui, quem in eculeo appellare non posset, eum accuset solutus.* *Exorere.*] Existis. *Exoriri* dicitur, qui non exspectatus invadit in aliquem. — 17. *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.*] *Tu, mulier,* ἔμφασιν malitiae habet. Et omnino expressio consuetudinis est ad indignationem. Et *lapis* numquam utilis, nisi ad telum, quem magis ad iniuriam delegit, nam *saxum* melius, quam *lapis.* Ut *Virgilius: Saxaque subvectare humeris.* *Tu, inquam, mulier.*] Sic *Euripides: Πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γάρ εἶ.* Et *Virgilius: varium et mutabile semper Foemina.* *Lapidem, haud hominem.*] Sufficeret, *lapidem putas:* sed de stomacho, *haud hominem*, additum est. *Plautus*, *Herus meus, elephanti corio circumtectus est, non suo.* *Haud hominem putas.*] Ἐν ἤθει. Sic *Apollodorus: Σὺ μὲ παντάπασιν* * eHCAY λίθον. — 18. *An, quia ruri esse crebro soleo.*] Memor sui est, quia dixerat Parmeno, *Rus abdidit se.* —

Plautus, Aul. IV. 10. 5. Servius ad Cic. Fam. IV. 5. *Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuventute generum deligere, cuius fidei* liberos *tuos te tuto committere putares.* Virgilius, Aen. X. 532. Gnatis *parce tuis.* Unde Caius de Verb. Signif. L. 148. *Non est sine* liberis, *cui vel unus filius, unave filia est.*

17. *Lapidem.*] H. e. stupidum et bardum. Infra IV. 1. 9. Heaut. IV. 7. 3. et V. 1. 44. Plautus, Merc. III. 4. 46. *egomet credidi, Homini docto rem mandare; is* lapidi *mando maximo.*

**Quo quisque pacto hic vitam vestrorum éxigat?
Múlto melius híc quae fiunt, quam ílli, ubi sum assidué, scio.
'Ideo, quia, ut vos dómi mihi eritis, proínde ego ero famá foris.
Iámpridem equidem audívi, cepisse ódium tui Philúmenam;
Mínimeque adeo mírum: et, ni id fecísset, magis mirúm foret.
Séd non credidi ádeo, ut etiam tótam hanc odissét domum.
Quód si scissem, illa híc maneret pótius, tu hinc issés foras.**

V. 20. Muretus scripsit *illi* pro *illic*, probante Bentleio, postulante metro.

V. 21. Ita Bentl. ex uno cod. Vulgo *mihi domi*. Sed *domi* in ictu esse debet, et ultimam passim corripit.

---

19. *Quo quisque pacto hic vitam vestrorum.*] *Vestrorum* pro *vestrûm*; sic veteres. — 20. *Multo melius hic quae fiunt.*] 'Υπερβολῇ usus est, ut in Adelphis, *An non prius totis sex mensibus olfecissem?* — 21. *Ideo, quia, ut vos mihi domi eritis.*] Mire confirmat, unde sciat: ne suspiciose crimen obiicere videretur. Et bene *mihi:* quia commoditas familiae ad hunc redundatura est. — 22. *Pridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam.*] Primo obiurgatio est Sostratae, cur non amet nurum. Secundo, cur non ametur a nuru. Tertio, cur usque adeo puella nupta deserat domum. — 23. *Minimeque adeo mirum.*] Satis amare; pro merito dicit odium, contra meritum amoremque: simul excusat nurum, quae oderit talem socrum: et simul praevenit, *Quid si non laesa est, sed odio me habet?* — 24. *Sed non cre-*

---

19. *Vitam exigat.*] Ita infra III. 5. 40. Heaut. II. 3. 39. Lucilius apud Non. V. *Exigere: Quum cognoveris, vitam sine cura exigas.* [*Vestrorum* i. e. vestrum, ut Eunuch. IV. 2. 11. et alibi. Infra II. 1. 43. St.]

21. *Proinde ego ero fama foris.*] Ita Heaut. I. 1. 13. Dixit autem, *ero fama*, uti infra IV. 3. 14. *Nos iam fabula sumus.*

25. *Tu hinc isses foras.*] *Minatur formulam divortii, Exi foras, mulier.* Martialis, XI. 104. 1. *Uxor vade foras, aut moribus utere nostris.* Iuvenalis, Sat. VI. 145. *Collige sarcinulas, dicet libertus, et exi.*

'At víde, quam ímmerito aégritudo haec óritur mi abs te, Sóstrata:
Rús habitatum abíi, concedens vóbis, et rei sérviens;
Súmtus vestros ótiumque ut nóstra res possét pati,
Meó labori haud párcens, praeter aéquom atque aetatém meam.

didi adeo.] Deest, *osuram fuisse.* — 26. *At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata.*] Ἠθικῶς post acrem invectionem se ipsum miseratur, ut invidiam durae inclamationis in ipsam convertat. Sic in Andria, *Age nunc: iam ego pol hodie, si vivo, tibi Ostendam, herum quid sit pericli fallere.* Et continuo, *Chreme, Pietatem gnati! nonne te miseret mei? Tantum laborem capere ob talem filium? Quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata.*] Postquam de iniuria dixit, de persona eius cuius fama est, id est, * cum. *Aegritudo haec oritur.*] *Oritur*, et magnitudinem rei significat, et repentinum impetum, ut supra, *Tu sola exorere.* — 27. *Rus habitatum abii.*] Quia dixit, *Senex rus sese abdidit. Concedens vobis.*] Ne diceretur, quod sit voluptatis causa. *Vobis*, melius pluraliter, quam si diceret *tibi. Concedens vobis, et rei serviens.*] *Concedens vobis*, id est, ut vos in urbe essetis. *Rei serviens.*] *Res servit* divitibus, quia abundant: *rei serviunt* pauperes, quia se coartant ad angustias rei. Ita ergo res pro qualitate sua et *servit*, et ei *rei servitur. Horatius, Imperat aut servit collecta pecunia cuique.* — 28. *Sumtus vestros, otiumque.*] *Sumtus vestros*, idem quod alibi, *Otium, vitam urbanam.* Vel quod nihil acquiritis, ut in Adelphis, *Hanc ego clementem vitam urbanam, atque otium sequutus sum. Otiumque.*] Hoc amare: quasi nihil agentibus. *Ut nostra res posset pati.*] Mediocris scilicet: ut comici patresfamilias. — 29. *Praeter aequom atque aetatem meam.*] *Praeter*

---

27. *Concedens vobis.*] H. e. e conspectu vestro secedens, vobis locum dans. Plautus, Epid. V. 2. 16. *Num ab domo absum? num oculis concessi tuis?* — *Rei serviens.*] H. e. rem familiarem curans. Plautus, Truc. II. 3. 21. *Ut rei servire suave est!*

28. *Otium.*] Proprie. Iustinus, II. 4. de Amazonibus: *Virgines in eundem ipsis morem, non* otio, *neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebant.* — *Pati.*] H. e. par esse sumtibus et otio. Horatius, Epist. I. 18. 28. *meae, contendere noli, Stultitiam* patiuntur *opes: tibi parvula res est.*

29. *Praeter aequum atque aetatem tuam.*] Ita Heaut. I. 1. 7. Adelph. I. 1. 39.

Nón te pró his curásse rebus, né quid aegre essét mihi?
So. Nón mea opera, néque pol culpa evénit. *La.* Immo máxume.
Sóla hic fuisti: in te ómnis haeret cúlpa sola, Sóstrata.
Quae híc erant, curáres: quum ego vos sólvi curis caéteris.

V. 33. Bentl. corr. *curis solvi ceteris.*

---

aequom, quia vos estis domini: vel quia vos fruimini, quum ego doluerim. *Aetatem.*] Quia senex, *Virg. vires ultra, sortemque senectae.* — 30. *Non te pro his curasse rebus.*] Mirus sensus: *pro his*, inquit, tot *rebus* unam et facilem redderes: *curares, ne quid aegre esset mihi.* Et *te* sic pronuntiandum, quasi dicat, *Etsi alii non curarent, tu curare debuisti.* — 31. *Non mea opera, neque pol culpa.*] Vellet dicere, *Nurus culpa evenit:* sed melius dixit, *non mea:* ne accusando confirmaret, quod dixit senex, *Omnes socrus oderunt nurus. Neque pol culpa evenit.*] Bene additum, *neque pol culpa.* Potuit enim fieri ut non fecerit ipsa iniuriam, sed tamen permiserit fieri; mire tamen nec ipsa accusat nurum. *Non mea opera, neque pol culpa.*] Videtur unum dixisse *opera* et *culpa:* et tamen non est idem. *Opera* enim est, si scientes laeserimus: *culpa*, si nescientes, quorum alterum sceleris, alterum stultitiae est. — 32. *Sola hic fuisti.*] Ratio, et deest *enim:* ut sit, *Sola enim hic fuisti*, quod ad filium et maritum pertinet: nam non *sola*, cum qua nurus. *Sola hic fuisti.*] *Sola*, quantum pertinet ad regendam domum: caeterum et filius et nurus erant: sed *sola*, id est, sine me. *In te omnis haeret culpa.*] Etsi in nuru culpa aliqua, in te omnis est tamen, Sostrata. *Sola, Sostrata.*] Optime geminavit *sola*, more irascentium: nondum nomen posuit, et *Sostrata* additum ad amaritudinem inclamantis. — 33. *Quum*

---

30. *Ne quid aegre esset mihi?*] Ita infra III. 5. 69. Plautus, Menaechm. IV. 2. 62. *Quid tibi aegre est?*

[31. *Evenit.* Mss. quidam habent *venit*, quod non contemnendum. Nam *venire* pro *evenire* alii quoque scriptores dicunt. Liv. IX. 12. *Omnia quae deinde venerunt.* ubi vid. Dukerus.]

32. *In te omnis haeret culpa.*] Ita Cicero pro M. Coel. cap. 6. *Nec Catilinae familiaritatis* crimen haereat.

33. *Vos solvi curis.*] H. e. liberavi, uti And. II. 2. 14. et 15. Ita Horatius, Epod. XVII. 45. *Et tu* (*potes nam*) solve me dementia.

Cúm puella anúm suscepisse inimicitias, nón pudet?
'Illius dices cúlpa factum. *So.* Haud équidem dico,
mí Laches.
La. Gaúdeo, ita me Dí ament! gnati caúsa. nam de
té quidem
Sátis scio, peccándo detriménti nil fierí potest.

ego vos solvi curis caeteris.] *Vos*, pro *te:* ut, *desiste manum committere Teucris.* *Quum ego vos solvi.*] Nova figura, *solvi vos.* — 34. *Cum puella anum suscepisse inimicitias.*] Hoc dicit, tanquam concesserit etiam nurum iniquam esse. *Cum puella.*] *Puellam* blande dixit: ita hanc cum amaritudine, *anum.* — 35. *Illius dices culpa factum.*] Praevenit defensionem: et eam sic pronuntiavit ut crimen. *Haud equidem dico, mi Laches.*] *Mi Laches* modo dixit, quasi gravissimum accusatorem arguens, et quasi defatigata et delassata eius inclamationibus. Non ergo blandientis est modo *mi:* sed invidiose rogitantis. 36. *Gaudeo, ita me Di ament! gnati causa.*] Quod similis filius non sit? an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accusare possit? Et *gnati causa* dixit, quia talem uxorem habens, sua causa quid gaudeat, non habet. *Nam de te quidem, satis scio.*] Id est, nihil detrimenti fit, si tu pecces; id est, nunquam, inquit, peccando peior fieri potes: sed es eadem quae semper es. Sensus est: iam talis es, ut peior fieri non possis. Sic *Cicero*, *Est idem Verres*, *qui fuit semper.* — 37. *Peccando detrimenti.*] Servas, inquit, numerum peccatorum, nec fit ullum copiae detrimentum; sed quum plurimum delinquas, tantundem semper admittitur. *Peccando detrimenti.*] Hic sensus obscurus est: attamen hic, dum quantumcunque, inquit, sceleris admiseris, id est, quantumcunque peccaveris, nihil de tua existimatione minuitur, nihil de pudore derogatur: eadem es

34. *Puella.*] Ita vocat iuvenem, sed iam nuptam mulierem. Ita infra IV. 3. 13. Virgilius, Ecl. VI. 48. *Ah*, virgo *infelix*, *quae te dementia cepit?* De Pasiphaë, matre Phaedrae, Ariadnes et Androgei. Ovid. Fast. II. 557. *viduae cessate puellae.* — *Suscepisse inimicitias.*] Ita Cicero, pro A. Cluent. 67. *Novis inter propinquos susceptis inimicitiis.* Contra, Fam. VIII. 6. *Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide posuisse inimicitias videaris.* Et pro Cluent. 67. *Ceteri novis affinitatibus adducti veteres* inimicitias *saepe* deponunt.

36. *De te quidem, satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.*] Fortasse huc respexit Cicero, scribens ad Herenn. IV. 10. *Ubi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine famae detrimento facere posset.*

So. Quí scis, an ea caúsa, mi vir, me ódisse assimuláverit,
'Ut cum matre plús una esset? *La.* Quíd ais? non signi hóc sat est,
Quód heri nemo vóluit visentem ád eam te intro admíttere?
So. 'Enim lassam oppidó tum esse aibant: eo ád eam non admíssa sum.

V. 41. *esse* olim deerat, quod e Bemb. recipiendum esse Faërnus vidit: receperunt Westerh. Bentl. aliique.

---

quae fuisti, quia peior fieri non potes. *Peccando detrimenti.*] Quidam hanc putant εἰρωνείαν: quasi dicat, certus sum, quod ex nullo peccato tuo damnum pati possumus: sed male. — 38. *Qui scis, an ea causa, mi vir.*] Defensio a derivatione causae: in qua ostenditur, non hanc esse, quam obiicit causam senex, cur abierit nurus ad matrem suam. — 39. *Ut cum matre.*] Deest *sua*. *Ut cum matre una plus esset?*] Ἰδιωτικῶς dixit: id est, diu, ac maiorem partem. — 40. *Quod heri nemo voluit.*] Bene infirmavit defensionem senex, dicendo, si propter matrem abiit, cur tu exclusa es, quum venires? — 41. *Enim lassam oppido.*] Infirmius defenditur socrus, ut error senis usque ad καταστροφὴν perseveret. *Enim lassam oppido.*] Pro, *oppido enim* dixit. Supervacua ponitur interdum haec coniunctio, aut pro altera coniunctione. *Oppido.*] Valde. Translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges provenissent? respondebant, *oppido*, id est, quae sibi et

---

39. *Ut cum matre una plus esset.*] Ita And. I. 1. 36. Dixit autem *plus* pro *amplius*. Lucretius, VI. 420. *Altaque cur plerumque petit loca? plurimaque* plus *Montibus in summis vestigia cernimus ipsis?* [Vid. *Gifanii* indicem Lucr. in *plus*. St.]

41. *Enim.*] Plautinum est, hanc particulam in sententiae initio ponere. Ita et Phorm. V. 7. 90. — *eo* q. d. *ideo*. — *Lassam oppido tum esse aiebant.*] Eodem sensu *lassam* dicit, quo quis *laborare* morbo dicitur: sed et ad animum refertur. And. II. 1. 4. De vocabulo *oppido* ita Festus: *Ortum autem est hoc verbum e sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret? utque multitudo significaretur, saepe respondebatur:* quantum vel oppido satis esset. *Hinc in consuetudinem venit, ut diceretur* oppido *pro valde multum.*

La. Tuós esse ego illi móres morbum mágis, quam ullam aliam rem, árbitror.
'Et merito adeo: nám vostrarum núlla est, quin gnatúm velit
Dúcere uxorem: ét quae vobis plácita est çonditió, datur.
'Ubi duxere impúlsu vostro, vóstro impulsu easdem éxigunt.

V. 42. *Tuos* est monosyllabon. Habet tamen hic versus nescio quid inconditi.

---

oppido sufficere potuissent. *Eo.*] Propterea, ideo. — 42. *Tuos esse illi mores.*] Acerbissime instituit senex et accusationi uxoris, et defensioni nurus: siquidem hoc sensu dicat, nurum nec mendacii culpam incurrere, quae vere aegrotet ex moribus malae socrus. — 43. *Nam vostrarum nulla est.*] Pro *vostrûm;* hoc enim venit ab eo quod est *vostra.* *Quin gnatum velit.*] *Quin,* quae non. — 44. *Et quae vobis placita est conditio, datur.*] Imago hic quaedam argumentationis, quae dicitur *ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους:* quod Latine dicitur, *Ab initio ad finem.* Et ut generaliter coepit invectionem, ita generaliter conclusit in socrus. Et est sensus, eo improbius facitis, quod illas, quas elegeritis, odistis. — 45. *Ubi duxere impulsu vostro.*] Bene verba eadem stomachose, et significanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat *impulsu.* *Ubi duxere impulsu.*] Videtur, ut supra diximus, haec tota scena ad hoc interposita, ut fabulae nomen hinc intelligeremus inventum. Et impudentiam socruum *impulsus* repetitio demonstravit. *Impulsu vostro.*] Sic in Heautontimor. *Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier.*

---

44. *Conditio.*] H. e. matrimonium, uxor. Phorm. IV. 1. 13. Suetonius, Galb. 5. *Remansit in coelibatu: neque sollicitari ulla* conditione *amplius potuit.*

45. *Exigunt.*] Sc. domo. Id plenius dixit Plautus, Merc. IV. 6. 8. *Uxor viro si clam domo egressa est foras, Viro fit causa,* exigitur matrimonio. Sueton. Caes. 50. *exegit uxorem.*

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

PHIDIPPUS. LACHES. SOSTRATA.

Ph. Etsí scio ego, Philúmena, meum iús esse, ut te cógam,
Quae ego ímperem, facere: égo tamen patrio ánimo victus, fáciam,
Ut tíbi concedam: néque tuae libídini advorsábor.
La. Atque éccum Phidippum óptume video. hínc iam scibo, quid sit.

V. 4. West. *ex hoc iam scibo.* Mutavit Bentl. cum aliis ex cod. Bemb.

Etsi scio ego, Philumena, meum ius esse.] *In hac scena moralis allocutio Phidippi est ad filiam, mitissimi patris colorem ostendens.* — 1. *Etsi scio.*] Apparet et hic multa prius patri suo Philumenam locutam fuisse. Ergo haec responsio est, non principium. *Scio meum ius esse, ut te cogam.*] Hoc idem in Adelphis, *Non necesse habeo omnia Pro meo iure agere. Ut te cogam.*] Etiam invitam scilicet. — 2. *Patrio animo victus.*] Bene *victus:* quia non ratione facio. *Victus* est undecunque, qui recedit a iure. — 3. *Neque tuae libidini.*] *Libido* est quaelibet voluntas temere suscepta. Et bene *libidini:* est enim non aequum, domo mariti abesse nuptam. Etsi enim pro voluntate posuit *libidinem:* tamen subaccusavit hoc nomine. — 4. *Optume.*] Opportune. *Ex hoc*

1. *Etsi.*] Phidippus domo egressus adloquitur filiam, quae intus manet. Plautus, Rud. IV. 3. 102. *Quanquam istuc esse ius meum certo scio.*

2. *Faciam, ut tibi concedam.*] Ita Heaut. Prol. 28. Cicero, Fam. III. 8. *Faciendum mihi putavi, ut tuis literis responderem.* Et passim alibi. Est autem *πολυλογίας* species.

3. *Libidini.*] H. e. voluntati. Vide Cortium ad Sallust. Catil. 2. n. 1.

4. *Phidippum optime video.*] H. e. opportune. Ita Plau-

Phidíppe, etsi ego meis me ómnibus scio esse ádprime obsequéntem,
Sed nón adeo, ut mea fácilitas corrúmpat illorum ánimos.
Quod tú si idem faceres, magis in rem et néstram et vostram id ésset.
Nunc vídeo in illarum ésse te potéstate. *Ph.* Heia véro!

V. 5. Bentl. non ferens anacoluthon *et ego.*
V. 7. Bentl. *rem in vostram et nostram.* Aliquot codd. *in rem vostram et nostram.* Ordinem *rem in vostram* versus flagitat.

---

iam scibo.] Legitur et *hinc*, locale adverbium. Et quasi comminatur uxori, modo se inventurum, ipsam peccasse, non nurum. *Quid siet.*] Utrum, quid sit rei? an, quid siet nurus? utrum innocens, an iniqua? et videtur hoc Sostratae dicere: nam vicini sunt inter se proximi Laches et Phidippus. — 5. *Phidippe, etsi ego meis.*] Expostulatio Lachetis apud Phidippum, accusatiônem continens, tanquam causam iniuriarum intendat. *Scio me esse adprime obsequentem.*] Principium a persona eius, cum quo agitur, et sua: et an utile sit, nimis obsequi hominem suis. *Adprime.*] Vehementissime. — 6. *Sed non adeo, ut mea facilitas.*] *Facilitas*, indulgentia. *Sed non adeo, ut mea facilitas.*] Deest *tamen.* Et est ἀνακόλουθον tertium. — 8. *Nunc video.*] Iucunde temperat eius culpam, quem accusat, quum dicat illum coactum a suis facere sibi iniurias. *Heia vero!*] Modo adverbium corripientis.

---

tus, Merc. II. 2. 57. *Sed optime gnatum meum video.* [Andr. II. 1. 35. *Davum optume video.* Eunuch. V. 2. 66. St.]

6. *Sed non adeo*] Notanda locutio, qua *sed* usurpatur post *etsi*, notatque *tamen.* Ita et Cicero, Fam. IX. 16.

7. *In rem.*] Supra I. 2. 27. [*Magis in rem nostram.* Bentleius edidit *magis rem in vostram et nostram id esset*, addens hoc civilius et moratius esse. Sed Veteres millies suum nomen alterius nomini praeponunt, neque talia exigenda sunt ad morum, qui nunc sunt, elegantiam. Vid. Burmann. ad Lucan. IX. 985.]

8. *In illarum potestate esse te.*] Plautus, Aul. III. 5. 60. *Quae indotata est, ea* in potestate est *viri.* Viri vero, qui in uxorum erant potestate γυναικοκρατούμενοι dicti Graecis. [Germani: *unter dem Pantoffel stehend.*]

La. Adií te heri de filia: ut veni, ítidem incertum amísti.
Haud íta decet, si pérpetuam vis ésse adfinitátem hanc,
Celáre te iras. sí quid est peccátum a nobis, prófer:
Aut éa refellendo, aút purgando vóbis corrigémus,
Te iúdice ipso. sín ea est retinéndi causa apúd vos,
Quia aégra est; te mi iniúriam facere árbitror, Phidíppe,

V. 10. Bentl. corr. *si perpetem hanc vis esse adfinitatem.* Et ponunt *hanc* post *perpetuam* complures codd. manuscripti. Fortasse in *perpetuam* ultimae colliquescunt.

V. 12. metri causa Bentl. corr. *Aut ea refellendo tibi aut purgando corrigemus.* Non opus esse mutatione, docuit Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 158. Conf. Phorm. IV. 6, 26. V. 3, 11.

V. 13. libri: *causâ retinendi*, pravo accentu. Correxit Bentleius.

Heia vero!] Παρέλκον. — 9. *Adii te heri de filia.*] Narratio. Et memoriter poëta, quia dixit *heri*, ea causa rure huc advenit, patrem continuo Philumenae convenit. *Itidem incertum amisti.*] Pro *amisisti*, συγκοπή. Et *itidem*, quid est? an id, incertum amisisti, ut ad te incertus veni? Iungendum ergo *ut veni, itidem*, ut sit, *Ut veni, amisisti itidem incertum. Incertus*, inquit, *veni: incertus a te recessi.* — 10. *Haud ita decet.*] Non usque adeo decet. Et est confirmatio. *Haud ita decet.*] Bene additum est *ita;* etsi enim celandae irae: non usque adeo tamen, ut discordiam pariant. — 12. *Aut ea refellendo, aut purgando.*] *Refellit* qui negat: *purgat* qui fatetur, et sic defendit. Ergo *refellimus* per coniecturam: *purgamus* per caeteros status. *Vobis corrigemus.*] Plus dixit *vobis*, quam *tibi.* — 13. *Te iudice ipso.*] *Virgilius: Pan Deus Arcadia mecum si iudice certet.* Quid enim est *te ipso*, nisi scilicet reo culpae, et tibi ipsi ac tuis faventi? vel qui me speres vincere. *Sin ea est causa retinendi apud vos.*] Reprehensio. — 14. *Arbitror, Phidippe.*] Bene addidit nomen,

---

9. *Ut veni, itidem incertum amisti.*] Ita Phorm. II. 4. 19.

10. *Perpetuam esse adfinitatem.*] Ita infra IV. 4. 101.

11. *Celare te iras.*] Contra dixit Plautus, Pseud. I. 5. 34. *Iram in promptu gerere.*

12. *Refellendo.*] H. e. refutando. Phorm. I. 2. 82. et II. 3. 54. Cicero, pro Q. Ligar. 5. Refellere, *et coarguere nostrum mendacium.*

Si métuis, satis ut meaé domi curétur diligénter.
At, íta me Di ament! haúd tibi hoc concédo, etsi illi páter es,
Ut tu íllam salvam mágis velis, quam ego. id ádeo gnati caúsa,
Quem ego íntellexi illam haúd minus, quam se ípsum, magnificáre.

V. 17. Bentl. *quam ego* invitis libris delevit.

V. 18. Ita Bemb. et alii. Bentl. ex tribus codd. *magni facere.* Nam *magnificare*, inquit, apud Terentium nusquam alias venit; nec versus amat in ea sede dactylum.

---

excitans audientem. — 15. *Satis ut meae domi curetur diligenter.*] *Ut*, *ne non.* Et iungendum est, *satis diligenter*, non enim, *metuis satis.* — 16. *At, ita me Di ament! haud.*] Addidit iusiurandum; vix enim credibile est, tantundem amare socerum, quantum patrem. *Etsi illi pater es.*] *Sallustius* in primo libro, *Et liberis eius avunculus erat. Etsi illi pater es.*] Compendium attulit *Virgilius: Heu fuge, nate Dea.* Hoc enim sentit, *Quanquam natus Dea sis, fuge tamen.* — 17. *Id adeo gnati causa.*] Honeste amori nurus rationem subiecit piam. Nam non continuo rectum est, nimis amari a socero nurum, nisi propter filium diligatur. Bene ergo *gnati causa*, incredibile est enim, patrem non patris pietate superari. — 18. *Quem ego intellexi.*] Et causam sui amoris ostendit, et mariti nullam erga coniugem culpam. quippe qui amet. Et a Parmenone dictum, *Eo amantem invitam Pamphilum extrudit pater. Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum magnificare.*] Hic subtiliter oneratur culpa nurus: si quidem indigne iniuriam faciat socero et marito. —

---

15. *Curetur diligenter.*] Alio sensu Eun. III. 2. 51. Cicero, Fam. XVI. 5. *Ego omnem spem tui* diligenter curandi *in Curio habeo.*

16. *Haud tibi hoc concedo.*] Imitatur Cicero, Fam. X. 29. Nec his concedo, *quanquam sunt singulari in te benevolentia, ut te salvum malint, quam ego.*

18. *Magnificare.*] H. e. magni facere. Plautus, Pseud. IV. 1. 34. *Te amo, et metuo, et* magnifico. Lucilius: Magnificare *hos, his bene velle, his vivere amicum.* [*Magnificare* i. e. magni facere, magni aestimare. Saepe hoc verbum occurrit apud Plautum, cuius loca Rivius ad h. l. indicavit. Idem Auctori ad Herenn. IV. 21. restituit Graevius. Verum Bentleius in Terentio et Plauto legi iubet *magni fa-*

Neque ádeo clam me est, quam ésse eum gravitér laturum crédam,
Hoc sí rescierit. eó domum, studeo haéc, prius quam ille, ut rédeat.
Ph. Lachés, et diligéntiam vostram, ét benignitátem
Novi: ét quae dicis, ómnia esse, ut dícis, animum indúco.

V. 19. Bentl. corr. *latúrum gráviter crédam*, accentus gratia. Praeterea scripsit *clam te*, sententiae causa.

V. 20. Bentl. cum vett. editt. *Hoc si rescierit: eo domum studeo hanc, priusquam ille huc redeat:* sc. redire, vel revocare.

---

19. *Neque adeo clam me est, quam esse.*] Ingeniosissime poëta iam praeparat causam simulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo. — 20. *Haec, prius quam ille, ut redeat.*] Hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiae mariti. — 21. *Laches, et diligentiam vostram.*] Principium similiter a persona est factum. *Laches, et diligentiam vostram.*] Remotivo statu agit Phidippus pro persona sua; nam in filiam removet culpam, cur non redeat: et relativam simul tentat qualitatem; potest enim videri, eam iniuria socrus ad hanc voluntatem esse compulsam. *Laches, et diligentiam vostram.*] Ab eo coepit, quo maxime motus est, et quod in primis purgandum sibi fuit: ne suspectam aut voluntatem, aut diligentiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam et gemitu dixit, *Laches*, quod ille ait, *Phidippe*. Et bene a nomine coepit, ut consentire illi videatur. Et *diligentiam*, quod ille ait; *sin metuis, satis ut meae domi*, etc. Et *vostram* melius, quam *tuam:* quum ille dixerit de se tantum. Et *benignitatem*, quod ait, *haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam*, etc. *Et diligentiam vostram, et benignitatem.*] Ἀπόδοσις ad utrumque. *Diligentiam:* quia dixit, *Si metuis, satis ut meae domi curetur diligenter. Benignitatem: quia dixit, Haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam salvam magis velis, quam ego.* — 22. *Et quae dicis, omnia esse, ut dicis.*] Quod iuravit: et quod dixit *gnati causa*, et quod addidit, quod illam amet Pamphilus.—

---

cera; nec abhorret a vero, librarios cadentis latinitatis verbum *magnificare*, quod ipsis erat familiarius e vulgata Bibliorum versione alteri passim substituisse.]

22. *Animum induco.*] Ita And. III. 3. 40.

Et te hóc mi cupio crédere: illam ad vós redire stúdeo,
Si fácere possim ulló modo. *La.* Quae rés te facere id próhibet?
Eho! núm quidnam accusát virum? *Ph.* Minimê. nam postquam atténdi
Magis, ét vi coepi cógere, ut redíret, sancte adiúrat,
Non pósse apud vos Pámphilo se absénte perduráre.

V. 24. Bentl. *te id facere pr.* ex codd. suis.

---

23. *Et te hoc mihi cupio credere.*] Melius, quam si et hic iuraret. *Et te hoc mihi cupio credere.*] Bene collegit ex vicissitudine, quod volebat. — 24. *Si facere possim.*] Hic est remotio. *Si facere possim ullo modo.*] Et mollius dixit, quam si, *Nec facere possum*, dixisset; hoc enim vult intelligi, *Volo, et non possum facere.* — 25. *Eho! num quidnam accusat virum?*] Gesticulatio quaedam, secretoria quaerentis; saepe enim de maritis puellae parentibus queri solent aliquid eiusmodi, quod solis ipsis committendum est. *Eho! num quidnam accusat virum?*] *Eho*, interiectio ponentis aurem propiorem; nam illa quaerit, quae solent de maritis puellae matribus quaeri. *Nam postquam attendi.*] Institi. Et vide, num desit *animum:* ut sit, *Attendi animum.* Non enim plenum est, sed nudum. Adverti enim oculos, aut animum, subauditur. — 26. *Sancte adiurat.*] *Tò ad* nunc auctivum est: significat enim *valde.* — 27. *Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.*] Bene hic addidit poëta verba, quum diceret, *Etsi scio ego, Philumena, meum ius esse, etc. Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.*] Magnifice contra illud quod Laches dixit, aegre laturum Pamphilum. Et ita locutus est, quasi hoc Pamphilo gratius esse debeat. *Perdurare.*] Proprie

---

23. *Te hoc mihi cupio credere.*] Ita Eun. V. 9. 39. Heaut. IV. 1. 11. Phorm. V. 3. 27.

26. *Sancte adiurat.*] Supra I. 1. 4.

27. *Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.*] Ordo est: *Non posse se perdurare apud vos, absente Pamphilo.* Vide ad Adelph. IV. 2. 15.

Aliúd fortasse aliís viti est: ego sum ánimo leni nátus.
Non póssum advorsarí meis. *La.* Hem Sóstrata! *So.* Heu me míseram!
La. Certúmne est istuc? *Ph.* Núnc quidem, ut vidétur. sed numquíd vis?
Nam est, quód me transire ád forum iam opórte[a]t. *La.* Eo tecum úna.

V. 28. Bentl. *alii*, ex codd. Lachetem ipsum intelligit Phidippus.
V. 31. Bentl. *oportet*, ex codd.

---

et muliebriter dixit: — 28. *Aliud fortasse aliis vitii est.*] Sic dixit, ne diceret, *Sed coge, ut redeat:* et mollius dixit *aliis*, quam si *tibi* dixisset. *Ego sum animo leni natus.*] Hoc contra illud quod primum dictum est: *Etsi ego meis omnibus scio me esse apprime obsequentem: Sed non adeo, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. Ego sum animo leni.*] Qualitas venialis. *Animo leni natus.*] Hoc est plenum; nam *sum animo leni*, quum dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur. — 29. *Non possum.*] Conclusio: *Hem! Sostrata.*] Quae dixisti, *Non mea opera, neque pol culpa evenit. Heu me miseram!*] Ad se rediri totiens, quasi delassata, conqueritur. — 30. *Certumne est istuc?*] Quod Philumena non redeat. *Numquid vis?*] Discedentis verbum. — 31. *Transire.*] Cito ire.

---

28. *Aliud fortasse aliis vitii est.*] Ita Cicero ad Brut. 13. *Aliter alii cum suis vivunt: nihil ego possum in sororis meae liberis facere, quo possit expleri voluntas mea, aut officium.* [Verbum *natus* eleganter abundat, ut in aliis formulis *vir natus*, *mortalis natus*, *mulier nata*. Vid. not. ad Rutil. Lup. II. p. 94.]

30. *Numquid vis?*] Formula discedentium. Eun. I. 2. 111. Adelph. IIII. 3. 78. et passim alibi.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

SOSTRATA.

Edepol nae nos súmus inique aeque ómnes invisaé viris,
Própter paucas: quae ómnes faciunt dígnae ut videamúr malo.
Nam, íta me Di ament! quód me accusat vír nunc, sum extra nóxiam.

V. 1. post *sumus* vulgo interponunt *mulieres*, quod recte om. Bembin. Delerunt Faërnus et Bentl.
V. 3. Ita Bentl. ex uno cod. Vulgo *nunc vir*.

Aedepol ne nos sumus mulieres inique aeque omnes.] *In hac scena est allocutio, qua inducitur secum loquens anus: per quam orationem mores eius, et animus mitis intelligi possit.* — 1. *Aedepol ne nos mulieres.*] Laches generaliter incusavit socrus; haec plurimas defendit. Causa accusationis iniquae; non enim omnes sumus malae. *Inique aeque.*] Comicum χαρόμειον. Et vide sententiam, defensionem accusatarum socruum continentem: contra illud quod ait, *itaque uno animo omnes socrus oderunt nurus.* Officium enim boni poëtae est, nullum genus hominum specialiter laedere. Sic *Virgilius: quod saepe malae legere novercae.* Id est, non omnes novercae, sed tantum malae. — 3. *Nam, ita me Di ament!*] Bene iurat; nam sine iureiurando incredibile est, sit bona socrus. *Quod me accusat.*] Deest *in eo*, ut sit, *In eo quod accusat nunc vir, sum extra noxiam.* An *quod*, propter quod. —

---

1. *Mulieres inique aeque omnes invisae viris.*] Ita Creüsa apud *Euripidem* Ione, versu 398. *Τὰ γὰρ γυναικῶν δυσχερῆ πρὸς ἄρσενας, Κἂν ταῖς κακαῖσιν αἱ ʼγαθαὶ μεμιγμέναι, Μισούμεθʼ. οὕτω δυστυχεῖς πεφύκαμεν.* [Alia protulit Canterus Varr. Lectt. Libr. IV. Nov. Lect. II. St.]

3. *Sum extra noxiam.*] Ita Heaut. II. 3. 57.

Séd non facile est éxpurgatu: ita ánimum induxerúnt, socrus
'Omnes esse iníquas. haud pol mé quidĕm. nam numquám secus
Hábui illam, ac si ex mé esset nata: néc, qui hoc mi eveniát, scio.
Nísi pol filiúm multimodis iam éxspeto, ut redeát domum.

V. 7. *multimodis* Bemb. Faërn. Bentl. Vulgo praeter metrum *multis modis*. *Expeto* pro vulg. *Expecto* debetur Bentleio.

---

4. *Ita animum induxerunt.*] *Inducere animum* est ita tenere, ut non amittant: id est, persuadere animo suo. *Socrus omnes esse iniquas.*] Intelligitur, quibus *iniquas*, id est nuribus: quia *socrus* nomen est ad aliquid dictum. *Haud pol me quidem.*] *Esse iniquam*, subaudiendum est a superiore, ut sit *pol* pro pleno iureiurando. *Haud pol me quidem.*] Subaudiendum *scio esse*, aut *novi esse*, aut tale quid, secundum ἔλλειψιν, quae familiaris est his, qui secum loquuntur. — 6. *Nec, qui hoc mihi eveniat.*] *Qui*, unde. — 7. *Multis modis.*] Vehementer. *Iam exspecto, ut redeat domum.*] Quia nihil mirum in matre est, exspectare ut filius redeat: idcirco additum *multis modis*.

---

4. *Non facile est expurgatu.*] Plautus, Capt. III. 4. 87. *Sed hoc primum me* expurgare *sibi volo.* — *Socrus omnes esse iniquas.*] Hinc explicatur dictum supra II. 1. 4. [*Haud pol me quidem* sc. iniquam esse animum inducant. Pergit enim in constructione modo inchoata, quum dicendum esset, *haud ego iniqua fui.* St.]

5. *Numquam secus habui illam.*] Adelph. I. 1. 23. Sallustius, Catil. 11. *Sulla exercitum luxuriose* habuerat.

6. *Si ex me esset nata.*] Ita Heaut. V. 4. 3. Adelph. I. 1. 15. Plautus, Rud. II. 3. 79. *Accepit ad sese*, haud secus, quam si ex se simus natae.

7. *Multis modis.*] Heaut. II. 3. 79. Cicero, de Oratore, III. 58. ex vetere poëta: Multimodis *sum circumventus*, *morbo*, *exilio*, *atque inopia.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

PAMPHILUS. PARMENO. MYRRHINA.

Pa. Némini plura ego acérba credo esse éx amore homini úmquam oblata,
Quám mi. heu me infelícem! hanccine ego vítam parsi pérdere?
Háccine cáusa ego erám tantopere cúpidus redeundí domum?
Cui quánto fuerat praéstabilius, úbivis gentium ágere aetatem,

V. 1. vulgo *ego plura*, quod ex codd. mutavit Bentl.
V. 3. Bentl. corr. *Hácine causa eram égo t. c.* accentus gratia.
V. 4. Bentl. *Ah*, *Quanto f. pr.*, voc. *Ah* ad praecedentem versum re-

Nemini ego plura acerba.] *Hic allocutio est per conquestionem. Et bene non se amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus comparavit: et principium est a summa totius mali.* — 1. *Nemini ego plura acerba.*] Ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia adversa contigerint. *Nemini ego plura acerba.*] Nimis cothurnati et tragici in hac scena dolores essent, non comici, nisi adderet, *ex amore. Nemini ego plura acerba esse credo.*] *Acerba* dupliciter evenerunt Pamphilo, ex praeterito, de meretrice: ex praesenti, de uxore. — 2. *Heu me infelicem!*] Ab ipsa simplici exclamatione. *Heu me infelicem!*] Lachrymans hoc dicit. *Hanccine ego vitam.*] Ab eo quod ab adversis ad adversa delatus sit. *Parsi perdere?*] *Parco*, conservo, *parsi* facit: *parco*, veniam do, *peperci*. Modo ergo *continui*, *abstinui* significat. — 3. *Cupidus redeundi domum?*] Ab eo quod contra spem contigit malum. — 4. *Ubivis gentium agere aetatem.*] A malo-

1. *Oblata.*] H. e. evenisse. Dicitur igitur *offerri* etiam de rebus malis. Ita infra III. 3. 10. et ibi Donat. et V. 1. 13.
2. *Vitam perdere.*] Ita Plautus, Epid. IV. 2. 24. Vitam *tuam ego interimam*.

Quam húc redire? atque haéc ita esse, míserum me resciscere?
Nám nos omnes, quíbus est álicunde áliquis obiectús labos,

tracto. Nam versum octonarium plenum semper esse trochaicum, nusquam iambicum. Nos quidem reliquimus iambicum tetramet. hypercat., ut est in vett. libris.

V. 6. Bentl. ex uno cod. *Nam omnibus nobis.* frustra fugiens soloecismi speciem.

---

rum suorum comparatione. *Ubivis gentium agere aetatem.*] Magna detestatio praesentis loci, eligere quasvis terras, vel quamvis gentem potius, quam eam, in qua est. *Virgilius: Tollite me, Teucri; quascunque abducite terras.* Et *gentium* hic abundat. Et bene, *ubivis gentium agere aetatem:* quia supra dixerat, *Hanccine ego vitam parsi perdere?* Nimis enim tragicum fieret, *Satius erat in mari perire.* — 5. *Atque haec ita esse, miserum me resciscere?*] Quod ait, lachrymantis est. *Resciscere,* est vix reperire, quod de industria fuerat celatum. — 6. *Nam nos omnes, quibus est alicunde.*] Aut deest *apud*, ut sit, *Apud nos omnes.* Aut *nos omnes*, pro, *nobis omnibus. Nam nos omnes.*] Ratio superioris sensus. Et deest *apud*, aut *penes*, aut quid tale. *Nam nos omnes, quibus est.*] Constat hanc σύλληψιν esse; retulit enim *lucro est*, non ad *nos omnes*, sed ad *quibus est alicunde:* ut sit ordo, *Nam quibus est alicunde aliquis obiectus labos, lucro est tempus*, hoc est, nos omnes. *Nam nos omnes, quibus est.*] Hac figura usus est etiam *Tullius* pro Murena, *Praetor quoque ne se pulchrum, ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est.* Nam ille dativum casum subiecit, cum praeposuisset nominativum. Et totum Apollodori est, qui sic ait * *OITAP ACICOTNIEC TON χPω CNOΦ ΔιeNTIKHKOTHC.* * *Quibus est alicunde.*] Hoc genus locutionis absolutum dicitur. Tale est apud *Virgilium: Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingentes Rutulae specta-*

---

6. *Nos omnes.*] Donatus recte *genus locutionis absolutum* vocat. Ita Plautus, Epid. II. 1. 1. Plerique homines, *quos cum nihil refert, pudet.* Vide Periz. ad Sanctii Minerv. IV. 11. et Cort. ad Sallust. Iug. 30. [Notandum est ἀνακόλουθον, quo primum nominandi casus positus est, mox verbum, quod dativum postulat, subiectum. Talia optimis quibusque scriptoribus vel invitis exciderunt vel studio quaesita sunt, ut oratio gratam negligentiam haberet. Multa exempla congesserunt Muretus Epist. I. 33. Davisius ad Caes. B. G. I. 41. et Cortius ad Sallust. Iugurth. c. 30.] — *Obiectus labos.*] Non tantum

'Omne quod est intérea tempus, príus quam id rescitúm 'st, lucro est.
Par. 'At sic citius, quí te expedias hís aerumnis, réperias.
Sí non redissés, haec irae fáctae essent multo ámpliores:
Séd nunc adventúm tuum ambas, Pámphile, scio réverituras.
Rém cognosces: íram expedies: rúrsum in gratiám restitues.

V. 9. Ita Bentl. ex uno codice. Vulgo *hae irae*. *Haec* femininum pro *hae* apud Terentium non infrequens.

---

bis caedis acervos. — 7. *Rescitum est.*] *Σχῆμα ἀκαταΝΟΝ.* — *8. *At sic.*] Sed sic. *At sic citius, qui te expedias his aerumnis, reperias.*] At hoc modo, quod venisti, et discordias esse celerius reperire poteris, et quo modo his aerumnis te absolvas. Et bene *expedias aerumnis*; aut enim solvunt nos curae abeuntes, aut impediunt et ligant advenientes. Ut, *Solvite corde metum, Teucri, secludite curas.* *At sic citius, qui.*] Sententia contraria; nam supra sic collegit, si ignorare mala sua unicuique bonum est: sequitur ut malum sit, ea cito cognovisse. Hic per contrarium: si in adversis suis succurrere unicuique quam primum bonum est: sequitur, ut cito ea cognovisse, sit quam optimum. — 10. *Sed nunc adventum tuum ambas.*] Ne accusare alteram altera audeat. — 11. *Rem cognosces.*] Melius est *rem*, quam *litem*. *Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam restitues.*] *Τρίκωλος* sententia. Et bono ordine usus est. Prius enim fit querela, deinde

---

res laetae *obiici* dicuntur, sed et tristes. Vide Heaut. I. 2. 12. Est autem *labos* dolor, aerumna. Heaut. I. 1. 80. Ita Graecis πόνος et πονεῖν.

7. *Lucro est.*] Ita Phorm. II. 1. 16. Plautus, Merc. III. 2. 10. *Id iam* lucro est, *quod vivis.*

8. *Te expedias aerumnis.*] Vide ad And. III. 5. 11. et mox versu 11.

9. *Irae ampliores.*] H. e. graviores, vehementiores. Ita infra versu 60. *morbus gravior.* Florus, IV. 1. 4. *Amplius nefas.*

11. *Iram expedies.*] Aliter modo, versu 8. et Phorm. V. 4. 4. Eodem sensu *expedire rem* passim dicitur. De vi verbi vide ad And. III. 5. 11. — *Rursum in gratiam restitues.*] Πλεονάζει τὸ *rur-*

Lévia sunt, quae tú pergravia esse ín animum induxtí tuum.
Pa. Quid cónsolare me? án quisquam usquam géntium est aequé miser?
Prius quam hánc uxórem dúxi, habebam alibi ánimum amori déditum:
Iam in hác re, ut taceam, cuívis facile scítu est, quam fuerím miser:
Tamén numquam ausus súm recusare eám, quam mi obtrudít pater.

V. 15. Bentl. *facile est scitu*, ex tribus codicibus.

---

ponitur iracundia, postremo reditur in consilium. — 12. *Levia sunt haec quae tu pergravia esse.*] Genus consolationis, non a substantia, sed a quantitate; non dicit non esse causam solicitudinis, sed *levem* dicit. *Quae tu pergravia esse.*] Bene additum contra *levia*, non *gravia*, sed *pergravia*. *Levia sunt.*] A quantitate. *In animum induxti tuum.*] Id persuasisti tibi. — 13. *Quid consolare me? an quisquam usquam.*] Ut solet in vero angore, ipsa consolatione aegrescit dolor. Et ingeniose, non inquit *dicis*, sed *consolare me:* et hoc ipso ostendis scire te, quod miser sum. — 14. *Prius quam hanc uxorem duxi.*] Hoc refert ad illud caput, in quo ait: *Nemini plura acerba esse credo ex amore homini umquam oblata. Prius quam hanc uxorem duxi.*] Ante rem. *Habebam alibi animum amori deditum.*] An miser sit in amore ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. Ante rem, in re, post rem. *Habebam alibi.*] Gravius dixit *alibi*, quam si *in meretrice* diceret. Et maluit *alibi* dicere, quam *ad meretricem*. — 16. *Quam mihi obtrudit.*] Recte enim dici potuit, *Quomodo ergo uxorem duxit, si amabat?* Et bene, *obtrudit*, quia invito. Sic alibi, *Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me.* Et *obtrusum;* quod comicis familiare. Ita Eun. IV. 2. 6. Adelph. IV. 2. 40. Phorm. V. 7. 29.

---

14. *Habebam alibi animum amori deditum.*] H. e. in alio amore occupatus eram, uti loquitur And. V. 1. 10. Id Cicero pro Coel. 19. *Animum libidini deditum* vocat.

16. *Obtrudit.*] Ita And. I. 5. 15.

Vix me hínc abstraxi, atque ímpeditum in ea éxpedivi animúm meum:
Vixque húc contuleram; hem! nóva res orta 'st, pórro ab hac quae me ábstrahat.
Tum mátrem ex ea re me, aút uxorem in cúlpa inventurúm arbitror.
Quod quum íta esse invénero, quid restat, nísi pórro ut fiám miser?
Nam mátris ferre iniúrias me, Pármeno, pietás iubet.
Tum uxóri obnoxiús sum; íta olim suó me ingenio pértulit.

V. 17. Bentl. *Vix me hinc abstr.* Libri *Vix me illinc abstr.* Praestat fortasse *me illim.* v. Muret. Varr. Lectt. XII. 11. Pro *in ea* Bentl. *in eo*, scilicet *in eo amore* impeditum, non in ea Bacchide.
V. 19. Bentl. de coniectura: *Tum aut matrem.*
V. 20. vulgo: *Quod ita quum.*

---

dit, pro obtrudebat, ἐνέργεια temporis. — 17. *Vix me illinc abstraxi.*] *Vix*, vel μόλις, vel *statim* significat. *Atque expedivi animum meum.*] Curae, ut diximus, aut ligant, aut solvunt; ut *Virgilius: Quae mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem;* amatoris enim curae vincula dicuntur. — 18. *Vixque huc.*] Maluit *huc*, quam *ad uxorem* dicere. *Hem! nova res orta 'st porro.*] *Porro*, deinde. Et vim habet deinde, modo implicationem continuarum miseriarum referentis. — 20. *Quod cum ita esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser?*] Ordinem servavit allocutionis, in quo a praeteritis, a praesentibus, a futuris inducitur personae loquentis oratio. *Nisi porro ut fiam.*] *Porro*, postea, vel in posterum. Alii coniunctionem putant. — 21. *Pietas iubet.*] Apte, quia *ferre* dixit, addit *iubet.* — 22. *Tum uxori obnoxius sum.*] *Matris* cum dixisset, non intulit *uxoris*, sed mutavit casus. *Ita olim suo me ingenio pertulit.*] *Olim* ad diuturnitatem retulit, non ad spatium praeteriti

---

17. *Abstraxi.*] Ita And. I. 5. 8. et III. 2. 38. — *Impeditum in ea expedivi animum.*] Vide And. III. 5. 11.

18. *Huc contuleram.*] Ita supra I. 2. 94.

21. *Matris ferre iniurias.*] Cicero, pro A. Cluent. 6. *Facile intelligo, non modo reticere homines* parentum iniurias, *sed etiam animo aequo ferre oportere.*

22. *Uxori obnoxius sum.*] Explicat vocem celebris Grammaticus apud Gell. VII. 17. *Quis adeo tam linguae Latinae ignarus est,*

Tot meás iniuriás! quae numquam in úllo patefecít loco.
Sed mágnum nescio quíd necesse est éveniase, Pármeno,
Unde íra inter eas íntercessit, quaé tam permansít diu.
Par. Haud quidem hércle parvom, sí vis vero véram rationem éxsequi.

V. 23. Bentl. *nunquam nullo p. loco.* de coniectura.
V. 26. Bentl. em. *Aut quidem hercle parvom; si vis verba ad rationem exigi.* Dixerat Pamphilus, *Magnum quid evenisse;* respondet servus, *Aut quidem parvum, si veris suis nominibus res appellari vis, si vis verba exigi ad veram rationem.* Praeclara sane summi critici coniectura.

---

temporis. — 23. *Tot meas iniurias.*] Hae sunt iniuriae, quas supra dixit, *Nocte illa prima virginem non attigit. Quae consecuta est nox, eam nihilo magis.* Et deinde, *Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Quotidie. Tot meas iniurias.*] Aliam vim habet quod dixit, *me pertulit:* aliam, quod adiecit, *iniurias meas:* aliam, quod *reticuit. Quae numquam in ullo patefecit loco.*] Non dixit *quas*, sed *quae*, ut ad omnia, non ad *iniurias*, referatur extrema conclusio. — 24. *Sed magnum nescio quid necesse est.*] Bene de ambabus sentiens, putat magnam causam esse, quae iram fecerit, et iram diuturnam. — 25. *Quae tam permansit diu.*] Et a re, et a tempore. — 26. *Haud quidem*

---

quin sciat, eum dici obnoxium, *cui quid ab eo, cui esse* obnoxius *dicitur, incommodari et noceri potest, et qui habeat aliquem* noxae, *id est, culpae suae conscium?* Inde porro notat eum, qui alteri quacunque in re morem gerit. Sallustius, Catil. 23. *Minari interdum ferro, ni obnoxia foret.* [Proprie *obnoxius* est, qui ob noxam, i. e. culpam admissam, alium, qui illius conscius est, timet, et ei, quasi subiectus est, et hinc de omni, qui iniuriae expositus est et opportunus. Vid. *Graevium* ad Flor. III. 20. et IV. 4. ac *Gron.* ad Sen. III. de Ira cap. 8. Sed h. l. est pro eo, qui quacumque ratione altari devinctus et obstrictus est, ut apud Liv. XXXV. 31. *Graeciam beneficio libertatis obnoxiam Romanis esse.* St.]

25. *Intercessit.*] Ita And. V. 5. 6. Phorm. IV. 1. 17. — *Quae tam permansit diu.*] Ita *memorem iram* dixit Virgilius, Aen. I. 8. *memores iras*, Ovidius, Metam. XII. 583.

26. *Veram rationem exsequi.*] H. e. rem, ita uti est, exi-

Non máxumas, quae máxumae sunt ínterdum irae, iniúrias
Faciúnt. nam saepe est, quibus in rebus álius ne iratús quidem est,
Quum de eádem causa est íracundus fáctus inimicissimus.

V. 27. Bentl. corr. *Non maximae — iniuriae Faciunt.* Alii commenti sunt hypallagen.

---

hercle parum est.] Servilis ratio et sordida: et non his respondens omnibus quae dixit Pamphilus, sed tantum novissimae parti. *Parum.*] Subaudiendum *necesse est evenisse*, vel *evenit*; nam consequens sententia tollit, quod ille dixit, *necesse est.* *Si vis vero veram rationem exsequi.*] *Vero* vel nomen est, vel coniunctio, vel adverbium. — 27. *Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, iniuriae faciunt.*] Iniuriae faciunt iras, non irae iniurias, sed hic *faciunt* ὑπαλλακτικῶς dixit, secundum superiorem rationem increpans errorem Pamphili, qui de irae magnitudine aestimet iniuriae quantitatem. Alii *faciunt*, probant, ostendunt, intelligunt. Caute dixit *interdum:* plerumque enim sic. *Non maxumas, quae maxumae sunt,*] Sensus est, in quo primum, *Non irae iniurias faciunt:* accipiendum est; secundum, *Non maxumas maxumae.* *Faciunt*, pro ostendunt. — 29. *Cum de eadem causa.*] Rectum erat si diceret, *cum in hisdem rebus;* adiiciendo *causa* obscuravit elocutionem suam: sed convenit servo haec humilitas orationis; nam plenum erat, si diceret: *Nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de iisdem rebus est iracundus factus inimicissimus.* *Est* autem pro *evenit* dixit. Et est ordo: *Saepe est, cum quibus in rebus alius ne iratus quidem est, de eadem causa*

---

stimare. Ita Plautus, Mil. III. 3. 69. et 71. *cogitate meditari* et *accurate exsequi* eodem sensu dixit. [*Veram rationem exsequi* i. e. inquirere, pervestigare. Liv. III. 5. *exsequendo subtiliter numerum.* Hinc saepe Livius iungit *exsequi quaerendo*, *exsequi sciscitando.* Vid. Gronovius ad Liv. IX. 3. 11.]

27. *Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, iniurias faciunt.*] Hypallage est, inverso verborum ordine, pro: *Non maxumas, quae maxumae sunt interdum iniuriae, iras faciunt.* Ovidius: *Magnaque de facili iurgia lite cadunt.*

28. *Quibus in rebus alius ne iratus quidem est.*] Eandem rem tangit Lucretius, III. 311. *Nec radicitus evelli mala posse putandum est, Quin proclivius Hic iras decurrat ad acres; Ille metu citius paullo tentetur; at ille Tertius accipiat quaedam clementius aequo.*

Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt!
Quaprópter? quia enim, qui eós gubernat animus, infirmúm gerunt.
Itidem íllae mulierés sunt ferme, ut púeri, levi senténtia.

V. 30. Bentl. corr. *quas* pro *quam*.
V. 32. *levi* est monosyllabon, monente Bentleio.

---

iracundus factus est inimicissimus. Iracundus factus inimicissimus.] *Iratus* quidem est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur. *Iracundus*, qui ex parva nullave causa praecedente irascitur. — 30. *Pueri inter sese.*] Argumentum a simili. *Quam pro levibus noxiis.*] Interrogative; *noxiis*, iniuriis, culpis. — 31. *Quapropter?*] Διαλεκτικῶς interrogat. *Quia enim, qui eos gubernat animus.*] Αἰτιολογικὴ ἀπόκρισις. *Infirmum gerunt.*] Ἐσχηματισμένως, ἀντὶ τοῦ, *Infirmus est.* Sed ἀνακολουθία ista convenit servo. — 32. *Itidem illae mulieres sunt ferme, ut*

---

30. *Iras gerunt.*] Ita Plautus, Poen. III. 6. 18. de divitibus: *Plumbeas iras gerunt.* Cicero, pro Deiot. 11. Inimicitias *hominum more* gerere *poteratis.* [Sic *odium gerere* dicit Livius XXVIII. 22.; *cupiditatem gerere* Iustin. XVII. 1.; *desidéria gerere* Quinctil. Declam. X., ubi *gerere* sumendum est pro habere. Vid. Burmann. ad Calpurn. Flacc. Declam. XIII. p. 808. Imprimis frequens est *animum gerere.* Cic. Parad. c. 5. *gere igitur animum laude dignum.* Iustin. XLIV. 2. *feris propiora quam hominibus ingenia gerunt.* Senec. Hippol. v. 573. *Quam victus animum feminae mitem geram.*]

31. *Qui eos gubernat animus.*] Ita Sallustius, Catil. 1. Animi imperio, *corporis servitio magis utimur.* — *Infirmum gerunt.*] Ennius, Fragment. Lib. IV. *Vos etenim iuvenes* animos geritis *muliebres.* Cicero, Off. III. 29. ex Euripide: *Iuravi lingua,* mentem *iniuratam* gero. Plautus, Bacchid. III. 4. 11. *Satin' ego* animum *mente sincera* gero?

32. *Itidem illae mulieres sunt, ferme ut pueri, levi sententia.*] De puerorum levitate ita Lucretius, III. 448. [*Levi sententia* i. e. mutabili consilio; *sententia* valet consilium, animum. Plaut. Mostell. I. 3. 15. *Ut lepide res omnes tenent sententiaeque amantum.* Idem Mil. II. 1. 51. *Ego quoniam inspexi mulieris sententiam, cepi tabellas, consignavi clanculum.*] *Nam veluti infirmo pueri, teneroque vagantur Corpore; sic animi sequitur sententia tenuis.* De mulieribus Propertius, II. 9. 33. *Non sic incerto mutantur flamine Syrtes, Nec folia hiberno tam tremefacta Noto; Quam cito feminea non constat foedus in ira, Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.*

Fortásse unum aliquod vérbum inter eas iram hanc conciverit.
***Pa.* Abi, Pármeno, intro; ac mé venisse, núntia. *Par.* Hem! quid hoc ést? *Pa.* Tace.**
Trepidári sentio, ét cursári rúrsum prorsum. *Par.* Agedum, ád fores.

V. 33. Bentl. ex Donato, *concivisse*, addito metri gratia *ere*. Fortasse ex vett. editt. legendum *iras has*. Nisi pro *conciverit* cum Bothio malis *concitaverit*.

---

pueri.] Artificiose *mulieres* a persona: a similitudine, *pueri:* a facto, *iras gerunt:* ab accidentibus similitudinis, *animus infirmus:* a collatione personae mulieris accidentium, *levi sententia:* a facto, *fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit*, qua sententia totum hic sublatum est, quod ait: *sed magnum nescio quid necesse est evenisse, Parmeno, unde ira inter eas intercessit. Itidem illae mulieres.*] Sexus alius ad ingenium et sensus idem est. Et mire similitudinem contulit ad id quod agitur. — 33. *Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit.*] Sic *Plautus*, *Fortasse te amare suspicabere.* Nam veteres infinitivo modo adiungebant *fortasse. Conciverit.*] Commoverit. *Iram hanc conciverit.*] Legitur et *conscivisse.* [Leg. *concivisse.* Bentl.] Et *rem conscivisse*, est rem novam fecisse. *Conciverit.*] Decreverit, fecerit. — 35. *Trepidari sentio, et cursari rursum, prorsum.*] *Trepidatio*, ad vocem refertur loquentium: *cursatio*, ad sonum pedum. Et *trepidatur* primo ab his, qui morbum putant: *cursatur* ab his, qui partum sciunt. *Cursari rursum, prorsum.*] *Rursum* proprie *retro*: *prorsum*, *ante* significat. Et est proverbiale, ut dicimus, *Sursum deorsum*, *intro foras*, *hac illac*, et similia. Graeci,

---

33. *Iram hanc conciverit.*] Vox *conciendi* de re magna, sed tristi et infausta usurpatur. Plautus, Amph. I. 2. 14. *Amphitruo actutum uxori* turbas conciet. Vide Comment. maiorem. [Donatus legit *concivisse*, quae verior lectio est. Nam veteres *fortasse*, *scilicet*, *videlicet* cum infinitivo construere solebant. Vid. Gronov. Obss. III. 9. et notata ad Heaut. II. 3. 117.]

34. *Me venisse nuntia.*] Ex more, quo peregre redeuntes de adventu uxores primum per nuntios faciebant certiores. Plautus, Amph. I. 1. 40. *Me a portu praemisit domum, ut haec nunciem uxori suae.* [Broukh. ad Tibull. I. 3. 89.]

35. *Trepidari.*] H. e. cum tumultu quodam pavitari; quod fit in periculo. Adelph. III. 2. 25., Sallustius, Iug. 67. *Romani mili-*

Accéde propius. hém! sensistin'? *Pa.* Nóli fabulárier.
Prô Iúppiter! clamórem audivi. *Par.* Túte loqueris: mé vetas.
My. Tace, óbsecro, mea gnáta. *Pa.* Matris vóx visa 'st Philúmenae.
Nullús sum. *Par.* Qui dum? *Pa.* Périi! *Par.* Quamobrem? *Pa.* Néscio quod magnúm malum
Profécto, Parmenó, me celas. *Par.* 'Uxorem Philúmenam
Pavitáre nescio quíd dixerant: íd si forte est, néscio.

V. 36. Bentl. *Accedo*, deleta post *fores* interpunctione. Ita liber Bembin.

V. 37. *audivi* Bemb. Vict. Bentl. Vulgo *audio*, contra numerum.

ἄνω κάτω. — 37. *Tute loqueris: me vetas?*] Mire expressus est mos auscultantium. — 38. *Tace, obsecro, mea gnata.*] Non solum hic Iuno Lucina non inducitur, sed etiam silentium parturienti insuper imponitur: quia furtiva conceptio est. Et tamen eiusmodi verba sunt matris, ut duntaxat argumentum scientibus manifesta sint: Pamphilo vero et Parmenoni, tamquam aegram continentis filiam videantur. *Tace, obsecro, mea gnata.*] Conceptum furtivum furtim convenit nasci. *Matris vox visa 'st.*] Omnia haec, quae sensu percipi possunt, *visa* dicimus. *Virgilius*, *visaeque canes ululare per umbram.* — 39. *Nullus sum.*] Rursus se infelicem et miserum appellavit hic. *Nullus sum.*] Αὐξητικῶς. *Quia perii.*] Satis amatorie. — 40. *Uxorem Philumenam pavitare.*] *Pavitare*, τῷ ἐξουθενισμῷ. — 41. *Pavitare, nescio quid.*]

---

tes improviso metu, incerti ignarique, quid potissimum facerent, trepidare *ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant.* Livius, I. 7. *Concursu pastorum* trepidantium. ubi v. intpp. — *Cursari rursum prorsum.*] Explicat Donatus. Ita Eun. II. 2. 47. Adelph. IV. 2. 35. Plautus, Amph. V. 1. 60. *Ego cunas recessim* rursum vorsum *trahere et ducere.* Varro, apud Non. *Mortales multi* rursus ac prorsus *meant.*

39. *Nullus sum.*] Formula desperandi. Ita And. III. 4. 20. Eun. V. 7. 22. Infra, IV. 4. 32. Plautus, Cas. III. 5. 1. *Nulla sum! nulla sum! tota tota occidi!*

[41. *Pavitare* i. e. frigore et febri iactari. Vid. Servium ad Virg. Aen. I. 92.]

Pa. Intérii! cur id mihi non dixti? *Par.* Quia non poteram una ómnia.

Pa. Quid mórbi est? *Par.* Nescio. *Pa.* Quid? nemon' médicum adduxit? *Par.* Néscio.

Pa. Cesso hínc ire intro, ut hóc quamprimum, quídquid est, certúm sciam?

Quonám modo, Philúmena mea, núnc te offendam affectam?

Nam sí periclum ullum ín te inest, perísse me una haud dúbium est.

V. 42. ante Bentl. erat *mihi id.* Correxit ex codd.
V. 46. Bentl. e Bembino: *Nam si periclum in te ullum inest.* Concinnius.

Pavere et *timere*, et ad corporis, et ad animi perturbationem veteres referebant. Plautus in Bacchidibus: *Nam ut in mari vecta es, credo, timida es.* Ergo *pavitare*, aegrotare: quia sic horruisse visa ac palpitare venis. — 42. *Quia non poteram una omnia.*] Deest, *dicere. Quia non poteram una omnia.*] Cum stomacho pronuntiavit: et deest, *dicere.* — 43. *Nemon' medicum adduxit?*] Scilicet ex quo scire posses. *Nescio.*] Perturbatus Parmeno idem repetit verbum. Et verbum aptum est personae servili. — 44. *Cesso hinc ire intro.*] In vultu proloquium. Sic autem dixit poëta, ut gravem morbum in uxore suspectans maritus, protinus ingrediatur, et partum improvisus offendat. — 45. *Quonam modo, Philumena?*] Amatoria ἀποστροφή. Sed in Phormione, *Quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut distrahar, Nulla est mihi vita expetenda. Offendam affectam?*] Lassam, possessamque morbo; ab eo quod est *affici:* unde *affectus* dicuntur, propter quos afficimur. — 46. *Nam si periculum ullum in te inest.*] Multum dixit, *Si in te periculum inest, me periisse non dubito.* Tantus autem affectus non est mariti tantum, sed amatoris quoque. *Nam si periculum ullum.*] Non permisit amor dicere *perituram:* sed *si*

---

43. *Quid morbi est?*] Ita infra, III. 2. 22. — *Nemon' medicum adduxit?*] Ita Plautus, Menaechm. V. 3. 11. *nunc cogito, Utrum me dicam* ducere medicum, *an fabrum.*

45. *Affectam?*] Proprie; i. e. languentem. Propertius, II. 28. 1. *Iuppiter,* affectae *tandem miserere puellae.*

Par. (solus) Non úsus facto est mihi nunc húnc intró sequi:
Nam invísos omnes nós esse illis séntio.
Heri némo vóluit Sóstratam intro admíttere.
Si fórte morbus ámplior factús siet,
Quod sáne nolim, máxume heri causá mei:
Servom ílico introiísse dicent Sóstratae:
Aliquíd tulisse cómminiscentúr mali,
Capiti átque aetati illórum! morbus qui aúctus si[e]t.

V. 54. Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 141. omisso *morbus*, quod interpretis esse videtur, legit: *capiti atque aetati illorum, qui iam auctus siet.* Bentl. *sit* pro *siet* dedit.

---

periculum. — 47. *Non usus facto est mihi.*] Vide artificem Terentium, quemadmodum alias per Pamphilum, alias per ipsum Parmenonem invenit, quemadmodum nesciatur a caeteris, virginem ante nuptias ab ipso Pamphilo vitiatam esse. *Non usus facto.*] Non utile. *Facto* abundat. — 48. *Nam invisos omnes nos esse illis sentio.*] Acute eiusmodi causam reperit, quae vel hominem curiosum contineret: quaeque non Parmenonem modo, sed mox etiam Sostratam arceat ab ingressu. — 49. *Heri nemo voluit Sostratam.*] Quasi alius dixerit, *Unde intelligis? Heri nemo voluit Sostratam.*] Argumentum odii. — 51. *Maxume heri causa mei.*] Bene *maxume:* qui et propter ipsam, vel propter invidiam socrus non velit fieri graviorem morbum. — 52. *Servom ilico introisse.*] Mire, ut criminosius, suspiciosumque sit: non Lachetis aut Pamphili *servum*, sed *Sostratae:* nec *Parmenonem* saltem. — 53. *Comminiscentur.*] Dicent, cum confinxerint. — 54. *Capiti atque aetati illorum!*] Bene τῷ εὐφημισμῷ maluit *illorum*, quam *puellae* dicere: quod utique intelligitur. *Qui.*]

---

47. *Non usus facto.*] Vide Heaut. I. 1. 29. Plaut. Menaechm. V. 2. 1. *Ut aetas mea est, atque ut hoc* usus facto est.

50. *Morbus amplior factus.*] H. e. gravior, uti supra, versu 9.

54. *Capiti atque aetati illorum!*] De vi et usu huius sententiae vide ad Phorm. III. 2. 6.

Hera in crimen veniet, égo vero in magnúm malum.

Qui, *unde*. — 55. *Hera in crimen.*] Sostrata in litem. *Ego vero in magnum malum.*] In quaestionis tormenta.

---

55. *Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.*] H. e. hera male audiet, ego vero male accipiar flagris. Similis sententia est Heaut. II, 3. 115. Adde Phorm. II. 2. 8.

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILUS.

So. Nescío quid iamdudum aúdio hic tumúltuari mísera:
Male métuo, ne Philúmenae magis mórbus adgravéscat:

1. *Nescio quid iamdudum hic audio tumultuari.*] *In hac scena quasi quaedam deliberatio est, continens suasionis dissuasionisque partes, quas in subditis considerabimus.* *Hic.*] Quia nimis vicini sunt. — 2. *Male metuo, ne Philumenae magis.*] Instat Terentius bonam socrum facere, ut bonam meretricem faciat. *Magis morbus adgravescat.*] Gravior fiat. Proprie, quia morbi graves sunt dicti. *Virgilius, ubi aut morbo gravis, aut iam segnior annis Deficit.* Sallust. *Morbi graves ad inediam insolita vescentibus.* —

---

2. *Male metuo.*] Pollio ad Cic. Fam. X. 33. *Tanquam nihil peius timerent.* [*Tumultuari* passive dicitur. Nam apud Veteres etiam activum *tumultuare* in usu fuit. Vid. Vossius de Analog. III. 7. p. 284. et Interpretes ad Caes. B. G. VII. 61.] — *Morbus adgravescat.*] Cicero, Tusc. III. 31, *Adgravescens vulnus.* Virgilius, Georg. III. 504. *Sin in processu coepit crudescere morbus.*

Quod te, Aésculapi, et té, Salus, ne quid sit huius, óro!
Nunc ád eam visam. *Par.* Heus! Sóstrata. *So.* Hem! *Par.* Iterum ístinc excludére?
So. Ehem! Pármeno, tun' híc eras? perií! quid faciam mísera?
Non vísam uxorem Pámphili, cum in próxumo hic sit aégra?
Par. Non vísas? ne mittás quidem viséndi causa quémquam.
Nam qui amat, cui odio ípsus est, bis fácere stulte dúco:

V. 4. interrogationem post *excludere* revocavit Bentl.

---

3. *Quod te, Aesculapi, et te, Salus.*] Deest *propter:* ut sit, *Propter quod.* — 4. *Nunc ad eam visam.*] Sic *Virgil. Respice ad haec. Heus! Sostrata.*] Vide quemadmodum per se ipsum Parmeno, per Parmenonem arceatur Sostrata: quae neque deesse propter officium, neque ingredi propter socrum inducitur. *Hem.*] Interiectio est novas res audientis. *Iterum istinc excludere.*] Bene *iterum:* ut illi pudorem incuteret repetitione iniuriae. Et memoriter; iam enim dixit, *Nostra ilico It visere ad eam. admisit nemo.* Et simul vide, quam vehementius ad iniuriam sonet *excludi*, quam *non admitti.* — 5. *Ehem! Parmeno.*] *Ehem*, interiectio est eius, quae commota sit nova re. — 6. *Non visam uxorem Pamphili.*] Ut dixit supra, *servum Sostratae*, non *Parmenonem;* sic hic, *uxorem Pamphili* dixit magis, quam *Philumenam:* ut animum et officium eiusdem socrus, et matris breviter demonstraret. — 7. *Non visas?*] Unam rem Sostrata consuluit, hic de duabus respondet: namque et illam non vult ingredi, et cavet ne ipse mittatur. Et bene *quemquam:* ne aperte pro se loqui videatur. — 8. *Nam*

---

3. *Te, Aesculapi, et te, Salus.*] Aesculapius ex Epidauro translatus est Romam, Apollinis filius, Coronei nepos. Vide Ovid. Metam. XV. 622. Eius et Salutis numen iunctim colebatur, iunctis etiam statuis.

4. *Ad eam visam.*] Ita supra I. 2. 114. et II. 1. 40. — *Excludere.*] H. e. non intromitteris. Ita Eun. I. 2. 79. et saepius alibi.

5. *Tun' hic eras?*] Ita solent ad subitum conspectum eius, quem videre vellent. Eun. I. 2. 6.

6. *In proximo hic.*] Vide Heaut. I. 1. 2. Plaut. Cist. I. 1. 102. *habitat hic in proximo.* — *Aegra.*] Ita supra I. 2. 113.

Labórem inanem ipsus capit, et illí molestiam ádfert.
Tum [autem] filius tuus introiit vidére, ut venit, quíd agat.
***So.* Quid ais! an venit Pámphilus? *Par.* Venít. *So.* Dis gratiam hábeo.**
Hem! istóc verbo animus mí rediit, et cúra ex corde excéssit.
***Par.* Iam eá te causa máxume nunc húc introire nólo.**
Nam sí remittent quídpiam Philúmenae dolóres,

V. 10. Sic meliores libri. V. *Tum autem filius introiit videre.*

---

qui amat, cui odio ipsus est.] Aliam causam subiunxit: quia durum fuerat ipsi Sostratae dici, quod supra dictum est. *Nam qui amat.*] Una causa a sententia morali. *Cui odio ipsus est.*] Deest *eam*, vel *eum*. — 9. *Laborem inanem ipsus capit, et illi molestiam adfert.*] Hoc validissimum ad dissuadendum fuit. *Et illi molestiam adfert.*] Bene hoc adiecit: ne qui amat, hoc dicat, *Laborem, dum promerear, quem amo.* — 10. *Tum autem filius.*] Alia causa ab eventu. *Videre, ut venit, quid agat.*] Quod supra, *visere.* An *visere* officii est apud aegros; *videre*, cognitionis? et ideo additum, *quid agat.* — 11. *An venit Pamphilus?*] Bene imitatur affectum. — 12. *Hem!*] Interiectio foeminina ac matronalis. *Ex corde excessit.*] Geminavit praepositionem. — 13. *Nunc huc introire nolo.*] Cur, si venit Pamphilus, non sit introeundum, causa narratur. — 14. *Nam si remittent quidpiam.*] Verbum activum quasi neutrum posuit. *Philumenae dolores.*] Δραματικῶς errat; non enim vere dolor

---

9. *Laborem capit.*] Ita And. V. 2. 29. Heaut. II. 4. 19.

10. *Introiit videre.*] Graecismus, qualis supra I. 2. 114. Phorm. I. 2. 52. Plautus, Rud. I. 2. 6. *Nunc huc ad Veneris fanum* venio visere. Propertius, I. 1. 12. Ibat *et hirsutas ille* videre *feras.*

12. *Animus mihi rediit.*] Ita Plautus, Truc. IV. 4. 15. *adspersisti aquam. Iam* rediit animus. Eodem sensu, Epid. IV. 1. 42. *remigrat* animus *nunc demum.* Contra Amph. V. 1. 29. *ita mihi* animus *etiam nunc* abest.

14. *Si remittent quidpiam Philumenae dolores.*] Phrasis medicorum. Ita Celso *remittere se dolores* frequenter dicuntur. [*Si remittent* etc. Duplex huius loci lectio est: *Si remittent quippiam Philumenae dolores* et *si remittent quippiam Philumenam dolores.* Si priorem lectionem sequamur, *dolores remittent* significat leniores fiant,

Omnem rem narrabít, scio, contínuo sola sóli,
Quae intér vos intervénerint, unde ortum ést initium
írae.
Atque éccum video ipsum égredi. quam trístis ést! *So.*
O mi gnáte!
Pa. Mea máter, salve! *So.* Gaúdeo venísse salvom. sálvan'
Philúmena est? *Pa.* Meliúscula est. *So.* Utinam ístuc
ita Di fáxint!

V. 14. Faërn. et Bentl. *Philumenam*, ex aliquot codd. Bentleii ratio haec est. „Ob id, inquit, quod sequitur, *Philumenam* hic adscisco. *Sola soli*, inquit, illi narrabit. Si *Philumenam* scribis, ea est illa *sola:* sin *Philumenae*, quae ista *sola* sit, nescias."

V. 16. v. *intervenit*. Bentl. *intervenerit*. Recte fortasse, siquidem syllaba brevis hic locum habet. Sed Bentl. corr. *intervenerint*, quod Donatus videtur habuisse.

V. 17. Bentl. *est* delet; nisi forte legas *tristis 'st!*

---

morbi est, cum sit partus. — 15. *Scio, continuo sola soli.*] Ut, *haud (credo) invisus coelestibus, auras Vitales carpis.* Et sic, *sola soli* dicitur, quomodo *praesens praesenti.* Sic *Virgilius*, *illum absens absentem auditque videtque.* — 16. *Quae inter vos intervenit.*] Melius sic, quam si diceret, *Quae illi feceris.* *Unde ortum est.*] Pro *sit.* Ἀνακόλουθον tertium. — 17. *Quam tristis est!*] Χαρακτηρισμὸς locuturi Pamphili. *O mi gnate!*] Ordo est, *O mi gnate, gaudeo te salvom venisse:* sed intercedit Pamphilus tristis. — 18. *Salvan' Philumena est?*] Cito probat Pamphilo se amare nurum, cum post salutationem nihil prius, quam de salute uxoris eius inquirat. *Salvan' Philumena est?*] Mire obviam sibi exeuntem filium nihil aliud, nisi de Philumena interrogavit: ut ostenderet eius morbum curae sibi esse. — 19. *Meliuscula est.*] Verum est, quantum ad morbum pertinet. *Meliuscula est.*] Hoc et ad morbum, et ad eventum partitudinis verum est; ita non mentitur

---

sedabuntur, pronomine *se* subintellecto, quod saepe additur. Cic. in Brut. c. 34. *cum remiserant dolores pedum, non deerat in causis.* Sin posteriorem lectionem, quae pluribus auctoritatibus nititur, praeferamus, *dolores remittent Philumenam* significat dolores relinquent Philumenam.]

18. *Gaudeo, venisse salvom.*] Formula adventum gratulantis. Eun. V. 6. 6. Plautus, Epid. I. 1. 5. *Venire salvom gaudeo.*

19. *Meliuscula est.*] H. e. paullo melior. Cicero, Fam. IX.

Quid tu igitur lacrimas? aút quid es tam trístis? *Pa.* Recte, máter.
***So.* Quid fúit tumulti? díc mihi. an dolór repente invásit?**
***Pa.* Ita fáctum 'st. *So.* Quid morbi ést? *Pa.* Febris. *So.* Cotídiana? *Pa.* Ita áiunt.**
I, sódes, intro; cónsequar iam té, mea mater. *So.* Fiat.

Pamphilus matri. *Utinam istuc ita Di faxint!*] Diligentiore officio loquitur, ut rea apud filium socrus. — 20. *Quid tu igitur lacrumas?*] Locute ab eo quod agitur: quo significat, *Si ita est, quare ergo tu tristis es? Recte, mater.*] Sic dicimus, cum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. Et bene additum *mater*; ut duritia reticentiae blando nomine molliretur. Alii *recte* sic accipiunt, ut intelligant, *Nihil est mali.* — 21. *Quid fuit tumulti?*] Antiqui sic declinaverunt, *tumulti*, *senati*, ut *Sallustius*, *Decretum senati fit. Dic mihi.*] *Dic* verbum est instantis audire, et cupidius interrogantis: *Virgilius*, *Dic mihi*, *Damoeta*, *cuium pecus? Dolor repente invasit?*] Proprie *invasit*, quia *repente.* — 22. *Ita factum 'st.*] Moris est assentiri ad dicta interrogantium, qui quae vera sunt celant. *Ita aiunt.*] Bene aliis adscripsit: si falsum sit, ut ipsis adscribatur mendacium. *Ita aiunt.*] In hac tota interrogatione et responsione colorem induxit secretum aegre obiurgantis. *Ita aiunt.*] Religiose mendacium ad rumorem retulit. *Aiunt* inquit, ne ipse falsum dicere videretur. — 23. *I, sodes, intro.*] Metuit, ne ingrediatur mater ad soceros, et ideo dicit, *i, sodes, intro.* Et apparet *intro* dicentem, manu annuere, ut domum redeat: et simul quo magis faciat, addit causam. *Consequar iam te, mea mater.*] Adiecit et tempus, *iam. Mea.*] Necessario additum: *mea mater.* Et *sodes;* quia, *i intro*, durum est. *Fiat.*] Abiens dixit hoc mater. *Fiat:* ne omnino iussis

---

18. *Ipse* melior *fio*, *primum valetudine.* Et XVI. 5. *Cum* meliuscule *tibi esset.* Cels. de Med. III. 23. *Qui meliusculus esse coepit*, *adiicere debet exercitationes.*

20. *Recte, mater.*] Explicat Donatus. Ita Heaut. III. 2. 7. Adelph. V. 5. 19. Plautus, Merc. II. 3. 33. *De. Quid festinas, gnate mi? Ch.* Recte, pater. Cicero plenius, Fam. IX. 9. *Rectissime sunt apud te omnia.*

21. *Quid fuit tumulti?*] Ita And. II. 2. 28. Plautus, Cas. III. 5. 22. *Quid intus tumulti fuit?*

22. *Quid morbi est?*] Ita supra, III. 1. 43. Plautus, Asin. I. 1. 41.

Pa. Tu pueris curre, Pármeno, obviám, átque his onera adiúta.
Par. Quid! nón sciunt ipsí viam, domúm qua redeant? *Pa.* Céssas?

alienis parere videatur; quasi imperemus et nos, quae nos ipsi facturi sumus. — 24. *Tu pueris curre, Parmeno, obviam.*] Probabilis causa, qua ablegat etiam Parmenonem, dum iubet eum pueris occurrere. Et simul notandum, quod in hac fabula ridicule vexatur usque ad ultimum servus et ablegatur, cum sit et piger et curiosus. *Atque his onera adiuta.*] Locutio antiqua figurata. Et est ὑπαλλαγή, pro, ipsos onera portantes, eis onera adiuta. — 25. *Quid! non sciunt ipsi viam, domum qua redeant?*] Iam vide, quemadmodum servetur Parmenoni persona loquacis, curiosi, pigri. *Domum,* adverbiale est. *Domum qua redeant?*] *Qua* si locum significet, videbitur reliquum praeceptum servus non audivisse. Sin audivit, *qua,* *quomodo* intelligemus, id est, quemadmodum omnis portent de navi, ut, *quid fieret,* et *qua fieret.* *Cessas!*] De industria omnes ablegavit suos, ut non audirent quae intus post scenam sunt acta: quae tamen populo est narraturus.

---

24. *His onera adiuta.*] Ita Gellius, II. 19. *Roges, veniant, operamque mutuam dent, et* messem *hanc* nobis adiuvent. [*Iis onera adiuta* i. e., iis adiuta oneribus ferendis. Notandus est dativus personae, isque per archaismum verbo *adiutare* iungitur. Vid. Interpretes ad Petron. c. 62. p. 313. Terentium imitatur Gell. II. 19. *roges, veniant operamque mutuam dent, et messem hanc nobis adiuvent.* *Adiutare* cum accusativo rei est Phorm. I. 2. 49.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS.

Néqueo mearum rérum initium ullum invenire idóneum,
Unde exordiár narrare, quaé nec opinanti áccidunt:
Pártim quae perspéxi his oculis, pártim quae accepi aúribus:
Quá me propter éxanimatum cítius eduxí foras.

Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum.] *In hac scena conquestio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus, an excludat uxorem: in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans, amatoria magis, quam maritalis est; nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, nisi adolescens furtivum conceptum uxoris et partum aliquanto lenius quam coniugalis dolor expetit toleravisset.* — 1. *Nequeo mearum.*] Haec est *Homerica* illa διαπόρησις. *Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Nequeo mearum rerum initium.*] Hoc principium magna διαπορήσει oneratur: ut ostendantur aerumnae, et multae et graves. *Idoneum.*] Aptum, conveniens. — 2. *Unde.*] A quo. — 3. *Partim quae perspexi his oculis.*] *His*, quasi miseris, vult intelligi, quibus perspexi, vel audivi mala. An sic dictum est, ut apud *Virgilium*, *vocemque his auribus hausi.* — 4. *Qua me propter exanimatum.*] Inter *exanimatum* et *exanimum* hoc interest: *exanimatus*, est conterritus, conturbatus. Ut, *Sed quidnam Pamphilum exanimatum video?* Et *Virgilius*, *Exanimata sequens impingeret agmina muris.* *Exanimus* vero, est occisus. *Virgilius*, *Corpus ubi*

---

1. *Nequeo mearum rerum initium ullum invenire.*] Explicat Donatus. Ita fere Plautus, Pseud. I. 4. 5. *neque nunc, quid faciam, scio, Neque exordiri primum, unde occipias, habes.*

4. *Eduxi foras.*] H. e. cito proripui me. Plautus, Aulul. IV. 8. 8. *Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.* [Cic. ad Div. X. 32. *Balbus duxit se a Gadibus.* ubi vid. Manutius; item Bentleius ad IV. 1. 7.]

Nám modo intro ut mé corripui tímidus, alio súspicans
Mórbo me visúrum adfectam, ac sénsi esse, uxorem: hei mihi!
Póstquam me adspexére ancillae advénisse, ilico omnés simul
Laétae exclamant, Vénit! id quod mé repente adspéxerant.
Séd continuo vóltum earum sénsi immútari ómnium,
Quia tam incommode illis fors obtúlerat adventúm meum.
Una illarum intérea propere praécucurrit, núntians,

V. 5. Ita Bentl. ex codd. suis universis. V. *me intro ut corripui.*

V. 8. pro vulg. *me repente*, Bentl. ex uno cod. Fabricii: *derepente*, abiecto *me*. In plerisque codd. eius scriptum: *me derepente*, utraque lectione in unum consociata.

---

exanimi positum Pallantis Acoetes. Servabat senior. — 5. *Me intro ut corripui.*] Ruptim ingressus sum. *Timidus.*] Pro *timens*, nomen loco participii. — 6. *Morbo me visurum adfectam.*] Quia et hic morbus est. *Hei mihi!*] Interiectio dolentis est. *Virgilius, Eloquar, an sileam?* Et dicitur haec figura ἐπιφονή. *Hei mihi!*] Mire interposuit σχετλιασμόν. — 8. *Id quod me repente.*] Deest *propter*, ut sit, *propter id*: ac per hoc, *ideo*. *Id quod me repente adspexerant.*] Causa cur laetae exclamaverint. *Id ergo*, *ob id*. — 9. *Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium.*] Mire Pamphilus etiam ancillarum metu impellitur, ut alienum nasci puerum suspicetur: nec ullo modo in memoriam redeat, hanc se puellam, vel huiusmodi vitiasse. *Voltum earum.*] Quae viderint. — 10. *Fors obtulerat.*] *Offerri* dicuntur tam bona quam mala, si insperata obiiciantur aspectibus. *Obtulerat.*] *Oblatum* dicitur in utramque partem, quidquid exspectationem praevenit. —

---

5. *Me intro ut corripui.*] Ita infra IV. 1. 3. Idem *corripiendi* verbum etiam de egressu usurpatur. Infra, versu 16. Plautus, Merc. III. 4. 76. *ut* corripuit *se repente, atque abiit!* Quod Virgilius, Ecl. III. 19. dixit: *quo nunc* se proripit *ille?*

9. *Voltum earum sensi immutari.*] Horatius, Serm. II. 8. 84. *Nasidiene, redis* mutatae frontis.

10. *Fors obtulerat adventum.*] Ita infra, versu 26.

Mé venisse: ego eius videndi cúpidus, recta cónsequor.
Póstquam intro adveni, éxtemplo eius mórbum cognoví miser.
Nám neque, ut celári posset, témpus spatium ullúm dabat:
Néque voce alia, ac rés monebat, ípsa poterat cónqueri.
Póstquam adspexi, ô fácinus indignum! ínquam: et corripui ílico
Me índe lacrumans, íncredibili re átque atroci pércitus.

V. 13. Ita Bembin. Victorian. Faërn. Bentl. Vulgo numeris reluctantibus: *Postquam introii, extemplo.* Coniecit tamen Bentl. *Postquam introivi, extempulo eius morbum c. m.*

V. 14. Bentl. „Lege, inquit, ac distingue: *Ut celare posset*, et *Ac res monebat ipsa.* — *Ut posset celare morbum*; uxor scilicet, quam statim adiit osculaturus. Nisi *celare* legeris, *ipsa* disiungendum erit a *res.*“

---

12. *Ego eius videndi cupidus.*] Non erit plena vis repentini doloris, si aliquid praesentiens suspicatur. Et ideo addidit, *ego eius videndi cupidus. Recta consequor.*] Absolute, et sine adiectione: non enim addidit *via.* — 13. *Extemplo eius morbum.*] *Morbum* mitiore animo, quam *vitium* dixit, aut *probrum.* Et recte: quia dixit, *alio me suspicans morbo visurum adfectam, ac sensi esse, uxorem.* — 14. *Spatium.*] Moram. — 15. *Ac res monebat.*] Partus. — 16. *O facinus indignum!*] *Facinus indignum*, non ad illam, hoc est, Philumenam, sed ad auctorem vitii refertur. *Et corripui ilico.*] Ardens scilicet dolore. Et est causa cur cito exierit. — 17. *Lacrumans.*] Non furens, sed *lacrumans*: non iratus, sed *misertus. Atque atroci.*] Id est,

---

[12. *Eius videndi.* Non opus est legere *videndae.* Rationem constructionis explicant Sanctius Minerv. III. 8. p. 456. et ibi Perizonius.] Vide annot. ad Heaut. Prol. v. 29. *St.*

16. *Corripui ilico me inde.*] Repetit *corripiendi* vocem ex versu 5. ut notet, eadem se celeritate exisse, qua intraverat. Naevius, Colace: *Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi.* Sallustius, Catil. 32. *dein se ex curia domum proripuit.*

17. *Percitus.*] Ita Plautus, Cas. III. 5. 6. *At ista, obsecro,*

Máter consequitúr. iam ut limen éxirem, ad genua áccidit,
Lácrumans misera. míseritum est. profécto hoc sic est, út puto:
'Omnibus nobis út res dant sese, íta magni atque humilés sumus.

vehementi. — 18. *Mater consequitur. iam ut limen exirem.*] Ostendit affectum misericordiae suae, *matrem* potius dicendo, quam *Myrrhinam*, et addendo *miseram*. *Ad genua accidit.*] *Accidere* est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis: propter *ad*, quod est iuxta, et *cadere*. *Sallustius* autem sine praepositione dixit, *Qua accidam, aut quo.* — 19. *Lacrumans misera.*] Miserabiliter se habens. *Miseritum est.*] Ut recte supra dictum sit de illo, *Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.* *Miseritum est.*] Hoc ipse sibi. — 20. *Omnibus nobis ut res dant sese, ita*

---

ne quid in te mali faxit ira percita. [*Percitus* i. e. vehementer commotus. Lucret. V. 400. *ira tum percitus acri.* Cic. pro Mil. c. 23. *sive enim illud animo irato ac percito fecisset.* Liv. VI. 38. *tum percitus ira Camillus.* ubi vid. Drakenborchius.]

18. *Iam ut limen exirem.*] H. e. quum in eo essem, ut limen exirem. Quum iamiam exiturus limen eram. [*Limen exire* notandum est pro exire limine vel de limine. Eodem modo dicitur *egredi portam, urbem.*] — *Ad genua accidit.*] Ennius, Pancratiaste: *Quum desubito me orat mulier lacrumans, quae* ad genua accidit. Suetonius, Caes. 2. *Ut* ad genua *ultro sibi* accideret. [*Ad genua accidere* vel *genibus accidere* est in genua procumbere supplicandi causa. Seneca Troad. 690. *ad genua accido supplex.* Sueton. Caes. c. 20. *ut ad genua ultro sibi accideret.* Vid. quae notavimus ad Rutil. Lup. II. p. 96.]

19. *Hoc sic est.*] Res eleganter dicitur *esse*, id est, vera esse. Plautus, Epid. I. 1. 17. *Quid tibi vis dicam, nisi* quod est? Mostell. I. 2. 12. *Ita esse, ut praedico.* Pseud. I. 5. 36. Sint *illa, nec ne sint.* [*Ut puto* fere idem est quod *ni fallor.* Catull. XV. 13. *hoc unum excipio ut puto pudenter.* Vid. Duker. ad Sueton. Vespas. c. 23.]

20. *Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.*] Livius XXXIV. 25. *Haec multitudinis natura est, aut servit humiliter, aut superbe dominatur.* Dixit autem, *res dant sese*, [h. e. offerunt sese, eveniunt, succedunt. Virg. libr. I. Georg. 287. *Multa adeo gelida melius se nocte dedere.* Liv. XXVIII. 5. *prout res ac tempus sese daret.* ubi vid. Gron. St.] Plautus, Bacchid. IV. 4. 25. *An nesciebas, quam eiusmodi homini raro* tempus se daret? Virgilius, Aen. IV. 627. *Nunc, olim, quocumque da-*

Hánc habere orátionem mécum a principio institit:
'O mi Pamphile! ábs te quamobrem haec ábierit, causám vides:
Nám vitium est oblátum virgini ólim ab nescio quo improbo.

magni atque humiles sumus.] Mire dixit *dant sese.* Homerus: *Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.* Sed hic *esse* illo et validius dixit, et est haec καθολικὴ sententia. *Apollodorus: οὕτως ἕκαστος διὰ τὰ πράγματα σεμνὸς ἦν καὶ ταπεινός.* — 22. *O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit.*] A nomine et blandimento, mire: quia secreta confitetur. Ut *Virgilius*, *Anna, fatebor enim, miseri post fata Sichaei.* A principio idem elaboravit, ut adversus pudorem conscientia et voce et confessione duraret. *O mi Pamphile! abs te quamobrem haec abierit.*] Venialis status, in quo confessio est et precatio. *Abs te quamobrem.*] Morale blandimentum ante confessionem. — 23. *Nam vitium.*] Est confessio. *Nam vitium est oblatum.*] Coepit a causa. *Oblatum.*] Ad repentina pertinere superius annotavimus. Et *oblatum,* quasi non exspectanti et nolenti.

---

bunt se *tempore* vires. Opponuntur autem *magni* et *humiles*, ut superbi et abiecti seu obscuri. Plautus, Mil. IV. 2. 53. magnum *me faciam Nunc, quoniam illaec me collaudat.* Unde *magnifica verba*, Eun. IV. 6. 3. *magnificentia*, Phorm. V. 7. 37. Contra Phaedrus, I. 30. 1. Humiles *laborant, ubi potentes dissident.* [*Magni sumus* i. e. superbi, elati. Plaut. Mil. IV. 2. 53. *magnum me faciam nunc, quoniam illaec me collaudat.* Hinc *magnum dicere* apud Virgil. Aen. X. 547. significat arrogantibus verbis uti. Vid. Cl. Koenium in Praefat. ad Gregor. de Dialectis p. X. Contrarium est *minoribus verbis uti* apud Ovid. Met. VI. 151. — *Humiles* i. e. animis submissis, abiectis. Cic. ad Attic. II. 21. *ut ille tum humilis, ut demissus erat.* Burmann. ad Lucan. VIII. 157.]

21. *Institit.*] H. e. incepit. Cicero, Fam. X. 16. *Flagitare Senatus* institit *Cornutum.* [Quidam mss. habent *instituit*, ut aliis locis centum variatur. Burmann. et Oudendorp. ad Sueton. Vitell. c. 2. *institit* de eo recte dici putant, qui quid pergit facere; *instituit* de eo, qui quid incipit facere. Sed promiscuus horum verborum usus videtur; certe apud Cic. ad Div. X. 16. *flagitare senatus institit*, hoc verbum non *perrexit*, sed *coepit* significat. Vid. Interpretes ad Liv. XXVIII. 46. 11.]

23. *Vitium est oblatum virgini.*] Ita And. III. 1. 9. Adelph. III. 2. 10.

Núnc huc confugit, te atque alios pártum ut celarét suum.
Séd cum orata eiús reminiscor, néqueo quin lacrumém miser.
Quaéquae fors fortúna est, inquit, nóbis quae te hodie óbtulit,
Pér eam te obsecrámus ambae, si ius, si fas ést, uti
Advorsa eius pér te tecta tácitaque apud omnés sient.

V. 26. Bentl. *Quaeque.*

Virgini.] Quasi quae falli posset. *Olim.*] Recte *olim:* quia facilis venia circa vetera iam delicta; unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. *Olim* ergo, ante menses novem. *Ab nescio quo improbo.*] Mire contemsit personam, dicendo *nescio quo*, id est, nescio quem dixit, ut ostendat ignobilem, ita abiectum; nam si nomen illi est, habet et dignitatem: ut *et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.* Et ne placere videatur is qui fecit, *improbum* dixit. — 25. *Sed quum orata eius.*] Bona παρένθεσις. *Nequeo quin lacrumem miser.*] Videtur quasi destillantes fletus detergere. *Nequeo.*] Deest *continere.* — 26. *Quaequae fors fortuna.*] Precatio. *Fors fortuna.*] Τυχὴν, id est, subita fortuna. Et *fortuna*, in incerto: *fors fortuna*, in bono ponitur. *Virgilius*, *si qua in te fortuna fuisset.* Et ipse, *O fors fortuna.* — 27. *Per eam te obtestamur.*] Oratorie inducuntur et pro tacentibus preces. *Per eam te obtestamur ambae.*] *Obtestatio* est precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus: ut, *per eversae, genitor, fumantia Troiae Excidia obtestor.* *Si ius, si fas est.*] Utrum hoc invidiose, an quasi foemina, quae leges nesciat? — 28. *Uti advorsa eius.*] Mire non *crimen:* sed *advorsa.* *Per te tecta, tacitaque.*] *Tecta*, si reducis: *tacita*, si repudias sub alia excusatione. An idem significant? an potius, *Neque re, neque verbo indices?* An *tecta*, ne videantur: *tacita*, ne dicantur? *Tecta, tacitaque.*] *Tecta* sint, ne haec alii sciant: *tacita*, ne ipse in-

---

26. *Quaequae fors fortuna.*] Ita fere loquebantur, quoties laeti quid sibi obtigisset, et incerti essent, cui deorum dearumve id acceptum esset ferendum. Plautus, Rud. I. 4. 37. Quisquis est *deus*, *veneror.* Virgilius, Aen. IV. 576. *sequimur te, sancte deorum*, Quisquis es.

27. *Si ius, si fas est.*] De usu particulae *si* vide ad And. I. 5. 57.

Si úmquam erga te animo ésse amico sénsisti eam, mi Pámphile:
Síne labore hanc grátiam, te, ut sibi des pro illa, núnc rogat.
Caéterum de rédducenda id fácias, quod in rem sít tuam.
Párturire eám, neque gravidam esse éx te, solus cónscius.
Nam áiunt tecum póst duobus cóncubuisse eam ménsibus.

V. 29. Bentl. legi iubet: *Si unquam te erga animo esse amico sensti eam, mi Pamphile.*

V. 33. Faërn. *eam* cum cod. Bemb. omisit. Quod Bentleio ideo displicet, quia in ea sede raro inveniatur trochaeus. De quo quid iudicandum sit, alibi diximus.

---

dicet. — 29. *Si umquam erga te.*] *Virgilius*, *Si concessa peto, si dant ea moenia Parcae.* *Terentius* in Andr. *Si te in germani fratris dilexi loco, Sive haec te solum semper fecit maximi.* *Si umquam erga te.*] Ab anteacta vita. — 30. *Uti sibi des pro illa.*] Subauditur, *gratia.* — 31. *Caeterum de reducenda.*] Tentat etiam hoc persuadere, sed oratorie et verecunde. Et mire, *de reducenda* dixit, non *de respuenda.* *Quod in rem sit tuam.*] Nam nisi reducatur, reddenda dos erit. — 32. *Solus conscius.*] A possibili; nam hoc nomine ostendit, tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus. — 33. *Nam aiunt.*] Honestius *aiunt* pro *ait* dixit; nam quis aut scire, aut dicere potuit, nisi Philumena? ergo recte. *Aiunt* enim potius honestum est, quam *ait.* *Post duobus concubuisse eam mensibus.*] *Post duobus*, simpliciter accipiendum, non *post duos;* est enim ἀντιστροφή pro *duobus post;*

---

30. *Sine labore.*] H. e. nullo negotio, facili opera; seu, quod commodo tuo facere possis. Phaedrus, III. 7. 24. *Sic* sine labore *venter impletur meus.* — *Hanc gratiam ut sibi des pro illa.*] Ita Plautus, Capt. III. 5. 63. *Ergo ab eo petito* gratiam *istam.* Pro beneficio, quod comitatur gratia. Stich. I. 2. 23. Gratiam *a patre si petimus, spero ab eo impetrassere.*

33. *Tecum post duobus concubuisse mensibus.*] Ordo huius et sequentis versus hic est: *Nam postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus. Tum aiunt, tecum post duobus concubuisse mensibus.*

Túm, postquam ad te vénit, mensis ágitur hic iam séptimus:
Quód te scire, ipsa índicat res. núnc si potis est, Pámphile,
Máxume voló doque operam, ut clam éveniat partús patrem:
'Atque adeo omnes. séd si id fieri nón potest, quin séntiant,
Dícam abortum essé; scio, nemini áliter suspectúm fore,
Quín, quod verisímile est, ex te récte eum natúm putent.
Cóntinuo exponétur. hic tibi níhil est quidquam incómmodi:

V. 37. ante Bentl. erat *si fieri id.* In codd. nónnullis deest *id;* recte fortasse.

---

id est, non statim ut nupta sit, sed, postquam nupta est, post duos menses nuptiarum: ut sint reliqui quinque menses. Et hinc apparet, ante duos menses, priusquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quatuor mensibus cum Pamphilo fuisse: ex quibus, duobus posterioribus amatam esse, reliquis tribus peregrinatum fuisse Pamphilum. An *post duobus*, pro *post duos?* ut *Plautus: Post principio denique.* Et, *post paullo.* — 35. *Quod te scire ipsa indicat res.*] Qui contristatus corripuisti te foras. — 36. *Eveniat partus.*] Philumenae scilicet. — 38. *Abortum esse.*] Non est Latinum *aborsa est:* sed, *abortum fecit,* [At vid. *Vavass.* Antib. p. 463. ed. *Kappii.*] *Abortum esse.*] Deest *natum* vel *factum,* vel absolute, quomodo dicimus *e re nata,* vel quemadmodum dicimus *ex te mihi orta est iniuria. Dicam abortum esse.*] Rationabiliter dixit; fit enim *abortus* mense septimo sine pernicie foeminae. *Suspectum fore.*] Suspicabilem, suspiciosum. — 39. *Ex te recte eum natum putent*] Nove dixit *natum abortum,* quasi abortus nascatur. *Natum* ergo pro facto conceptoque dixit. — 40. *Exponetur.*] Ad mortem scilicet. *Hic tibi nihil est quidquam incommodi.*] Quum

---

34. *Mensis agitur.*] Ita Phaedrus, I. 18. 2. *Instante partu mulier,* actis mensibus. Ubi vide quae notavit Cl. Burmannus.

39. *Recte natum.*] H. e. non ex furtivis amoribus, sed legitimo matrimonio, atque ex patre, quem nuptiae demonstrabant. Ita infra IV. 1. 16.

'Et illi miserae indigne factam iniuriam contéxeris.
Póllicitus sum: et sérvare in eo cértum 'st, quod dixi, fidem.
Nám de redducénda, id vero ne útiquam honestum esse árbitror:
Néc faciam: etsi amór me graviter cónsuetudoque eíus tenet.
Lácrumo, quae postháo futura 'st víta, quum in mentém venit,

V. 44. Ita etiam Bentleius. Sed alii aliter; veluti Faërnus *me* extrusit; pessime.

---

alienus exponitur et non tollitur pro tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio, quia Pamphili filius invenietur, quum ei etiam per patrem puellae poëta succurrit. *Hic tibi nihil est quidquam incommodi.*] Ab utili. Et est παρέλκον quartum, ut, *Nihil vidi quidquam laetius.* — 41. *Et illi miserae, indigne.*] Ut non sit ἀνακόλουθον. Superiori versui τὸ *et* addendum est: ut sit, *et tibi nihil est quidquam incommodi. Et illi miserae.*] Conclusio per enumerationem. Et non laederis, inquit, et proderis miserae. *Factam iniuriam.*] Mire *iniuriam* dixit: ut non contemnenda sit, sed tollenda. — 42. *Pollicitus sum.*] Plus quam *promisi. Quod dixi.*] Quod promisi. — 43. *Id vero neutiquam honestum esse arbitror.*] *Neutiquam* non est omnino negativum, sed aliquid assensionis habet. Est enim *neutiquam*, non nimis, non valde. — 44. *Nec faciam.*] Bene addidit, *nec faciam*; multa enim etiam inhonesta amore suscipimus. *Etsi amor me graviter consuetudoque tenet.*] Hoc cum gemitu. *Etsi* non complexivum, neque praepositivum, sed subiunctivum, id est, pro *tametsi. Amor me graviter consuetudoque.*] Quae duae res contra honestum et utile validissimae. Et bene *tenet*, non *tenuit.* — 45. *Lacrumo, quae posthac futura 'st vita.*] Bene propensior in affectum est, ut verisimile fiat, potuisse reticere. Et *lacrumo* non pendet a superiori: sed interpositis diu fletibus dixit. *Lacrumo, quae posthac.*] *Quae* modo vim pronominis non tenet,

---

43. *De reducenda.*] H. e. quod ad reductionem attinet. Plautus, Rud. IV. 7. 2. De illo vidulo, *Si sapias, sapias: habeas quod Di dabunt boni.*

44. *Amor me graviter consuetudoque eius tenet.*] Ita videtur per Hendiadyn dicere pro *Amor consuetus*; uti And. I. 1. 108.

Sólitudoque. 'O fortuna, ut númquam perpetuo és bona!
Séd iam prior amór me ad hanc rem exércitatum réddidit.
Quém ego tum consílio missum féci: idem [nunc] huic operám dabo.
Adest Pármeno cum púeris: hunc minimé 'st opus
In hác re adesse. nam ólim soli crédidi,
Eá me abstinuisse ín principio, cúm data est.
Vereór, si clamorem eíus hic crebro aúdiat,

V. 46. Bentl. *perpetua es data:* prius de coniectura, posterius ex Donato, qui *data* videtur legisse.

V. 48. Bentl. corr. *Quó ego eum consilio missum féci, eodem huic operám dabo.* Voc. *Nunc* in codd. sedem variat, et suspectum est.

V. 52. Ita Bemb. Faërn. Westerh. Plurimi *exaudiat*, quod recepit Bentl. Ita *eius* in unam syllabam contrahitur, ut passim.

---

sed querelae. Et *lacrumo* sic dixit ut *Virgilius*, *Sic effata, sinum lacrumis implevit obortis.* Et est ordo, *lacrumo, cum in mentem venit.* — 46. *O fortuna.*] Hic *fortunam* pro bona posuit. *Ut numquam perpetuo es bona!*] Legitur et *data*; nam et sic pro *bona* intelligitur necessario. — 48. *Idem nunc huic operam dabo.*] Si *idem*, *ego*; si *eidem*, hoc est *amori*. *Operam dabo.*] Difficultatem rei ostendit, dicendo *operam dabo.* — 49. *Adest Parmeno cum pueris.*] Quia idem Parmeno est secretorum conscius, addidit *cum pueris*. *Minime 'st opus.*] Id

---

46. *O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!*] Ita Ennius, Annal. VIII. *Haudquaquam quemquam semper Fortuna sequuta est.* Accius, Medea: *Fors dominatur, neque ulli vita propria in vita est.* Cicero, Mil. 26. *Vide, quam sit varia vitae commutabilisque ratio; quam vaga volubilisque Fortuna!* [*O fortuna, ut nunquam es perpetue bona.* Bentleius Donato duce sic legit: *O fortuna ut nunquam perpetua es data.* Plaut. Cistell. I. 3. 46. *Ut sunt humana, nihil est perpetuum datum.* Mutarunt lectionem veterem, qui non concoquerent *fortunam* absolute dici pro bona fortuna. Sed sic est Phorm. V. 6. 44. *Tantam fortunam de impreviso esse his datam.* Terentii loco similis ille Rutilii Lupi II. p. 75. *o fortuna, quam vehementer te rerum varietas oblectat.*]

48. *Idem nunc huic operam dabo.*] Sensus est: etiam id operam dabo, huic amori, uti nimirum eum missum faciam. Ita And.

Ne pártarire intélligat. aliquó mihi est
Hinc áblegandus, dúm parit Philúmena.

est, omnino non est opus. — 53. *Aliquo mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena.*] In tota comoedia non cessabit, cum sit piger; nec resciscet aliquid, cum sit curiosus, Parmeno. — 54. *Dum parit Philumena.*] *Dum*, alias *dummodo*, alias *donec*: nunc, *quamdiu*.

I. 1. 130. Donatus non cepit. [*Consilio* i. e. ratione, prudentia. Cic. pro Murena c. 12. *mulieres omnes propter infirmitatem consilii maiores in tutorum potestate esse voluerunt.* Liv. XXXIX. 35. *cum omnia ira, non consilio gererentur.* Vid. Gronov. ad Liv. XLIV. 2. 5. — *Huic* nempe uxoris amori, ut eum missum faciam.]

54. *Ablegandus.*] Ita solent de iis, quorum praesentia molesta est. Livius, I. 35. *Eo magis Tarquinius instare, ut quamprimum comitia regi creando fierent. Quibus indictis sub tempus pueros venatum* ablegavit.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUARTA.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILUS.

Par. Ain' tú, tibi hoc incómmodum evenísse iter?

Ain' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter?] *Alia ratio est currentis ad argumenta: alia actuum comicorum. Sed perfecti poëtae est ita servire argumento, ut tamen spectator novis delectationibus teneatur. Nam in hac scena, donec perveniat ad Pamphilum Parmeno, hoc εὕρημα inducitur, cum hoc ostenditur, quid mali sit navigatio.* — 1. *Ain' tu?*] Pro *aisne tu?* Et sic iam aliquid dixisse

---

1. *Ain' tu.*] Formula cum admiratione interrogantium, quod iam dictum erat. Ita Eun. III. 1. 2. III. 5. 19. Heaut. II. 3. 1. V. 1. 17. Phorm. V. 7. 77. — *Iter.*] Intelligit navigationem. Sic *ire* pro navigare, et *cursus* pro navigatione passim usurpantur.

So. Non hércle verbis, Pármeno, dicí potest
Tantúm, quam re ipsa návigare incómmodum 'st.
Par. Itane ést? *So.* O fortunáte! nescis quíd mali
Praetérieris, qui númquam es ingressús mare.
Nam aliás ut mittam míserias, unam hánc vide:
Diés triginta, aut plús eo, in naví fui,
Cum intérea semper mórtem exspectabám miser.

V. 6. vulg. *omittam.* Correxit Bentl. e Bemb. et aliis.

---

magni in praecedenti oratione ex respondentis sermone demonstratur. *Ain' tu?*] In scena nascitur oratio, aut in scenam defertur. — 3. *Tantum, quam re ipsa navigare incommodum 'st.*] Ἀνακόλουθον quartum; non enim intulit, *quantum.* Ut *Virgilius, Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes: Tanto, nate, magis contende tenacia vincla.* — 4. *O fortunate! nescis quid mali praeterieris.*] Bene maiori affectu, dicens, *o fortunate!* quam si responderet, *ita.* — 5. *Qui numquam es ingressus mare.*] Proprie dixit *ingressus;* nam qui iam navigavit, *egressus* dicitur. Sic *Virgilius, Egressi optata potiuntur Troës arena.* — 6. *Nam alias ut mittam miserias.*] Παράληψις oratoria. Et *miserias*, navigationes scilicet. — 7. *Dies triginta.*] Accusativus casus plerumque numerum et continuationem rei significat. *Dies triginta, aut plus eo, in navi fui.*] Hoc exitiosum vel sine periculo videri potest. Sed vide quid addat, *aut plus eo, in navi.* Absolute *eo*, ut alibi, *Annos sexaginta natus es, Aut plus eo, ut coniicio.* — 8. *Semper mortem exspectabam miser.*] Dura est exspectatio mali. *Virgilius, Inclusi poenam exspectant. Semper mortem exspectabam.*] Id est, horis omnibus, cum conti-

---

2. *Non hercle, verbis, Parmeno, dici potest tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.*] Naevius, incerta tragoedia: *Namque nullum peius macerat humanum, Quam mare saevum, vires cui sunt magnae. Topper confringent importunae undae.* Plautus, Rud. I. 3. 1. *Nimio hominum fortunae minus miserae memorantur, Quam reapse experiundo iis datur acerbum.* Cicero, Fam. XIV. 5. *Incommode navigassemus.* De particulis *tantum, quam,* vide I. Fr. Gronovium ad Liv. XVI. 2. Diatrib. in Stat. c. 51.

4. *O fortunate.*] Virgilius, Georg. II. 458. O fortunatos *nimium, sua si bona norint, Agricolas!* — *Ingressus mare.*] Quinctilianus, Declam. VI. 21. *Ingressus maria.* ubi vide quae notavit Cl. Burm.

8. *Semper mortem exspectabam.*] Iuvenalis, Sat. XII.

Ita úsque advorsa témpestate usí sumus.
Par. Odiósum! *So.* Haud clam me est. dénique hercle aufúgerim
Potiús, quam redeam, si eó mi redeundúm siet.
Par. Olím quidem te caúsae impellebánt leves,
Quod núnc minitare fácere, ut faceres, Sósia.
Sed Pámphilum ipsum vídeo stare ante óstium.
Ite íntro. ego hunc adíbo, si quid mé velit.
Here, étiam tu [nunc] hic stas? *Pa.* 'Equidem te exspectó. *Par.* Quid est?

V. 11. Bentl. *redeundum sciam*, ex codd. nonnullis.

V. 16. Bentl. delevit *nunc*, quod in codd. incertam habet sedem. Idem dein *Et quidem te expectans.* Ac sane *Et quidem* libri meliores; sed *expectans* nullus.

---

mutatione triginta dierum. — 9. *Ita usque.*] *Usque*, vel *diu*, vel *valde*. — 10. *Odiosum.*] Esse scilicet in mari triginta dies. Et nomen pro adverbio posuit: *odiosum* pro *odiose*. *Haud clam me est.*] Αὐτότης, pro, *ego maxime intelligo, quam odiosum sit.* Nam qui iungunt, et sic legunt, errant et non intelligunt. *Aufugerim.*] Sic veteres, quod nos *fugerim*. *Aufugerim.*] Coniunctivum modum posuit pro indicativo futuro: vel, ut alii dicunt, permissivo. — 12. *Olim quidem te causae impellebant leves.*] Mire in servum fugitivum, qui ob vitium huiusmodi, non ob causam fugiat. Et bene *leves* dixit: haec enim non est *levis*. — 13. *Quod nunc minitare facere.*] Ut sit ordo, *Olim quidem te causae impellebant leves, Sosia, ut faceres quod nunc minitaris facere hac occasione.* Artificiose. Et in Andria sic ait recusanti periurium servo Mysis, *Nova nunc religio in te incessit? Facere.*] *Ut faceres*, comicum est et Terentianum. — 14. *Sed Pamphilum ipsum video.*] *Ipsum*, a quo missus sum: vel dominum, ut Graeci dicunt αὐτόν. — 15. *Ego hunc adibo.*] Vel nova curiositate ait Parmeno. — 16. *Equidem te exspecto.*] Bene excepit Pamphilus Parmenonem, ut videatur vera dicturus. *Equidem te exspecto.*] Apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare: eo quod nunc prior Parmeno-

---

57. *I nunc, et ventis animam committe, dolato Confisus ligno; digitis a morte remotus Quattuor, aut septem, si sit latissima taeda.*

16. *Etiam tu nunc hic stas?*] Interrogat cum admiratione. Ita Eun. II. 2. 65.

Pa. In árcem transcurso ópus est. *Par.* Cui hómini?
Pa. Tibi.
Par. In árcem! quid eo? *Pa.* Cállidemidem hóspitem
Mycónium, qui mecum úna vectust, cónveni.
Par. Perií! vovisse hunc dícam, si salvós domum
Redísset umquam, út me ámbulando rúmperet.
Pa. Quid céssas? *Par.* Quid vis dícam? an conveniám modo?

V. 19. Ita Bemb. Faërn. Bentl. Olim erat *advectus est*, quod tenuit etiam Westerh.

---

nem alloquitur. — 17. *In arcem transcurso opus est.*] Ostendit quam longe sit, cum *in arcem* dicat. Et bene *in arcem*, quam Minerva condidit. *In arcem.*] Pronuntia, ut ostendat quam longe sit *in arcem transcurrere*. *Transcurso.*] Pro *transcurrere*. *Cui homini?*] Haec verba cum sua pronuntiatione vim recusationis in se continent. *Cui homini?*] Cum recusatione pronuntiandum. Et est pigri responsio, laborem ad alium transferentis. — 19. *Qui mecum una advectus est.*] Apparet eum cum eo aliquid negotii habere, cum dicit, *qui mecum una advectus est.* — 20. *Vovisse hunc dicam, si salvos domum redisset unquam.*] Facete dixit. More enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitati vovent aliquid, si pervenerint. Et convenit hoc Pamphilo: quem supra male navigasse audierat. — 22. *Quid vis dicam? an conveniam modo?*] Non enim mandaverat quidquam, qui sine causa mittebat, oblitus bene dissimulare, ut qui mentiuntur. Et sic pronuntiandum, *an conveniam modo?* ut reprehendere dominum Parmeno videatur. *An conveniam modo?*]

---

19. *Myconium.*] Ex Mycone insula, Cycladum una, in mari Aegaeo.

20. *Si salvos domum redisset.*] Attius, incerta fabula: *Si rite ad patriam sospes pervenisset.*

21. *Me ambulando rumperet.*] Ex nimia intentione virium in currendo. Martialis, XII. 14. 11. *Quid te frena iuvant temeraria? saepius illis, Prisce, datum est equitem* rumpere, *quam leporem.* [*Vovisse hunc dicam.*] Alludit ad morem veterum, qui mare ingredientes aliquid diis vovebant, quod post felicem reditum solverent. Vid. Donatus ad h. l. — *Rumpere aliquem ambulando* significat currendo ita aliquem fatigare, ut prope rumpatur, ut deficiat. Plaut. Captiv. prol. v. 14. *Ego me tua causa, ne erres, non rupturus sum.*]

Pa. Immo, quód constitui me hódie conventúrum eum,
Non pósse; ne me frústra illi exspectét. vola.
Par. At nón novi hóminis fáciem. *Pa.* At faciam, ut nóveris.
Magnús, rubicundus, críspus, crassus, caésius,
Cadáverosa fácie. *Par.* Dii illum pérduint!

V. 24. vulg. *illic.* Faërn. et Bentl. *illi* revocarunt, quod saepe pro *illic* positum reperitur.
V. 27. Bentl. corr. *Lentiginosa facie.* Nimis audacter.

Εἰρωνικῶς dixit. Nam non hoc interrogantis simpliciter. — 23. *Immo, quod constitui me hodie.*] Deest *nuntia:* ut sit, *immo nuntia.* Et sumitur a superiori sententia, qua dixit, *quid vis dicam? Immo, quod constitui me hodie.*] Apparet eum hanc conquisitam et vix corrasam invenisse caussam. — 24. *Vola.*] Ἠθικῇ ὑπερβολῇ usus est. Ita curras, ut volare magis, quam currere videaris. Et antea *transcurrere* iusserat: nunc adiecit pro imperio domini, non *curre,* sed *vola.* — 25. *At non novi hominis faciem.*] Moralis expressio pigritiae in tot excusationibus posita est. *At faciam ut noveris.*] Stomachose pronuntiandum *at,* quod et Pamphilus repetit dicens, *at faciam ut noveris.* — 26. *Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius.*] Properatio, συναθροισμός. Et acervo sine coniunctivo est usus. *Magnus, rubicundus.*] Imperite *Terentium* de Myconio *crispum* dixisse aiunt, cum Apollodorus *calvum* dixerit: quod proprium Myconis est; ut *Lucilius, Myconi calva omnis iuventus.* Unde etiam proverbium Graecum: Μυκώνιος φαλακρός. Sed ego *Terentium* puto scientem facètius Myconium *crispum* dixisse. *Caesius.*] Glaucis oculis, quasi felis oculos habens et glaucos. — 27. *Cadaverosa facie.*] Sublivida, ac personata rubore et livore. *Rubicundi* enim et crassiorem faciem saepe

---

24. *Vola.*] Pacuvius, incerta tragoedia: *Volucri curritur axe quadrigae.* Cicero, Philipp. X. 5. Volasse *enim, non iter fecisse diceres.* Phaedrus, V. 8. 1. *Cursu volucri.*

25. *Non novi hominis faciem.*] Ita Plautus, Pseud. IV. 7. 99. *Quem ego hominem nullius coloris novi.*

26. *Magnus, rubicundus.*] Similis descriptio ad internoscendum hominem est Heaut. V. 5. 17. Plautus, Capt. III. 4. 113. *He. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? Ar. dicam tibi: Macilento ore, naso acuto, corpore albo, et oculis nigris, Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus.*

27. *Cadaverosa facie.*] H. e. non magis venustus, nec mi-

Quid, sí nón veniet? máneamne usque ad vésperum?
Pa. Manéto. curre. *Par.* Nón queo: íta defessus sum.
Pa. Ille ábiit. quid agam infélix? prorsus néscio,
Quo pácto hoc celem, quód me oravit Mýrrhina,
Suae gnátae partum. nám me miseret múlieris.
Quod pótero, faciam: támen ut pietatém colam.

habent: quod est proprium *cadaveris.* Potest et pulposa intelligi et crassa, quasi *cadaverosa: caro* enim dicta est eo quod careat anima. Et *caro* proprie dicitur mortuorum. *Virgilius: et corpora luce carentum.* Unde *carnifices* dicti, quod *carnes* ex homine faciant. *Pulpa* vero proprie ea quae manducatur, eo quod *pulsetur* et conscindatur. Potest et *R* pro *D* poni, ut *caro* sit dicta quasi *cado;* ut *Virgilius, belloque caduci Dardanidae.* Quod iam scilicet sine animo sit et *cadat.* *Dii illum perduint!*] More pigrorum male optat ei, propter quem mittitur. — 28. *Quid, si non veniet?*] Omnia dicit, ne eat. — 29. *Maneto. curre.*] Etiam Pamphilus tamquam de industria perseverat. *Non queo: ita defessus sum.*] Hoc in gestu et spectaculo plus est: nam incessu et auctor exprimit lassitudinem. — 30. *Ille abiit.*] Quasi dicat, licet iam loqui. *Ille abiit.*] Quasi cum difficultate completam rem ostendit hoc dicto. — 32. *Suae gnatae partum.*] Ἐπεξήγησις. — 33. *Quod potero, faciam.*] Id est, celabo quantum potero; an quasi proiiciens curas, et fessus angore dixit, *quod potero, faciam:* id est, si potero, cedam amori: et rursus, tamquam pietatis admonitus, adiecit exceptionem, *tamen ut pietatem colam.* Servat enim in illo amorem poëta: cuius non poenitebit re cognita et errore sublato. *Quod potero, faciam.*] Id est, amori obsequar; nam misericordia mulieris de amore descendit. *Quod potero, faciam.*] Apparet, hoc dictum defectus esse, non virtutis. *Tamen ut pietatem colam.*] Recordatus est laesam matrem esse ab uxore: hoc enim credit. Et ideo se ad exceptionem revocavit; ita se amori cedere oportere, ut non obliviscatur omnino pietatis. Et bene in eam causam contulit necessitatem non reducendae uxoris, quae invenietur nulla esse. Sunt tamen, qui manente eadem sententia totum hoc iungunt: *quod potero, faciam: tamen ut pietatem colam;* hoc est, *in quantum potero,*

---

nus detestandus, quam cadaver. Cuiusmodi Gr. νεκρώδης, Plauto, Pers. II. 4. 12. *morticinus* dicitur. [*Cadaverosam faciem* ita describit Seneca Epist. 122. *ita istorum corpora, qui se tenebris dicaverunt, foeda visuntur. Quippe non speciosior illis, quam morbo pallentibus, color est: languidi et evanidi albent et in vivis caro morticina est.* Vid. Gesnerum in Thes. L. L. h. v.]

33. *Quod potero, faciam: tamen ut pietatem co-*

**Nam mé parenti pótius quam amori óbsequi
Opórtet. atat! éccum Phidippum ét patrem
Video. hórsum pergunt. quíd dicam hisce? incértus sum.**

dabo operam adversus amorem, ut omisso eo, pietatem colam. Et subiungitur causa. *Tamen ut pietatem colam.*] Deest *ita:* ut sit *tamen* pro *dumtaxat*. Ut sit, *ita ut pietatem colam.* Dixerat enim, *quod potero:* et ideo addidit exceptionem, *tamen ut pietatem colam:* id est, non sum oblitus et matris. *Tamen.*] Pro, *ita tamen.* — 34. *Nam me parenti potius, quam amori.*] *Amori,* scilicet uxoris, quia dixit, *quod potero, faciam.* Et hoc est, quod dixerat, *quod potero, faciam.* — 35. *Atat!*] Interiectio est conterriti et conturbati. — 36. *Horsum pergunt.*] Modo *pergunt* pro *eunt;* alias *perseverant.*

---

lam.] Promittit, se taciturum de vitio Philumenae oblato, sed non reducturum; id enim pietas in matrem prohibere videbatur. Plautus, Asin. III. 1. 6. *Hoccine est* pietatem colere, *matris imperium minuere?*

34. *Parenti potius, quam amori obsequi.*] Ita supra I. 2. 47.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUINTA.

LACHES. PHIDIPPUS. PAMPHILUS.

La. Dixtin' dudum, illám dixisse, se éxspectare filium?

Dixtin' dudum, illam dixisse, se exspectare.] *Facete principium est interrogantis ita, ut sciat quid sibi responsurus sit, quem interrogat. Illaturus est enim argumentum per ἐπαγωγήν.* — 1. *Dixtin' dudum.*] Quia dixerat, *Sancte adiurat, Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. Dixtin' dudum.*] Captiosa interrogatione coepit, dicturus, *venisse aiunt: redeat.* —

Ph. Fáctum. *La.* Venisse áiunt: redeat. *Pa.* Quám causam dicám patri,
Quámobrem non reddúcam, nescio. *La.* Quém ego hic audiví loqui?
Pa. Cértum obfirmare ést viam me, quám decreví pérsequi.
La. 'Ipsus est, de quo híc agebam técum. *Pa.* Salve, mí pater.
La. Gnáte mi, salvé. *Ph.* Bene factum te ádvenisse, Pámphile:
'Atque adeo, quod máximum 'st, salvom átque validum. *Pa.* Créditur.

V. 2. Bentl. corr. *Caúsae quid dicám patri*, accentus gratia.

V. 7. Bentl. plurimorum codd. auctoritate *Et adeo.*

---

2. *Factum.*] Id est, dixisse illam, aut me. Et deest *est:* ut sit, *factum est.* — 3. *Quamobrem non reducam, nescio.*] Habet causam, sed non vult veram dicere: et praeterea non vult cum invidia matris suae loqui, si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. *Quem ego hic audivi loqui?*] Ut solet, primo personas inducit secum loquentes: deinde ipsas convenire invicem; ut alibi, *Quis hoc loquitur? Mysis, salve.* — 4. *Certum obfirmare est viam me.*] Adversus omnia obstinate agere, id est, contra omnes. *Obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.*] Id est, ut matri potius, quam amori, morem gerat. — 7. *Atque adeo, quod maximum 'st, salvom atque validum.*] Ordo est, primum *advenisse*, deinde *salvom*, postremo *validum*. *Salvom atque validum.*] Αὔξησις ad salutem. *Validus* namque, robustus et habitior corpore. *Quod maximum 'st.*] Legitur et *quod maxime est.* *Creditur.*] Minus blande respondet, de repudio lo-

---

4. *Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.*] Ita Cicero, Fam. IV. 13. *Et certe omnes vias persequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perveniri posse.*

5. *De quo hic agebam tècum.*] Vide Donatum ad Adelph. I. 1. 53. Ita Phaedrus, III. 13. 11. *De quis nunc agitur.* Ex solenni ICtorum formula: *Qua de re agitur.* Adde Manut. ad Cic. Muren. 13.

6. *Bene factum, te advenisse.*] Formula adventum gratulantis. Infra V. 4. 17. Phorm. II. 1. 25.

La. 'Advenis modo? *Pa.* 'Admodum. *La.* Cedo, quíd reliquit Phánia,
Cónsobrinus nóster? *Pa.* Sane hercle hómo voluptati óbsequens
Fúit, dum vixit: ét qui sic sunt, haúd multum heredém iuvant.
Síbi vero hanc laudém relinquunt: víxit, dum vixít, bene.

cuturus. — 8. *Advenis modo?*] Difficile invenitur praesentis temporis *modo*. Atque ut ostendat esse momentum etiam praesentis temporis, dixit *admodum:* quod est minus. *Advenis modo?*] *Virgilius: Vigilasne, Deûm gens, Aenea? vigila. Admodum.*] Excusatio cur adhuc non viderit patrem. *Cedo, quid reliquit Phania, consobrinus noster?*] Utrum iactanter Laches de hereditate loquitur praesente socero, ut illum cupidiorem faciat ad revocandam filiam? et fit saepe hoc, ut ex alio principio pervenire quaeramus ad ea, quae volumus dicere. An ideo, ut sciat rem et divitias suas, cupidiorem socerum redditurus? — 9. *Consobrinus noster.*] Quasi sororinus. *Sobrini*, sunt ex duabus sororibus. *Consobrini*, ex fratre et sorore. Et propinquitate *Terentius* frequentata movetur, ut heredum. *Consobrinus noster.*] Quum de fratre natus est alter, et alter ex sorore, *consobrini:* quum ex fratribus, *patrueles* dicuntur. *Sane hercle homo voluptati obsequens fuit.*] *Sane*, satis, *valide;* nam qui sanus, et validus est. *Voluptati obsequens fuit.*] Contra facit Pamphilus: disiungi enim volens, nihil dicit, vel parum relictum. — 10. *Haud multum heredem iuvant.*] Parum consulunt heredi. — 11. *Sibi vero hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene.*] Bene et facete, *Nihil heredi relinquunt, sibi vero relinquunt. Vixit, dum vixit, bene.*]

[8. *Admodum* est assentiendi particula, qua comici et qui dialogos scribunt, in responsionibus utuntur. Phorm. II. 2. 1. *ais conspectum veritum hinc abisse? admodum.* Cic. de Leg. III. 11. *scis solere, frater, in huiusmodi sermone, ut transiri alio possit, admodum dici,* quem locum male sollicitavit Davisius.] Plura dabit Perizon. ad Sanct. Min. IV. 2. et Handtius de Particulis Lat. s. v.

9. *Voluptati obsequens.*]. Ita Plautus, Bacchid. III. 3. 12. *Est libidini homini, suo animo obsequi.* Pseud. V. 1, 26. *Cordi atque animo suo obsequentem.*

10. *Qui sic sunt.*] H. e. qui eiusmodi sunt morati moribus. And. V. 4. 16.

11. *Vixit, dum vixit, bene.*] H. e. genio suo indulsit.

La. Túm tu igitur níhil ádtulisti huc úna plus senténtia?
Pa. Quídquid est id, quód reliquit, prófuit. *La.* Immo óbfuit:
Nam illum vivóm et sálvom vellem. *Ph.* Impúne optare istúc licet:
Ille reviviscét iam númquam. et támen utrum malís, scio.

V. 12. vulgo *plus una*. Mutavit Bentl. Possis etiam: *plus una hac sent.* quod ipsum nec Bentleio displicuit.

V. 13. *prófuit* ultimam producit, quod habet excusationem tum ab interpunctione, tum ab ictus vi et gravitate. Non igitur corrigam cum Bentl. *Imo vero obfuit.*

Πλοκή. Plane unum *vixit* aliud significat: et alterum *vixit*, aliud. *Vixit, dum vixit, bene.*] Sententia est hortantis ad delicate vivendum. *Vixit, dum vixit, bene.*] Hoc enim scilicet reliquit. — 12. *Una sententia?*] Expressit animum avari senis. — 13. *Quidquid est id, quod reliquit, profuit.*] *Quidquid* et ad parvitatem refertur, ut, *At enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quidquid est. Quidquid est id, quod reliquit.*] Nullum in hoc sene fuit doloris officium, antequam sciret aliquid relictum. *Profuit.*] Id est, *pro nobis fuit:* ac per hoc nostrum est; potest enim ipse profuisse, potest res eius. *Immo obfuit.*] Morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui quum audierint sibi aliquid esse relictum, tunc tristes se fingunt. — 14. *Nam illum vivom et salvom vellem.*] Non idem *vivom*, quod *salvom*. *Impune optare istuc licet.*] Bene *impune:* quia heredi poena est, mortuos reviviscere. An, *sine detrimento optas?* ut quum medicus dicit de iam mortuo, *ego si illum curarem, viveret. Impune optare.*] Si optata evenirent, numquam, inquit, optares ut ille revivisceret. — 15. *Ille reviviscet iam numquam.*]

Eun. V. 9. 44. Eodem sensu dixit Petronius, cap. 43. *Fruniscus est, quam diu vixit.* [*Vixit bene* i. e. laute et delicate cuticulam curavit; contra *male vivere* est misere vivere. Vid. not. ad Eun. V. 8. 44.]

[13. *Quicquid est id.* Sic Veteres rem extenuare solebant. Plaut. Rud. prol. v. 58. *Quicquid erat, noctu in navem comportat domo.* Petron. c. 99. *ego cum Gitone quicquid erat in altum compono.* ubi vid. Burmannus.]

14. *Illum vivom et salvom vellem.*] Ita Plautus, Pseud. I. 3. 75. *Ego te vivom salvomque vellem.*

La. (*Pamphilo*) Heri Philumenam ad se arcessi hic iussit. (*Lacheti.*) Dic iussisse te.

Ph. Noli fodere. — iussi. *La.* Sed eam iam remittet. *Ph.* Scilicet.

Pa. 'Omnem rem scio, ut sit gesta: adveniens audivi omnia.

La. 'At istos invidos Di perdant! qui haec libenter nuntiant.

Pa. 'Ego me scio cavisse, ne ulla merito contumelia

V. 18. Bentl. *audivi modo.* Videlicet aliquot codd. *omnia* omittunt; alii *modo* post *omnia* addunt.

Mire poëta his verbis Phidippum quoque subinvidere indicat. Plus est *numquam*, quam *non*. *Et tamen utrum malis, scio.*] Mortuum illum magis, quam ut reviviscat denuo. *Et tamen utrum malis, scio.*] Quid malis de duobus, scio: utrum illum mortuum permanere, an reviviscere. — 16. *Heri Philumenam.*] Hoc erat, quo omnis tendebat oratio. *Ad se arcessi hic iussit.*] Bene et *arcessi* et *iussit:* ut nihil uxor sua sponte fecerit. *Heri Philumenam ad se arcessi hic iussit.*] Et *heri* et *iussit*, bene: ut breve tempus sit, et coacta videatur exisse. Et non *abduci*, sed *arcessi:* nec *a nobis*, sed *ad se*. — 18. *Omnem rem scio, ut sit gesta.*] *Virgilius: Troianas ut opes et lamentabile regnum, etc.* — 19. *At istos invidos Di perdant!*] Bene *invidos*, qui matrimonio invideant. Ergo revocanda uxor est. Et adeo non puduit mendacii honeste deprehensum senem, ut invidos faceret, qui vera prodiderant. — 20. *Ego me scio cavisse.*] Principium a tempore, a dictis, factisque, tam suis quam adversariorum: et ab anteacta vita et praesenti. *Ego me scio cavisse, ne ulla merito contumelia.*] Mire addidit *merito;* non enim *cavere*, inquit, ne fieret ea, potui. Igitur, ne merito fieret, quod in me fuit. —

---

16. *Dic iussisse te.*] Haec Laches Phidippo in aurem dicit.

17. *Noli fodere.*] Et haec Phidippus Lacheti soli. Acriter autem admonentes digito cubitove alterum fodiebant. Cicero, Philipp. II. 34. *Num exspectas, dum te stimulis* fodiam? Horat. Epist. I. 6. 50. *mercemur servum, qui dictet nomina, laevum qui fodicet latus.* ubi plura Lambinus. Vide Comment. maiorem.

18. *Omnem rem scio, ut sit gesta.*] Ita Plautus, Poen. III. 1. 50. *Quin tuae uxori rem omnem, ut sit gesta, eloquar.*

19. *At.*] Vide ad And. IV. 1. 43.

Fíeri a vobis pósset. idque sí nunc memorare híc velim,
Quám fideli animo ét benigno in íllam et clementí fui,
Vére possum: ní te ex ipsa haec mágis velim rescíscere.
Námque eo pacto máxume apud te méo erit ingenió fides,
Quum ílla, quae in me núnc iniqua est, aéqua de me díxerit.
Néque mea culpa hóc discidium evénisse, id téstor Deos!
Séd quando esse indígnam sese députat matrí meae,

V. 23. Faërn. et alii *possim*, praeter fidem codicum.
V. 25. Ita Bentl. ex codd. suis. Vulgo peiore ordine: *nunc in me*.
V. 27. Ita Bentl. ex uno cod. Mead. Vulgo: *quando sese esse indignam dep.*

---

21. *Idque si nunc.*] Ab anteacta vita. — 22. *Et clementi fui.*] Pro *fuerim*, indicativum pro coniunctivo posuit. — 23. *Ni te ex ipsa haec magis velim resciscere.*] *Παράληψις.* — 24. *Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides.*] Bene, non *dictis*, sed *ingenio*. — 25. *Quum illa, quae nunc in me iniqua est, aequa dixerit.*] *Iniqua aequa*, παρωνομασίαι sunt Terentianae. Et bonum argumentum. Nam et *Virgilius*, *Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat*, inquit. Et *Cicero*, *Te ipso teste iniquo, atque improbo, verum ad hanc rem satis idoneo: te, inquam, teste, dicam.* *In me iniqua est, aequa de me dixerit.*] Quia adversarii testimonium, si contra se dicat, tam grave est, quam vel boni viri. — 26. *Neque mea culpa hoc discidium evenisse.*] Non ergo quid fiat, verum per quos fiat, quaerendum est. Et nimis abrupte dixit *evenisse*, non *evenire*. *Hoc evenisse discidium.*] Ad confirmationem, non *evenire*, sed *evenisse* dixit. — 27. *Sed quando sese esse*

[22. De indicativo *fui* conf. ann. *Matthiae* ad Cic. Orat. pro Rosc. Amer. §. 83. St.]

26. *Discidium.*] Vide ad And. IV. 2. 14.

27. *Sese esse indignam deputat matri meae, cui concedat.*] Sensus est: *Sese esse indignam deputat matre mea, cui matri meae concedat.* [*Quando sese indignam deputat, matri meae*

Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modéstia;
Néque alio pactó componi pótest inter eas grátia;
Ségreganda aut máter a me est, Phídippe, aut Philúmena.
Núnc me pietas mátris potius cómmodum suadét sequi.

V. 28. Bemb. a manu sec. *Quae conc.* Bentl. dedit: *Quae concedat, quaeque eius mores t.* Non opus mutatione. *Eiusque* pronuntiandum ut disyllabon, quod frequentis usus est.

V. 29. quod *pacto* in ultima acuitur, et *potest* utramque corripit, non ferendum. Itaque Bentl. correxit: *Néque alio compóni pacto potis inter eas gratiast.*

---

indignam.] Hoc sic profert, ut eam ostendat causam esse discidii: et hoc ipso tentat, utrum dotem relinquere possit. Et ideo supra, *Neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor Deos,* inquit. *Deputat matri meae, cui concedat.*] Fortasse ergo indigna est. Et recte *deputat:* mihi tamen mater colenda est: hoc sentit. *Deputat matri meae, cui concedat.*] Ἐν ὑπονοίᾳ *matri meae,* ut idonea sit causa repudii. — 28. *Cuiusque mores toleret.*] Hoc melius, quam *obsequatur,* aut *inserviat.* *Mores toleret.*] Bene *mores,* ut aniculae: notat enim pravitatem; unde senes *morosi* appellantur. Horatius, *Donec virenti canities abest Morosa.* *Mores toleret sua modestia.*] O temperamentum! *mores* potius, quam *iniurias* dixit. — 29. *Neque alio pacto componi potest.*] Nisi ut concedat matri, toleretque mores eius. — 30. *Segreganda aut mater a me est, Phidippe.*] Bene tamquam ex deliberatione colligit, quod facturus est. Et mollius *segreganda,* quam *excludenda.* — 31. *Nunc me pietas matris potius commo-*

---

quae concedat h. e. quando putat, a se non deberi postulari, ut matri meae concedat. Nam pro *cui* omnino legendum *quae.* Vid. Gronovius Obss. III. 8. Bentleius ad h. l. et notata ad Eun. V. 2. 26.]

29. *Componi potest inter vos gratia.*] Ita Phorm. IV. 3. 16. Plautus, Curc. V. 3. 23. *Si potis sum hoc inter vos componere.* Virgilius, Ecl. III. 108. *Non nostrum, inter vos tantas componere lites.*

[31. *Suadere* et *persuadere* interdum cum accusat. construuntur, ut exemplis docet Burmann. ad Phaedr. I. 15. 6. Sed hic melius est *me* cum infinitivo *sequi* iungere: *nunc pietas mihi suadet, me matris potius commodum sequi.* — *Commodum sequi* i. e. ut v. 45. loquitur, se matris commodis servire. Cic. in Verr. I. c. 7. *non existimationem populi Romani sequentur.*]

La. Pámphile, haud invíto ad aures sérmo mi accessít tuus,
Quóm res postputásse te omnes praé parente intéllige.
Vérum vide, ne impúlsus ira práve insistas, Pámphile.
Pa. Quibus íris [im]pulsus núnc in illam iníquos sim?

V. 35. vulgo *siem*, quod e vett. editt. mutatum. Pro *impulsus* ex uno alterove cod. *pulsus* legam. Ita optimum habes senarium. Bentleius correxit: *Quid ego ira impulsus n. in ill. in. sim.*

---

dum suadet sequi.] Quam mollibus verbis repudium nuntiatum est a Pamphilo! — 32. *Haud invito ad aures.*] Optime dictum, *haud invito;* non enim in totum volenti, quippe de discidio: sed tamen quia pie locutus est, mediocriter approbavit. *Pamphile, haud invito ad aures.*] Gravis oratio est a nomine incepta. *Virgilius, O praestans animi iuvenis.* Et est figura Αὐτότης. Sic *Virgilius, Posthabui tamen illorum mea seria ludo.* *Haud invito sermo mihi accessit tuus.*] Senili loquacitate: pro, *Recte locutus es.* — 33. *Omnes res.*] Plus dixit, quam si *uxorem* diceret. *Prae parente intellige.*] Bene *parente*, quod nomen commune et cum patre est, et cum omnibus, quos haec necessitudo coniungit. Melius ergo, quam si diceret *matrem*. — 34. *Verum vide, ne impulsus ira prave insistas, Pamphile.*] Leniter et suadenter. *Ira.*] Non ergo iudicio. *Insistas, Pamphile.*] Non enim *incipere*, sed *insistere* hic malum est. — 35. *Quibus iris impulsus.*] Non dixit, *qua ira*, ne superbe loqueretur, sed *quibus iris:* ut hoc ipsum per εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit, *impulsus ira.* An *iris* matris, aut meae uxoris, et mea? an omnium trium? *Quibus iris impulsus.*] Recte, non vult iram esse, ne peccasse videatur uxor. Sic enim quasi nec ipsa peccaverit. *Quibus iris.*] Ille *iram* singulariter dixit, hic *iras* pluraliter: ne vi-

---

32. *Haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus.*] Ita Accius, Meleagro: *Agnita vox ad aures eius accidit.* Cicero, pro P. Sextio, 60. *Nihil ut unquam videretur tam populare ad Populi Romani aures accidisse.* [Legendum igitur e mss. cum Palmerio est *accidit.*]

33. *Postputasse omnes res prae parente.*] Ita Adelph. II. 3. 9.

34. *Impulsus ira prave insistas.*] Ita Phorm. I. 4. 15.

Quae numquam quidquam ergá me commeritá 'st, pater,
Quod nóllem: et saepe, méritam quod vellém, scio.
Améque, et laudo, et véhementer desídero.
Nam fuisse erga me miro ingenio, expértus sum:
Illíque exopto, ut réliquam vitam éxigat
Cum eó viro, me quí sit fortunátior:
Quandóquidem illam a me dístrahit necéssitas.

V. 37. Bentl. *méritam quod vellém scio*, ex compluribus codd. Vulgo *quód vellém meritám scio*.

---

deatur unius irae causa mittere uxorem. — 36. *Quae numquam quidquam erga me commerita 'st, pater.*] Adverte, proprietatem expressit *commerendi* et *merendi*. — 37. *Et saepe, quod vellem, meritam scio.*] *Mereri* bona dicimus. *Commereri* mala: id est, delinquere, peccare. Ergo hic *meritam* pro *praestitisse* dixit. *Virgilius, ego te, quae plurima fando Enumerare vales, numquam, regina, negabo Promeritam.* — 38. *Amoque, et laudo.*] Non statim qui *amantur*, et *laudantur*: nec qui *laudantur*, etiam continuo *desiderantur*. Multa ergo dixit, *amoque, et laudo, et vehementer desidero.* Et vide, amoris impulsus nimius hic est circa uxorem: et quasi oblitus suae matris et vitiitae loquitur; sed tali opus est Pamphilo ad eiusmodi argumentum; donec perveniat ad καταστροφήν, in qua uxorem reduci necesse est. — 39. *Nam fuisse erga me.*] Quantum valet, quod *fuisse* dixit, et non *esse*! quasi re transacta. *Erga me.*] Hoc totum repudiaturus inaniter diceret, nisi ad exitum fabulae poëta respiciens, reducturi animum in Pamphilo reservaret. Et nota repudiantem eam, quam laudat, pietate sola compulsum. — 40. *Ut reliquam vitam exigat.*] Satis flebiliter dixit, *reliquam exigat*. *Virgilius: Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos Exigat.* — 41. *Cum eo viro.*] Non invidere, iam non est mariti. — 42. *Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.*] Omnis conclusio verborum Pamphili repudii confirmationem continet: plus tamen sententia significante, quam verbis. *Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.*] Excusa

---

[39. *Miro ingenio* i. e. mirifico, singulari. Virg. Aen. VII. 57. *Adiungi generum miro properabat amore.*]

40. *Ut reliquam vitam exigat cum eo viro.*] Plautus, Cistell. I. 1. 81. *Unum amare, et cum eo aetatem exigere.*

Ph. Tibi id in manu est, ne fiat. *La.* Si sanus sies,
Iube illám redire. *Pa.* Nón est consilium, pater.
Matrís servibo cómmodis. *La.* Quó abis? mane;
Mane, ínquam. quo abis? *Ph.* Quae haéc est pertinácia?
La. Dixín', Phidippe, hanc rem aégre laturum ésse eum?
Quamobrém te orabam, filiam ut remitteres.
Ph. Non crédidi edepol ádeo inhumanúm fore.

satio in necessitate, quae est inexorabilis. Et *necessitas*, partus scilicet, quam necessitatem domi offendit: quod ex alio scilicet peperit. Sed modo vult necessitatem, matris videri iracundiam, quae a nuru ita offensa sit. — 43. *Tibi id in manu est, ne fiat.*] Hoc opposuit, quod minime vult Pamphilus videri, et quod prodest socero. *Si sanus sies, iube illam redire.*] Pro, *si sanus es*: naturaliter *iubeas* dicere debuit. *Si sanus sies.*] Bene pater supra *iram* dixit: nunc *insaniam* significat inesse Pamphilo. *Si sanus sies*] Non ergo culpa est, cui ut redeat, iubere potest. — 44. *Non est consilium*] Durius erat, *nolo reducere*, ergo hoc lenius dixit. — 45. *Matris servibo commodis*] Hoc verbo necessitatem, qua cogatur, ostendit. *Quo abis?*] Factum Pamphili ex patris verbis ostenditur, quod discesserit. Et bene; nam ulterius praesente patre resistere durum fuit. — 46. *Mane, inquam, quo abis?*] Bene, *quo abis?* quia patrem deserit et uxorem. *Quae haec est pertinacia?*] Sic decuit socerum. Et subindignatur, quia coram sibi fit contumelia. — 47. *Dixin', Phidippe*] Artificiose Laches, ut minus miretur, et minus indignetur socer, irasci Pamphilum dicit: quando et praedictum est, et sic oportuit. *Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?*] Renovavit verba sua eidem personae; nam ita dixerat, *Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam, Hoc si resciverit.* — 48. *Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.*] Invidiose adversum Phidippum, tamquam in illo sit, unde se purget, et non accuset Pamphilum. — 49. *Non credidi edepol adeo*] Potuit enim dicere, *Non credidi inhumanum fore*: sed acerbe addidit *adeo*. *Adeo inhumanum fore.*] Bene, quasi iratus, *inhumanum* esse inquit. —

---

43. *Tibi id in manu est, ne fiat.*] H. e. tui arbitrii res est. Infra IV. 4. 44. Plautus, Amph. II. 1. 14. *Istuc tibi est in manu.* Sallustius, Iug. 14. *Neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret.*

44. *Non est consilium.*] Plautus, Mil. II. 3. 73. *Consilium est, ita facere.* Ita Sallustius, Catil. 4. et 50. ubi v. Cortium.

Ita núnc is sibi me súpplicaturúm putat?
Si est út velit reddúcere uxorém, licet:
Sin álio est animo; rénumeret dotem húc; eat!
***La.* Ecce aútem! tu quoque próterve iracúndus es.**
***Ph.* Percóntumax redísti huc nobis, Pámphile.**

V. 50. Bentl. *Itan' is nunc sibi me s. p.* Unus cod. *is nunc;* alter *Itan* pro *Ita.*

---

50. *Ita nunc is sibi me.*] *Sibi* et *me*, magno pondere legendum est utrumque pronomen, ut, *Cantando tu illum?* Id est, genero socerum, vel Pamphilo Phidippum, vel si quid tale inveneris. *Supplicaturum.*] Parum est *satis facturum*, *supplicaturum* addidit. — 52. *Sin alio est animo; renumeret dotem huc; eat!*] Hoc recte socer; non tam ut dotem recipiat, quam ut terreat, hoc dicit. Et *renumeret*, proprie: quia dos pecunia est. Et ἰδιωτισμὸς irascentis est, et exigentis debitum. *Eat* vero mire dictum: quasi ipse proiiciatur, qui iubetur ire. Et simul in hoc verbo quasi renuntiatio caritatis est. *Renumeret dotem huc; eat!*] Terrorem repetendae dotis ostendit, quum dicit, *renumeret dotem:* simul cum iniuria, *huc:* et iracunde, *eat!* — 53. *Ecce autem tu quoque proterve iracundus es.*] Addendo *quoque* nonnihil assensus est: quasi dicat, *quomodo Pamphilus.* *Proterve iracundus es.*] *Proterve*, immoderate, et superbe, dictum est ideo, quod proterat alium, qui protervus est. Nam *protervus* est, qui dum alius obvius est, proterit: quod faciunt et tauri in appetitu coitus foeminarum, in quas calent. — 54. *Percontumax redisti.*] Pro-

---

51. *Si est ut velit.*] Ita infra, IV. 1. 43. 44. Phorm. V. 8. 32.

52. *Renumeret dotem huc.*] Vide Donatum supra III. 3. 31. Apuleius, Apolog. *Nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne ut acceperas, renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, praediis cedere. Sola virginitas, cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus dotalibus remanet.* [*Renumeret* h. e. reddat, restituat. Sic *numerare* dicitur pro solvere. Adelph. III. 3. 52. *Nam ut numerabatur forte argentum.* Cic. Tusc. Disp. V. 32. *cum postridie rogarent eum, cui numerari iuberet.* De lege Attica, qua maritus, qui uxorem dimisisset, dotem reddere cogebatur, vid. Petit. ad Leges Atticas p. 556.]

53. *Ecce autem!*] Formula admirantis, in rebus inopinatis. Ita Eun. II. 3. 6.

La. Decédet ira haec: étsi merito irátus est.
Ph. Quia paúllum vobis áccessit pecúniae,
Sublàti animi sunt. *La.* Etiam mecum lítigas?
Ph. Delíberet, renúntietque hodié mihi,

V. 55. *iam* vulgo post *decedet* insertum Bentl. auctoritate suorum codd. delevit.

V. 56. vulg. *paullulum.* Mutarunt Faërn. et Bentl. ex codd.

---

prie *contumax* dicitur contemtor potiorum. *Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.*] Magnae indignationis est, absentes alloqui: ut alibi, *O Aeschine, Pol haud paternum istuc dedisti. Nobis, Pamphile.*] Τῷ ἠθικῷ; nam aut abundat, aut significatu adiuvat pronuntiationem. — 55. *Decedet iam ira.*] Quasi in ira sit culpa: non, *deponetur ira,* inquit, sed *decedet.* — 56. *Quia paullulum vobis accessit pecuniae.*] Facete: quasi dicat: quia habetis unde dotem reddatis, aut, quia nullam caussam habeatis repudii, sed ditiorem quaeratis coniunctionem. *Quia paullulum vobis accessit pecuniae, sublati animi sunt.*] Et non, maior est factus Pamphilus; simul maiore stomacho, quod cum labore celabat, aperte ostendit. — 57. *Sublati animi.*] Pro *elati, sublati* dixit. Et hoc proprie ferarum est, ut, *Attollitque animos. Poenorum qualis in arvis, Saucius ille gravi venantum vulnere pectus, Tum demum movet arma leo.* Nam bestiae pro animi qualitate vel erigunt corpora, vel deponunt, ait *Cicero. Etiam mecum litigas?*] Belle: et illum ex invidia iracundiorem, et hoc ad se dicentem, quod propter Pamphilum dicebat, effecit. *Etiam mecum litigas?*] Invidiose, quasi iam cum Pamphilo litigaverit. — 58. *Deliberet, renuntietque hodie.*] Ferocius quam socerum dece-

---

55. *Decedet iam ira haec.*] Ita infra V. 2. 15.

56. *Quia paululum vobis accessit pecuniae, sublati animi sunt.*] Cicero, Fam. VII. 13. *Utrum superbiorem te pecunia facit?* Petronius, cap. 43. *Quod illius mentem sustulit, hereditatem accepit.* Proprie autem *accessit* dixit quasi ad pristinam nummorum summam. Cicero, pro C. Rabir. Postumo, 11. *Non intelligo hoc, quale sit, utrum accessionem Decumae, ut nostri facere coactores solent, centesimae, an decessionem de summa feceris.* Dixit porro, *sublati animi,* uti Plautus, Truc. II. 3. 10. *Postquam filiolum peperit,* animos sustulit. *Animi* enim pl. num. vel pro superbia, vel pro ira ponitur: prius h. l. sic Ovidius, Trist. V. 8. 3. *Quae tibi res animos in me facit, improbe?*

Velítne, an non: ut álii, si huic non sít, siet. (*abit*).
La. Phidíppe, ades! audi paúcis. abiit. quíd mea?
Postrémo inter se tránsigant ipsi, út lubet:
Quandó nec gnatus, neque hic mihi quídquam obtémperant:
Quae díco, parvi péndunt: porto hoc iúrgium
Ad uxórem, cuius haec fiunt consilio ómnia:
Atque ín eam hoc omne, quód mihi aegre 'st, évomam.

V. 59. Bentl. *si huic non est, siet.* ut est in cod. Bemb.

ret: attamen mature, quod *deliberas*, dixit. — 59. *Ut alii, si huic non sit, siet.*] Magna fiducia conditionem filiae asserit: quoniam iam si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse. *Si huic non sit.*] Subauditur *uxor*. Sed dura dictu reticuit, ut debebat. — 60. *Phidippe, ades.*] Nomine appellat: quod facere solemus, iratos mitigare conantes. — 61. *Postremo inter se transigant.*] Non enim haec votiva sunt, quibus interesse delectet. — 62. *Quando nec gnatus, neque hic.*] Invidiose *gnatus*, et *non obtemperant*, et *hic* non familiariter dictum, quasi ab irato. — 63. *Quae dico, parvi pendunt.*] Quia obtemperamus etiam tacitae voluntati. *Porto hoc iurgium ad uxorem, cuius etc.*] Bene rursus in errorem redditur: ne quae vera sunt, contra fabulae propositum cognoscantur. *Porto hoc iurgium.*] *Porto*, quasi aliquid magnum. — 64. *Cuius haec fiunt consilio omnia.*] Non transacta obiiciuntur uxori, sed quae nunc aguntur. *Consilio.*] Utrum dispositione: an εἰρωνεία est in male consulentem? — 65. *Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre 'st.*] Non *quod irascor*, sed *quod mihi aegre est*, dixit. *Evomam.*] Bene: quia aegritudinem solet vomitus relevare: sic *Cicero* in Catilinam, quum dicit, *Quae quidem laetari mihi videtur, quod tantam pestem evomuerit, forasque proiecerit.*

59. *Ut alii, si huic non sit, siet.*] Ita Cicero, Fam. II. 11. *Quidquid erit, tibi erit.*

61. *Inter se transigant.*] Ita And. V. 6. 17. Cicero, pro Q. Roscio, 13. *Roscius cum Flavio transegit.*

65. *Quod mihi aegre 'st.*] Ita supra II. 1. 30. — *Evomam.*] Vide Adelph. III. 2. 14.

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

MYRRHINA. PHIDIPPUS.

My. Perii! quid agam? quó me vortam? quíd viro meo réspondebo
Mísera? nam audivísse vocem púeri visu' 'st vágientis:
'Ita corrípuit dérepente tácitus sese ad fíliam.

V. 1 — 22. De numeris horum versuum consulendus est Hermannus Element. Doctr. Metr. p. 177. et 178. qui eos una numeri perpetuitate decurrere arbitratur, et in multis partibus a Bentleii ratione recedit.

Perii! quid.] *Mire in hac scena iterum rixa est senis atque anus: et tamen varie et alio modo, ut mores inter se diversos, et tamen notos possimus agnoscere.* — 1. *Perii! quid agam?*] Haec proloqui oportet Myrrhinam, ut ex eius persona reminiscatur spectator gestae rei; simulque ex huius personae verbis, quid agat altera persona, monstretur. Nam perscrutari Phidippum universa conclavia, et ire per totam domum cognito partu filiae suae, apparet ex praesentibus dictis. *Perii! quid agam?*] Singula ita pronuntia, ut perturbatum ostendas. *Quid agam? quo me vortam?*] Figura διαπόρησις, apta turbatis. — 2. *Nam audisse vocem pueri visus est vagientis.*] *Virgilius, Continuo auditae voces, vagitus et ingens, Infantumque animae flentes in limine primo.* Et est ὀνοματοποιΐα; nam vox ipsa sic est, ut quasi vagitus saepius sonet. *Pueri visus est vagientis.*] Proprie dixit *vagientis*; et infantium est. *Visus est.*] Quomodo, *Audire vocem visa sum modo militis.* — 3. *Ita corripuit derepente.*] Raptim intulit. Et *derepente* una pars orationis est, ut *defessus*; adverbiis enim praepositiones separatim

1. *Viro.*] H. e. marito. Vide Interpretes ad Phaed. I. 18. 4. et Cortium ad Sallust. Catil. 25.

3. *Corripuit sese.*] Vide supra III. 3. 16. — *Derepente.*] Ita infra, versu 39. Cicero, pro Q. Ligar 5. *Tu* derepente *irrupisses*

Quód si rescierít peperisse eam, íd qua causa clám me hàbuisse
Dícam? non aedepól scio.
Séd ostium concrépuit. credo, ipsum éxire ad me. núlla sum!
***Ph.* Uxor ubi me ad filiam ire sénsit, se duxít foras.**
Atque éccam video. quíd ais Myrrhina? — heús! tibi dico. *My.* Míhine, mi vir?

V. 4. vulgo *rescierit*, ut sit trochaicus. Hermannus l. c. *resciveris* ex vett. editt. ut iambicus existat.

V. 7. Bentl. corr. *se eduxit foras*, et supra III. 3, 4.

V. 8. est Hermanno iambicus hypermeter. Bentleius trochaicum fecit.

---

non adduntur. *Derepente.*] Ὑφέν. Nam si separaveris, non est Latinum, *de repente.* 4. *Quod si.*] *Quod* pro *nam* aut *itaque;* sed et nos in huiusmodi significatione sic dicimus. *Quod si rescierit.*] *Scimus* manifesta: *rescimus* occulta. *Id qua causa.*] *Id*, hoc ipsum, peperisse eam. — 5. *Non aedepol scio.*] Ideo quia vera causa dici non potest. — 6. *Sed ostium concrepuit.*] Plus est quam *crepuit:* nam *con* modo auctivum est. *Ad me.*] Bene *ad me*, quasi litigaturum. — 7. *Ubi me ad filiam ire sensit.*] Hoc ante rem: et simul argumentum delicti est, quod exiit a filia marito ingresso mulier. *Uxor ubi me ad filiam.*] Mirantis est gestus et dictum. *Se duxit foras.*] Ordo, *duxit se.* Et verbis usus est, intra domesticos parietes, artis, τῷ ἰδιωτισμῷ. *Se duxit*, pro *abiit.* — 8. *Atque eccam video!*] Apparet mulierem fugere, et viri aversari praesentiam. Et ideo hoc separatim pronuntiandum. *Heus! tibi dico.*] Ostendit Myrrhinam avertentem se: quasi nihil inveniat, quod dicat de filia. *Mihine, mi vir?*] Sic et in Andria: *Nihil respondes?* quum turbatum se ostendit Davus.

Eadem ratione *desubito* dixerunt. Lucilius apud Non. *Quamvis* desubito *trinis deducere scalis.*

4. *Clam habuisse.*] Plautus, Merc. II. 3. 26. *Musca est meus pater; nihil potest* clam *illum* haberi. Infra IV. 4. 35.

7. *Se duxit foras.*] Plautus, Aul. IV. 8. 8. *ego me deorsum* duco *de arbore.* Pollio ap. Cic. Ep. Fam. X. 32. *duxit se a Gadibus.*

8. *Tibi dico.*] Increpandi formula. Phaedrus, IV. 19. 18. Tibi dico *avare.* ubi vide Cl. Burmannum. [Conspiciens Myrrhinam alloquitur verbis *Quid ais?* i. e. est quod te velim. Plaut. Trin. I. 2. 156.

Ph. Vír ego tuus sum? tú virum me, aut hóminem deputás adeo esse?
Nám si utrumvis hórum, mulier, úmquam tibi visús forem,
Nón sic ludibrió tuis factis hábitus essem. *My.* Quibus? *Ph.* At rógitas?
Péperit filia? hem, taces? ex quo? *My.* Istúc patrem rogáre est aequom?
Périi! ex quo censés, nisi ex illo, cuí data est nuptum, óbsecro?

V. 12. corr. Herm. *péperit filia? hém, taces? ex quó?* M. *patrem istuc rógitare aequum est?*

Vir?] Ad maritalem conditionem retulit, non ad sexum, ut *Virgilius* in Bucolicis, *Vir gregis ipse caper.* — 9. *Tun' virum me.*] Accusatio ab increpatione incipiens. *Aut hominem deputas adeo esse?*] Αὔξησις perversa. *Adeo* autem abundat. *Virgilius*, *Tuque adeo, quem mox quae sint habitura Deorum Concilia, incertum est.* — 10. *Nam si utrumvis horum.*] Vir aut homo. *Mulier, umquam tibi visus forem.*] Acerbe *mulier:* ut supra, *Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.* — 11. *Quibus?*] Callide mulier, et quasi nullius culpae conscia, *quibus* dixit: et *quibus*, *factis* scilicet. *At rogitas?*] Bene irascitur interroganti. Nam interrogare quae sciat, impudentiae est. — 12. *Peperit filia.*] Propositio criminis. *Hem! taces?*] Non *taces* nunc: sed *taces*, *celas.* *Ex quo?*] Bene *ex quo*, quia argumentum impudicitiae est puerperium taciturnum. *Istuc patrem.*] Mira calliditas. Rea mulier hoc solo defenditur, quod accusat. *Istuc patrem rogare est aequom?*] Ex sua interrogatione accusavit accusatorem. — 13. *Perii! ex quo censes?*] Mire additum ad affectum, *perii.* *Nisi ex illo, cui data.*] A verisimili argumentum. *Nisi ex illo, cui data est nuptum?*] Solutio criminis per fiduciam respondentis. *Sallustius, Ita*

---

159. al. Sed illa quum trepida atque sollicita se mariti vocem audisse dissimulet, eam gravius iam compellat, *Heus tu, tibi dico.* St.]

11. *Ludibrio habitus essem.*] Ita supra, I. 2. 74.

12. *Taces?*] Formula increpandi non respondentem. Eun. IV. 4. 28.

Ph. Crédo: néque adeo árbitrari pátris est aliter. séd demiror,
Quíd sit, quamóbrem tántopere ómnes nós celare vólueris
Pártum: praesértim quum ét recte, et témpore suo pépererit.
'Adeon' pervicáci esse ánimo, ut púerum praeoptarés périre,

V. 15. Bentl. *celari*, ut vitetur trochaeus. Herm. ita scribit: *Quid sit, quamobrem tántopere omnis nós celare vólueritis Pártum, quum praesértim ét recte, et témpore ipso pépererit.*

---

fiducia, quam argumentis purgatior es. — 14. *Credo: neque adeo arbitrari.*] Ab accusatione maritus ad defensionem sui conversus omisit quod coeperat. *Sed demiror, quid sit.*] Mollior factus, iam non irascitur, sed miratur. Adeo vides Phidippum nulla re alia, quam mulieris correptione lenitum. *Demiror.*] *Valde miror:* quod minus est quam irascor. — 15. *Quamobrem tantopere.*] Alia intentio criminis. *Omnes nos celare volueris.*] Recte: quia putat et Pamphilum esse celatum. *Omnes nos celare volueris.*] Antiqua locutio, *illam rem celo te.* — 16. *Praesertim quum et recte, et tempore suo pepererit.*] Vide, duae causae sunt celandi partus: si non *tempore suo* venerit, quod indicium stupri est: et si non *recte* evenerit, hoc est, monstri aliquid natum fuerit. Hic autem et *tempore suo*, et *recte* natum praedicat. *Praesertim quum et recte.*] Attulit mulieri compendium credulitas senis semel correpti, ne aliter suspicetur. *Praesertim quum et recte, et tempore suo.*] *Recte*, ad illud pertinet, quod non monstrum peperit. *Tempore suo*, ad spatium, quo praegnantes esse consueverunt, id est, ad mensium dinumerationem: quia et septimo mense nasci solent. — 17. *Adeon' pervicaci esse animo.*] Invectio. *Adeon' pervicaci esse.*] *Pervicax* est perseverans cum quadam vi. *Ut puerum praeoptares perire.*] Ab

---

16. *Et recte et tempore suo pepererit.*] Dixit *recte*, uti supra, III. 3. 39. [Sensus est: cum partum ediderit rectum, non monstrosum.] Plautus, Rud. Prol. 4. Arcturus de semet: *Signum quod semper* tempore *exoritur* suo. De partu septimestri, qualem hunc esse credebat Phidippus, vide Comment. maiorem.

[17. *Praeoptares potius.* Poterat omitti *potius*, sed saepe eleganter abundat. Cic. in Pison. c. 7. *huic populo ita fueras ante vos*

'Ex quo firmiórem inter nos fóre amicitiam pósthac scires,
Pótius, quam advorsum ánimi tui lubídinem esset cum illo nupta?
'Ego etiam illorum ésse hanc culpam crédidi, quae te ést penes.
My. Misera sum. *Ph.* Utinam sciam ita esse istuc. séd nunc mi in mentém venit,

V. 20. Bentl. e tribus codd. suis: *esse culpam hanc.*
V. 21. et 22. Herm. sic refingit: M. *Misera sum.* Ph. *Utinám sciam esse istúc: sed nunc mi in mentém venit ex* || *Hác re, quod loquúta es olim, quum illum generum cépimus.*

---

aetate infantis invidia. — 18. *Ex quo firmierem inter nos fore amicitiam posthac scires.*] Ab accidentibus invidia.' Et bene additur *scires:* quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorsit. — 19. *Potius, quam advorsum animi tui lubidinem.*] A voluntate peccantis invidia. *Animi tui lubidinem* dixit, ut minima causa magnis sceleribus subiecta esset. *Esset cum illo nupta.*] Antiqui non *illi nupta:* sed, *cum illo nupta.* Ergo ambo sibi invicem nubunt. — 20. *Ego etiam illorum esse hanc culpam.*] Bene, *etiam illorum;* non enim hoc se errasse ait, quod illorum putaverit culpam, quae minor est: sed, *etiam illorum:* ut commune peccatum fuerit; sed nunc quidem totum credit esse Myrrhinae. An *etiam,* pro *adhuc,* ut maior sit dolor, qui nec opinanti acciderit. — 21. *Utinam sciam ita esse istuc.*] Te miseram esse. Alibi, *Miserum? quem minus credare est?* Et erit sensus, *Utinam vere sis misera. Utinam sciam esse istuc.*] Hoc quidam sic accipiunt, quasi Phidippus dicat, *Penes te culpa est, quam illorum esse credebam: et utinam quod credo, penes te esse culpam, ita non esse certo sciam, quia dixit,* se *miseram:* et *miseros* non nisi innocentes dicimus. Ille enim hoc respondet: *Utinam in hoc negotio miseram te, non scelestam reperiam.* Sic *Sallustius, Atque ea cogentes, non coactos: scelestos magis, quam miseros distringi.* Et ideo sequitur, *sed nunc mihi in mentem venit.* Argumentum ex antecedentibus dictis et factis. *Nunc mihi in mentem venit.*] 'Recte

---

consules libertas insita, ut emori potius, quam servire praestaret. Idem ad Div. XV. 5. *casum potius quam te laudari mavis.*]

19. *Cum illo nupta.*] Plautus, Stich. I. 2. 75. *Vosne ego patiar cum mendicis nuptas, me vivo, viris?*

De hác re, quod locúta es olim, quúm illum génerum cépimus.
Nám negabas núptam posse filiam te tuám pati
Cúm eo, qui meretrícem amaret, quí pernoctarét foris.
My. Quámvis causam hanc súspicari, quam ípsam veram, mávolo.
Ph. Múlto prius scivi, quam tu, illum amícam habere, Myrrhina:
Vérum id vitium númquam decrevi ésse ego adolescéntiae:

V. 22. vulg. *Ex hac re.* Correxit Bentl. secundum Donatum ad Hecyr. IV. 4, 89. Alioquin iambicus inter trochaicos incedet.

V. 23. codd. plerique Bentl. *nuptam filiam posse.* Scripsit Bentl. *Nam negabas filiam tuam posse te nuptam pati.*

V. 26. ne *scivi* incommode acuatur, Bentl. scripsit: *Multo prius, quam tu, illum scivi habere amicam, Myrrhina.* Codd. multi *habere amicam.*

---

nunc: quasi alias nihil suspicanti. — 22. *Quod locuta es olim.*] Pro ante. *Quum illum generum cepimus.*] Ut *arbitrum capere* dicimus, id est, eligere. Et cum laude locutus est Pamphili. *Cepimus.*] Elegimus. *Virgilius, Ante locum capies oculis.* — 24. *Cum eo.*] Viro. *Qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.*] Non in hoc est accusatio, quod haec locuta sit: sed argumentum est, quod celare voluerit partum, quae hoc olim dixerit. *Qui pernoctaret.*] Propter illud quod dixerat, *Quid interea? ibatne ad Bacchidem? Quotidie.* Et nota, familiariter hoc verbum poni a *Terentio.* Sic in Adelphis, *Sed si hic pernocto, causae quid dicam, Syre?* — 25. *Quamvis causam.*] Hoc propter spectatorem dicitur, ut gestorum meminerit. *Quam ipsam veram.*] Quia sola ex omnibus defendi non potest. — 26. *Multo prius scivi, quam tu.*] Bene pergit: quia taciturnitas pro confessione accepta est. — 27. *Verum id vitium.*] Hoc intelligi non potest, nisi *vitium* bis numero subaudieris. *Adolescentiae.*] Melius dixit *adolescen-*

---

22. *Ex hac re.*] H. e. ex moribus Pamphili, quibus nunc moratus est, in mentem mihi venit id quod olim locuta es.

27. *Id vitium nunquam decrevi ego esse adolescentiae.*] Exemplum corruptae disciplinae Atticae. Ita Adelph. I. 2. 21.

Nam id ómnibus innatum ['st]. át pol iam aderit, sé quoque etiam quum óderit.
Sed, ut ólim te ostendísti, eadem ésse nihil cessávisti úsque adhuc:
Ut filiam ab eo abdúceres; neu, quód ego egissem, essét ratum.

V. 28. Bentl. vel legendum censet: *Nám id innatumst*, ut versus trochaicus sit, sicuti praecedentes; vel delendum *'st*. Posterius ipse praetulit.

V. 29. Bentl. ex vett. editt. et uno cod. *nil cessávisti éadem esse usque adhuc:* ne *eadem*, quod accentu erigendum sit, in thesi deprimatur.

---

tiae, quam *Pamphili:* ut quod in aetate fuerat, non timeret in ingenio. — 28. *Nam id omnibus innatum est.*] Amare in adolescentia. *At pol iam aderit, se quoque etiam quum oderit.*] Mire senectutem accusat senex, quum et velocem ostendit his verbis, *iam aderit:* et addit, *se quoque oderit:* quasi dicat, *Non solum non amabit, sed et odio habebit: et non alienas mulieres modo, nec uxorem quoque, sed etiam se ipsum.* Plus ergo illatum, quam ratio deposcebat: sed mire ad affectum senis exprimendum. *Se quoque etiam quum oderit.*] Id est, ut poeniteat eum sui facti. Sed plus dixit, quam si diceret, *facta sua.* — 29. *Sed, ut olim te ostendisti.*] Quum superiora dicta sunt. — 30. *Ut filiam ab eo abduceres.*] Vehementius dixit, quam si diceret, *Ut filiam ei non redderes. Neu, quod ego egissem, esset ratum.*]

---

28. *Id omnibus innatum 'st.*] Id Heaut. V. 2. 4. dixit: *Volgo faciunt.* — *Iam aderit, se quoque etiam quum oderit.*] Ita Andr. I. 1. 125. *propè adest, quum alieno more vivendum est.* Plautus, Bacchid. III. 3. 13. *Iam aderit tempus, quum sese etiam ipse oderit.* Quinctilianus, Declam. XVII. 13. *Hominis, quem pater odisse non desinit, unus exitus est,* ut sese oderit. Dixit autem, *quoque etiam*, uti infra V. 1. 36. Plautus passim. [Notandum *etiam* et *quoque* iungi. Cic. de N. D. I. 22. *non enim poëta solum suavis verum etiam caetera quoque doctus.* Plin. Epist. X. 97. *non nemo etiam ante viginti quoque.* ubi vid. Cortius. Infra V. 1. 7. *ego quoque etiam timida sum.* Ceterum Terentium imitatus est Quinctil. Declam. XVII. p. 343. *hominis unus exitus est ut se oderit.* Simile illud Heaut. V. 4. 20. *eheu, quam ego nunc totus mihi displiceo.*] Pro *eadem* alii legunt *eandem*, quod fuit, qui *esse* omisso comprobaret. Nolim quidquam sollicitari. St.

Id núnc res indícium haéc facit quo pácto factum vólueris.

My. Adeón' me esse pervicácem cénses, cui matér siem,

'Ut eo essem animo, si éx usu esset nóstro hoc matrimónium?

Ph. Tún' prospicere, aut iúdicare, nóstram in rem quod sit, potes?

Audisti ex aliquó fortasse, quí vidisse eum díceret

V. 33. Bentl. de coniectura: *Si esset nostro ex usu hoc matrimonium;* ne *usu* in thesi occultetur.

Quod ab eo abducis, non bona socrus: quod filiam, non bona mater: quod irrita facis quae gessi, non bona uxor es, inquit. — 31. *Id nunc res.*] Quasi dixerit, *unde scio.* *Nunc res indicium facit.*] Hoc est, quod celavisti partum. *Quo pacto factum volueris.*] Non solum quod fecit, sed etiam quod voluit, obiicit. *Quo pacto factum volueris.*] Deest *fieri.* — 32. *Pervicacem.*] Per vim agentem, perniciosam me esse censes. *Cui.*] Deest *ei*, vel *circa eam.* *Cui mater siem.*] Rursus a verisimili: an mater contra filiam faciat. — 33. *Si ex usu esset nostro hoc matrimonium?*] Callide mulier, ex his quae dixit senex, defensionem arripit. Nam ille sic ait: *Negabas nuptam posse filiam tuam te pati Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.* *Ex usu nostro.*] Modo, *utile:* si pro nostra esset utilitate. — 34. *Tun' prospicere.*] A persona. *Aut iudicare.*] *Prospicere* futura: *iudicare* praesentia. — 35. *Audisti ex aliquo fortasse.*] Ἠθικῶς satis, et oratorie. *Aliquo.*] Non a certa persona. Bene *aliquo:* ademit iudicibus auctoritatem. *Qui vidisse eum diceret.*] Non,

---

31. *Quo pacto factum volueris.*] H. e. quid fieri volueris, quid optaveris. *Factum velle* est optare.

33. *Si ex usu esset nostro.*] H. e. si utile esset nobis. Eun. V. 9. 47. Heaut. I. 2. 36. II. 1. 9. Infra IV. 3. 10. Plautus, Pers. IV. 4. 14. *Ex tuo usu est.*

34. *Nostram in rem quod siet.*] Ita And. III. 3. 14. Supra, I. 2. 27. et II. 2. 7. Plautus, Pers. IV. 4. 58. *ut rem esse in nostram putas.*

Exeuntem, aut íntroeuntem ad amícam. quid tum póstea,
Sí modeste ac ráro hoc fecit? nónne [ea] dissimuláre nos
Mágis humanum est, quám dare operam, id scíre, qui nos óderit?
Nám si is posset áb ea sese dérepente avéllere,
Quicum tot consuésset annos; nón eum hominem dúcerem,

V. 37. Bentl. *ea* codd. complurium auctoritate delevit, quum praecedat *hoc* et subsequatur *id*.
V. 40. Bentl. *Quacum*.

---

qui vidisset. — 36. *Exeuntem, aut introeuntem.*] Sic *Cicero*, *Tibi autem, Balbe, respondebo: primum precario, si licet, si fas est defendi a me eum, qui in hortis fuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias viderit.* Non enim dixit *amplectentem amicam*. *Aut introeuntem.*] *Σύλληψις* prima. *In ludum ducere et reducere.* *Exeuntem aut introeuntem.*] *Σύλληψις διανοίας* et mollis est: quia luditur de sequentibus ad amicam, *ἐξουθενισμός* criminis, de consuetudine. *Quid tum postea.*] *Ἰδιωτισμὸς*, quo contemnimus crimina leviora. — 37. *Si modeste.*] Adhibito modo: vel certe cum pudore ac modestia, ut celatum voluerit. *Nonne ea dissimulare nos.*] Duobus modis feruntur peccata: vel ignoscendo, vel cohibendo. Modo *dissimulare* est ignorantiam fingere. — 38. *Magis humanum est.*] Bene, quia et illud humanum *dissimulare*; an *magis humanum dissimulare:* quia et irasci, et arguere humanum est? *Magis humanum.*] Nota, pro *Humanius*, Terentiano more. *Qui nos oderim?*] *Qui*, *unde* vel *quamobrem*. Et recte; nemo enim dolens quod non ametur, id facit, quo magis odio sit. — 39. *Nam si is posset ab ea sese derepente avellere.*] Oratorie, non contentus defendisse Pamphilum, hoc ipso illum, quo accusatus est, laudat. *Derepente.*] Una pars orationis est. — 40. *Quicum*

---

36. *Quid tum postea?*] H. e. quid refert? Formula contemnendi quid. Eun. IV. 2. 9.

38. *Id scire, qui nos oderit.*] H. e. ut inimici nostri id sciant, et laetentur. Eodem sensu dixit infra IV. 2. 14. *qui nobis maledictum velit.* Donatus non cepit.

39. *Ab ea sese derepente avellere.*] Ita And. III. 3. 21. Quod et *abstrahi* dicitur. And. III. 2. 39. Supra III. 1. 18. et alibi.

40. *Consuesset.*] Vide ad Adelph. IV. 5. 32.

Néc virum satis firmum gnatae. *My.* Mitte adolescentem, óbsecro,
Et quae me peccásse ais, abi: sólum solus cónveni.
Róga, velitne an nón uxorem: si ést, ut dicat vélle se,

V. 42. Bentl., ne *ais* in duos pedes distrahatur, corrigit: *Et quae me peccasse ais: abi', eum solum solus conveni.* Ita *ais* est monosyllabon.

---

tot consuesset annos.] Laudat ubique eos *Terentius*, qui consuetudine vincuntur. Ut alibi, *Hic parvae consuetudinis causa hujus mortem tam fert familiariter.* Et mox, *Ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat, ut servem fidem?* Ergo ferus, quem longa consuetudo non commovet. *Quicum tot consuesset annos.*] Non *quacum*, sed *quicum:* ut *a quibus*, et non *a quis*. Et *consuesset* proprie dicitur in stupro. *Non eum hominem ducerem.*] Non solum, inquit, homo non esset, id quod forsitan nihil nostra intererat: sed quod nobis maximum est, vir stabilis filiae esse non posset. *Non eum hominem ducerem, nec virum satis firmum gnatae.*] Potest et sic intelligi, *Non eum hominem ducerem, qui consuetudinem longi temporis temere abrumperet.* — 41. *Nec virum.*] *Vir* modo maritus. *Nec virum satis firmum gnatae.*] Quem res Venereae non moverent; nam *firmum* etiam hoc possumus intelligere, validum in officio coitus. Sic *Horatius*, *fortique marito Destinet uxorem.* *Mitte adolescentem obsecro.*] His verbis solemus commentitia argumenta contemnere; ut, *misericordia, animus maternus: sino.* Et alibi, *Mitto omnia. Addo istuc: Imprudens timuit adolescens: sino. Tu servus. Mitte adolescentem.*] Etenim ille dixerat: *Verum id vitium numquam decrevi esse ego adolescentiae. Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares perire, Potius, quam adversus animi tui lubidinem esset cum illo nupta?* — 42. *Et quae me peccasse ais. abi: solus solum conveni.*] Recte haec dicit mulier, utpote memor, quod cum Pamphilo sit locuta. Et *solus solum* ideo, quia metuit, ne orata sua non servet Pamphilus: et ideo multi sciant. — 43. *Roga,*

---

41. *Adolescentem.*] Ita loquitur de viro iam uxorem habente. Vide supra, II. 1. 34. [*Satis firmum* i. e. satis constantem. Sic *firmae nuptiae* supra I. 2. 26. Ridicule Donatus *firmum* exponit, quem res venereae non moveant.]

42. *Solus solum conveni.*] Ita supra III. 2. 15. Plaut. Capt. III. 4. 70. *Solus te solum volo.*

Rédde. sin est aútem, ut vólt, récte consului meae.
Ph. Sí quidem ille ipse nón volt, et tu sénsti esse in eo, Myrrhina,
Péccatum: aderam, cuius consilio fieret ea par próspici.
Quámobrem incendor íra, te ausam fácere haec iniussú meo.
Interdico, ne éxtulisse extra aédes puerum usquám velis.
Séd ego stultiór, meis dictis párere hanc qui póstulem.

V. 44. Faërn. Westerh. alii, e Bemb. et Victor. *récte ego consului meae.* Bentl. *ego* rursus delevit utpote metro molestum et in multis codd. omissum.

V. 46. ante Bentl. erat: *ea par fuerat.* Correxit ex omnibus codd. suis.

V. 47. vulgo: *ira, esse ausam.* Multi codd. *ira, te esse ausam.* Verum restituit Bentl.

---

velitne uxorem, an non.] Verba quibus cum Pamphilo loquatur socer: ne si aliter agat, respondeatur a genero. — 44. *Recte ego consului meae.*] Illum, inquit, nolle, signum erit me providisse filiae. — 45. *Siquidem ille ipse non volt, et tu sensisti.*] Animadvertendum, quemadmodum omnia, quibus se defenderit Myrrhina, in malam partem accipit Phidippus: et hinc magis accusat, unde illa se purgat. — 46. *Cuius consilio ea par fuerat prospici.*] Non dixit, *cuius consilio repudium daretur Pamphilo*; ita ad bonum omnia exitum spectant. — 47. *Esse ausam facere haec te iniussu meo.*] Abducere filiam, celare partum, exponere puerum. — 48. *Interdico.*] Inter *edico* et *interdico* hoc interest: *edicimus*, quod iubemus fieri: *interdicimus*, quod vetamus fieri. *Edicimus* etiam uni generi hominum: *interdicimus* diversis. Itaque *praetoris edicta* et *interdicta* dicuntur. *Interdico*, separatim dicendum legendumque: quia *interdico ne velis*, non est integrum. *Interdico, ne extulisse extra aedes.*] Id agitur, ne sub incerto intercipiatur puer: et tragoedia fiat ex comoedia. — 49. *Meis*

---

44. *Recte ego consului meae.*] Formula sibi gratulantis. Ita And. IV. 4. 27.

47. *Incendor ira.*] Ita Phorm. I. 4. 9. et V. 7. 81. Quod Adelph. III. 2. 12. dixit, *Ardeo iracundia.*

49. *Extulisse.*] H. e. *efferri*, uti mox versu 50. [*Ne extulisse velis* h. e. ne efferas. Veteris elegantiae est haec periphrasis cum

Ibo intro, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant.
My. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere:
Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut siet, resciverit;
Non aedepol, clam me est: quom hoc, quod leviust, tam ánimo iracundó tulit.
Nec, qua via sententia eius possit mutari, scio.
Hoc mi únum ex plurimís miseriis rélliquom fuerát malum,

dictis parere hanc qui postulem.] Demonstrative et accusatorie dixit *hanc*, quasi tam contumacem. *Hanc qui postulem.*] Quid est *hanc*? utrum mulierem? an uxorem? an contumacem foeminam? — 50. *Ibo intro.*] Sibi ipsi hoc dicit vel ἰδιωτισμῷ. *Edicam servis, ne quoquam efferri sinant.*] Et hoc recte poëta, quia ita opus est, ne compleat Myrrhina, quod promisit de exponendo puero. Ait enim, *continuo exponetur.* — 52. *Nam ut hic laturus hoc sit.*] Sic ostenditur causa, cur perpetuo celandum sit seni vitium virginis. *Nam ut hic.*] Quantum iracundiae habiturus sit, quantum furoris: hoc enim significat *ut.* Et simul poëta, quod alibi obscure facit, hic aperte demonstrat, quod periculum sit in fabula, nisi [illegible] succurrat. — 53. *Non aedepol, clam me est.*] Id est, scio. — 54. *Nec, qua via sententia eius possit mutari, scio.*] Nescio quo modo ex iracundo placidus fiat. *Sententia eius.*] De puero non exponendo. — 55. *Hoc mihi unum.*] Hoc adhuc, inquit, malum non mihi evenerat, quum evenerint multa. Et vide, an *si puerum, ut tollam, cogit*, quasi cum gemitu et percontative pronuntiandum sit; etenim *si* obscuram locutionem facit: nisi forte *cum*, vel *quod* significat. *Hoc mihi*

---

verbo *velle.* Cato de R. R. c. 5. *Villicus ne quid emisse velit insciente domino, neu quid dominum celavisse velit.* Lucret. II. 640. *ut armis Ac virtute velint patriam defendere terram* i. e. ut defendant. Ovid. Met. II. 745. *tu tantum fida sorori esse velis.* Vid. Gudium aliosque Interpretes ad Phaedr. I. 29. 6.] Metuit autem Phidippus, ne exponatur puer; quod se facturam Myrrhina dixerat supra, III. 3. 40.

51. *Nullam, pol, credo mulierem me miseriorem vivere.*] Ita Plautus, Amph. IV. 3. 12. *Quis me Thebis alter vivit miserior?*

55. *Hoc mihi unum ex plurimis miseriis reliquum fuerat malum.*] Ita Eun. V. 6. 25. et Adelph. III. 3. 3.

Si púerum, ut tollam, cógit, cuius nos quí sit nescimús pater.
Nam, quúm compressa est gnáta, forma in ténebris nosci nón quita est:
Neque détractum ei tum quídquam est, quí post pósset nosci, quí siet.
Ipse éripuit vi, in dígito quem habuit, vírgini abiens ánulum.
Simŭl véreor Pamphilúm, ne oráta nóstră nequeat diútius
Celáre, quum sciét alienum púerum tolli pró suo.

V. 56. Bentl. conj. *cui nos.* Non opus.
V. 58. ex codd. suis emendavit Bentl. Nam Westerh. cum Faërno e libro Bemb. dedit: *Neque detractum ei est quidquam, qui posset post nosci, qui siet.*

---

unum ex plurimis miseriis relliquum fuerat malum.] Ex omnibus malis *reliquum* quum dicat, maximum malum significat. Nam non mediocre est, quod omnium miseriarum est ultimum, et inter mala multa *reliquum*, quod sic accipimus. Possumus et nos interrogative pronuntiare. — 56. *Puerum, ut tollam, cogit.*] Recte *tollam;* quaestio, unde sit. — 57. *Forma in tenebris nosci non quita est.*] Ab activo *queo* passivum fecit *queor*, retinendo participium *quita est;* sed antique dixit. — 58. *Neque detractum.*] Solet enim fieri. — 59. *Ipse eripuit.*] Hic ad exitum spectat παρασκευή, quia per annulum fiet cognitio. *Ipse eripuit.*] E contrario, inquit, factum est, ipsa ut non eriperet, sed ipsi eriperetur. — 60. *Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra.*] Scilicet si sustulerimus cogente sene eum puerum, quem expositum iri Pamphilo paullo ante promisi. — 61. *Quum sciet alienum puerum tolli pro suo.*] *Non solum*, inquit, *tolli aegre feret alienum, verum etiam pro suo.*

---

57. *Non quita est.*] H. e. nequivit. Sed additur fere infinitivis passivis. Plautus, Fragm. Saturionis: *Retrahi* nequitur, *quoquo progressa est semel.* Rud. IV. 4. 20. *ut* nequitur *comprimi!* Sallust. Ingurth. 31. *Quidquam sine sanguine civium ulcisci nequitur.*

61. *Alienum puerum.*] Proprie de insitivo et notho. Ita Heaut. V. 4. 6. Infra IV. 4. 27. — *Tolli.*] H. e. educari. And. I. 3. 14. et passim alibi.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

SOSTRATA. PAMPHILUS.

So. Non clám me est, gnate mí, tibi me esse súspectam, uxorém tuam
Propter meos mores hínc abisse; etsi éa dissimulas sédulo:
Verum, íta me Di ament, ítaque obtingant éx te, quae exoptó, mihi,
Ut númquam sciens comméruí, merito ut cáperet odium illám mei:

V. 1. Bentl. legendum suspicatur: *Non clam me est, esse tibi suspectum, gnate mi, uxorem tuam Propter meos mores hinc abisse; etsi id dissimulas sedulo.*

Non clam me est, gnate mi.] *In hac scena velut qualitas negotialis in disputationem venit, iustumne, sit repudiari coniugem causa matris, et omnino quid fieri debeat.* — 1. *Non clam.*] Vero ordine a purgatione sui incipit mater abitura: ne, quod discedit, iracundiae videatur. *Tibi me esse suspectam.*] Id est, in suspicionem venisse. *Uxorem tuam propter meos mores hinc abisse.*] Blandius *uxorem* significat, quam si diceret *Philumenam.* Et *mores* proprie senum dicuntur: unde *senectus morosa*, et *morosi homines*, qui sui cuiusdam moris sunt. — 2. *Etsi ea dissimulas sedulo.*] *Ea*, id est, quae scio: et *ea* pro *eam rem;* sed absolute occurrit supra latae sententiae, et genere neutro. Et est ordo, *Etsi ea dissimulas sedulo, non clam me est, etc.* — 3. *Verum ita me Di ament.*] Coniectura, quae solvitur iureiurando. *Itaque obtingant ex te.*] Pro se iurat, et ita rem Pamphilo probat, ut blanda sit. *Itaque.*] Duae partes orationis. — 4. *Numquam*

3. *Obtingant ex te, quae exopto, mihi.*] Ita Phorm. V. 4. 1.

4. *Ut caperet odium illam mei.*] Ita plane supra II. 1. 22. Adde Eun. III. 1. 13.

Teque ánte quam me amáre rebar, eí rei firmastí fidem.
Nam mi íntus tuus patér narravit módo, quo pacto me hábueris

V. 5. Bentl. ex uno cod. veterrimo: *Teque ánte quod me amáre rebar.*

sciens commerui.] Bona exceptio: quia possumus aliquem inscienter laedere, quae res ad veniam pertinet. *Ut numquam sciens.*] Hic ordo est iurisiurandi, ut quum praeposuerit *ita*, sequatur *ut*. *Cicero, Ita vivam mihi illa propitia, ut quum illius temporis mihi venit in mentem, etc.* *Merito ut caperet odium illam mei.*] Bene dixit *merito:* nam ut nos immerito quis non oderit, non est in nostra manu; haec est exceptio. *Plautus* in Trinummo, *Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.* *Merito ut caperet odium illam mei.*] Id enim est culpa sine merito. — 5. *Teque ante quam me.*] Deest *tam*, ut sit ordo: et quam te amare me rebar, tantum firmasti fidem ei rei. *Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem.*] Ordo et sensus hic est, et quod ante rebar, ei rei firmasti fidem meam: neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare; nam ei rei hodie firmasti fidem, id est, probationem attulisti. — 6. *Nam mihi intus tuus pater.*] Dixit enim supra, *Atque ut eam hoc animo, quod mihi aegre est, evomam;* potuit enim evomendo narrasse, quod matrem filius praeposuisset uxori. *Tuus*

---

5. *Teque ante quam me amare rebar, ei rei firmasti fidem.*] Sensus et constructio videtur esse: *Et firmasti fidem, te amare me, quam ante rebar amare.* Dixit autem, *firmasti fidem*, ut infra V. 1. 23. et And. III. 1. 4. [Hunc locum, e quo nullus sensus elici poterat, antiquorum librorum ope sic restituit Bentleius: *Teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem.* Ordo est: quodque ante rebar, te me amare, ei rei fidem firmasti. De locutione *firmare fidem* vid. notat. ad Andr. III. 1. 4.] Dubitari poterit de huius emendationis veritate. Certe quidem non absurde Schmiederus *quam* pro *quantum*, s. *quantopere*, positum censuit. Ita sententia haec est: *et quantopere te me amare iam antea rebar, ei rei firmasti fidem.* St.

6. *Me habueris praepositam amori tuo.*] H. e. praeposueris me uxori tuae. Vide supra III. 5. 31. seq. Eodem fere sensu Plautus, Pseud. I. 3. 59. *quoniam pietatem amori video tuo praevortere.* [*Habueris praepositam* i. e. praeposueris. Sallust. Catil. c. 23. *tale peri-*

Praepósitam amori túo: nunc tibi me cértum est contra grátiam
Reférre, ut apud me praémium esse pósitum pietati scias.
Mi Pámphile, hoc et vóbis et meae cómmodum famae árbitror:
Ego rus abitúram hinc cum tuo me esse cérto decrevi patre;
Ne méa praesentia óbstet, neu causa úlla restet réliqua,
Quin túa Philumena ad te redeat. *Pa.* Quaeso, quid istuc cónsili est?

---

pater.] Familiarius, quam si diceret, *Laches.* — 7. *Praepositam amori tuo.*] Plus dixit, *amori tuo*, quam si *uxori tuae*, diceret. *Nunc tibi me certum est contra gratiam.*] *Contra* nunc *vicissim.* — 8. *Ut apud me praemium esse positum pietatis scias.*] Laborat mulier, ne quod dictura est, odio aut dolore aut certe ira facere videatur. *Praemium esse positum pietatis.*] Sic *Virgilius*, *Hic pietatis honos*, *sunt hic sua praemia laudi.* — 9. *Mi Pamphile, hoc et vobis, et meae commodum.*] Rem duram dictura vide quantis praeblanditur verbis remque praemolliat. *Et meae commodum famae.*] Ab honesto. *Mi Pamphile, hoc et vobis et meae.*] Principium hoc aliquid est precantis foeminae. A blandimento ergo incipit, ut libenter audiat. — 10. *Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre.*] *Certo* dixit, ne sit dissuadendi locus. *Cum tuo me esse certo decrevi.*] Ad hoc addidit, *certo decrevi:* ut non audeat dissuadere filius. — 11. *Ne mea praesentia.*] Non dixit iam *culpa*, sed *praesentia.* — 12. *Quid istic consilii est?*]

---

culum reipublicae haud occultum habuit. ubi vid. Interpretes. Cic. ad Quint. fratr. III. 9. *quod me hortaris ut absolvam, habeo absolutum suave, mihi quidem uti videtur,* ἔπος *ad Caesarem.* Eun. II. 3. 92. *illis crucibus, quae nos nostramque adolescentiam habent despicatam, referam gratiam.*]

7. *Tibi me certum est contra gratiam referre.*] Ita Lucilius apud Non. v. Deferre: *Quapropter certum est facere contra.*

8. *Praemium esse positum pietati.*] Ita Plautus, Poen. V. 4. 17. *Invictae* praemium *ut* esse *sciam* veritati. Virgilius, Aen. I. 465. Sunt *hic etiam sua* praemia laudi. [*Praemium* propria ratione *poni* et *proponi* dicitur. Sallust. Catil. c. 20. *fortuna omnia victoribus*

Illius stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?

Non facies: neque sinam, ut, qui nobis, mater, maledictum velit,

Mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia.

Tum tuas amicas te, et cognatas deserere, et festos dies,

Bene: quia illa *decrevi*, dixerat. — 13. *Illius.*] A persona. *Stultitia.*] A causa. *Victa.*] Non enim volens. *Urbe.*] A loco. *Tu.*] A persona. *Habitatum.*] A facto. *Illius stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?*] Vide quam oratorie omnia congesserit, a personis, a causis, a locis, a factis. *Illius stultitia.*] Ab utili. Mire autem, et *rus*, et *ex urbe*, et *habitatum* dixit. — 14. *Non facies: neque sinam.*] Primo, *non facies:* deinde, si facere perseveraveris, *non sinam.* Et, *non facies*, non est interdicentis, sed quasi dicat, *Scio te non facturam rem tam pravam.* Sunt autem qui *neque sinam* iungant inferioribus: sunt qui totum contexte legant, *non facies*, usque *modestia. Ut, qui nobis, mater, maledictum velit.*] Ab honesto. — 15. *Mea pertinacia esse dicat factum.*] Bene retinet, quum vult sua interesse ne fiat. — 16. *Tum tuas amicas te.*] In dissuadendo commiscuit et honestatem et utilitatem. —

---

praemia posuit. Virg. Aen. V. 292. *invitat pretiis animos et praemia ponit.* Vid. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 17. 1.]

14. *Non facies.*] Formula blande dissuadentis. Cui contraria Ciceroni usitata formula, *poteris et facies.*

16. *Tuas amicas te, et cognatas deserere, et festos dies.*] Cicero, ad Quirites post Red. 1. *Amicitiae, consuetudines, vicinitates, clientelae, ludi denique et* dies festi, *quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.* Gravis autem existimabatur discessus e domo et patria, quod *festi dies* desiderarentur; neque discedens eosdem, quibus adsueverat, feriatos dies, alibi reperiret; idque ob peculiaria singulorum populorum sacra. [Quod Westerhovius hic dicit, eos qui carerent patria, etiam hoc habuisse incommodi, quod alibi non eosdem dies feriatos invenirent, quos in patria; id hic locum non habet. Nam Sostrata non abfutura est e patria, nec visura alia sacra.]

Meá caúsa, nolo: So. Nil pol iam [res] istaec mihi voluptatis ferunt:
Dum aetátis tempus túlit, perfúncta sátis sum: satias iám tenet
Studiórum istorum: haec míhi nunc cúra est máxuma, ut ne cuí meae
Longínquitas aetátis obstet, mórtemve exspectét meam.

V. 17. *res* in codd. sedem variat, atque insuper metrum turbat. Recte igitur Bothius illud delendum censuit. Bentl. ex codd. suis: *Nil pol iam istaec mihi res volupt. f.*

V. 19. Bentl. *ne cui mea*, e Bemb. et aliis.

---

17. *Mea causa, nolo.*] Non est superbum *nolo:* sed consuetudine dicitur. *Nihil pol iam mihi istaec res.*] Contra omnia. Et ab ultimis incipit. *Istaec res.*] Amicae, cognatae, dies festi. — 18. *Dum aetatis tempus tulit.*] *Tulit*, pro passum est, permisit. Et in bonis enim, et in malis dicitur. *Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum.*] Si, inquit, meae voluptatis causa exercenda sunt, iam non delectant: si officii ac religionis, iam non possum, quae sim anus. Necessaria divisio: quia ille et religionem incusserat festorum dierum. *Dum aetatis tempus tulit.*] Non, inquit, reprehendar, quae quum potuerim, perfuncta satis sum. Sic *Virgilius*, *Sat patriae, Priamoque datum. Satias me iam tenet.*] Nimis materne atque aniliter. — 19. *Haec mihi nunc cura est maxuma.*] Hoc nimis serio pronuntiandum. Et *ne cui* odiose, ne *tibi* diceret. *Ut ne cui meae longinquitas aetatis obstet.*] Hoc ad nurum, exspectationem ad filium refert; hinc enim odio digni parentes, *exspectati* appellantur. — 20. *Longinquitas*

---

17. *Istaec res.*] Vide Eun. III. 5. 34.

18. *Perfuncta satis sum.*] Ita Horatius, Arte 223. *Illecebris erat et grata novitate morandus Spectator* functusque sacris, *et potus, et exlex.* [*Perfuncta satis sum* i. e. satis usa sum. Serv. Sulpicius ad Cic. IV. 5. *omnibus bonis prope perfunctum esse.*] — *Satias iam tenet.*] Ita Eun. V. 6. 3. Lucilius, Lib. XXVIII. *Satias te iam omnium rerum tenet.* Sallustius, Iug. 31. *Vos dominationis eorum satias* tenet. Suetonius, Tib. 10. *Satias honorum.* Cicero, Senect. 20. *Omnino, ut mihi quidem videtur,* studiorum *omnium* satias *vitae facit satietatem.*

19. *Studiorum istorum.*] H. e. amoenitatum et voluptatum. Plaut. Merc. Prol. 20. *Principio atque animus ephebis aetate exiit, Atque animus* studio *amotus* puerili *est meus.*

20. *Longinquitas aetatis.*] Non tantum locus, sed et

Hic vídeo me esse invísam immerito: témpus est concédere.
Sic óptime, ut ego opínor, omnes caúsas praecídam ómnibus:
Et me hác suspicióne exsolvam, et íllis morem géssero.
Sine me, óbsecro, hoc effúgere, vulgus quód male audit múlierum.

aetatis obstet, mortemve exspectes meam.] Quum sedulo agat socrus, ne quid per iracundiam statuisse videatur. Vide tamen ut intermisceatur indignatio, et multa dolore depromta sint: quod poëta non invitus facit ad mores exprimendos, personasque reddendas. — 21. *Hic video me esse invisam immerito.*] Quia rus decrevi pergere: non quasi nurum vitatura, sed locum. Et mire *invisam*, et non addidit cui: sed dixit, *tempus est concedere.* Quia anus sum? an quia nurus in domo? — 22. *Omnes caussas praecidam omnibus.*] Bene *omnibus:* ne specialiter laesisset nurum. Et generaliter dixit. — 23. *Et illis morem gessero.*] Mire *illis*, non *nurui.* Et *morem gessero* acriter dictum: ut ostendat, hoc illos olim voluisse, ut expelleretur domo; ut si dicas, inimicum tibi morem gessisse, quod se suspenderit. — 24. *Sine me, obsecro, hoc effugere.*] Quia dixerat maritus eius, *Omnes socrus oderunt nurus. Sine me, obsecro, hoc effugere.*] Potentissimum est ad extorquendum aliquod argumentum, quum illis, quibus chari esse debemus, nostra causa potius, quam illorum, dicimus velle nos, aut

---

tempus *longinquum* dicitur. Caesar, B. C. III. 80. Longinquam *oppugnationem sustinere non posse.* Nepos, Themist. 4. *Maiore cum labore et* longinquiore tempore *bellum confecturum.* [Cfr. Gron. ad Liv. VII. 29. Manut. ad Cic. II. ad Fam. Ep. 9. Drakenborch. ad Sil. Ital. VI. 628. St.]

21. *Tempus est concedere.*] Ita Cicero, Mil. 34. *Ego cedam atque abibo.*

22. *Omnes caussas praecidam omnibus.*] H. e. adimam. Cicero, Verr. III. 64. *Postremo illa quidem certe tibi* praecisa *defensio est.* [Cic. in Verr. I. c. 7. *ut una hora, qua coepi dicere, reo audaci spem iudicii corrumpendi praeciderem.* Id. in Verr. II, 62. *Da mihi hoc; iam tibi maximam partem defensionis praecideris.*]

23. *Me hac suspicione exsolvam.*] Ita infra V. 2. 26. Plinius, Lib. 1. Epist. 22. *Superest, ut promissis deus adnuat, tandemque me hac* sollicitudine *exsolvat.*

[24. *Quod* ponitur pro *ob quod, propter quod,* ut alibi saepe apud

Pa. Quam fortunatus caeteris sim rebus, absque una
hác foret:
Hanc mátrem habens talem, íllam autem uxorem!
So. Obsecro, mi Pámphile;
Non túte incommodám rem, ut quaeque est, ín animum inducás pati?
Sí caétera sunt ita, út vis, itaque ut ésse ego illam
existumo,
Mi gnáte, da veniam hánc mihi: reduce íllam. *Pa.*
Vae miseró mihi!

V. 27. Faërn. et Bentl. *induces*, e libro Bemb.
V. 28. Bentl. *illa existimo*, sc. *caetera:* de mera coniectura.
V. 29. Bentl. accentus gratia corr. *Mi gnate, da mi hanc veniam, redduc illam.*

---

nolle quod facimus. Nam et Pamphilus sic supra dixit, *Non facies: neque sinam. Quod malè audit.*] Supra dixit; ab honesto. — 25. *Absque una hac foret.*] *Absque*, extra: ut sit adverbium magis, quam praepositio. Et *una*, res subaudienda. Et totum ἐν ὑποκρίσει, statimque iungendum, *hanc matrem habens talem, illam autem uxorem.* Vel certe, *absque foret*, pro *abesset.* Alii *hac* de uxore dici putant, ut *absque*, sit praepositio. — 27. *Non tute incommodam rem, ut quaequae est, in animum inducas pati?*] Horatius, *Durum: sed levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas.* — 28. *Si caetera sunt.*] Bene *caetera*, absque uno dicenti. *Itaque ut esse ego illam existumo.* — 29. *Da veniam hanc mihi.*] *Mihi*, propter

---

Terentium. Respicit autem, quod supra II. 1. 4. dictum erat *omnes socrus oderunt nurus.*]

25. *Absque una hac foret.*] Intell. *res*, i. e. *si haec una res abesset.* Ita Phorm. I. 4. 11. Plautus, Bacchid. III. 3. 8. *Nam* absque te esset, *ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.* [Haec loquendi forma non nisi apud comicos reperitur. Ipsa etiam praepositione *absque* comici soli utuntur, quae non directe apud eos *sine* significat, sed tantum exceptionem quandam. Vid. Vorstium de Latinit. merito suspecta c. 9.] Perverse igitur hodie *absque* pro *sine* dicunt. St.

26. *Hanc matrem habens talem.*] Emphasis laudis est in voce *talem.* Ita Eun. I. 2. 81. Adelph. III. 1. 10.

27. *Non tute incommodam rem, ut quaequae est, in animum inducas pati?*] Similis sententia est And. V. 4. 18.

29. *Da veniam hanc mihi.*] H. e. sine me hoc impetrare abs te. Ita And. V. 3. 30. Heaut. V. 5. 5. Adelph. V. 8. 14.

Sa. Et mihi quidem! nam haec rés non minus me mále habet, quam te, gnáte mi.

quam putas non reducendam. *Vae misero mihi!*] Nec negat, nec promittit: sed intumescit, utpote qui penitus dolore commotus aestum animi iam dissimulare non potest. *Vae misero mihi!*] Nihil potuit pro rerum qualitate respondere, nisi ut ingemisceret. — 80. *Et mihi quidem!*] Ἄδηλος, quid enim, *et mihi*: an ei? multa sic in usu nostro sunt.

30. *Et mihi quidem.*] Ita And. III. 5. 8. — *Haec res non minus me male habet, quam te.*] Similis sententia est infra IV. 4. 25.

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILUS.

La. Quém cum istoc sermónem habueris, prócul hinc stans áccepi, uxor.
'Istuc est sapere, qui úbicumque opus sit, ánimum possis fléctere:

V. 1. Bentl. in tribus codd. repperit *hic.* Unde scripsit: *procul hic astans*, ut Heaut. V. 2, 7. *hic patrem adstare aibus?* De numeris cfr. Herm. El. Doctr. Metr. p. 168.

1. *Quem cum istoc sermonem habueris.*] *In hoc colloquio reconciliatio senum est post iurgium, mista disputatione Pamphili de non reducenda uxore.* *Procul.*] *Procul*, nunc *prope*. *Hinc stans accepi, uxor.*] *Accepi*, audivi. Et modo *uxor*, ante *mulier:* et de uxore, *di mala prohibeant!* — 2. *Istuc est sa-*

2. *Istuc est sapere.*] Ordo et constructio est: *Si nunc feceris idem hoc, quod post fortasse sit faciendum, istuc est sapere, qui possis flectere animum, ubicumque opus sit.* Dixit autem *qui* pro

Quód sit faciundúm fortasse póst, idem hoc nunc si féceris.

So. Fórs fuat pol! *La.* Abi rus ergo hinc: íbi ego te, et tu mé feres.

V. 3. *sit* vulgo post *fortasse* interponitur. Alii post *faciundum* inferciunt. Emendavit Bentl. ex codd.

---

pere.] Τὸ *istuc* exceptive dictum: quasi caetera stulte fecerit. Et simul stomachum retinet, quo reprehendat caetera. *Qui, ubicumque opus sit.*] *Qui*, pro *quae*, interdum abundat. *Animum possis flectere.*] Modo non alienum animum, sed suum flectere. Et unde flectere? a iurgio ad modestiam, ex concessione ex domo. *Animum flectere.*] Ad hoc *flectere animum* dixit, ut ostenderet, ne nunc quidem purgatam apud se Sostratam de praeterita culpa. — 3. *Quod faciendum sit post fortasse.*] Haec etiam sententia videri potest generalis: et deest *ad id*: ut sit, *flectere ad id quod faciundum.* Potest et absolute accipi *quod*, pro, quae res facienda sit. *Quod faciundum sit post fortasse.*] Id est, concedendum. Et vim necessitatis hoc verbum exprimit. — 4. *Fors fuat pol!*] Fortuna faveat: quasi τῷ εὐφημισμῷ adversus triste dictum usa est; nam *fors* fortuna bona est. Et *fuat*, *sit* significat, dixerat enim ille, *quod faciundum sit post fortasse. Fors fuat pol!*] Id est, bona eveniat; quasi τῷ εὐφημισμῷ dicat, *bona dicito potius.* An, *bona fortuna sit per Pollucem? Abi rus ergo.*] Hortantis est ad celeritatem. *Virgilius: Ergo age, chare pater, cervici imponere nostrae. Ibi ego te, et tu me feres.*] Non dixit: *Ibi nos invicem delectabimus:* sed quia *senex* atque *anus* est, *ego te, et tu me feres*, dixit. Et simul, quia nuper incusaverat mores senum,

---

qua ratione. [Imo iunge: *Istuc est sapere, qui* (si tu, ut tu) *ubicunque opus sit, etc.* Senex *qui* dicens masculino genere sententiam facit generalem. Proxima autem adiungit explicationis gratia. St.] *Sapere* pro *intelligere.* Plautus, Pseud. I. 5. 81. *recte ego meam rem sapio. Animum flectere* dixit uti And. III. 2. 9. Virgilius, Georg. IV. 516. *Nulla Venus, nullique* animum flexere *hymenaei.* [*Procul hinc stans.* Bentleius recte edidit *procul hinc astans.* Nam *procul* non semper longum spatium significat, sed remotionem ex alio loco in alium. Itaque recte *procul esse* dicitur, qui tam prope adest, ut alterius sermonem audire possit. Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. I. 16. p. 153.]

4. *Fors fuat pol!*] Sensus est, q. d. Pollux fortunet rem. Ita Ausonius, Epist. XVI. Fors fuat, *ut si mihi vita suppetet, aliquid rerum tuarum, quamvis incultus, expoliam.* Vide Comment. maiorem.

So. Spéro ecastor. *La.* 'I ergo intro, et compóne, quae tecúm simul
Ferántur. dixi. *So.* Ita út iubes, faciám. *Pa.* Pater.
La. Quíd vis, Pamphile? *Pa.* Hínc abiré mátrem? minume. *La.* Quíd ita istuc vis?
Pa. Quía de uxore incértus súm etiam, quíd sim facturús. *La.* Quid est?
Quíd vis facere, nísi redducere? *Pa.* 'Equidem cupio: et víx contineor.

revocare vult causam abscessionis suae et ad filii culpam aut nurus. *Ibi ego te, et tu me feres.*] Aut quia noti inter nos sunt mores nostri: aut quia utrique una aetas est. Et sic pronuntia, quasi hoc ipsum necessitate decernat senex, cum dicit, *abi rus ergo hinc: ibi ego te, et tu me feres*, ipsa pronuntiatio querelam continet de filiis et senectute. — 5. *Spero ecastor.*] Mire non confirmavit mulier, sed *sperare* se dixit, memor iurgii pristini et senilis amaritudinis: maxime quod et ille non dixit, *Ibi nobis iucunde erit:* sed, *ibi ego te, et tu me feres. I ergo intro, et compone, quae tecum simul ferantur.*] Κωμικῷ χαρακτῆρι, et usu quotidiano, satisque moraliter: quia mulieres, *Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.* — 6. *Dixi.*] Denuntiatio est confirmandae sententiae, nec mutandae: et translata est de foro et causidicis. *Cicero: Praeco, dixisse pronuntiat.* *Dixi.*] Hoc verbum in fine additum superiora confirmat: et est proprium his, qui peroraverunt causam. *Pater.*] Ipsum nomen dehortationem significat, adiecta pronuntiatione. *Pater.*] Sic pronuntia, ut hoc vultuose dictum sit, *hinc abire matrem?* — 7. *Quid vis, Pamphile?*] Facete praesto *quid vis?* respondit. *Quid ita istuc vis?*] Rem supra audivit et personam: nunc causam quaerit, quasi dicat, *Esto ut nolis: quid tantopere non vis?* — 8. *Incertus sum etiam, quid sim facturus.*] Non, *quid faciam*, dixit: sed *quid sim facturus:* ut incerta molimina etiam verbis posset ostendere. *Quid est?*] Et *quid ita istuc vis?* et *quid est?* eo vultu pronuntiantur, ut consilium eius et verba videatur contemnere pater. — 9. *Quid vis facere, nisi reducere?*] Sic loquitur Laches, ut aliud Pamphilus respondere non au-

5. *Compone.*] H. e. ordina, para. Plautus, Mil. IV. 7. 21. *Omnia composita sunt, quae donavi, ut ferat.* [Broukh. ad Prop. I. 9. 13.] — *Dixi.*] Vide Phorm. II. 3. 90. 92. — *Pater.*] Cum gemitu dictum, uti And. V. 3. 18. Non cepit Donatus.

9. *Vix contineor.*] Explicat Donatus. Ennius: *Semper animus aeger errat, neque pati potest, Neque perpeti; nec unquam cupere de-*

Séd non minuam meúm consilium. ex úsu quod est, id pérsequar.
Crédo ea gratiá concordes mágis, si [non] redducám, fore.
La. Néscias. verúm id tua refert níhil, utrum illae fécerint,

V. 11. vulgo interpretantur: Uxor si viderit, se non praeponi matri meae, concedere ei moresque eius modestia sua discet tolerare. Sed audias Bentleium ita disputantem: „Qualis quaeso, inquit, ista *Concordia?* ubi desiit familiaritas et ipsa notitia. Qualis porro Lachetis responsio, *Nescias?* Quid *nesciat* Pamphilus? *nempe concordes fore, si non reducat.* Pergit tamen Laches, *Tua nil refert, cum haec aberit.* Cur vero haec *absit*, vel rus concedat, si *ea non reducitur?* Nonne haec Lachetis clare iudicant de *reducenda* uxore locutum esse Pamphilum, non de *non* reducenda?" Itaque deleto *non* sententiam per ironiam et simulationem efferendam esse censet pro *non credo*, ut Eunuch. I. 2, 18. V. 2, 23. Phorm. I. 2, 90. V. 9, 42.

V. 12. *id* om. Bemb. Vat. Basil. alii. Delevit Bentl. cum Faërno.

---

deat. Et ideo dicit, *Equidem cupio: et vix contineor.*] Ut reducam scilicet. Adeo magna causa est, non reducendi, ut cum velim, non possim. — 10. *Sed non minuam meum consilium.*] Caute satis, reducendi, inquit, cupiditas est: non reducendi consilium. *Id persequar.*] Non *sequar*, sed *persequar* ait, ut constantiam demonstraret. — 11. *Credo ea gratia concordes magis.*] Sententiose dixit, tunc posse inter se congruere et concordare mulieres, quum et illa esse desierit socrus, et illa nurus; haec enim inter illas est dissidiosa coniunctio. Et satis ingeniose dictum. Tolle enim inter mulieres proximitatem, et nulla causa discordiae est. *Concordes magis.*] Non *magis concordes*, verum pro *minus discordibus* dixit, an ut serviret sententiae? — 12. *Nescias.*] Utrum concordes futurae sint, an discordes. *Verum id tua refert nihil.*] Hoc verbum ex aliqua parte confirmantis est et consentientis. *Utrum illae fecerint.*] Utrum consentientes sint, an dissentientes. *Utrum.*] Unum

---

sinit. Plautus, Capt. III. 4. 60. *Enimvero iam nequeo* contineri. Rud. IV. 4. 128. Contineri, *quin complectar, non queo.*

10. *Non minuam meum consilium.*] Haec Pamphilus secum; sequentia ad patrem. Vide ad And. II. 3. 18.

11. *Concordes magis.*] Intelligit Sostratam et Philumenam.

Quándo haec aberit. ódiosa haec est aétas adolescéntulis.
'E medio aequom excédere est. postrémo iam nos fábulae

V. 13. vulg. *abierit*, quod Faërn. et Bentl. e libro Bemb. mutarunt.

---

de duobus significat. — 13. *Odiosa haec est aetas adolescentulis.*] Supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiae: nunc et uxori placatus, et nurui parcens, odiorum causam a personis transtulit ad aetates; sed ita tamen, ut magis iuniores accusaret, ei de adolescentibus questus, commiseratur senes. *Odiosa haec est aetas.*] *Haec* cum gemitu pronuntiandum est. — 14. *E medio aequom excedere est.*] Utrum ex urbe rus: an ex vita in mortem? Et satis moraliter; nam *in medio stare* dicitur supervacuus

---

13. *Odiosa haec est aetas adolescentulis.*] Δεικτικῶς dixit, *haec aetas*, se et Sostratam indigitans, q. d. nostrum senium. Caecilius apud Cic. de Senect. cap. 8 *Tum equidem in senecta hoc deputo miserrimum, Sentire ea aetate, esse se odiosum alteri.* Dixit autem *adolescentulis*, uti Heaut. III. 3. 41.

14. *E medio aequom excedere est.*] H. e. e publico et celebritate hominum in locum secretum abire. Vide Comment. maiorem. — *Postremo iam nos fabulae sumus, senex atque anus.*] Respicit morem, quo fabulam narraturi ita incipiebant: *Senex atque anus.* Ita Plautus, Stich. IV. 1. 33. *fuit olim, quasi ego sum, senex.* Et, qui in ore hominum versatur, *fabula esse* dicitur. Ovidius, Amor. III. 1. 21. Fabula, *nec sentis, tota iactaris in urbe.* Sed et vita functi *fabula fieri* dicuntur. Horatius, Carm. I. 4. 16. *Iam te premet nox*, fabulae*que manes.* Persius, V. 151. *Indulge genio, carpamus dulcia: nostrum est, Quod vivis: cinis, et manes, et* fabula *fies.* [*Nos fabulae sumus* i. e. nos nullo numero sumus. Veteres tum homines tum res contemtus causa promiscue *fabulas* et *nugas* dicunt. Cic. ad Attic. VI. 3. *amicos habet meras nugas.* Id. ad Quint. fratr. I. 2. *ego nugas maximas omni mea comitate sum complexus.* Horat. Carm. I. 4. 16. *iam te premet nox, fabulaeque manes.* *Ruhnk.* — Vereor ut haec explicatio cuiquam placeat. Recte verba intellexerunt Guyetus et Tan. Faber cum Anna Dacieria ad h. l. et v. Muret. Varr. Lectt. XVIII. 18. Weitz. ad Petron. CXI. p. 512. ed. Burm. Intpp. ad Horat. Epod. XI. 8. Ceterum Guyetus et Tanaq. Faber recte videntur legere *fabula.* St.]

Sumus, Pámphile, senex átque anus.
Sed vídeo Phidippum égredi per témpus: accedámus.

vel molestus. Et cum stomacho dixit senili. — 15. *Iam nos fabulae sumus, senex atque anus.*] Pronuntia *senex atque anus*, quasi initium fabulae, τῷ ἰδιωτισμῷ additum, *Pamphile. Senex atque anus.*] Haec duo nomina, ut posita sunt, caput indicant et inceptionem huiusmodi fabularum.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

PHIDIPPUS. LACHES. PAMPHILUS.

Ph. Tibí quoque iratus aédepol sum, Philúmena,
Gravitér quidem: nam hercle ábs te factum 'st túrpiter.

V. 1. ante Bentl. erat *aedepol iratus sum*, quod ex uno eoque vetustissimo cod. mutatum.
V. 2. Bentl. ex codd. suis: *ábs te èst factum.*

Tibi quoque aedepol.] *In hac scena ultimus error est, vicinus καταστροφῇ.* — 1. *Tibi quoque aedepol sum iratus.*] Quasi dicat, non solum matri tuae, sed etiam socrui tuae. *Tibi quoque aedepol.*] Recte: nam et amicos incusamus leniter incipientes, et graviora inferentes. Hanc ergo partus causa leniter incusat; deinde confirmat, inferendo, *graviter quidem.* Et statim causam subiungit, cur quidem ei irascatur. — 2. *Factum est turpi-*

1. *Tibi iratus sum.*] Ita And. IV. 1. 14. Plautus, Capt. III. 5. 57. *Cur iratus mihi es?* Loquitur haec senex domo egrediens.

2. *Graviter.*] H. e. valde, vehementer. Contra Plautus, Cistell. I. 1. 87. *Ut me, quam ego amarem graviter, sineret cum eo vivere.* [*De hac re*, quod ad hanc rem attinet. Phidippus intelligit:

Etsi tibi causa est de hac re, mater quae te impulit:
Huic vero nulla est. *La.* Opportune te mihi,
Phidippe, in ipso tempore ostendis. *Ph.* Quid est?
Pa. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?
La. Dic filiae, rus concessuram hinc Sostratam:
Ne revereatur, minus iam quo redeat domum. *Ph.* Ah!

V. 6. Bentl. *operiam*, ex codd., sc. Philumenam ex alio viro peperisse. Recte. Alii *aperiam*.

---

ter.] Quod abscesserit domo mariti. — 3. *Etsi tibi causa est de hac re.*] *Causam* more suo pro defensione posuit. Sic in Phormione, *Quid mihi dicent, aut quam causam reperient? Demiror.* Et quae causa fuerit, ipse dicit: *mater te impulit. Mater te impulit.*] Absolute: deest enim *nam*, ut sit, *Nam mater te impulit. Mater te impulit.*] Qualitas remotiva. — 4. *Huic vero.*] Ipsi matri scilicet. *Opportune, te mihi, Phidippe in ipso tempore.*] Utrum ταυτολογία est? an *opportune*, quia volebam: et *in tempore*, quomodo volebam? an, *opportune*, mihi: *in ipso tempore*, tibi: id est, et mihi, et tibi commode evenisti. — 5. *In ipso tempore ostendis.*] Ostenditur nobis id quod quaerebamus. *Opportune*, et *in ipso tempore*, non est idem. Etenim *opportune* dicimus, quum verbi gratia, invitati ad ipsum tempus incipientis prandii venimus: *in ipso tempore*, cum iam prandio apposito. — 6. *Aut quo pacto aperiam?*] Hoc modo ostendit, nec esse quod simulet: nec id quod verum est, dicendum sibi esse. — 7. *Dic filiae, rus concessuram hinc Sostratam.*] Blande non addidit *tuae*: quasi dicat communi filiae. Et bene, non *socrum*, sed *Sostratam*. — 8. *Ne revereatur.*] Bene *revereatur*: ne odisse Sostratam, sed metuere videatur: et quasi ipsa socrus non odium metuerit, sed reverentiam. *Minus iam quo redeat domum.*] Τμῆσις cum ἀναστροφῇ, ut sit ordo, *quo minus*

---

quod te gravidam esse celasti; Laches vero adhuc in ea est opinione, ut putet sermonem esse de discessu a socru. St.]

5. *Ostendis.*] *Ostendere* se alteri, est necopinanti occurrere. Ita infra V. 1. 31. Phorm. V. 6. 63.

6. *Aperiam?*] H. e. eloquar. Adelph. Prol. 23: Nisi forte legendum *operiam*, h. e. occultabo. Vide supra III. 3. 28.

Nullám de his rebus cúlpam commerúit tua:
A Mýrrhina haec sunt mea úxore exórta ómnia.
Pa. Mutátio fit. *Ph.* Éa nos perturbát, Laches.
Pa. Dum né reducam, túrbent porro, quám velint.
Ph. Ego, Pámphile, esse intér nos, si fierí potest,

V. 11. Ita Bentl. Vulgo haec omnia Phidippo continuantur.
V. 12. Bentl. ex coni. *turbet* et *velit*, ut haec ad solam referantur Myrrhinam. Nunc etiam senes intelliguntur.

---

redeat. — 9. *Nullam de his rebus culpam.*] Relatio criminis potest videri. *Tua.*] Deest *uxor*; quod nomen inferius posuit. *Tua.*] Cum percussione audiendum est, ut subaudiatur *uxor*, ab eo quod dicturus est, *uxore.* — 11. *Mutatio fit.*] *Mutationem*, suspicionem dicit, erroremque iurgantium. *Mutatio.*] Deest quarum rerum mutatio; ergo mutatio criminum, aut culparum. *Mutatio fit.*] Criminis scilicet et peccati: id est, vel mea uxor crimen tuae sustinet: vel tua ad meam translata est culpa. *Ea nos perturbat Laches.*] *Ea:* non *ea mutatio*, sed *uxor*, hoc est, Myrrhina. — 12. *Dum ne reducam, turbent porro.*] Quomodo est pius erga matrem Pamphilus, si parvi facit, utrum socrus sua perturbetur, an mater a senibus? Solvitur sic: quia *quam* non est generis foeminini, sed est *quantum*. *Turbent*, errent et tumultuentur, significat: vel *turbentur*. *Turbent porro, quam velint.*] Quantum velint: aut eam, quam velint, mulierem; sed melius est quod supra diximus. — 13. *Ego Pamphile.*] Hoc pronomen initium continet ora-

---

9. *Culpam commeruit.*] Ita Phorm. I. 4. 29. Plautus, Aul. IV. 10. 8. *Me culpam commeritum scio.* [*De his rebus*, quod attinet ad has res, ut v. 3. St.]

11. *Mutatio fit.*] Intelligitur mutatio criminis; q. d. culpa iam non amplius in tua domo haeret, sed in mea; a mea enim uxore exorta sunt omnia, non a tua, idque perturbat nos. Vide Comment. maiorem. Cfr. Scaliger ad Varr. p. 232. [*Mutatio fit.* Sunt verba Pamphili, quae aversus a senibus loquitur. Vid. Bentleius ad h. l.]

12. *Turbent porro.*] H. e. tumultuentur et litigent. Plautus, Mostell. III. 1. 15. *Pergam turbare porro.* Virgilius, Aen. VI. 800. *Et septem gemini turbant trepida ostia Nili.* Nisi forte *turbent* notat *intricent, impediant*, et rebus difficultatem addant. [*Turbent* h. e. litigent, tumultuentur. Virgil. Ecl. I. 12. *usque adeo turbatur agris.* Bentleius corrigit *turbet*, scilicet Myrrhina, quae lectio melius respondet verbis: *ea nos perturbat.* — *Quam velint* i. e. quantum velint. Cic. de N. D. II. 17. *hic quam volet Epicurus iocetur.* Idem pro Coel. c. 26. *quam velit, sit potens.*]

Adfinitatem hanc sane perpetuam volo.
Sin ést, ut aliter túa siet senténtia,
Accípias puerum. *Pa.* Sénsit peperisse. óccidi!
La. Puerúm? quem puerum? *Ph.* Nátus est nobís nepos.
Nam abdúcta a vobis praégnans fuerat fília,

V. 18. Faërn. et Bentl. ex codd. *praegnas*; quae scriptura alibi quoque obvia est. Iidem etiam mox *praegnatem*.

---

tionis graviter inceptae: ut, *Ego, postquam emi te a parvulo.* *Si fieri potest.*] Interposuit, ut supercilium soceri demonstraret. *Si fieri potest.*] Recte additum, *si fieri potest:* quia non convenit rogari a socero generum, ut supra dixi. — 14. *Hanc sane perpetuam volo.*] Iam enim est confirmata: sed *perpetuam* cupit. — 15. *Sin est ut aliter tua siet sententia.*] Τῷ εὐφημισμῷ vitavit illud quod est ominosum, ne *discidium* diceret, ut *Virgilius, gravior ne nuncius aures Verberet.* — 16. *Accipias puerum.*] Iure: quia liberi patrem sequuntur. Et mire hoc maxime adiecit, quod maxime recusat Pamphilus: et propter quod uxor quoque non reducitur. Et *accipias:* pro *accipe:* ut *quiescas*, pro *quiesce.* *Sensit peperisse, occidi!*] Hoc maxime inopinatum est Pamphilo: quia socrus promiserat omnes ignoraturos. *Sensit.*] Proprie sic. — 17. *Puerum! quem puerum?*] Moraliter primo dubitat quid audierit: deinde quasi certus quid audierit, admiratur, dicendo: *quem puerum? Puerum! quem puerum?*] Bene cum consternatione animi: quod numquam fando acceperat. *Natus est nobis.*] Bene, quia ambo avi. — 18. *Nam abducta a vobis.*] Bene, non *abierat*, sed *abducta fuerat:* ut magis sit culpa matris. *A vobis.*] Pro, a Pamphilo. *Nam abducta a vobis praegnans fuerat.*] Hoc totum cum indignatione in uxorem pronuntiandum est. —

---

14. *Adfinitatem perpetuam.*] Ita supra II. 2. 10. Infra IV. 4. 101. Virgilius, Aen. I. 73. *Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.*

16. *Accipias puerum.*] Leges de liberis divortio facto ab alterutro parentum alendis definiunt Celsus, l. 19. D. de Statu hom. et Ulpianus l. 24. D. Eod. Vide Comment. maiorem. — *Sensit peperisse. occidi!*] Haec secum et ad spectatores conversus loquitur Pamphilus. Perturbatur autem, intelligens partum Philumenae innotuisse Phidippo, quia socrus promiserat, se daturam esse operam, ut clam eveniret partus patrem, atque adeo omnes. Supra III. 3. 36.

Neque fuisse praegnantem úmquam ante húnc scivi diem.
***La.* Bene, ita me Di ament! núncias: et gaúdeo,**
Natum illum, et [tibi] illam sálvam. sed quid múlieris
Uxórem habes? aut quíbus morátam móribus?
Nosne hóc celatos tám diu? nequeó satis,
Quam hóc mihi videtur fáctum prave, próloqui.

V. 21. Bentl. *tibi* delevit, cuius in libris incerta sedes est.

---

19. *Neque fuisse praegnantem.*] *Praegnans* est *ante gnatum*, vel *ante genitricem*: est enim *prae ante*. — 20. *Bene, ita me Di ament!*] Agit gratias nuntianti: gratulatur ob susceptum nepotem: gaudet liberatam nurum. — 21. *Natum illum, et tibi illam salvam.*] Proprium affectum refert, sibi nepotem, illi filiam esse servatam. *Et tibi illam salvam.*] Recte *tibi*, quia pater puerperae est, cui dicit. *Sed quid mulieris uxorem habes?*] *Quid mulieris*, dixit: ne diceret, *qualem mulierem*, aut aliquid gravius. Et totum percunctative potius, quam pronuntiaret, et diceret, *Pessimam mulierem, et male moratam uxorem habes.* Et reprehensio est cum contemtu; sic et, *Quid hominis?* ut *Virgilius*, *Tu mihi quodcunque hoc regni.* At contra cum honore sic dicimus, *Quem hominem habes?* — 22. *Moratam.*] Id est, institutam. Et est participium sine verbo. — 23. *Nosne hoc celatos.*] Non partum celatos dicit: sed praegnantem filiam fuisse. *Nequeo satis proloqui.*] Magna exaggeratio. — 24. *Quam hoc mihi videtur factum prave.*] Totum modeste, quamvis indignetur: quia apud

---

19. *Umquam ante hunc scivi diem.*] Ita Plautus, Menaechm. III. 2. 35. *Non edepol ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem Vidi, neque novi.*

20. *Bene nuncias.*] Formula gaudentis ob laetum nuncium. Ita Heaut. I. 2. 10.

21. *Quid mulieris uxorem habes?*] Donatus recte *reprehensionem cum contemtu* vocat. Ita Eun. V. 1. 17. Catullus, VI. 4. *Verum nescio, quid febriculosi Scorti diligis.* [Ita *quid* cum genit. saepe cum contemtu et admiratione ponitur. St.]

[22. *Moratam moribus* i. e. praeditam. *Moratus* in utramque partem dicitur de eo, qui vel bonis vel malis moribus praeditus est. Liv. XXVI. 22. *multitudinem melius moratam.* Idem XLV. 23. *si hoc in hac tam bene morata civitate accidere potuit.*]

24. *Videtur.*] More comico indicativum usurpavit pro subiun-

Ph. Non tibi illud factum minus placet, quam mihi,
Laches.
Pa. Etiámsi dudum fúerat ambiguum hóc mihi:
Nunc nón est, quum eam séquitur alienús puer.
La. Nullá tibi, Pamphile, híc iam consultátio 'st.
Pa. Perii! *La.* Húnc videre saépe optabámus diem,

V. 25. Bentl. *Non mihi illud factum minus dolet quam tibi, Lache.* Recte habet postrema Donati explicatio, quam Bentl. repudiavit.

V. 27. vulgo erat *consequitur*, quod a Bentl. aliisque ex codd. mutatum.

---

maritum uxor non est vehementius accusanda. *Quam hoc mihi.*] Quod praegnans fuerit filia: non quod natus est puer. — 25. *Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.*] Utrum quia minus et magis, quoniam sequitur * an εἰρωνεία est? ut sit ordo, non minus mihi placet, quam tibi. Et *placet*, pro *displicet* intelligamus? ut alibi, *Nunc me hospitem Lites sequi, quam hic mihi sit facile atque utile, Aliorum exempla commonent.* *Non tibi illud factum.*] Sub εἰρωνεία est dictum; hoc enim ait, *Tantundem tibi placet hoc factum, quam mihi.* Alibi, *Nunc me hospitem lites sequi, etc.* — 27. *Quum eam consequitur alienus puer.*] *Alienus:* quod senes gratulantur, id maxime laedit Pamphilum. *Consequitur alienus puer.*] Μεταφορὰ a pecoribus, quae, ut mox nata fuerint, matres sequuntur. *Virgilius, Atque ipsae memores redeunt in tecta, suosque Deducunt.* — 28. *Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatio 'st.*] De reducenda scilicet uxore. — 29. *Pe-*

---

ctivo. [Non comicus tantum hic mos est. v. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 98. Heusing. ad Cic. de Offic. II. 5, 4. Matthiae ad Cic. or. pro Rosc. Am. §. 83. St.]

[25. *Non tibi illud factum.* Nullus in his verbis sensus est. Bentleius ex vi sententiae emendat *non mihi illud factum minus dolet quam tibi.* Par locus est supra IV. 2. 30. *haec res non minus me male habet, quam te.* Ruhnk.] [Nescio cur haeserint viri ingeniosissimi. Sententia est: *mihi hoc factum aeque displicet atque tibi.* St.]

27. *Eam consequitur alienus puer.*] Metaphoram recte explicat Donatus. Quod Aelianus Var. Hist. I. 6. de testudinibus maximis testatur. Horatius, Carm. I. 23. 11, *Tandem desine matrem Tempestiva sequi viro.* Quo loco simul respicitur mos veteris Graeciae et Italiae, ubi filiae speciatim in matrum custodia erant domi. Eadem ratione *partus sequi ventrem* dicitur. Adde Donatum.

29. *Videre diem.*] H. e. vivere tam diu, donec ille dies illu-

Quum ex te ésset áliquis, quí te appellarét patrem.
Evénit: habeo grátiam Dis. *Pa.* Núllus sum!
La. Redúc uxorem, ac nóli advorsarí mihi.
Pa. Patér, si ex me illa líberos vellét sibi,
Aut se ésse mecum núptam: satis certó scio,
Non mé clam haberet, quód celasse intélligo.
Nunc, quum éius alienum ésse a me ánimum séntiam,

V. 35. Bentl. *non clám me haberet*, ex codd.

V. 36. Bentl. *alienum a me esse*, ex codd., quia *a me* male in thesi occultetur.

rii!] Hoc sibi ipse Pamphilus dicit. — 30. *Quum ex te esset aliquis, qui appellaret patrem.*] Bene hoc putavit, quod Pamphilo non videtur, hoc est, ex illo esse, quod natum est. — 31. *Evenit.*] Proprie *evenit*; ideo et *bonorum eventus* dicitur. *Nullus sum!*] Ipse sibi iterum. Hoc ulterius est, quam *perii*: quia quum aliquis perit, reliquum vel cadaver est. — 32. *Ac noli advorsari mihi.*] Causam interposuit senex, quo magis faceret filius, non recusaret. — 33. *Si ex me illa liberos velles sibi.*] Ut appareret, tantum commentus est causam. *Si ex me illa liberos vellet sibi.*] Nactus est Pamphilus ex verbis senis causam aliam discidii. — 34. *Aut se esse mecum nuptam.*] Vetuste *mecum nuptam* dixit. Et recte: quia partus confirmat nuptias. Et melius, *nuptam mecum*: quasi tectam et opertam uno cubiculo mecum. *Nubere* enim est operiri tegique: unde et *nubes*, quod tegere solent coelum, dicuntur. *Virgilius*, *arsurasque comas obnubit amictu.* — 35. *Non me clam haberet.*] Id est, non tacuisset, partumque celasset. *Quod celasse intelligo.*] Non dixit *natum filium*: ne interposito affectu molliretur iratus. — 36. *Nunc, quum eius alienum esse a me animum sentiam.*] A prae-

risset. Cicero, Parti. X. 12. *Atque utinam praesens illum* diem *mihi optatissimum* videre *potuissem!* Vide Adelph. III. 3. 30.

30. *Quum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.*] Idem fere Didonis votum, Virg. Aen. IV. 327. *Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset Ante fugam soboles, si quis mihi parvulus aula Luderet Aeneas, qui te tantum ore referret.*

34. *Se esse mecum nuptam.*] Ita supra IV. 1. 23. Phorm. V. 3. 34.

Nec conventurum intér nos posthac árbitror:
Quamobrém reducam? *La.* Máter quod suasít sua,
Adoléscens mulier fécit. mirandúmne id est?
Censén' te posse réperire ullam múlierem,
Quae cáreat culpa? an quia non delinquúnt viri?
Ph. Vosmét vidéte iám, Lache, et tu Pámphile,
Remíssan' opus sit vóbis, reductán domum.

V. 37. Bentl. cum Mureto censet *arbitrer* scribi oportere. Idem *esse* vulgo ante arbitror interpositum codd. auctoritate delevit.

V. 43. vulgo: *an reducta domum*, quod ex codd. a Bentl. emendatum.

---

senti tempore. — 37. *Nec conventurum.*] A futuro. — 38. *Quamobrem reducam?*] Firmior conclusio facta est per interrogationem, quam si esset pronuntiativa. *Mater quod suasit sua.*] A derivatione causae defensio: et praeterea status est venialis, ab impudentia descendens. *Sua.*] Pro *eius*: ut *Namque suam patria antiqua civis vates habebat.* — 39. *Adolescens mulier fecit.*] Multa dixit: et *mater sua*, et *adolescens mulier*. Et quasi docet hoc exemplo, parendum patri esse. *Mirandumne id est?*] Bene *mirandum*, non *irascendum*, dixit. Miramur enim magis, si amici peccaverint, quam irascimur. — 40. *Reperire ullam mulierem.*] Quasi dicat, si hanc repudiaveris. — 41. *An quia non delinquunt viri?*] Elleiptice dictum: non enim non delinquunt. — 42. *Vosmet videte iam, Laches, et tu Pamphile.*] Nec rogare socerum, nec interesse convenit, ubi certior sit ad repudiandum gener. *Vosmet videte iam, Laches.*] Virgilius, *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti.* — 43. *Remissam opus sit vobis, an reductam domum.*] In veris codicibus sic est, *remissan', an reducta*: ut sit *remissane, an reducta*. —

---

37. *Nec conventurum inter nos.*] Ita Plautus, Trin. III. 1. 22. *Nescio quid non satis* inter eos convenit. [Servato *arbitror* haec per parenthesin accipienda. St.]

39. *Adolescens mulier.*] Ita vocat iam nuptam, uti Phorm. V. 1. 4. et *puellam* supra II, 1, 34.

41. *An quia non delinquunt viri?*] Sensus est, an ita censes, mulieres esse debere vacuas omni culpa, quia viri non delinquunt? Id autem vult, viros etiam saepius peccare. Similis constructio est infra V. 2. 18.

43. *Remissane opus sit vobis.*] Sensus huius loci hic est: utrum putetis utile vobis esse illam remitti ad me, i. e. repudiatam manere apud me, an reduci a Pamphilo. [Hunc versum Faërnus et

Uxór quid faciat, ín manu non ést mea:
Neutra ín re vobis dífficultas á me erit.
Sed quíd faciemus púero? *La.* Ridiculé rogas:
Quidquíd fúturum 'st, huíc suum reddas scilicet,
Ut alámus nostrum. *Pa.* Quem ípse neglexít pater,
Ego alám? *La.* Quid dixti? eho! an nón alemus,
Pámphile?

44. *Uxor quid faciat, in manu non est mea.*] Ordo, *Uxor mea quid faciat, in manu non est:* deest *eius*, ut sit: in manu eius non est: sed in mea potestate positum est. *In manu non est.*] Uxoris scilicet. Et est ordo, *uxor mea quid faciat, in manu eius non est.* — 45. *Neutra in re vobis difficultas.*] Promittit facilitatem suam: ut tamen uxor roganda sit. An aliter, et ut supra annotavimus? — 46. *Sed quid faciemus puero?*] *Quid me fiet?* et *quid fiet mihi?* dicitur. *Sed quid faciemus puero?*] Qui utique, quicquid erit, patri reddendus est. *Ridicule rogas.*] *Ridicule* vel adverbium esse potest, vel nomen: si nomen est, subdistingue *ridicule:* et sic interroga cum vi pronuntiationis. — 47. *Huic reddas.*] Pamphilo scilicet. *Huic suum reddas scilicet.*] Sic dixit, *huic suum*, et *reddas;* quasi reposcat Pamphilus. Et non subiunxit, *ut alat*, sed, *ut alamus:* ut sua quoque interesse monstraret. — 48. *Ut alamus nostrum.*] Scilicet Pamphili filium, nepotem meum, utrumque nostrum. *Quem ipse neglexit.*] Si *ipse* legeris, clare dictum est: si *ipsa* lenius est: et videbitur senex obmurmurationem eius intellexisse, quod nolit puerum tolli: et ideo adpositum, *quid dixti? eho! an non alemus, Pamphile? Quem ipse neglexit.*] Legitur et *ipsa*, et hoc est melius: ut sit *pater* vocativus casus. *Quem ipsa neglexit, pater, ego alam?*] Hic sibi obmurmurans, vultu et verbis ostendit nolle suscipere filium. — 49. *An non alemus, Pamphile?*]

Bentleius ex veteribus libris ita restituerunt: *remissan opus sit vobis reductan domum* i. e. utrum vobis utile esse putetis illam remitti ad me, an reduci domum. *Ne ne* ponitur pro *ne an.* Tibull. IV. 5. 20. *quid refert clamne palamne roget? Opus esse* dicitur, e quo utilitas ad nos redit. Cic. de Orat. II. 10. *etiamsi opus est, tamen minus est necessarium.* Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 15.]

44. *In manu non est mea.*] Ita supra III. 5. 43. Donatus non cepit. Vide Comment. maiorem.

48. *Quem ipse neglexit pater, ego alam?*] Priora illa, *quem ipse neglexit pater*, ad spectatores conversus, *ego alam?* patri Lacheti dicit Pamphilus.

49. *Quid dixti?*] Formula increpandi et corripiendi. Ita And. III. 4. 14. Eun. V. 7. 16. Heaut. II. 3. 100.

Prodémus, quaeso, pótius? quae haec améntia est?
Enimvéro prorsus iám tacere nón queo:
Nam cógis ea, quae nólo, ut praesente hóc loquar.
Ignárum censes tuárum lacrumarum ésse me?
Aut quíd sit id, quod sóllicitere ad húnc modum?
Primum hánc ubi dixti caúsam, te propter tuam
Matrém non posse habére hanc uxorém domi:
Pollícita est ea, se cóncessuram ex aédibus.
Nunc, póstquám ademtam hanc quóque tibi causám vides;
Puér quia clam te est nátus, nactus álteram es.
Errás, tui animi sí me esse ignarúm putas.

V. 54. Bentl. ex codd. suis: *quid sit hoc.*

Quod faciendum sit, a contrario vult senex pronuntiatione demonstrare, quod scelus sit non fecisse. — 50. *Prodemus, quaeso, potius?*] Deseremus, proiiciemus, porro dabimus. *Virgilius, unius ob iram Prodimur.* Nam a quo defendendi sumus, si nos deserit pater? — 51. *Enimvero prorsus iam tacere.*] Multa reticentia de filiorum vitiis, et defensione quoque apud soceros uti parentes, saepe *Terentius* demonstravit, et praecipue in Andria, quum dicit, *Ego illud sedulo Negare factum: ille instat factum. Iam tacere non queo.*] Quamvis tacendum sit. — 53. *Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?*] Coniectura, quod amet meretricem Pamphilus. *Ignarum tuarum lacrumarum esse me?*] Apparet illum a Sostratà hoc audivisse; nam ipse filium deprehenderat flentem. — 54. *Sollicitere.*] Perturberis, commoveare. *Ad hunc modum?*] Id est, immoderate. — 55. *Primum, hanc ubi dixti causam.*] A summo ad imum. — 59. *Nactus alteram es.*] *Nancisci* proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, ante quam possit repe-

---

50. *Prodemus.*] Ita Heaut. IV. 1. 26.

53. *Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?*] Veram causam lacrumarum Pamphili ignorabat Laches, de amore meretricio intelligens, quas ille commiseratione et amore Philumenae fundebat. Vide supra III. 2. 20. et III. 3. 25.

57. *Se concessuram.*] Id pollicita est Sostrata supra IV. 2. 21. et IV. 4. 7.

60. *Erras.*] Ita Menedemus itidem ad filium, Heaut. I. 1. 53.

Aliquándo tandem huc ánimum ut adiungás tuum,
Quam lóngum spatium amándi amicam tíbi dedi?
Sumtús, quos fecisti ín eam, quam animo aequó tuli?
Egi átque oravi técum, uxorem ut dúceres.
Tempús dixi esse. impúlsu duxistí meo.
Quae tum, óbsecutus míhi, fecisti ut décuerat,
Núnc ánimum rursum ad méretricem induxtí tuum:
Cui tu óbsecutus, fácis huic adeo iniúriam.

V. 61. Bentl. ex codd. suis: *ut adducas tuum*, ut V. 3, 38.

rire quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit. — 61. *Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum.*] Mire est temporis invectio: et *aliquando tandem ut adiungas*, deest *fac:* sed plenum pronuntiatione est. — 62. *Quam longum spatium.*] Ab ante actis. — 63. *Sumtus, quos fecisti in eam.*] Recte hoc dixit, quia impetrabilior esse debet indulgentissimus pater, ut alibi, *Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, Quae meo cumque animo libitum est, facere: ein' ego ut advorser?* — 64. *Egi, atque oravi.*] *Agit*, qui iustam rem dicit: *orat*, qui animo demisso precatur, ut quasi beneficium praestetur sibi. — 65. *Tempus dixi esse.*] *Tempus:* quia diu multumque sustinuit. *Impulsu dixisti meo.*] Multum valet ad suadendum laudatio eius, apud quem agimus: et ex ea parte laudatio, qua illum volumus inflecti. — 66. *Quae tum, obsecutus mihi, fecisti, ut decuerat.*] Ordo, *Quae fecisti tum obsecutus mihi, ut decuerat. Quae tum, obsecutus mihi, fecisti.*] Iuveniliter satis, quia non dixit, *Multum amans.* — 67. *Nunc animum rursum ad meretricem.*] Hoc vultuose et demisso labro: ut appareat invitum adduci ad reprehendendum, qui laudaverit modo. — 68. *Cui*

61. *Huc animum adiungas.*] Ita And. I. 1. 29. [De indicativo *dedi* cfr. annot. ad vers. 24. St.]

63. *Sumtus, quos fecisti.*] Ita And. II. 6. 19. Heaut. I. 1. 78. IV. 5. 6. Adelph. V. 3. 21.

64. *Egi atque oravi tecum.*] Aut traiectio est, qualis illa Adelph. V. 7. 19. aut Plautino more dixit *oravi tecum.* Ita ille Rud. III. 4. 68. *oro tecum senex*, et passim alibi. [Posterius verum. Nam *tecum* et ad *oravi* et ad *egi* referendum. St.]

65. *Impulsu duxisti meo.*] Ita supra II. 1. 45. Plautus, Pers. IV. 4. 48. *Suasu atque impulsu meo.*

67. *Animum ad meretricem induxti.*] Similis locutio est infra V. 3. 38.

Nam in eándem vitam té revolútàm dénuo
Video ésse. *Pa.* Mene? *La.* Te ípsum. Et facis iniúriam,
Quum fingis falsas caúsas ad discórdiam,
Ut cum ílla vivas, téstem hanc quum abs te amóveris.
Sensítque adeo uxor: nam eí caussa alia quaé fuit,
Quamobrem ábs te abiret? *Ph.* Pláne hic divinát: nam id est.
Pa. Dabo iúsiurandum, níhil esse istorúm, tibi. *La.* Ah!

V. 71. Bentl. ex codd. *Confingis*, puncto post discordiam posito. Vulgatum non displicet.

---

tu obsecutus.] O meretricis superbiam non ferendam! *Facis huic.*] Scilicet uxori. — 69. *Nam in eandem vitam.*] Parcius *vitam* dixit, quam *flagitium atque libidinem.* *Te revolutum denuo.*] Non *redisse*, sed *revolutum esse:* tamquam invitum aut nescium; relinquit enim quandam veniam, ut velit esse correctior. — 70. *Mene?*] Hoc genus interrogationis negativam habet significationem. *Et facis iniuriam.*] Pro, *facis iniuste.* — 72. *Ut cum illa vivas.*] Gravius est cum meretrice vivere, quam meretricem amare. *Testem hanc quum abs te amoveris.*] Laudata est hic uxor modesta, quum illam *testem*, non *impeditricem* appellet socer. — 73. *Sensitque adeo uxor.*] Aliud argumentum, quo vult in Pamphilum referre, non solum illius, sed etiam uxoris culpam. Et hic vide non accusari socrum. — 74. *Plane hic divinat.*] *Divinat* dixit pro *verum dixit.* Et nota *divinat* de praeterito dictum. Unde proverbium, *Aiunt divinare sapientem;* quia qui dicit verum, divinus est. — 75. *Dabo iusiurandum.*] Ubi argumenta

---

69. *In eandem vitam te revolutum.*] Proprie dixit Virgilius, Aen. IV. 691. *Ter* revoluta *toro est.* Proxime accedit metaphora sacra. 2. Petr. II. 22. vide Ioh. Vorstium de Adag. N. Test. cap. 4.

72. *Ut cum illa vivas.*] Ita Eun. V. 9. 43. Adelph. III. 4. 31.

72. *Hanc quum abs te amoveris.*] Ita Plautus, Asin. I. 2. 74. *Quae discipulum semidoctum abs te amoveres.*

74. *Divinat.*] Haec Phidippus ad spectatores conversus dicit. Est autem *divinare* a deo inspiratum dicere verum, quod et *divinitus scire* notat. Hinc *divinus* est vates. Et *divinatio* iudicium, ubi res coniecturis probabilibus agitur. — *Id est.*] Errat Phidippus, nesciens vitium Philumenae ante nuptias illatum.

75. *Dabo iusiurandum.*] Ita Adelph. II. 1. 11. Infra V.

Redúc uxorem: aut, quámobrem non opus sít, cedo.
***Pa.* Non ést nunc tempus. *La.* Púerum accipias: nam is quidem**
In cúlpa non est. póst de matre videro.
***Pa.* Omníbus modis misér sum: nec, quid agám, scio:**
Tót mé nunc rebus míserum concludít pater.
Abíbo hinc, praesens quándo promoveó parum:
Nam púerum iniussu, crédo, non tollént meo;
Praesértim in ea re quúm sit mi adiutríx socrus.
***La.* Fugis? hém! nec quidquam cérti respondés mihi?**

et testimonia deficiunt, ibi iureiurando opus est: et id est ἄτεχνος πίστις. *Nihil esse istorum.*] Satis concinne dixit *istorum*, ne in singulis commoraretur. — 76. *Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus sit, cedo.*] Quia Pamphilus hoc solum defendit, non id esse, quod pater putat: nec causam, quae vera sit, protulit: ideo senex relicta tota quaestione, rediit ad id quod agitur, et ait, *reduc uxorem:* aut dic, quae res vetat. *Non opus sit.*] Reducta scilicet. — 77. *Non est nunc tempus.*] Quia socer adest. Et oratorie confugit ad deditionem, defensione titubante. *Accipias.*] Pro *accipe*. Causa cur accipiat. *Nam is quidem in culpa non est.*] In hoc dicto est quaedam faceta irrisio eius, qui nimis iracundus sit. — 78. *Post de matre videro.*] Bene *de matre* concedit, ut de puero extorqueat: quia scit parentum concordiam firmam esse per filios. — 79. *Omnibus modis miser sum.*] Quid est, *omnibus modis?* utrum et circa parentem, et circa uxorem? an et in reducenda, et in non reducenda? *Miser sum.*] An *miser sum*, cui maxime obtruditur, quod maxime fugio, id est, puer? — 80. *Concludit pater.*] Translatio de fera indagata. Sic *Cicero*, *circumdatos Verri cancellos* ait. — 82. *Nam puerum, credo.*] Omnia facit poëta, ne aut rem palam faciat, aut intercedat divortium. — 83. *Adiutrix socrus.*] Quae dixit, *Continuo exponetur.* — 84. *Fugis? hem!*] Ex verbis patris ostendere voluit, quid agat Pam-

---

1. 24. Plautus, Merc. IV. 4. 50. *Conceptis verbis iam* iusiurandum dabo.

78. *In culpa non est.*] Supra III. 1. 19.

80. *Concludit.*] Premit, urget. Vide ad And. II. 3. 12.

82. *Iniussu meo.*] Supra IV. 1. 47. Phorm. II. 1. 1. Cicero, Att. XIII. 21. *Dic mihi, placetne tibi primum edere* iniussu meo?

Num tíbi videtur ésse apud sesé? sine.
Puerúm, Phidippe, míhi cedo; ego alam. *Ph.*
Máxume.
Non mírum fecit úxor, si hoc aegré tulit.
Amárae mulierés sunt: non facile haéc ferunt.
Proptérea haec ira 'st. nam ípsa narravít mihi.
Id ego hóc praesente tíbi nolueram dícere:
Neque eí credebam prímo: nunc veró palam est.

V. 90. vulg. *nolebam.* Mutavit Bentl. ex optimis atque plurimis codd.

V. 91. Faërn. et Bentl. e libro Bemb. *nunc verum palam est.* Iidem *illi* pro *ei*, quod Guyetus suscepit.

---

philus. Et ille *abibo* dixit, hic, *fugis?* — 85. *Num tibi videtur esse apud sese?*] Quasi ob amorem meretricis insanus. *Sine.*] *Sine*, separatim accipe: quia vim habet comminantis. — 88. *Amarae mulieres.*] Quasi vir dixit *amaras mulieres;* non enim laudat, sed causam dicit, unde uxor offenderit Pamphilum. *Non facile haec ferunt.*] Non facile ferunt pellicatum, neque amorem aliarum in viris. — 89. *Nam ipsa narravit mihi.*] Utrum finxit haec dixisse filiam sibi? an vero κατὰ τὸ σιωπώμενον factum est? Ego neutrum puto: et sic intelligo, quod de uxore sua dicat, *ipsa narravit mihi:* secundum illud quod supra dixit: *Nunc mihi in mentem venit, De hac re, quod locuta es olim, quum illum generum cepimus. Nam negabas nuptam filiam tuam posse te pati Cum eo, qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris.* — 91. *Neque illi cre-*

---

85. *Num tibi videtur esse apud sese?*] Utitur hac locutione Terentius de metu vel iracundia commotis et consternatis. Ita And. II. 4. 5. V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Phorm. I. 4. 27. Hoc loco de insaniente dictum videtur. — *Sine.*] Interminantis est. Vide Eun. I. 1. 20.

88. *Amarae mulieres sunt.*] Effrenem saevitiam mulierum describit Ovidius, Arte Am. II. 373. *Sed neque fulvus aper media tam saevus in ira, Fulmineo rabidos cum rotat ore canes: Nec lea, cum catulis lactentibus ubera praebet; Nec brevis ignaro vipera laesa pede: Femina quam, socii deprensa pellice lecti Ardet, et in vultu pignora mentis habet.*

89. *Ipsa narravit mihi.*] Supra IV. 1. 28.

91. *Palam est.*] Ita Eun. I. 2. 24.

Nam omnino abhorrere ánimum huic video a núptiis.
La. Quid érgo agam, Phidíppe? quid das cónsili?
Ph. Quid agás? meretrícem hanc prímum adeundam
cénseo.
Orémus, accusémus gravius, dénique
Minitémur, si cum illo hábuerit rem póstea.
La. Faciam út mones. eho! cúrre, puer, ad Bácchidem hanc
Vicínam nostram: huc évoca verbís meis.

V. 95. Bentl. *accusemus: gravius denique* etc.
V. 97. vett. editt. *puer, curre ad B.* quod ex tribus libris a Bentl. mutatum.

---

debam primo.] Quare non credebas? namque *amarae* ad hanc rem *mulieres* sunt, et saepe de nihilo suspiciosae. Et bene hoc addidit, ne timuisse generum videretur. — 92. *A nuptiis.*] Non dixit *a filia mea:* sed quod pater Pamphili magis doleat, *a nuptiis* inquit; nam Philumenam nolle, irati est: odisse nuptias, amatoris. — 93. *Quid ergo agam, Phidippe?*] Mire conturbatur pater, quasi res sua tantum agatur. Et vide quemadmodum poëta latenter festinet ad rerum cognitionem. — 94. *Meretricem hanc.*] Bene *hanc*, quasi eam quae interturbet; sic enim sumitur hoc pronomen: ut, *hanccine ego vitam parsi perdere?* Et, *tuaque animam hanc effundere dextra?* Id est, malam. *Hanc.*] Quasi dicat, quae nos perturbat. *Primum.*] Bene *primum:* ut intelligamus deinde Pamphilum. — 95. *Oremus.*] Utrum rogemus? an quod est verius, omni genere eloquii commoneamus? unde oratores orare et perorare dicuntur et orator nomen accepit. *Virgilius*, *Talibus orabat dictis.* Nam qui *orat*, accusaturus aut commoniturus orat. *Oremus.*] Id est, eloquamur. Potest intelligi et *rogemus:* sed non convenit personae potiori, et causae, et ipsi verborum ordini. — 96. *Si cum illo habuerit rem postea.*] Ut in Eunucho, *Quocum tum uno rem habebam hospite.* — 97. *Bacchidem hanc vicinam nostram.*] Sic maluit, quam *meretricem* dicere: ne grave sit cum ea seni loqui, nisi quia vicina est. — 98. *Huc evoca verbis meis.*] Bene servata sunt personis

---

92. *Abhorrere animum a nuptiis.*] Ita And. V. 1. 10.

95. *Accusemus gravius.*] Ita *graviter iratus* dixit supra versu 2.

98. *Vicinam nostram.*] Vide ad And. I. 1. 43. — *Evoca verbis meis.*] H. e. meo nomine. Plautus, Amphit. III. 3. 12. *Tu*

Et te óro porro in háo re adiutor sís mihi. *Ph.* Ah!
Iamdúdum dixi, idémque nunc dicó, Lache;
Manére adfinitátem hanc inter nós volo,
Si ulló modo est ut póssit, quod speró fore.
Sed vín' adesse me úna, dum istam cónvenis?
La. Immo véro abi: aliquam púero nutricém para.

V. 99. Bentl. e Bemb. *At te oro.*

V. 100. Bentl. *itidemque nunc dico*, ex codd.

---

congruentia. Nam socerum monere hanc rem tantum decuit, non etiam facere: ut cum pellice filiae suae mitius sermocinaretur. Et, *huc evoca verbis meis:* deest *eam.* — 102. *Si ullo modo est ut possit.*] Manere scilicet, vel fieri ut maneat. — 103. *Sed visne adesse me una, dum istam convenis?*] Melius pronuntiaveris, si renitente et improbante hoc vultu, dicere acceperis Philippum: quasi non oporteat interesse socerum. Ideo mutat sententiam Laches, et relegat eum in procurationem alterius rei. — 104. *Nutricem para.*] Pro, *quaere.*

---

gubernatorem e navi huc evoca verbis meis. [Plura Cort. ad Sallust. Iug. c. 21.]

101. *Manere adfinitatem.*] Supra versu 14.

103. *Adesse me una.*] Ita Eun. V. 2. 54.

104. *Puero nutricem para.*] Infra V. 2. 4.

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

BACCHIS. LACHES.

Ba. *(secum)* Non hóc de nihilo 'st, quód Laches me núnc conventam esse éxpetit:
Nec pól me multum fállit: quin, quod súspicor, sit, quód velit.
La. *(secum)* Vidéndum est, ne minus própter iram hanc ímpetrem, quam póssiem:

V. 3. Bentl. corr. *hinc impetr.*, videl. a Bacchide, ut Adelph. III. 3, 7.

Non hac de nihilo 'st.] *Rarus visae color in hac locutione miscetur a poëta. Nam meretrix loquitur et senex; et quod est mirabilius, bona meretrix, mitis senex, ut intelligas laborasse Terentium, ut et a lege comicorum recederet, et in actu tantum consuetudinem retineret.* — 1. *Non hoc de nihilo 'st.*] Debet mirari meretrix, quum ad senem ducitur: debet timere, quum ad patrem: debet suspicari aliquid, cuius amator iam maritus est. *Non hoc de nihilo.*] Coniecturalis causa est: recipis Pamphilum? non recipio. — 2. *Nec pol me multum fallit: quin, quod suspicor.*] Ordo et sensus hic est, *Nec pol me multum fallit, quin, quod velit, hoc sit quod suspicor:* vel *quin quod suspicor, sit hoc quod velit.* Ordo, *Quin quod velit, sit quod suspicor. Nec pol me multum fallit.*] *Non me fallit, quo minus id sit, quod me vocat, quod suspicor.* — 3. *Videndum est.*] Providendum, cavendum. *Ne minus propter iram.*] Quia non erat verisimile, bonum esse patrem meretrici interturbanti: reddit rationem senex, cur agat mitius, ne videatur personae modus

1. *Non hoc de nihilo 'st.*] Ita Plautus, Truc. IV. 2. 58. De nihilo est *illi irasci, quae te non flocci facit.* Propertius, II. 16. 52. *Nec sic* de nihilo *fulminis ira cadit.* — *Me nunc conventam esse expetit.*] Ita Plautus, Poen. V. 2. 159. *Est, qui illam conventam esse volt.* Et alibi.

Aut né quid faciam plús, quod post me mínus fecisse sátius sit.
Aggrédiar. — Bacchis, sálve.
Ba. Salvê, Lache. *La.* Edepol credo, te nonnihil mirari, Bácchis,
Quid sít, quapropter te húc foras, puerum évocare iússi.
Ba. Ego, pól, quoque etiam tímida sum, quum vénit [mihi] in mentem quaé sim:

V. 5, ante Bentl. erat: *Salve, Laches.* L. *Credo aedepol te nonnihil mirari, Bacchis.*

V. 7. *venit*, quod temporis praesentis est, *mihi* subditititium esse

non esse servatus. *Impetrem.*] Perficiam, dictum a *patrando:* cuius rei difficultas, ob tarditatem compendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia quae sunt ardua, verbum hoc commodavit; ac dedit. — 4. *Quod post me minus fecisse satius sit.*] Satisfaciendo minuisse. *Quod post me minus fecisse satius.*] Si *sit* pro *videatur* acceperis, erit sensus, *Ne quid faciam plus, quod post, dum poenitet me, videatur satius minus fecisse.* Si *sit* pro *erit* acceperis, erit sensus: *Videndum est, ne quid plus faciam: quod quum fecero, postea satius sit, me non fecisse et satisfacere.* Aut certe duas res significat, quibus inter utrumque temperandum esse demonstrat: ut per illud supra, lenitatem tenendam esse commoneat. An *minus fecisse*, pro *poenitere.* Sic enim veteres dicebant, *muto factum*, et *nolo factum:* quum alicuius rei eos poenitebat. *Sit.*] Modo *sit* pro *videatur* posuit. — 5. *Aggrediar. Bacchis, salve.*] Bene *aggrediar*, quasi rem arduam, et incongruam seni; vel, *aggrediar*, ut meretricem circumveniam. *Virgilius, Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.* *Bacchis, salve.*] Non ita meretrici obsequitur senex: quamquam vult adimere timorem personae suae. *Credo, aedepol, te nonnihil mirari.*] Ipsum prooemium mollius et lenius est, ut ostendat se non iurgaturum senex. — 6. *Quid sit.*] Deest *rei:* ut sit, *Quid sit rei.* — 7. *Ego, pol, quoque etiam ti-*

4. *Ne quid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.*] Ita Phorm. III. 3. 21. Plautus, Capt. V. 3. 18. *Cur ego plus minusque feci, quam aequum fuit?*

5. *Aggrediar.*] Plautus, Mostell. V. 1. 26. Aggrediar *hominem:* appellabo.

7. *Quoque etiam.*] Ita supra IV. 1. 28. Infra, versu 35.

Ne nómen quaesti mi obsiet: nam móres facile tútor.
La. Si véra dicis, níl tibi est a mé pericli, múlier:
Nam iam aétate ea sum, ut nón siet peccáto mi ignosci aéquom.

arguit. Alioquin enim metrum corruit. Delendum coniecit Faërnus; extrusit Bentleius. Nam *in mentem venit* saepius ita sine dativo personae ponitur.

V. 8. vulg. *ne nomen mihi quaestus obstet apud te.* In compluribus libris deest *apud te*, et *quaesti* omittitur. *Obsiet* restituit Faërnus de coniectura; *mi* in suum locum traiecit Bentleius.

---

mida sum.] Παρέλκον tertium. Ut, *Multa quoque et bello passus.* Et obsequenter posuit, non solum se mirari, sed etiam pavere. *Ego, pol, quoque etiam timida sum.*] Bene *etiam:* ut hoc dicat, *non solum miror, sed etiam timeo.* Et nove, *timida sum*, pro timeo. — 8. *Ne nomen mihi quaestus.*] Id est, nomen quod inest meo quaestui. *Nomen mihi quaestus obstet.*] Quem exerceo scilicet: id est, *Quod est quaestui mihi.* *Ne nomen mihi quaestus.*] Id est, quod meretrix sum. Legitur et, *nomen mea quaestui obstet.* — 9. *Si vera dicis.*] Interrogabo scilicet. — 10. *Nam ea aetate sum, ut non siet peccato mihi ignosci aequom.*] Quia iam ipse non do veniam, an quia mihi peccanti non danda est? Et est ordo, *ut non sit mihi aequum peccato ignosci.* Necessaria igitur ambiguitas; aut enim *sit* pro *videatur:* aut *peccato*, pro *peccatorum: peccanti mihi*, aut, *peccato meo;* aut deest *in*,

---

Plautus, Pseud. I. 1. 120. etiam *matrem* quoque. [Germ. *auch sogar.*] — *Venit in mentem.*] Ita Eun. III. 1. 61. III. 2. 45. Phorm. IV. 4. 47. Virgilius, Aen. IV. 39. *Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?*

8. *Ne nomen mihi quaestus obstet.*] H. e. *ne nomen meretricis et quaestus meretricii sit mihi fraudi apud te, faciatque, ut minus mihi fidei habeas, quam velim, quamque aequum esse duco.* — *Mores facile tutor.*] H. e. eiusmodi sunt, ut eos facile defendere possim, quippe in quibus nihil sit reprehendendum. Ita Ovidius, Trist. IV. 4. 36. [Cf. Petitus libr. III. Obs. Miscell. c. 25. St.] *Ultima si demas, vita tuenda mea est.*

10. *Peccato mihi.*] Vel *peccato* valet ἡμαρτηκότι, h. e. quum peccavi. Quomodo *iurato* et *iniurato, coenati*, atque *adpoti* dixit Plautus, Amph. I. 1. 281. et Curc. II. 3. 75. Vel est ablativus absolutus, uti Cicero, de Lege Agraria II. 2. *Cui errato nulla venia; recte facto exigua laus.* Vide Periz. ad Sanct. Min. I. 15. 4. et IV. 4. 86. [In hoc

Quo mágis res omnes caútius, ne témere faciam, adcúro.
Nam si íd facis, factúrave es, bonás quod par est fácere;
Inscítum offerre iniúriam tibi [me] immerenti iníquom est.

V. 11. vulg. *omnis res.* Mutavit Bentl. ex codd. suis.
V. 12. Bentl. ex codd. *si id nunc f.* quo suscepto *facis* finalem *s* abiicit. Assentior tamen Faërno, qui cum Donato et cod. Bemb. *nunc* abiecit.
V. 13. recte Bemb. cum Don. *me* om., de cuius omissione vide annot. ad And. II. 3, 27.

---

ut sit, *in peccato.* — 11. *Cautius, ne temere faciam.*] Seniliter additum est, *cautius, ne temere faciam.* — 12. *Facturave es.*] Etiamsi non facies. *Inscitum.*] Me scilicet, si iniuriam faciam. *Inscitum.*] Inelegans, non bonum. Et bene non dixit *durum.*, aut quid tale, sed *inscitum*: quo verbo maxime mulieres et meretrices utuntur. *Scitum* enim dicunt quod placet: *inscitum* quod displicet, ut, *Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.* Hoc tale est quod dixit *inscitum* ex abundanti: quale est apud *Virgilium*, *nec post arma ulla rebelles Aeneadae referent.* — 13. *Offerre iniuriam.*] *Offerimus* iniuriam non merenti: *reddimus* ei qui meretur. —

---

loco explicando Donatus et alii multum tricantur. *Peccato* per ablativum, quem Grammatici absolutum vocant, dicitur: cum peccatum fuerit. Simillima est ratio Cic. Agrar. II. 2. *cui, errato, nulla venia, recte facto, exigua laus proponitur.* Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. IV. 4.]

[11. *Magis* saepe per pleonasmum iungitur comparativo. Virgil. in Cul. v. 78. *quis magis optata queat esse beatior aevo.* ubi vid. Scaliger. Liv. IX. 7. *tristior ignominiosae pacis magis quam periculi nuncius fuit.* ubi vid. Drakenborch.]

[12. *Inscitum.* Gruterus libr. III. Suspic. c. 2. *inscitum* hic exponit hominem, qui ex rebus amoenis et voluptuariis exaruit. cf. Taubmannum ad Plaut. Merc. V. 4. 57. Ruhnken. *stolidum* interpretatur. St.]

13. *Offerri iniuriam.*] Ita *vitium, acerba, laetitia,* alia dicuntur *offerri.* Vide Adelph. III. 2. 10. et 24. Hec. III. 1. 1. Lucilius, apud Non. v. *offerre: Homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque aerumnam offerunt.*

Ba. Est mágna, ecastor grátia, de istác re, quàm tibi hábeam.
Nam quí post factum iniúriam se expúrget, parum mi prósit.
Sed quíd istuc est? *La.* Meúm receptas filium ad te Pámphilum. *Ba.* Ah!
La. Sine dícam, uxorem hanc príus quam duxit, vóstrum amorem pértuli.

V. 14. Bentl. corr. *Est magnam ecastor gratiam de istac re quod tibi habeam:* quia et versus claudicet et dictio soloeca sit.
V. 15. Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 175. corr. *purget parum mihi prosit.* De versibus seqq., quos Bentl. fecit troch. tetr. catalect., vid. Herm. l. c. p. 179 sq.

---

14. *Est magna, ecastor, gratia, de ista re, quam tibi habeam.*] Imitatur hic et senile, et foemineum tardiloquium. Suffecerat enim, *ago gratias.* — 15. *Nam qui post factam iniuriam se expurget.*] Sic in Adelphis ait: *Indignum te esse iniuria hac; indignis quum egomet sim acceptus modis. Parum mihi prosit.*] Si sic accipiatur, ut scriptum est, λιτότης est, aut ταπείνωσις. Et ita intelligendum, quasi dixerit, *multum mihi nocuerit, imo me everterit.* — 16. *Sed quid istuc est?*] Nunc demum ad rem redit. *Meum receptas filium.*] Intensio criminis. Et non *recipis*, sed *receptas.* Et ne diceret, quid tua? *meum filium. Meum receptas filium.*] Propositio accusatoria. Et breviter proposuit crimen, quod postea dilatatur. Et frequentativo est usus verbo, quod non raro, sed frequenter reciperet. *Meum receptas filium ad te.*] Status coniecturalis, quae coniectura diluitur per ἄτεχνον πίστιν, id est, iusiurandum, ac tormenta servorum. *Ah!*] Quod falsum est, reclamavit meretrix statim: et voluit contradicere, si permitteret senex. — 17. *Sine dicam.*] *Virgilius, sine me haec haud*

---

14. *Est magna, ecastor, gratia de istac re, quam tibi habeam.*] Ita Plautus, Rud. IV. 6. 32. *Bonam est quod habeas gratiam merito mihi.*

15. *Post factam iniuriam sese expurget.*] Similis sententia est Adelph. II. 1. 8. dixit autem *expurget*, uti And. V. 3. 29.

16. *Meum receptas filium ad te.*] Ita Adelph. V. 3. 13. Est autem *receptare* hominem criminis publici reum, maxime autem furem, apud se occultare. Unde *receptatores* dicti. Cicero, Mil. 19.

Mane nondum etiam dixi id, quod volui. hic nunc habet

Uxorem: quaere alium tibi [amicum firmiorem], dum tempus consulendi est.

V. 18. vulg. *nunc uxorem habet:* quod corr. Hermann.
V. 19. *amicum firm.* in codd. non constanter exhibetur, atque metro vitii arguitur.

---

mollia fatu, Sublatis aperire dolis. *Uxorem hanc prius quam duxit.*] *Hanc*, quasi molestam, et quae haec nolit pati. *Uxorem hanc prius quam.*] A persona sua, *Prius quam hanc duxit, vostrum amorem pertuli.* Et quia multum diuque amaverit, *pertuli* dixit, quae est longi temporis significatio. *Hanc prius quam duxit.*] Ante rem: a praeteritis et ante actis. *Vostrum amorem pertuli.*] Ἀποσιώπησις, ut in Heautont. *At, nae, illud haud inultum, si vivo, ferent: Nam iam. Non tu te cohibes? Vostrum.*] Non ipsius Pamphili. Ergo blande et honorifice. Non enim illius amorem, et tuum quaestum: sed *amorem vostrum;* nihil potuit dici familiarius. *Pertuli* autem, quantam vim patientiae habet, quantumque ponderis, ne laedi mereatur ulterius. — 18. *Mane nondum etiam.*] Ἀποσιώπησις tertia. *Nondum etiam dixi id, quod volui.*] Apparet senem tarde, et longe loquentem interpellari vultu responsurae meretricis: quum ille sibi silentium praeberi velit. Sic *Virgilius* Latinum inducit dicentem, *sine me haec haud mollia fatu Sublatis aperire dolis: simul haec animo hauri.* Et ad postremum de Turno; *Ut primum fari potuit, sic incipit ore.* *Hic nunc uxorem habet.*] Cum denuntiatione pronuntiandum est: quasi dicat, *alia res est.* — 19. *Quaere alium tibi amicum firmiorem.*] Magna moralitas in denunciatione, magna proprietas, sic enim dicimus, *quaere tibi.* *Virgilius: quaerat sibi foedera Turnus.* *Quaere alium tibi amicum firmiorem.*] *Firmiorem* pro *firmo*, non enim firmum concedit esse Pamphilum: quem vult intelligi deceptorem esse

---

Sustinuisset hoc crimen primum ipse ille latronum occultator et receptator *locus.* Vide Comment. maiorem.

18. *Mane.*] Hoc dixit, quum Bacchis gestu indicaret, se plura dicturam, et sese Lacheti expurgaturam. Et quasi formulae speciem habet. And. IV. 1. 34. Phorm. III. 1. 4.

19. *Quaere alium tibi.*] Ita Phorm. II. 1. 67. Petronius, c. 8. Alium locum, *quem polluas* quaere. ubi vide Cl. Burm. — *Amicum firmiorem.*] Proprie. Amores et nuptiae vel *firmae*, vel *infirmae* dicuntur. Supra I. 2. 25. et 101. Phorm. V. 1. 6.

Nam neque ille hoc aetatem animo erit: neque pol tu eadem ista aetáte.
***Ba.* Quis id ait? *La.* Socrus. *Ba.* Méne? *La.* Te ipsam: et filiam abduxit suam:**
Puerumque ob eam rém clam voluit, natus qui est, extinguere.

V. 20. vulg. *animo erit aetatem*, et *istac aetate.* Correxit Hermannus. In codd. Bentlei omnibus om. *aetatem.*

Bacchidis; non iam amatorem stabilem. *Quaere alium tibi amicum firmiorem.*] Oratorie senex quasi consulit meretrici, quam vocaverat incusantur. *Quaere alium.*] A praesentibus et a futuris. *Amicum firmiorem.*] Callide senex, quasi iam non Pamphilo consulat, sed Bacchidi, *quaere alium*, dixit. *Dum tempus consulendi est.*] Sensus, dum aetas in flore posita est, facies vendibilis etiam nunc est. Et est ordo, *Dum tempus est consulendi tibi.* Et bis subaudiendum est *tibi.* — 20. *Nam neque ille hoc animo erit aetatem.*] *Aetatem*, pro, *tam diu quam longa est aetas.* *Neque pol tu eadem istac aetate.*] Σχῆμα λόγου πλοκή; prius *aetatem* adverbium, et posterius nomen. — 21. *Quis id ait?*] Non interrogatio, sed firma negatio est. *Quis id ait?*] Quum dicat senex, *meum receptas filium:* mirum est illam dicere, *quis id ait?* sed ab accusatore testimonium quaerit. Et bene *ait*, quasi vanum; sic enim dicimus, *ait*, *aio*, de rebus nugatoriis. *Quis id ait?*] Moraliter meretrix missa fecit omnia, quae in medium senex contulit: et soli intentioni, *meum receptas filium ad te Pamphilum; quis id ait?* respondit. *Socrus.*] Terribiliter, quasi quae maxime sciat, et quae maxime doleat. Ergo et oculis et labris pronuntiandum est. *Et filiam abduxit suam.*] Addidit ad personam testis, et facta: quia minus idoneum videbatur, socrum dixisse de pellice. Et simul ostendit, quantopere hoc animadvertendum sit, ex quo tantae turbae sint concitatae. *Abduxit suam.*] *Abduxit*, proprie. *Arcessi* enim dicitur ad maritum: *abduci* a marito ad divortium. Sic *Virgilius*, *et gremiis abducere pactas?* — 22. *Puerumque ob eam rem.*] Hoc sic pronuntiat senex, quasi

---

20. *Aetatem.*] Vide Donatum ad Eun. IV. 5. 8. Plautus, Asin. II. 2. 8. Aetatem *servire velim.*

21. *Filiam abduxit suam.*] Proprie. *Abduci* enim dicuntur, quae a viris aut parentibus abstrahuntur; maxime tamen libidinis causa. Suetonius, Aug. 69. *Feminam consularem e triclinio viri coram*

Ba. 'Aliud [si] scirem, quí firmare méam apud vos possém fidem,
Sánctius quam iúsiurandum; id póllicerer tibi, Lache,
[Me] ségregatum habuísse, uxorem ut dúxit, a me Pámphilum.
La. Lépida es. sed scin', quíd volo pótius sódes facias? *Ba.* Quíd [vis]? cedo.
La. Eás ad mulierés huc intro, atque ístuc iusiurándum idem

V. 23. Bentl. corr. *Alid si scirem*, ne iambicus inter trochaicos irrepat. Sed *Alid* Terentio quidem inusitatum. Dele *si*.

V. 25. Bentl. recte *Me* sustulit, de cuius omissione vide ad v. 14.

V. 26. *vis* et versui superest et sententiae. Delevit Muretus, probante Bentleio. cfr. Heaut. IV. 4, 14.

qui dicat, *ecce quarum rerum tu causa.* Et haec oratio de iis est, quibus ostendimus, nos posse graviter accusare, sed nolle. — 23. *Aliud si scirem, qui firmare.*] Mire, dum quaerit quo firmet fidem, fidem sibi acquisivit atque adscripsit. *Apud vos possem fidem.*] Bene *vos*: quia et *hic* dicit, et *socrus*. — 24. *Sanctius quam iusiurandum.*] Bene dum aliud agit, etiam personam commendat; nam non est levis, quae iureiurando nihil sanctius sciat. *Sanctius.*] Firmius — 25. *Me segregatum habuisse.*] Bono significatu usa est: quasi ipsa haec fecerit. Et bene *segregatum*: non enim *disiunctum* aut *repudiatum* proprie diceret. *Uxorem ut duxit.*] *Ut*, adverbium est temporis, pro *ex quo*. — 26. *Lepida es.*] Senex cum meretrice loquens, eo potius nomine laudavit eam, quo meretrices solent laudari; quam quo matresfamilias. Sic et supra, quum *inscitum* se diceret, rationem habuit, quae esset cum qua loqueretur. *Sed scin', quid volo potius.*] Hinc deliberativa incipit. *Sodes.*] Si audes, si vis. — 27. *Eas ad mulieres huc intro.*] Non dixit *ad socrum et ad uxorem*, terribilia nomina et inimica meretrici; sed quod facile est, *ad mulieres*. Sic alibi, *Mulier mulieri*

in cubiculum abductam. Iustinus, XXI. 2. *Virgines ante nuptias* abducebat, *stupratasque sponsis reddebat.*

23. *Firmare fidem.*] Ita And. III. 1. 4. Cicero, Off. III. 31. *Nullum enim vinculum ad adstringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.*

25. *Me segregatum habuisse.*] Ita dixit pro *segregasse*. Vide supra IV. 2, 6.

Pólliceare illis: explé animum iis, téque hoc crimine éxpedi.

Ba. Fáciam: quod pol, si ésset alia ex quaéstu hoc, haud facerét, scio,

'Ut de tali caúsa nuptae múlieri se osténderet.

Séd nolo falsá fama esse gnátum suspectúm tuum:

Néc leviorem vóbis, quibus est mínime aequom, vidérier

V. 28. Bentl. leg. susp. *Atque istic iusiurandum idem Polliceare; illisce exple animum, teque* etc.

V. 29. vulgo: *ex hóc quaestu*, pravo accentu. Mutavit Bentleius.

V. 31. Bentl. corr. *Séd nolo esse falsa f.* ex codd., numeris melioribus.

---

magis congruit. Et ne longe videretur, addidit, *huc intro. Atque istuc iusiurandum.*] Id est, quod tu mihi pollicebaris. — 28. *Exple animum his, teque hoc crimine expedi.*] *Explere*, pro *exinanire*, Terentianum est. *Expedire* dicitur, qui pedem retentum liberat. *Exple animum.*] Quod illis prosis. — 29. *Quod pol, si esset alia ex hoc quaestu.*] Vigilanter poëta, ne non verisimile videretur, id ullam fecisse meretricem, ipse lectorem praevenit. Et sic ferè in omnibus *Terentius*, quae minus pervulgata sunt, quaeque abhorrent a consuetudine, agit. — 30. *Ut de tali causa.*] Id est amore mariti eius et pellicatu. *Nuptae mulieri se ostenderet.*] Plus dixit, quam, *Nuptam alloqueretur.* — 31. *Sed esse falsa fama nolo gnatum.*] Bene, quo sit gratiosior, non propter se dicit, quod facit, facere. — 32. *Nec leviorem vobis.*] Quid *leviorem?* an minus charum? ut contra *gravis*, honore dignus, et charus intelligitur. *Virgilius: ferit ense gravem Thymbraeus Osirim.* *Gravis* etiam molestus intelligitur, ut *Sallustius*, *Graviore bello qui prohibituri venerant socii, frigere.* *Gravis* etiam languidus. *Virgilius: ubi aut morbo gravis, aut iam segnior annis Deficit, abde*

---

28. *Animum exple.*] Dicitur *explere animum* vel suum, vel aliorum, qui desiderio vel vindictae satisfacit. And. I. 2. 17. Infra V. 2. 19. Virgilius, Aen. II. 586: *Animumque explesse iuvabit.* Cicero pro Domo, cap. 17. Explevi animos *invidorum.* — *Teque hoc crimine expedi.*] Ita supra, III. 1. 8. et IV. 2. 23.

29. *Alia ex hoc quaestu.*] Elegans usus praepositionis *ex.* Cicero, pro Mur. 36. *Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros.* ubi v. Graevius. Florus, I. 13. *Virgines ex sacerdotio Vestae.*

30. *Nuptae mulieri se ostenderet.*] Vide supra IV. 2. 5.

'Immerito, nam méritus de me est, quód queam, illi ut cómmodem.
La. Fácilem benevolúmque lingua túa iam tibi me réddidit.
Nám non sunt solae árbitratae haec; égo quoque etiam crédidi.
Núnc quum ego te esse praéter nostram opiniónem cómperi:
Fác eadem ut sis pórro; nostra utére amicitia, út voles.

V. 35. Bentl. ex codd. suis: *quoque etiam hoc credidi.*

---

domo. *Nec leviorem.*] Ut contra *gravis*, honore dignus, et charus. *Quibus est minime aequom.*] Parentibus scilicet. — 33. *Immerito.*] Bona exceptio; hoc enim et cavere nobis, et praestare aliis possumus. *Immerito.*] Nam *Meritus est de me.*] Παρόρμοιον. *Nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.*] Et hoc artificiose *Terentius*, ne vel meretricem dure a Pamphilo segregaret. *Quod queam illi, ut commodem.*] Sic in Andria, *Magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato.* — 34. *Facilem benevolumque lingua tua.*] *Facilem* ad peccatum, *benevolum* ad iracundiam retulit. *Lingua tua.*] Consuetudine magis, quam ratione dicit, *tua lingua:* ergo pro homine ipso. *Lingua tua iam.*] Subdistingue *iam:* ut appareat, si *lingua tua iam*, quanto magis *facta.* — 35. *Nam non sunt solae arbitratae hae.*] Nunc fatetur se quoque accusatorem fuisse: nunc vero benevolum factum. *Hae.*] Cum ἀποστροφῇ. *Ego quoque hoc etiam credidi.*] *Quoque* et *etiam* supervacue posita sunt: sed hic confirmationem ostendunt. — 36. *Praeter nostram opinionem.*] Pro contra. *Praeter nostram opinionem.*] Hoc est, innoxiam. — 37. *Fac eadem ut sis porro.*] Hoc est, persevera purgata esse; vult enim et de futuro cautum esse: ut supra, *Nam si id facis, facturave es.* *Nostra utere amicitia.*] Non

---

33. *Illi ut commodem.*] Vide ad And. I. 135.

34. *Facilem benevolumque.*] Ita *facilem et festivum* iunxit Adelph. V. 9. 29.

37. *Fac eadem ut sis porro.*] H. e. iisdem morata moribus. Ita Adelph. I. 1. 48. Contra And. III. 3. 13. Phorm. III. 2. 45. Cicero, Fam. XI. 12. *Itaque homines alii facti sunt.*

'Aliter si faciás — [sed] reprimam me, ne aégre quidquam ex me aúdias.
Vérum hoc te moneo únum: qualis sim amícus, aut quid póssiem,
Pótius quam inimicús, periclum fácias. [*Ba.* Faciam sedulo.]

V. 38. cod. Bemb. *sed* omittit. Bentleius *facias* potius delendum arbitratur, ut in *Aliter si* sit aposiopesis.

V. 40. responsionem Bacchidis plurimi codd., inter quos est Bemb., non habent. Delevit Bentleius.

---

iam *amore*, sed *amicitia*. — 38. *Aliter si facias.*] Ἀποσιώπησις. *Ne aegre quidquam ex me audias.*] Utrum *aegre* pro *male?* an *aegre* pro *invita?* — 39. *Verum hoc te moneo unum.*] Haec figura oratoria παραίνεσις dicitur. *Qualis sim amicus, aut quid possiem.*] In secunda oratione *Sallust.* ad Iugurtham, *Nam vim magis, quam benevolentiam eius experire mallem.* *Qualis sim amicus, aut quid possiem.*] Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis, sed plurimum gravitatis.

---

38. *Sed reprimam me.*] Ita Heaut. I. 2. 25. — [*Ne aegre — quidquam audias*, i. e. ne quidquam audias, quod aegre feras.]

39. *Quid possiem.*] H. e. quam sim potens. Quantum valeam. Plautus, Stich. I. 2. 11. *pati Nos oportet, quod ille faciat, cuius potestas plus potest.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

PHIDIPPUS. LACHES. BACCHIS.

Ph. (*nutrici*) Nil apud mé tibi
Defíeri patiar: quín, quod est, benígne praebeátur.
Sed quúm tu sátura atque ébria eris, puér ut satúr sit fácito.

V. 2. *quin quod est* Bentl. ex uno cod. restituit. Vulgo *quod opus sit.*

V. 3. Bentl. accentus gratia corr. *Sed tú cum satura atque ébria es, et púer ut satur sit, facito.*

Nihil apud me tibi defieri patiar.] *Verba nutricis fuisse poëta demonstrat, petentis ordine longo, quae sibi praebenda sint: unde quasi taedio singulorum generaliter haec respondit.* — 1. *Nihil apud me tibi defieri patiar.*] *Apud me*, dixit pro, apud eum, ubi futura es. *Defieri patiar.*] Noluit dicere *deesse:* sed *defieri* dixit, ut id quod minus usitatum est, magis delectet auditum. *Benigne praebeatur.*] *Benigne*, large; hoc enim est gratius, non solum *praebere*, sed *benigne praebere.* — 3. *Sed quum tu satura, atque ebria eris.*] Hoc est in nutricibus non solum non turpe, sed etiam necessarium. Et, *hic satur*, et *haec*

2. *Benigne praebeatur.*] H. e. largiter. Ita Plautus, Curc. IV. 2. 37. *ut operam et pecuniam* benigne praebuisti. [Lambin. ad Horat. Carm. I. 17. 15.]

3. *Quum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit facito.*] Similis est sententia Plauti Pseud. I. 2. 51. *Ubi tu tuum panticem madefeceris, puer ne siccus sit, facito.* Livius Andronicus, Tereo: *ego puerum interea ancillae subdam lactantem meae, Ne fame perbitat.* Dixit autem *ebria eris*, pro satis vini biberis. Ut adeo satietas intelligatur, non ebrietas proprie dicta. Ita Plautus, Capt.

La. (*Bacchidi.*) **Nostér socer, videó, venit: pueró nutricem addúxit.**
Phidíppe, Bacchis déierat persáncte. *Ph.* Haeccine ea 'st? *La.* Haéc est.
***Ph.* Nec, pól, istae metuunt Deós: neque has respícere Deos opínor.**
***Ba.* Ancíllas dedo: quó lubet cruciátu per me exquíre.**

V. 4. Bentl. ex codd. suis *adducit*. Praeterea verbis inversis legit *nutricem puero*.

---

satura fecit. — 4. *Noster socer, video, venit.*] *Noster*, blandientis dictum est. *Virgilius: noster eris.* Et magis hoc consuetudine dictum est, quam integritate. Aut certe ordo est, *noster socer venit:* et deinde, *video.* Aut deest *ut:* ut sit, *ut video*: — 5. *Deierat.*] *Deos iurat*, ut *maria omnia iuro.* Aut *valde iurat.* *Bacchis deierat.*] Si correpte, *deierat*, *Deos iurat:* si producte, *valde iurat.* Et bene senem iratum praeoccupavit, dicendo, *deierat sancte:* ne confligeret cum meretrice, et fieret fabula longior. *Haeccine ea est?*] Imitanda irati contemplatio: quasi dicat, *Haec est, quam uxori Pamphilus anteponit?* — 6. *Nec, pol, istae metuunt Deos.*] Hoc argumentum est, non illam vera iurare. Sanctum, ait, iusiurandum est, aut metu religioso, aut suppliciis sacrilegorum. At vero nec religiosae sunt meretrices, inquit, nec dant poenas: quippe quae a Diis contemnantur. Tale est apud *Virgilium* de violato, qui vindicatus non est: *Novimus et qui te, transversa tuentibus hirquis: Et quo, sed faciles, Nymphae risere sacello.* *Neque has respicere Deos opinor.*] Et inferiores sunt, inquit, quam in quas Dii vindicent. *Neque has respicere Deos.*] Nec merentur ut Diis poenas referant, quia nec curae Diis esse dignae sunt. Et est *ἀμφιβολία*, quae sensu manifesta est. — 7. *Ancillae dedo.*]

I. 1. 35. *Unde saturitate saepe ego exii* ebrius. Sed et *ebrius* et *satur* *ἰσοδύναμα* sunt Donato ad Phorm. II. 2. 1. [Assentitur Ruhnk.]

5. *Deierat persancte.*] Ita Eun. II. 3. 39.

6. *Nec, pol, istaec metuunt Deos.*] Lucilius: *Nemo hic vindicias, numen, neque sacra veretur.* — *Neque has respicere Deos opinor.*] Explicat Donatus. Plautus, Bacchid. IV. 3. 24. *Deus respiciet nos aliquis.* Pers. IV. 4. 38. *generi leonio Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.*

7. *Ancillas dedo.*] Mos erat servos et ancillas secretorum

Haec rés hic agitur: Pámphilo me fácere, ut redeat úxor,
Opórtet. quod si pérficio, non poénitet me fámae,
Solám fecisse id, quód aliae meretríces facere fúgitant.

V. 9. Bentl. *quod si effecero* corr., quia versus creticum vel parem ei pedem in caesura postulet.

Repudiato iureiurando ad aliud transit firmius documentum. *Quo lubet cruciatu per me exquire.*] *Per me*, hoc est, me permittente: ut quod per legem tibi non licet, per me liceat. *Per me* ergo, me auctore et permittente. — 8. *Haec res hic agitur.*] Aut sic intelligendum est, quasi dicat, hoc agebamus quum tu advenires; aut cum asseveratione pronuntiandum est, ut sit *res* veritas: quasi dicat, *Hic non verba sunt, sed res agitur*. *Haec res hic agitur.*] Propositio eorum quae dictura est, hoc modo, *haec res hic agitur*, (quae res?) *Pamphilo, me facere ut redeat uxor, Oportuit. Quod si perficio, non poenitet me famae, Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant.* Multa *Terentius* feliciter ausus est, arte fretus: nam et socrus bonas, et meretrices honesti cupidas, praeter quam pervulgatum est, facit: sed tanta vigilantia causarum et rationum momenta subiunxit, ut ei soli merito videantur omnia licere. Nam hoc contra illud est, quod alibi ait, commune esse iam omnibus comicis *bonas matronas facere, meretrices* vero *malas*. — 9. *Non poenitet me famae.*] Haec figura λιτότης dicitur: minus enim dicit, quam significat; nam, *non poenitet me famae:* pro eo quod est, *Magnam famam cupide acquisiverim*, significat. *Non poenitet me famae.*] Ne quaereremus, qui hoc meretrici prodesse posset. — 10. *Solam fecisse.*] Bene *solam:* ne nescisse officium meretricis poëta videretur. *Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugi-*

---

maxime participes ad cruciatum dedere. Plautus, Mostell. V. 1. 8. *Servos pollicitus est dare Suos mihi omnes quaestioni.* Non cruciati tamen servi vel ancillae in dominos dominasve, nisi in causa maiestatis, paucisque aliis. L. I. §. 20. D. de Quaest. [Cf. Rivium ad h. l. *St.*] — *Exquire.*] Ita Plautus, IV. 10. 70. Exquire, *sitne ita, ut ego praedico.*

9. *Non poenitet me famae.*] H. e. satis contenta sum eo, quod haec de me spargetur fama. Phorm. I. 3. 20.

La. Philíppe, nostras múlieres suspéctas fuisse fálso
Nobís, in re ipsa invénimus: porro hánc nunc experiámur.
Nam sí compererit crímini tua se [falso] úxor credidísse,
Missam íram faciet. sín autem est ob eám rem iratus gnátus,
Quod péperit uxor clam, íd leve est: cito áb eo haec ira abscédet.

V. 13. Bentl. *falso* delevit, metri gratia.

V. 14. Bentl. corr. *sin item est*, quia metrum in caesura creticum flagitet. Sed vide Herm. El. Doctr. Metr. p. 153.

---

sant.] Id est, reconciliasse uxorem marito. — 11. *Nostras mulieres suspectas fuisse.*] Id est, in suspicione positas. Nam *esse suspectas* ambiguum est: et nunc eius partem manifestam videmus. — 12. *Nobis, in re ipsa.*] *Nobis*, aut abundat, aut *cum molestia nostra* significat. *Porro hanc nunc experiamur.*] *Porro nunc* futurum tempus ostendit; nam si iam invenisti quid, experiaris et ea, quae restant in reliquum tempus: quia iam de praeteritis purgata est. *Hanc experiamur.*] Id est, utamur opera eius. — 13. *Crimini tua se falso uxor credidisse.*] *Crimen* proprie dicitur id, quod factum est. *Cicero*, *Veruntamen fac, tametsi criminosum id est.* Id est, falsa insimulatio est. *Crimini.*] *Crimen* nunc pro falsa suspicione. *Virgilius*, *formidine crimen acerbat.* Et *semperque odiis, et crimine Drances Infensus iuveni Turno.* Id est, et quod eum odisse, et quod se illi odio esse suspicaretur. — 15. *Cito ab eo haec ira abscedet.*] Bene; in duabus enim per-

---

[13. *Crimini falso.* Meliores libri recte omittunt *falso.* Nam *crimen* per se habet notionem falsi. Vid. Donatus et Bentleius ad h. l. Ponitur enim *crimen* pro criminatione. Nepos Epam. c. 7. *cum criminibus adversariorum omnes in invidiam venissent.* Vid. Drakenb. ad Liv. VI. 15. 7.]

14. *Missam iram faciet.*] Ita supra de amore, III. 3. 48. Plautus, Merc. IV. 5. 40. *Missas iam ego istas artes feci.*

15. *Ab eo haec ira abscedet.*] Ita supra III. 5. 55. Plautus, Rud. IV. 4. 146. *Dum abscedet haec a me aegrimonia.*

Profécto in hac re níl mali est, quod sít discidio dígnum.
Ph. Velím quidem hercle. *La.* Exquíre: adest: quod sátis sit, faciet ípsa.
Ph. Quid mi ístaec narras? án, quia non tute ípse dudum audísti,
De hac re ánimus meus ut sít, Laches? illís modo explete ánimum.
La. Quaeso aédepol, Bacchis, míhi quod es pollícita, tute ut sérves.

V. 18. Bentl. corr. *Quid mi istaec narras? quiane non tute ipse dudum audisti.* Sic *quiane* est ap. Plaut. Pers. V. 2, 69. Virg. Aen. IV. 538.

V. 19. vulgo: *illis exple modo animum.* quod ex codd. corr. Bentleius.

---

sonis causa videtur esse turbarum, socrus et Pamphili. — 16. *Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.*] Moraliter, quasi quaerendo et discutiendo hoc intulit. *Discidio.*] Divortio. — 17. *Velim quidem hercle.*] Ut nihil sit dignum: hoc est, non peccaverit Pamphilus. *Quod satis sit, faciet ipsa.*] Id est, quidquid ad plenam ducit purgationem, faciet. — 18. *Quid istaec mihi narras?*] Reprehensio est, quasi longorum verborum Lachetis. *An, quia non tute ipse dudum.*] Correptio est; nam audivit, *Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo. An, quia non tute ipse audisti dudum, de hac re animus meus ut sit, Laches?*] Utrum quia dixit, *Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo:* an quia apud uxorem defendit adolescentem in amore meretricis? *Illis modo exple animum.*] Quasi dicat, quae amarae sunt et molestae. — 20. *Mihi quod es pollicita tute, ut serves.*] Id est, iusiurandum apud

---

18. *An, quia non tute ipse dudum audisti.*] Sensus est: *Certe quidem tute ipse dudum audisti.* Similis constructio supra IV. 4. 41.

19. *De hac re animus meus ut sit.*] Ita And. II. 3. 4. — *Illis modo explete animum.*] Ita supra V. 1. 28.

20. *Quod es pollicita, tute ut serves.*] Ita supra III. 3. 42.

Ba. Ob eám rem vis ergo íntro eam? *La.* I, atque éxple animum iis, ut crédant.

Ba. Eo: étsi scio, pol, iis foré meum cónspectum invisum hódie:

Nam núpta meretrici hóstis est, a víro ubi segregáta est.

La. At haéc amicae erúnt, ubi, quamobrem advéneris, resciscent.

Ph. At eásdem amicas fóre tibi, promítto, rem ubi cognórint.

Nam illás errore, et té simul suspicíone exsólves.

Ba. Perií! pudet Philúmenae. me séquimini huc intro ámbae.

V. 21. Bentl. corr. *éxple iis animum.*
V. 22. Bentl. ex cod. Petrensi: *etsi scio pol his meum fore.*
V. 24. vulgo: *hae amicae*, quod e Bemb. emendatum. *Haec* fem. plurali non infrequens.
V. 25. libri *cognoverint.* Correxit Faërnus.
V. 27. Bentl. ex codd. *Perii, pudet Philumenae: vos sequimini intro huc ambae.* nisi quod *vos* de suo dedit.

---

mulieres. — 21. *Ob eam rem vis ergo intro eam?*] *Vis* dicit, ut ostendat in hac re cunctationem suam. — 23. *Nam nupta meretrici hostis est.*] Caute etiam hoc praestruit poëta, ne non verisimile videatur, potuisse meretricem concorditer cum pellice agere. Nam nupta meretrici hostis alia, scilicet inimica. — 25. *At easdem amicas fore tibi.*] Hic quidem senes. Verum aliae causae sunt, quae mulieres faciunt molestas: et hae autem spectatoribus notae sunt ex argumento. — 26. *Et te simul suspicione exsolves.*] Hoc est quod supra dixit, *crimen:* nos quoque suspicionem interpretati sumus. *Exsolves.*] Expedies. — 27. *Pudet Philumenae.*] *Pudet* duo significat: sive ille peccarit quem pudet, sive ille cuius pudet. Et familiariter *Philumenae,* tanquam notae ex Pamphilo. *Pudet Philumenae.*] Conscientia communis viri et pellicatus. *Sequimini me intro huc ambae.*] Ancillis dicit, quae sunt κωφὰ

---

26. *Suspicione exsolves.*] Ita supra V. 1. 28.

27. *Me sequimini.*] Ancillas pedisequas alloquitur, quas habebant meretrices in publicum prodeuntes. Ita Eun. III. 2. 53. [*Pudet Philumenae* i. e. pudet, me conspici a Philumena.]

La. Quid ést, quód [mihi] malim, quám quod húic intélligo evenire:
Ut grátiam ineat síne suó dispéndio, et mihi próslt?
Nam si ést, ut haec nunc Pámphilum vere áb se segregárit:
Scit síbi nobilitatem éx eo, et rem nátam, et gloriam ésse:

V. 28. et 29. Bentl. corr. *Quid est mihi quod malim quam quod huic intelligo evenire? Ut gratiam ineam sine meo dispendio, et mihi prosim.*

V. 31. Bentl. audacter corrigit: *Scit se nobilitatem ex ea re pactam et gloriam esse.*

προςωπα. — 28. *Quid est, quod mihi malim, quam quod huic.*] Sensus hic est, *Quid est, quod magis optem mihi evenire, quam quod simul proderit etiam meretrici? Quid est, quod mihi.*] Sic hoc ergo intulit pro novo. Mirandum est enim evenire potuisse, ut idem et seni et patri prosit, quod meretrici. *Quid est, quod mihi malim.*] Ut amicitia mihi et sibi prosit. Et ostendit, commune sibi bonum esse. *Evenire.*] *Evenire*, bis subaudiendum. — 29. *Ut gratiam ineat sine suo dispendio.*] Recte. Difficile est enim gratiam inire sine damno. *Et mihi prosit?*] Mire: quia difficile est amicum sine damno acquirere. Et quia *cum lucro* non potuit dicere: et hoc ipsum bonum fecit, quia *sine damno.* Ergo velut tria sunt: *ut gratiam ineat, ut sine damno*, et *ut mihi prosit.* — 30. *Pamphilum vere ab se segregarit.*] Proprie ab meretrice. *Segregari* dicitur, ab uxore, *disiungi.* — 31. *Scit sibi nobili-*

---

28. *Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire.*] Sensus est: *Idem mihi, quod Bacchidi evenit, evenire velim, ut ineam gratiam sine meo dispendio, et aliis prosim.* Donatus non cepit. [Westerhovio assentitur Ruhnken.]

29. *Ut gratiam ineat.*] Ita Eun. III. 5. 9. Heaut. II. 3. 61. Adelph. V. 7. 16.

30. *Si est, ut.*] Ita more comico dixit, pro, *Si Pamphilum ab se segregarit.* Supra IV. 4. 15. — *Segregarit.*] Vide ad And. I. 5. 56.

31. *Nobilitatem.*] H. e. famam. *Nobiles* proprie dicti *noscibiles* et quicunque in re aliqua excellunt. Unde et in deteriorem partem sumitur. Ovidius, Trist. II. 384. Nobilis est *Canace fratris amore sui.*

Referét[que] gratiam ei, unáque nos sibi ópera amicos iúnget.

V. 32. *que* om. Bemb. et Victor. probante Faërno. Bentleius corr. *Refert grátiam eii, unaque nos sibi ópera amicos iúnget.*

---

tatem ex eo, et rem natam.] Quasi dicatur, *Ecce quam amavit Pamphilus!* Sed hoc sentire et dicere patris est; stulta pietate magnificantis filium. Ut, *Meum gnatum rumor est amare.* Et proprie *nobilitatem* dixit; nam et *meretrix* et *gladiator nobiles* dici solent. *Scit sibi.*] Quod nimis amat, ait *nobilitatem. Ex eo.*] Utrum ex Pamphilo? an *ex eo*, ex ea re: id est quod segregaverit vere ab se Pamphilum? et hoc est melius. Nam nobilis meretricis est, non timere, ne alterum non inveniat: aut nobilis est, cognitam fieri etiam senibus. *Et rem natam.*] Ex patrocinio et amicitia senis. *Rem natam.*] Quia multa in eam contulit. *Et gloriam.*] Ex facto raro in meretricibus. *Et gloriam esse.*] Quia defendit eum apud soceros et uxorem: et quod marito meretrix coniugem reddit.

Vide ad Eun. V. 7. 20. Sed et hinc *nobiles* dicuntur illustribus maioribus orti; quod ii magis noti publice sint, quam plebeii. — *Rem natam et gloriam.*] Solent haec iungi. Vide Heaut. I. 1. 64. [*Res* est utilitas, sicut dicimus *est e re mea, est in rem meam. Nasci* est existere.]

32. *Ei.*] Intelligit Pamphilum. Vide supra V. 1. 33.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

PARMENO. BACCHIS.

Pa. Aedepol nae meam hérus esse operam députat parví preti,
Qui ób rem nullam mísit, frustra ubi tótum desedí diem,
Mýconium hospitém dum exspecto in árce Callidémidem.

Aedepol nae meam herus esse operam deputat parvi pretii.] *In tota hac fabula servus piger et curiosus inducitur: neque quidquam illi evenit ex sententia sua.* — 1. *Aedepol nae meam.*] Totum a stomachante dicitur: quasi qui nunc maxime iniuriam persenserit. *Aedepol nae meam.*] In hac scena καταστροφὴ populo exponitur. *Deputat parvi pretii.*] Quia sic scilicet abutitur. *Deputat parvi* eam, qui deputat eam in re nullius pretii consumendam. — 2. *Frustra ubi totum desedi diem.*] Deest *illuc:* ut sit, *illuc, ubi frustra totum desedi diem. Totum desedi diem.*] Nota, accusativo casu usum esse. — 3. *Myconium hospitem dum exspecto.*] Memoriter et vigilanter servus *Myconium hospitem* et *Callidemidem* dixit: ne videretur negli-

1. *Operam deputat parvi preti, qui ob rem nullam misit.*] Similis querela servi apud Plautum, Amph. I. 1. 17. *Quodcunque accidit homini libere, posse retur: Aequom esse putat: non reputat, laboris quid siet: Nec, aequom anne iniquom imperet, cogitabit.*

2. *Frustra ubi totum desedi diem.*] Ita Plautus, Aul. I. 1. 33. *Quasi claudus sutor* domi sedet totos dies. Est autem *desidere* diu sedere, unde *deses.* Phaedrus, II. 4. 21. *Ruinam metuens aquila ramis* desidet. [Plaut. Pseud. IV. 4. 7. *Quid tu intus, quaeso, desedisti?* Cic. in Pison. c. 5. *an potest ulla esse excusatio, non dicam male sentienti, sed sedenti, cunctanti, dormienti in maximo reipublicae motu consuli.* Vid. Graevius Lect. Hesiod. c. 12. p. 61.]

'Itaque ineptus hódie dum illic sédeo, ut quisque vénerat,
'Accedebam: adoléscens, dic dum, quaéso, es tu Myconius?
Nón sum. at Callidémides? non. hóspitem ecquem Pámphilum
Híc habes? omnés negabant. néque eum quemquam esse árbitror.
Dénique hercle iám pudebat. ábii. sed quid Bácchidem
'Ab nostro adfine éxeuntem vídeo? quid huic hic ést rei?
Ba. Pármeno, opportúne te offers. própere curre ad Pámphilum.

V. 4. Bentl. ex duobus codd. *ut quisquam venerat.*
V. 5. Bentl. *tun es Myconius?* ùt vitetur synaloephe.

---

gentia, vel oblivione sua non invenisse, ad quem missus est. *Myconium hospitem.*] Bene ostendit se memorem et signorum et nominum, ut videatur vere illusus, quum operam dederit. — 4. *Itaque ineptus.*] Moraliter additum *ineptus.* Et *ineptus*, quasi *inaptus.* — 5. *Adolescens, dic dum, quaeso.*] Vernaliter et comice se ipsum servus imitatur. Et est μίμησις. *Es tu Myconius?*] Nam ut tria mandata sunt inquirenda, tria inquisita sunt ordine. — 7. *Omnes negabant.*] Bene transit a μιμητικῷ ad διηγηματικὸν, et συντόμως. *Neque enim quemquam esse arbitror.*] Id est, non puto eum esse in mundo. — 8. *Iam pudebat.*] Sedere, an interrogare? — 9. *Ab nostro adfine exeuntem video?*] Satis moraliter inducitur servus dicere, *ab nostro adfine:* quum domini eius sit, non ipsius. Sic et prius, *Noster socer, video, venit*, pro, Pamphili socer. *Exeuntem video.*] Docte poëta praemonstrat locuturam personam. *Quid huic hic est rei?*] Rursus curiosus nihil sciturus est, et excursurus piger. — 10. *Parmeno, opportune te offers.*] Attendendum, quod ab initio co-

---

5. *Accedebam.*] Ita And. I. 1. 96.
9. *Quid huic hic est rei?*] Ita And. V. 2. 8. Adelph. IV. 5. 4.
10. *Opportune te offers.*] Ita And. IV. 2. 3. Adelph. III. 2. 24.

Pa. Quid eo? *Ba.* Dic me oráre, ut veniat. *Pa.* 'Ad te? *Ba.* Immo ad Philúmenam.
Pa. Quid rei est? *Ba.* Tua quód nil refert, pércontari désinas.
Pa. Níl aliud dicam? *Ba.* 'Etiam: cognosse ánulum illum Mýrrhinam
Gnátae suae fuísse, quem ipsus ólim mi dederát. *Pa.* Scio.
Tántumne est? *Ba.* Tantum. áderit continuo, hóc ubi ex te audíverit.

V. 15. vulgo *audierit.* Correxit Faërn. et Bentl. ex codd.

---

moediae usque ad finem Parmeno mittitur ut currat: et celatur ut nesciat, quod curiose desiderat. *Propere curre ad Pamphilum.*] Facete poëta inde incipientem facit, quod ille minime vult, dicendo, *curre.* — 11. *Quid eo?*] Id est, ad Pamphilum. *Ad te?*] Vide curiosum non recusare laborem, quo causam sciat. *Ad te?*] Non ad te conveniendam, sed domum, *ad te* significat. *Immo ad Philumenam.* Mire tota fabula invenit, quamobrem currat Parmeno. — 12. *Quid rei est?*] Totum pro persona. *Tua quod nihil refert, percontari desinas.*] Οἰκονομικῇ διανοίᾳ et eximie dixit, quasi minus sit iniurium prohibere interrogare, quam interroganti non respondere. Et memento hanc esse, cui in principio nihil celaverit Parmeno. — 13. *Nihil aliud dicam?*] Vult rem per mandata colligere. *Etiam: cognosse anulum illum Myrrhinam.*] *Etiam* adverbium est vel consentientis, vel reminiscentis: sed magis reminiscentis modo. Sic *Cicero, Etiam, quod pene praeterii, capella quaedam est, mire facta.* — 14. *Scio.*] Non *audio,* inquit, sed

---

12. *Tua quod nihil refert, percontari desinas.*] Eodem sensu curiosius sciscitanti respondetur, Heaut. IV. 4. 23. *Ne quaeras.* Plautus, Stich. II. 1. 48. *Tua quod nihil refert, ne Cures.* Dixit autem *percontari desinas* pro *noli percontari.* Ita Virgil. Aen. IV. 360. Desine *meque tuis incendere teque querelis.* Phaed. III. 2. 12. *Vos timere absistite.*

[13. *Etiam.* Hac particula Veteres utuntur, cum illis aliquid praeter illa, quae dixerunt, derepente in mentem venit. Cic. ad Quint. fratr. I. 3. *quid praeterea? quid? etiam.* Id. ad Attic. I. 13. *novi tibi quidnam scribam? quid? etiam.* ubi vid. Manutius.]

15. *Tantum.*] Vide ad Eun. V. 6. 26.

Séd cessas? *Pa.* Mínime équidèm: nam hódie míhi potéstas haúd data 'st;
Ita cursando atque ámbulando tótum hunc contriví diem.

***Ba.* *(sola)* Quántam óbtuli adventú meo laetítiam Pamphilo hódie!**
Quot cómmodas res áttuli! quot aútem ademi cúras!
Gnatum eí restituo, péne qui harum ipsíusque opera périit:
Uxórem, quam numquam ést ratus posthác se habiturum, réddo:
Qua ré suspectus suó patri et Phidíppo fuit, exsólvi.

V. 20. vulgo *qui pene.* Emendavit Bentl.

---

scio. — 16. *Sed cessas?*] Hoc est, tardas et quiescis? urget autem cum cursu. *Minime equidem.*] *Cesso* subauditur. *Potestas haud data est.*] Cessandi scilicet. — 17. *Ita cursando; atque ambulando.*] Est enim cursus et navigantis, et equitantis. — 18. *Quantam obtuli adventu meo.*] Reliqua pars argumenti per μονῳδίαν narratur. — 19. *Quot commodas res attuli!*] *Quot*, quam multas! Et more suo *attuli* dixit. *Quot autem ademi curas!*] Sic ante, *Ut metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio. Quot commodas res attuli! Quot autem ademi curas!*] Haec omnia admirantis sunt, ut Virgilius, *Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?* — 20. *Gnatum ei restituo.*] Ἐξαρίθμησις. — 21. *Reddo.*] *Redditur* nobis, quod nostri cupidum est: *restituitur* nobis, cuius cupidi sumus. Bene ergo, *Gnatum restituo, uxorem reddo.* — 22. *Qua re suspectus suo patri, et Phidippo fuit.*] Ergo non unum beneficium, sed tria sunt. *Exsolvi.*] Variavit tempora, *restituo,*

---

17. *Contrivi diem.*] Ita Propertius, II. 1. 46. *Qua pote, quisque in ea conterat arte diem.* Vide ad Adelph. V. 4. 15.

18. *Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo.*] Plautus, Epid. I. 1. 19. *Voluptabilem mihi nuncium tuo adventu attulisti.*

20. *Gnatum ei restituo.*] Ita And. III. 3. 38. Heaut. III. 1. 83. Plautus, Capt. III. 4. 56. *Ego illum restituam huic.* — *Harum.*] Δεικτικῶς. Intelligit mulieres in aedibus, unde egressa erat.

Hic ídeo his rebus ánulus fuit ínitium inveniúndis.
Nam mémini, abhinc menses decem fere ád me nocte prima
Confúgere anhelantém domum, sine cómite, vini plénum,
Cum hoc ánulo. extimui ílico. mi Pámphile, inquam, amábo,
Quid éxanimatu 's, óbsecro? aut unde ánulum istum náctu's?
Dic mi. ílle alias res ágere se simuláre. postquam vídeo,

reddo, exsolvi. — 24. *Nam memini, abhinc menses decem.*] *Menses decem* dixit: et recte, ut de hoc peperisse demonstret. *Nocte prima.*] Primis partibus noctis, vel primore: ut, *Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.* — 25. *Confugere anhelantem.*] Ex his argumentis potest colligi, hunc esse, qui virginem vitiaverit. *Confugere anhelantem.*] Vide signa coniecturalia: quod *confugere* vidit, timebat: quod *anhelantem*, colluctatus fuerat: quod *domum*, celari volebat: quod *sine comite*, pudendum fuerat facinus: quod *vini plenum*, temerarium: quod *anulum habebat*, raptum indicat. Vides igitur his indiciis, ut virginem apparet vitiatam. — 26. *Mi Pamphile, inquam, amabo.*] Haec blandimenta sunt muliebria. — 27. *Quid exanimatus es, obsecro? aut unde anulum istum nactus?*] Principalia signa vitii illati, perturbatio et anulus. *Quid exanimatus es, obsecro? aut unde anulum istum nactus?*] Brevitati consulit *Terentius:* nam in Graeca haec aguntur, non narrantur. — 28. *Simulare.*] Fingere, ac pro vero falsum tradere. *Ille alias*

---

23. *His rebus annulus fuit initium inveniundis.*] Ita Cicero, Fam. IX. 4. *Ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est.* Et Fam. IX. 24. *Initium suspicionis et cautionis, et diligentiae fuisse literas tuas.*

24. *Abhinc menses decem.*] Ita And. I. 1. 42. — *Nocte prima.*] H. e. prima noctis parte, extremo crepusculo, quod et *prima face* dixerunt. Vide ad Heaut. V. 1. 29.

25. *Vini plenum.*] Ita dixit, uti *succi plenum*, Eun. II. 3. 26. *plenos sanguinis*, Plautus, Bacchid. I. 2. 45.

27. *Exanimatus.*] H. e. ita delassatus et simul perturbatus, ut vix respirare posset. Caesar, B. G. II. 23. *Cursu ac lassitudine exanimatos.*

28. *Dic mihi.*] Formula blande interrogandi. Vide ad Eun.

Nescio quid suspicárier, magis coépi instare ut dícat.
Homo sé fatetur vi ín via nescío quam compressísse,
Dicítque sese illi ánulum, dum lúctat, detraxísse.
Eum haéc cognovit Mýrrhina in dígito modo me habéntem.
Rogat, únde sit? narro ómnia haec. indé 'st cognitio fácta,
Philúmenam esse cómpressam ab eo, et fílium inde hunc nátum.
Haec tót propter me gaúdia illi contigisse laétor.
Etsi hóc meretrices áliae nolunt. néque enim est in rem nóstram,

V. 32. Bentl. corr. *Eum cognovit Myrrhina haec, in digito modo me habente*, quia Myrrhina non cognoverit Bacchidem habentem in digito anulum, sed ipsum anulum potius. De metro v. Herm. l. c. p. 151.

V. 36. Bentl., ne caesura laboret, corr. *Etsi hoc meretrices non volunt.*

---

res agere se simulare.] Id est, *alias res agentem se fingere*: pudebat enim amicae de alterius stupro fateri: et ei amicae, quam tum deperibat. — 29. *Nescio quid suspicarier.*] Pro aliquid. — 30. *Homo se fatetur vi, in via, virginem nescio quam compressisse.*] Bene additum *homo*. Et oratorie, *nescio quam*; ex quo dicto omnis error est natus. Nam appone nomen, et nulla fabula est. *Nescio quam.*] Vel quia vere nesciebat: vel quia sic dicendum fuit, ne amare illam videretur. — 35. *Haec tot propter me gaudia.*] Inclusit narrationem fabulae more suo: ne haec in futuro actu exspectaremus. — 36. *Etsi hoc meretrices aliae*

IV. 1. 44. — *Alias res agere.*] H. e. non attendere ad ea, quae dicerem aut rogarem. Vide ad And. I. 2. 15. Eun. II. 3. 56.

30. *Homo.*] Vide ad Eun. II. 2. 30. — *In via.*] Locus hic expressus e Plauto, Cistell. I. 3. 10. *Isque hic compressit virginem adolescentulus, Vinolentus, multa nocte, in via.*

31. *Luctat.*] Ita Plautus, Trin. IV. 1. 20. *Quibus aerumnis deluctavi, filio dum divitias quaero!* [Sic alibi *relucto* pro *reluctor*. Vid. Rivius ad h. l. et Vossius de Anal. III. 7. p. 283.] — *Detraxisse.*] Supra IV. 1. 58. Heaut. IV. 1. 38. *Pignusque direptum lacertis, Aut digito male pertinaci.*

32. *Eum haec cognovit.*] Ita Eun. V. 3. 6. Heaut. IV. 1. 44.

36. *Est in rem nostram.*] Ita supra II. 2. 7. et III. 3. 31.

Ut quísquam amator núptiis laetétur. verum, ecástor,
Numquàm ánimum quaesti grátia ad malás adducam pártes.
Ego, dum íllo licitum 'st, úsa sum benígno et lepido et cómi.
Incómmode mihi núptiis evénit, factum fáteor.
At, pól, me fecisse árbitror, ne id mérito mi eveníret.
Multa éx quo fuerint cómmoda, eius incómmoda aequom 'st férre.

nolunt.] Color necessarius a verisimili. Se enim alibi dixisse, *Bonas matronas facere, meretrices malas*, meminit. *Neque enim est in rem nostram.*] *In rem*, in utilitatem, id est, pro commodo. — 39. *Ego, dum illo licitum 'st.*] An meruerit Pamphilus. — 40. *Incommode mihi nuptiis evenit.*] Sic dixit, quemadmodum dicimus, *Ei male evenit*, aut, *Bene ei contigit*. *Incommode mihi nuptiis evenit.*] Ἀνθυποφορά. Et est ordo, *Incommode mihi evenit ex nuptiis*. Et *incommode*, pro incommodo. *Nuptiis.*] Deest *ex*, ut sit, *ex nuptiis*. *Factum fateor.*] Ἀνθυποφορά. — 41. *Ne id merito mihi eveniret.*] Ergo haec dolemus, quae merito contingunt. — 42. *Multa ex quo fuerint commoda, eius.*] Ratio cur nova omnia fiant, et contra officium meretricis. *Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda aequom 'st ferre.* Hoc eo tractu vocis, et ea aequanimitate dicendum, quale in Adelphis, *quando eum quaestum occeperis, Accipiunda, et mussitanda iniuria adolescentium est.*

---

38. *Nunquam animum quaesti gratia ad malas adducam partes.*] Citat Priscianus, Instit. Grammat. Lib. VI. Ita dixit V. 2. 42. *Ad misericordiam adduces.*

39. *Lepido.*] Vox meretricia. Eun. III. 3. 25. Supra V. 1. 26.

42. *Eius incommoda.*] H. e. incommoda, quae ex eo oriuntur. Ita Phorm. V. 8. 27.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

PAMPHILUS. PARMENO. BACCHIS.

Pa. Vide, mi Parmeno, étiam sodes, út mi haec certa et clára attuleris:
Né me in breve conícias tempus, gaúdio hoc falsó frui.

V. 2. Bentl. coni. *pellicias.*

---

1. *Vide, mi Parmeno, etiam sodes, ut mihi haec certa.*] Bene *haec* repetit; verum est enim, ut quod misere cupimus, id etiam tardius credamus effectum. Sic et in Adelphis: *Eo ve-*

---

1. *Certa et clara attuleris.*] Plautus, Pers. II. 2. 1. *Satin' haec tibi sunt* plana et certa? Seneca, Ludo de Morte Claudii, init. *Ab hoc ego, quaecumque audivi,* certa et clara adfero. [*Vide etiam* idem valet, quod apud Ciceronem *vide etiam atque etiam* i. e. valde, magnopere. Plaut. Mostell. II. 2. 43. *Circumspice etiam.* — *Certa et clara.* Haec verba ex formula iunguntur. Horat. Serm. II. 6. 27. *Postmodo, quod mihi obsit clare certumque locuto luctandum in turba et facienda iniuria tardis.* Liv. XXII. 39. *omnia non properanti clara certaque erunt.* Vid. Gronov. ad Senec. de morte Claudii c. 1. et ad Liv. I. 18. 9.]

2. *Ne me in breue coniicias tempus, gaudio hoc falso frui.*] Est ὑπέρβατον cum συλλήψει. Sensus autem est: *Ne me coniicias in falsum et breve gaudium.* Ita Heaut. II. 3. 51. Imitatus Cicero, Fam. VI. 12. *Nec sum tam stultus, ut te* usura falsi gaudii frui *velim.* [Insolens loquendi ratio *coniicere aliquem in breve tempus.* Bentleius legit *ne me in breve pellicias tempus gaudio hoc falso frui,* sed ne haec quidem coniectura difficultatem pellit. Infinitivus *frui* ponitur pro *ad fruendum,* ut supra III. 2. 10. *introiit videre.* Vid. Perizon. ad Sanct. Min. IV. 6.] — *Deus sum.*] Hyperbole gaudii et felicitatis. Ita And. V. 5. 4. Heaut. IV. 3. 15. Plautus, Curc. I. 3. 11. *Sum Deus.*

Par. Vísum est. *Pa.* Certen'? *Par.* Cérte. *Pa.* Deús sum, si hóc ita 'st. *Par.* Verum réperies.
Pa. Mánedum, sodes, tímeo, ne aliud crédam, atque aliud núnties.
Par. Máneo. *Pa.* Sic te díxe, opinor, ínvenisse Mýrrhinam,
Bácchidem suum ánulum haberè. *Par.* Fáctum. *Pa.* Eum, quem olim éi dedi:
'Eaque hoc mihi te núntiare iússit. itane est fáctum? *Par.* Ita, inquam.
Pa. Quís me est fortunátior, venustátisque adéo plénior?
'Egon' pro hoc te núntio quid dónem? quid? quid? néscio.

V. 6. vulgo *dixisse.* Correxit Bentl.
V. 7. ante Bentl. erat: *Eaque hoc té mihi nuntiare.* Veram lectionem duo libri suppeditarunt.
V. 9. Bentl. ex codd. sanavit. Vulgo erat: *Egon' te pro hoc nuntio.*

---

reor magis. — 4. *Manedum.*] *Dum*, abundat. — 5. *Sic te dixisse opinor.*] Miro affectu inducitur, vix induci ad credendum, quod gaudet Pamphilus. — 7. *Ita, inquam.*] Quasi, iam ante fassus, dico. — 8. *Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?*] Ob beneficia Veneris; cui contrarium *invenustus*, cui contra ceciderit, quod amat. — 9. *Quid donem? quid? quid? nescio.*] *Μελλησμός*, ut: *Pelagine venis erroribus actus? An monitu Divûm? an quia te fortuna fatigat, Ut tristes sine sole domos,*

Cicero, Att. II. 19. *Bibulus in coelo est.* Idem contra de Pompeio, Att. 21. *Deciderat ex astris.*

6. *Factum.*] Formula affirmandi. Eun. IV. 2. 41.

7. *Ita, inquam.*] De usu particulae *inquam* vide ad And. V. 2. 21.

8. *Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?*] Iungitur felicitati venustas. And. I. 5. 10. ubi v. annot. Plautus, Poen. I. 2. 44. *Diem pulchrum et celebrem et venustatis plenum.* Est autem *venustas ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία.*

9. *Quid? quid?*] Formula dubitantis et quaerentis. Vide Eun. III. 2. 51.

Par. At égo scio. *Pa.* Quid? *Par.* Níhil énim.
Nám neque in nuntió, neque in me ipso tíbi boni quid sít, scio.
Pa. 'Egon' te, qui ab Orco mórtuum me réducem in lucem féceris,
Sinám sine munere á me abire? ah! nímium me ingratúm putas.
Sed Bácchidem, eccam, vídeo stare ante óstium!
Me exspéctat, credo: adíbo. *Ba.* Salve, Pámphile.
Pa. O Bácchis! ô mea Bácchis! servatríx mea.
Ba. Bene fáctum, et volupe 'st. *Pa.* Fáctis, ut credám, facis:
Antíquamque adeo tuám venustatem óbtines,

V. 12. Bentl. post *Egon'* inseruit *te* ex uno cod. Reg. et vet. edit.

---

loca turbida, adires? — 11. *Nam neque in nuntio.*] Magis scire vult, quam munus accipere. *Nam neque in nuntio, neque in me ipso, tibi boni quid sit, scio.*] Facete agit *Terentius:* quanto magis Parmeno curiosus est, tanto magis nescit illa, quae cupit. — 16. *O Bacchis! ó mea Bacchis! servatrix mea.*] Bene additum est, *servatrix mea.* Et *mea*, quod supra dixit, amatoris est. — 17. *Factis, ut credam, facis.*] Difficile enim

---

12. *Ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris.*] Plautus, Pseud. III. 2. 6. *Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit.* Est autem formula summi beneficii praestiti. Cicero post Red. in Sen. 9. *Qui me* a morte ad vitam, *a desperatione ad spem*, *ab exitio ad salutem* revocavit. Virgilius, Aen. IV. 375. *Amissam classem, socios* a morte reduxi. Nepos, Dion. 10. *Ut eum suo sanguine, si possent*, ab Acherunte *cuperent* redimere. Ovidius, Trist. V. 9. 19. *Seminecem Stygia revocasti solus ab unda.* Apuleius, Metam. X. *Ad meum festinant illico divinum*, reducem*que* ab inferis conspectum. De voce *reducem* vide ad Heaut. II. 4. 18.

[17. *Factis, ut credam, facis.*] H. e. eo, quod fecisti, facis ut credam te ex animo gaudere. *St.*]

18. *Antiquamque adeo tuam venustatem obtines.*] Vide ad And. IV. 5. 22. [*Venustatem* i. e. elegantiam morum. Cic. pro Arch. c. 12. *quem amicorum videtis comprobari tum dignitate tum etiam venustate.*]

Ut vóluptati obitus, sérmo, adventus tuús, quocumque advéneris,
Sempér sit. *Ba.* Ac tu, ecástor, morem antíquom atque ingenium óbtines:
Ut únus omnium hómo te vivat númquam quísquam blándior.
Pa. Ha! ha! hé! tun' mihi istuc? *Ba.* Récte amasti, Pámphile, uxorém tuam:
Nam númquam ante hunc diém meis oculis eám, quod nossem, víderam.
Perlíberalis vísa 'st. *Pa.* Dic verum. *Ba.* 'Ita me Di ament! Pámphile.

V. 19. Bentl. corr. *adfatus tuus.*

---

erat credere, his rebus gaudere meretricem. — 19. *Ut voluptati obitus.*] *Obitus* occursus: *ob* enim significat contra. Ergo *obitus*, aditus. Legitur et, *voluntate obitus.* *Obitus, sermo, adventus tuus.*] Inter *obitum* et *adventum* hoc interest: quod *obitus* est, quem casus affert: *adventus*, quem voluntas et destinatus locus. — 22. *Tun' mihi istuc?*] Quia blandimentum magis meretricium est. — 23. *Numquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.*] Hoc est, *numquam sic videram, ut eam nossem.* *Quod nossem.*] Id est, quod meminissem, quod scirem: ac per hoc, numquam videram, ut alibi, *Non equidem istuc, quod sciam.* — 24. *Dic verum.*] Bene instanter ex meretrice quaerit, quid de forma uxoris sentiat; scit enim hanc iudicem esse pulchritudinis posse; vel quod foemina, vel quod aemula. —

---

19. *Obitus.*] Inter *obitum* et *adventum* distinguit Donatus. Turpilius Epiclero: *Ecquis hic est, qui interrumpit sermonem meum obitu suo?* Adde Donatum ad Phorm. I. 2, 45. Est igitur *obitus* idem quod *occursus*, quomodo *obire* pro occurrere dixit Lucretius, I. 223. et 248. [Vid. Palmerius Spicileg. p. 775. St.]

[20. *Morem antiquum atque ingenium obtines.* In his pleonasmum notat Rufinianus de Schemat. iunctus Rutilio Lupo p. 257.]

22. *Recte amasti.*] H. e. iure et merito. Ita And. IV. 4. 27.

23. *Numquam ante hunc diem.*] Ita supra IV. 4. 19. et infra, versu 40.

24. *Perliberalis visa est.*] Vide And. I. 1. 96. Phorm. V. 2. 32.

Pa. Dic mi, harum rerum num quid dixti meo patri?
Ba. Nil. *Pa.* Néque opus est.
Adeó mutito. plácet, non fieri hoc ítidem, ut in Comoédiis,
Omnia ómnes ubi resciscunt: hic, quos pár fuerat resciscere,
Sciúnt: quos non autem aéquom 'st scire, néque resciscent, néque scient.
Ba. Immo etiam, qui hoc óccultari fácilius credás, dabo.
Myrrhina ita Phidíppo dixit, iúri iurandó meo.

V. 26. Bentl. corr. *placet haud fieri.*
V. 27. Bentl. *fuerat par resc.*
V. 29. Bentl. corr. *occultum iri.* Frustra. Praesens tempus non infrequens post eiusmodi verba, ubi futurum expectes.

---

25. *Numquid.*] Num aliquid; acuendum ergo *quid.* *Neque opus est: adeo mutito.*] Vel tenui dicto. — 26. *Non fieri hoc itidem, ut in Comoediis.*] Mire: quasi haec comoedia non sit, sed veritas, aut deest *aliis.* *Ut in comoediis.*] Deest *fit.* — 27. *Omnia omnes ubi resciscunt.*] In fine enim comoediae nihil cuiquam celari solet. *Hic,* in hac comoedia, aut in hac re. — 28. *Neque resciscent, neque scient.*] *Resciscunt* ad quos pertinet. Et *resciscunt* qui nesciunt: *sciunt* qui negligunt. Et *resciscimus* ex alio, *scimus* etiam per nostram opinationem. *Rescire* est re-

---

25. *Harum rerum.*] Indigitat annulum in digito Bacchidis, et commercium stupri cum Philumena; quod utrumque latere volebat patrem et socerum, ne sibi ab iis convicium fieret.

26. *Mutito.*] Ex Donati sententia haec vox iungenda continue superioribus. Ut sensus sit: *Neque sane opus est vel minimo indicio.* Vide ad And. III. 2. 25. — *Ut in comoediis.*] In ipsa comoedia comoediae mentionem facit. Ita Plautus, III. 4. 3. *qui minus liceat Deo minitarier Populo, ni decedat mihi, quam servulo* in comoediis? Cicero, de Amicit. 26. ex veteri poëta: *Hodie me ante omnes* comicos, *stultos senes Versaris, atque luseris lautissime.* Vide Comment. maiorem.

30. *Iuri iurando meo se fidem habuisse.*] Plautus, Cist. II. 1. 26: *Alibi quaere, ubi tuo iurando iuri satis sit subsidii.*

Sé fidem habuisse, et proptéreá te sibi purgatum. *Pa.* Optume 'st.

Speróque hanc rem esse eventurum nobis ex senténtia.

Par. Hére, licetne scíre ex te hodie, quid sit, quod fecí boni?

Aút quid istuc est, quód vos agitis? *Pa.* Non licet. *Par.* Tamen suspicor.

Egone húnc ab Orco mórtuum? quo pácto? *Pa.* Nescis, Pármeno,

Quantum hódie profueris mihi, et me ex quánta aerumna extráxeris.

Par. Immo véro scio; neque hóc imprudens féci. *Pa.* Ego istuc sátis scio.

Ba. An témere quidquam Pármeno praetéreat, quod facto usus sit?

V. 36. *me* vulgo post *aerumna* locatum vel omissum in sedem suam restituit Bentl.

V. 38. vulgo Pamphilo tribuitur. Bacchidi ascripsit Bentl.

---

cognoscere, et vix invenire quod quis nescierit. — 33. *Here, licetne scire ex te?*] Ridicule instat scire, ignoraturus Parmeno. — 35. *Egone hunc ab Orco mortuum?*] Verba sunt cogitantis, ideo et ἐλλειπτικῶς loquitur. *Nescis, Parmeno.*] Addidit stimulos curiositati eius. — 37. *Immo vero scio; neque hoc imprudens feci.*] Recte; parvum enim beneficii meritum, si ab imprudente praestitum videatur. — 38. *Temere quidquam Parmenonem praetereat.*] Quod interdum non temere praetereat, quod habet faciendi necessitatem. *Temere quidquam Parmenonem praetereat.*] Sibi ipsi hoc dicit, et se nominat. Ut, *Degeneremque*

---

31. *Te sibi purgatum.*] H. e. excusatum. Caesar B. G. I. 28. *His, uti conquirerent, et reducerent, si* sibi purgati *esse vellent, imperavit.*

32. *Ex sententia.*] Ita Heaut. IV. 3. 5.

38. *An temere quidquam Parmenonem praetereat.*] Vana est iactantia, qua servus sese effert, quasi probe sciens, quid rei geratur, licet id quamlibet curiosus plane tamen ignoret, quod mox ipse spectatoribus indicat. Cicero, Fam. I. 8. *Sed te non* praeterit, *quam difficile sit.* Columella R. R. Lib. I. praefat. *Non me* praeterit. [*An temere quicquam Parmenonem praetereat.* Duplex huius loci scriptura

Pa. Séquere me intro, Pármeno. *Par.* Sequer. équidem plus hodié boni
Féci imprudens, quám sciens ante húnc diem umquam. Plaúdite!

Neoptolemum narrare memento. Et, *Age nunc: Phormionem, qui volet, lacessito.* *Temere quidquam.*] Utrum hoc dicit, *Non temere, neque per imprudentiam geritur, quidquid utile est;* an hoc dicit, *Nihil potest transire temere, quod utile factu est, quin gratiam sui habeat,* an hoc dicit, *An quidquam Pamphilus praetereat temere: ita ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod sibi utile fuerit?* Et convenit hoc dictum meretrici abeunti. — 40. *Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem umquam.*] Quia non convenit servo scienti, recte facere, bene addidit, *imprudenti* sibi evenisse, ut bene faceret: quod prudens numquam fecerit. *Imprudens quam sciens.*] 'Αντίθετον secundum. Nam *imprudentem scienti* reddit, non *prudentem. Aelii Donati V. C. Oratoris Urbis Romae, Comment. in Terenti Hecyram explicit.*

---

est, unde duplex etiam sensus nascitur. Si legatur *an temere quicquam Parmenonem praetereat,* sensus est: an Parmeno aliquid ignoret, an Parmenoni aliquid occultum sit. Cic. ad Div. I. 8. *sed te non praeterit, quam sit difficile.* Columella in Praef. l. I. de Re Rust. *non me praeterit.* Sin legatur *an temere quicquam Parmeno praetereat,* sensus est: an Parmeno quicquam omittat, quod utile factu sit. Sed quocunque modo legatur, hic versus nec Parmenoni nec Pamphilo tribuendus est, sed Bacchidi, quae et ipsa Parmenonem ridet. Vid. Bentleius ad h. l.]

39. *Plus hodie boni feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam.*] Expressa e Plauto, Capt. Prol. 43. *Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem Imprudens; itidemque ut saepe iam in multis locis Plus insciens quis fecit, quam prudens boni.* Haec autem Parmeno herum Pamphilum intro sequens, et simul ad spectatores respiciens dixit; ut commode τὸ *plaudite* adderetur fabulae.

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,
CUM INTERPRETATIONE
DONATI ET CALPHURNII,
ET
COMMENTARIO PERPETUO.

IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS

EDIDIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VI.

PHORMIO.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,
CUM INTERPRETATIONE
DONATI ET CALPHURNII,
ET
COMMENTARIO PERPETUO.
IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS

EDIDIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. VI.

PHORMIO.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

P. TERENTII AFRI COMOEDIAE SEX,

CUM INTERPRETATIONE

DONATI ET CALPHURNII,

ET

COMMENTARIO PERPETUO

[illegible]

N. HERM. WESTERHOVIUS

[illegible]

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. IV.

PHORMIO.

P. TERENTII PHORMIO.

ACTA LUDIS ROMANIS, L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERULA AEDILIB. CURULIB. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATILIUS, PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI, TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORU EPIDICAZOMENOS, FACTA EST IV., C. FANNIO, M. VALERIO, COSS.

PERSONAE.

Prologus.

Antipho, adolescens, filius Demiphonis.
Chremes, senex, frater Demiphonis.
Cratinus, advocatus.
Crito, advocatus.
Davus, servus incerti heri.
Demipho, senex, frater Chrem.
Dorio, leno.
Geta, servus Demiphonis.
Hegio, advocatus.
Nausistrata, matrona, uxor Chremetis.
Phaedria, adolescens, filius Chremetis.
Phormio, parasitus.
Sophrona, nutrix Phanii.

Personae mutae.

Dorcium, ancilla.
Phanium, adolescentula, filia Chremetis.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII PHORMIONEM.

Chremetis frater aberat peregre Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, et filiam;
Athenis aliam coniugem: et amantem unice
Gnatum fidicinam. Mater e Lemno advenit
Athenas. moritur. Virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam visam Antipho
Quum amaret, opera Parasiti uxorem accipit.
Pater et Chremes reversi, fremere. dein minas
Triginta dant Parasito, ut illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Uxorem retinet Antipho, a patruo agnitam.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE

PRAEFATIO IN PHORMIONEM TERENTII.

Hanc Comoediam manifestum est prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est, Ἐπιδικαζόμενον, Graece scriptam esse, quam Latine a Terentio *Phormionem*. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse cui nomen Poëta mutaverit: et errare eos, qui in hac Phormionem parasitum putant a formula litis, quam intenderit, nominatum: quum Graeca lingua fiscus sparteus, et stramen nauticum sic dicatur: a cuius rei vel capacitate, vel utilitate, etiam ab Appollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur. Haec igitur proprie tota motoria est, et in affectibus constituta pene maioribus, quam comicus stilus posceret: nisi quod arte Poëtae omnia moderata sunt. Primas in ea partes, ut ipse Poëta professus est, tenet Phormio; secundas Geta; tertias Demipho; subinde caeteri, prout cuiusque actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo, ut ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam pervicaciam, et simul argumentum suae purgationis inducat. Atque in ea quum Protasis, et Epitasis, et Catastrophe magni moliminis et negotii sint; ita variis leporibus asperguntur, ut etiam rerum tristium gravitatem Poëta lepidus comica serenitate tranquillet. Haec acta est ludis Megalensibus, Lucio Cornelio Merula Aedili Curuli, et L. Posthumio Albino: agentibus L. Cassio Attilio, et L. Ambivio: modos faciente Flacco Claudii filio tibiis Serranis, totaque diverbiis facetissimis, et gestum desiderantibus scenicum, et maximi-

mis ornata canticis fuit. Editaque est quarto loco, M. Valerio, et C. Fannio Coss. Persona etiam in huius Protasi non una est, sed duae: quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur Fabula: altera in argumento, quae narrat Fabulam. Argumentum quoque non simplicis negotii habet: nec unius adolescentis, ut in *Hecyra:* sed duorum, ut in caeteris Fabulis. Scire autem convenit, uno die transigi *Phormionem:* non, ut *Heautontimorumenon*, duobus. Prologus correpte ἀπὸ τοῦ προλέγειν dicitur, non producte ἀπὸ τοῦ πρωτολογεῖν. Nam officium Prologi ante actionem quidem rei semper est: verumtamen et post principium Fabulae inducitur, ut apud Plautum in Milite Glorioso, et apud caeteros magnae auctoritatis veteres Poëtas.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Chremes et Demipho fratres Athenienses erant. Chremes Athenis uxorem divitem ac bene dotatam duxerat Nausistratam: et ex ea susceperat filium Phaedriam. Habebat Nausistrata, praeter caeteras opes, opima praedia in Lemno. Eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendosque fructus, commeabat. Dum illic residet, pauperculae cuiusdam mulieris amore correptus, eam quoque ducit uxorem, et ex ea suscipit filiam Phanium: ac ne res emanaret, commutato nomine, Stilphonem se Lemni vocari iubet. Detrahebat autem e fructibus praediorum uxoris Atheniensis, quantum satis esset ad illam alteram una cum filia nutrien-

dam: deinde Athenas reversus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid caussabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Quum igitur Phanium quindecim iam haberet annos, conveniunt in se Chremes et Demipho, ut Chremes quidem et Lemniam uxorem et Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio suo uxorem daret. Eius rei causa proficiscitur in Lemnum Chremes. Eodem tempore accidit, ut Demiphoni quoque iter esset in Ciliciam. Abeuntes ambo Getae (is Demiphonis servus erat) filios committunt suos. Profectis senibus, Phaedria se statim Citharistriae cuiusdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod, qui a lenone emeret, quod daret, nihil habebat. Interea uxor e Lemno, quae, propter paupertatem, viri diutius forte, quam solebat, morantis adventum exspectare non posset, conscensa navi, Athenas una cum filia et nutrice ipsius venit: quaerunt Stilphonem frustra. Athenis, qui quemquam eo nomine nosset, reperiebatur nemo. Ibi mater (tanta eam aegritudo ceperat) moritur. Et funus una cum nutrice procurantem Phanium quum adspexisset Antipho, subito amore illius exarsit. Venit ad nutricem postridie, ut eius sibi copiam faceret, obsecrans: illa se, nisi puellam uxorem duceret, facturam negat. Illi, quum et quidvis facere cuperet, et patrem absentem vereretur, parasitus Phormio hoc consilium dedit: Lex erat Athenis, orbas puellas, qui eis genere proximi essent, ducere, aut, si id nollent, dotem eis dare cogerentur. Ego, inquit parasitus, simulabo, me patri virginis amicum fuisse, ideoque caussam illius suscipere: vocabo te in iudicium, tanquam illius cognatum, tecumque lege agam, ut eam ducas. Tu ita te defendes, ut mihi facilem victoriam praebeas: ita condemnabere. Sic fiet, ut et tu potiaris tua, et patre reverso, paratam excusationem habeas. Ita fiunt omnia, ut parasitus suaserat. Confectis iam nuptiis, eodem die ambo redeunt senes: turbari uterque: ille, quod filius indotatam uxorem, se absente, duxisset: hic, quod vereretur, ne erepta sibi hac collocandae filiae occasione, tota res fieret palam. Eo ipso die leno, Citharistriae, quam Phaedria amabat, dominus, nisi sibi pro ea triginta minae darentur, venditurum se eam, minitabatur. Ad eas confi-

ciendus hanc fallaciam Geta confingit: ait senibus, se cum Phormione collocutum: Phormionem vero, si sibi dotis triginta minae darentur, paratum eam uxorem accipere, quam duxisset Antipho. Eam pecuniam Demipho a Chremete sumtam numerat Phormioni: is eam Phaedriae, Phaedria lenoni pro amica tradit. Quum haec iam confecta essent, agnoscitur Phanium. Ibi vero senes gaudere, quod, quas nuptias ipsi facere moliebantur, eae ipsis absentibus, atque inscientibus, factae essent. Sed dolebant, sibi periisse triginta minas. Eas dum a Phormione, primo blanditiis, postea etiam per vim eripere conantur; Phormio, qui iam de duabus Chremetis uxoribus, deque tota re intellexerat, inclamat Nausistratam, eique aperit omnia. Illa, quum aliquamdiu de viro conquesta esset, tandem placatur, filiique ipsius iudicio omnia se permissuram pollicetur.

PUBLII TERENTII
CARTHAGINIENSIS
PHORMIO.

PROLOGUS.

Postquám Poëta vétus Poëtam nón potest
Retráhere ab studio, et tránsdere hominem in ótium;

DONATUS.

Postquam Poëta vetus Poëtam non potest.] *Hoc initium a destructione personae adversarii sumitur, coniunctum cum insinuatione personae Terentianae.* — 1. *Postquam Poëta vetus Poëtam non potest.*] Nota, *postquam* apud veteres non praeterito modo, sed etiam praesenti tempori adiungi. Ut, *Postquam nos Amaryllis habét, Galatea reliquit.* Quamquam sunt, qui *postquam* simpliciter pro *quoniam* accipi velint. *Postquam Poëta vetus.*] Qui iam diu est, non qui iam diu fuit. Ergo ut vinum, *vetus:* non vetus, ut Ennius. *Postquam Poëta vetus Poëtam.*] Iocunda repetitio, ut, *Diva Deam*, et, *notos pueri puer indue vultus.* *Postquam Poëta vetus Poëtam non potest.*] Ἀντίθετον primum per σύλληψιν primam, ita ut extrinsecus *novum* audire oporteat. — 2. *Retrahere ab studio.*] Sic loquitur, quasi rem scenicam magis laedere voluerit *Luscius*, quam *Terentium*. *Transdere.*] *Trans-*

COMMENTARIUS.

1. *Poëta vetus.*] Vide And. Prol. 7.

2. *Retrahere ab studio.*] Quasi cum quadam vehementia. Ita And. I. 5. 8. et III. 2. 39. quod mox, versu 19. dicit *Ab studio reii-*

Maledíctis deterrére, ne scribát, parat.
Qui ita díctitat: quas ántehac fecit fábulas,
Tenui ésse oratióne, et scripturá levi:
Quia núsquam insanum scrípsit adolescéntulum

V. 4. Bentl. corr. *ante hic fecit f.*, i. e. Terentius. cfr. ad Andr. Prol. v. 13.

V. 6. Bentl. pro *scripsit* e Donato dedit *fecit*, quod ita cum infinitivo iungitur Prolog. Heaut. Virg. Aen. II. 583. Lucret. VII. 66.

---

dere veteres sonantius, quod nos lenius dicimus *tradere*: at *tralatum* nos *translatum* e contrario. *Et transdere hominem.*] Comice et venuste inseruit *hominem*: ut, *Levibus huic hamis consertam, auroque trilicem Loricam: quam Demoleo detraxerat ipse Victor, apud rapidum Simoënta sub Ilio alto: Donat habere viro, decus et tutamen in armis.* — 3. *Maledictis deterrere.*] Sensus hic est: ipse se, inquit, adversarius fatetur victum, qui a rebus exclusus ad verba delapsus est. *Maledictis deterrere.*] Deest *eum*, ut, *Quarum, quae forma pulcherrima, Deïopeiam Connubio iungam stabili.* — 4. *Qui ita dictitat.*] Imprudentiam ostendit per frequentativum verbum. *Quas antehac fecit fabulas.*] Et hic lentum accusatorem facit, qui praeterita ingerat, et de quibus iam sit iudicatum in melius. — 5. *Tenui esse oratione, et scriptura levi.*] Imperitum inducit criminatorem, qui hoc obiiciat, quod proprium debet esse comici stili. Revera autem hoc deterior *Menandro Terentius* iudicabatur, quod minus sublimi oratione uteretur, quod ipsum nunc purgat, dicens in tragoedia altiora transire posse. — 6. *Quia nus-*

---

cere. Vide et Hec. Alt. Prol. 11. [*Retrahere a studio* h. e. revocare. Cic. pro Sext. c. 15. *cum duo consules a republica provinciarum foedere retraxisset.* Vid. Graevius ad Auct. ad Herenn. III. 7. — *Transdere hominem in otium* h. e. efficere, ut se tradat otio, abiecto studio fabularum scribendarum. *Transdere* ut sonantius Veteres dicebant pro tradere. Sic *transducere* pro traducere, *transnare* pro tranare, *transiicere* pro traiicere. Vid. Rivius ad h. l. et Cortius ad Sallust. Iug. c. 11.] — *Transdere hominem in otium.*] Ita dixit Heaut. IV. 6. 3. *me deambulatio ad languorem dedit.* Plautus, Pseud. IV. 1. 19. *Ego illam dolis atque mendaciis* in timorem dabo.

3. *Maledictis deterrere.*] Ita Hec. Alt. Prol. 19.

5. *Tenui esse oratione et scriptura levi.*] I. e. gravitate sententiarum et sublimitate destitutas. Idem And. Prol. 12. dixit, *Oratione ac stilo.* Nepos, Praefat. *genus scripturae leve.*

6. *Quia nusquam insanum scripsit adolescentu-*

Cervám videre fúgere, sectarí canes,
Et eám plorare, oráre, ut subveniát sibi.
Quod si íntellígeret, ólim quom stetít nova,
Actóris opera mágis stetisse, quám sua:

V. 9. ante Bentl. legebatur: *nova quum stetit olim.*

---

quam insanum scripsit adolescentulum.] Ideo videmur leves, tenuesque, inquit, quia non in comoedia prodigia facta sunt, et tragoedias concitavimus. Et callide hic non solum errorem reprehendentis, sed etiam imperite scripsisse ipse ostendit *Luscium Lavinium. Scripsit.*] Legitur et *fecit. Adolescentulum.*] Ut comicam personam ostenderet, artificiose imminuit *adolescentulum*, quo magis persona a sublimitate tragica discederet. — 7. *Cervam videre fugere, sectari canes.*] Hic affectus a comoediis removendus est. *Cervam videre fugere, sectari canes.*] Ambiguitas per accusativum casum, perseverans usque ad ultimum, de industria, ut etiam ipsa perplexitas odiosa sit. — 8. *Et eam plorare, orare, ut subveniat sibi.*] Haec omnis περίστασις tragica: et ideo in comoedia vitiose inducitur. — 9. *Quum stetit olim nova.*] Bene hoc positum est; potuit enim responderi, *Cur igitur stetit, et non exacta est a populo? Quum stetit olim nova.*] Recte *olim:* quasi dicat, *Quum adhuc* Terentius *non scriberet, penuria meliorum est probata.* Deinde quod ait *nova*, hoc significat, omnia carmina novitate ipsa commendari, etiamsi nullius momenti sint. — 10. *Actoris opera magis stetisse.*] Una opera et

---

lum cervam videre fugere.] Atqui etiam Plautus facit Menaechmum furentem. Menaechm. V. 2. 82. seqq. de eiusmodi *cerva fugiente* vide Virg. Aen. IV. 69. seqq. Adde Donatum ad Eun. III. 1. 36.

[7. *Videre* h. e. putare per insaniam se videre. Plaut. Stich. II. 1. 50. *quas tu vides colubras.* Virgil. Aen. IV. 469. *Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus.* Sic Longin. de Sublim. Sect. XV. εἶδεν Ἐριννύας.] Ad *sectari* intell. *eam.* St.

8. *Plorare, orare, ut subveniat sibi.*] Aiunt Physicorum filii, cervos a canibus agitatos auxilium hominum implorare. Ovidius, Pont. II. 2. 39. *Nec se vicino dubitat committere tecto, Quae fugit infestos territa cerva canes.* Adde Phaedrum II. 8. et Plinium, Hist. Nat. VIII. 32. Idem de dama refert Martialis, Spectac. XXXII.

9. *Stetit.*] Fabula *stare* dicitur, quum placet. Hec. Alt. Prol. 7. Phorm. Prol. 10.

**Minus múlto audacter, quám nunc laedit, laéderet,
Et mágis placerent, quás fecisset fábulas.
Nunc sí quis est, qui hoc dícat, aut sic cógitet:
Vètus sí Poëta nón lacessissét prior,
Nullum ínvenire Prólogum po[tui]ssét novus,
Quem díceret, nisi habéret, cui maledíceret;
Is síbi responsum hoc hábeat: in medio ómnibus**

V. 11. qui deest in libris Bemb. Vat. Victor. atque Donat., huc ex Andr. Prol. 3. translatum esse censuerunt Faërnus, Bentleius, alii.

V. 15. *posset* metri gratia Bentl. Nam *prologus* apud veteres primam producit.

---

suffragium scenicorum comparát, et laedit adversarium. — 11. *Minus multo audacter.*] Nove dictum, *minus multo audacter:* ut cum dicamus nos, *minus audacter.* — 13. *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet.*] Omne quod in mentem venit, aut cogitamus, aut dicimus, ut *Virgilius*, *et mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus, et taciti ventura videbant.* Hic sensus est, *Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut censeat: Improbus est* Terentius, *qui omnes prologos de maledictis facit: habeat is hoc responsum sibi, adversarium coëgisse, qui provocaverit. Nam quid faceret* Terentius, *quum de palma artis Musicae certandum videat esse sibi?* — 14. *Lacessisset prior.*] Aut *lacessisset* abundat, aut *prior.* — 15. *Nullum invenire prologum.*] *Prologum* modo, non hominem, sed verba significat. *Novus.*] Hic, quod supra praetermisit, veteri supposuit *novum.* — 16. *Nisi haberet, cui malediceret.*] Mire *haberet:* quasi dubium non sit, maledicendum esse *Luscio.* — 17. *Is sibi responsum hoc habeat.*] Huic rei per qualitatem respondet, adversarium cogere, ut

---

[11. *Minus multo audacter.* Nonnullae editiones habent *minus multo audaciter.* Sed certior lectio haec est *minus multo audacter, quam nunc laedit, laederet.* Duker. ad Liv. XXII. 25. 10. Sequens versus *et magis placerent quas fecisset fabulas* huc inculcatus est ex Andr. prol. v. 3., quem Bentleius merito eiecit.]

12. *Quas fecisset fabulas.*] Proprie. Vide Donatum ad And. Prol. 3.

14. *Lacessisset.*] Ita Eun. Prol. 6. Virgilius, Ecl. III. 51. *Efficiam posthac, ne quemquam voce lacessas.*

17. *In medio palmam esse positam.*] Victoriae signum

Palmam ésse pósitam, qui ártem tractánt Músicam.
Ille ád famem hunc ab stúdio studuit reícere:
Hic réspondere vóluit, non lacéssere.
Benedíctis si certásset, audissét bene.

sic agat. *In medio omnibus palmam esse positam.*] Sensus hic est, *Inveniret*, inquit: *sed maluit*, *quum de palma certandum sit*, *adversario respondere laedenti.* Verum oratorie manifesta solvere non curavit, hoc est, *nullum invenire prologum potuisse* Terentium. Et hoc enim obiiciendum fuit omnibus et novis, et veteribus poëtis. *Palmam* pro causa certaminis posuit. Et ideo non est mirandum, si pugnant, quibus causa certaminis praesto est. — 18. *Qui artem tractant musicam.*] *Virgilius*, *nec quicquid ubique est Gentis Dardaniae*, *magnum quae sparsa per orbem.* Et περιφραστικῶς, ἀντὶ τοῦ, *qui comoedias scribunt.* — 19. *Ille ad famem hunc ab studio.*] Hic maxime incipit solvere, quod sibi superius ipse proposuit. *Ille ad famem hunc ab studio.*] Nunc quid est, inquit, poëtam vituperare, nisi *ad famem reiicere?* nam poëtae probi suas vendebant fabulas: et harum pretiis alebantur. *Ille ad famem hunc ab studio.*] Cur lacessitus respondes? certamen est, inquit. *Ab studio studuit.*] Vetuste: ut, *Luserat ludum*, et, *pugnam pugnavit.* — 21. *Benedictis si certasset.*] Quia supra dixit, *in medio omnibus palmam esse positam*, quasi dicat, quidquid in certamen venerit, in eo vincendos aemulos esse. *Si certas-*

---

palma est. Unde pro ipsa victoria et praemio eius passim ponitur. Dixit autem *in medio positam*, quia quae a quovis parari possunt, nec quemquam arcent, *in medio posita* dicuntur, cum Graecis, tum Latinis. [*In medio omnibus palmam esse positam* i. e. omnibus licere de victoria contendere. Plin. Panegyr. c. 88. *Iustisne de causis S. P. Q. R. optimi tibi cognomen adiecit? Paratum id quidem et in medio positum*, *novum tamen.* ubi vid. Schwarzius. Senec. Thyest. v. 203. *in medio est scelus positum occupanti.* Solebant autem certaminis praemia ante omnium oculos proponi. Virgil. Aen. V. 109. *munera principio ante oculos circoque locantur In medio.*]

18. *Qui artem tractant musicam.*] Id *studium musicum* dixit Heaut. Prol. 23.

19. *Ad famem hunc ab studio studuit reiicere.*] Ita ferme Hec. Alt. Prol. 14. Plautus, Capt. Prol. 14. *cogere histriones mendicarier.* Virgilius, Ecl. III. *pascentes* a flumine reice *capellas.*

20. *Respondere voluit, non lacessere.*] Ita Eun. Prol. 6.

21. *Benedictis si certasset, audisset bene.*] Vide

Quod ab íllo allatum est, sibi esse id rellatúm putet.
De illó iam finem fáciam dicundí mihi,
Peccándi quum ipse dé se finem nón facit?
Nunc quíd velim, animum atténdite. Adportó novam,
Epídicazomenen quám vocant Comoédiam

V. 22. vulgo: *id sibi esse rellatum p.* Veram lectionem habent libri longe plurimi.
V. 23. *tum* pro *iam* dedit Bentl. de coniectura.
V. 24. Bentl. corr. *Peccandi cum ipse de se finem fecerit.*
V. 26. ante Bentl. legebatur *Epidicazomenon.*

---

set.] *Certasset*, *ἀντὶ τοῦ provocasset:* ab eo quod praecedit, id quod sequitur. *Virgilius*, *nec te certasse priorem Poeniteat.* *Audisset bene.*] *Bene audire* est bene dici, laudari. — 22. *Quod ab ipso allatum est.*] Id est, maledictum. *Quod ab ipso allatum est, sibi esse id rellatum putet.*] Proverbiale est, *quod dedit, recepit.* Et geminavit *L.* ut, *relliquias Danaûm.* *De illo iam finem faciam dicundi mihi.*] Ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος. *Dicundi mihi, Peccandi quum ipse de se finem non facit.*] Et *mihi*, et *de se*, proprie positum est: et praeterea ἀμφιβολία. — 24. *Peccandi.*] Maledicendi. *Peccandi cum ipse de se finem.*] *Prius*, inquit, *ego de illo finem faciam*, *quam ipse de se.* An, *Prius dicendi ego faciam*, *quam ille peccandi finem?* *Non facit* pro *non faciat:* ut, *Mirum*, *ni ego me turpiter hodie hic dabo.* — 25. *Nunc quid velim, animum attendite.*] Deest *Quaeritis*, ut sit, *Nunc quid velim*, *quaeritis? animum attendite.* *Adporto novam.*] *Novam* latinam dicit. — 26. *Epidicazomenon quam vocant Comoediam.*] Hic manifeste errat

---

And. V. 4. 17. Ennius, apud Gell. XX. 10. *Haud doctis dictis certantes*, *sed maledictis.*

22. *Quod ab illo allatum est, id sibi esse rellatum putet.*] Ita Adelph. I. 1. 48. Plautus, Pseud. IV. 7. 77. *Contumeliam si dices, audies.* Est autem *ferre* et *referre* idem quod *obiicere* et *explicare*, uti loquuntur ICti. Cicero, pro A. Caecina, 29. *Ego enim* tibi refero.

24. *Peccandi quum ipse de se finem non facit.*] Ita And. Prol. 22. 23. Eun. Prol. 16. Heaut. Prol. 34.

25. *Adporto novam.*] Ita Plautus, Cas. Prol. 70. *Novum attulerunt.*

[26. *Epidicazomenon.* Bentleius verissime emendat *Epidicazo-*

Graeci: Latini Phórmionem nóminant:
Quia prímas partes quí aget, is erit Phórmio
Parasítus, per quem rés agetur máxume,
Volúntas vostra si ád Poëtam accésserit.
Date óperam: adeste aequo ánimo per siléntium,

V. 27. Bentl. corr. *Graece, Latine hic Phormionem nominat.* Nam miraculi instar esse, si iam Latini nominent Phormionem, priusquam acta fuerit eamque cognoverint.

V. 29. Bentl. plurimorum codd. auctoritate: *res geretur.*

Terentius; nam haec fabula, quam transtulit, *epidicazomene* dicta est, a puella, de qua iudicium est: quum sit alia *epidicazomenos* eiusdem Apollodori. Debuit ergo dicere, *epidicazomenen Graeci.* — 27. *Latini Phormionem nominant.*] Φόρμιον tegiculum dicunt Graeci, quo insternitur pavimentum: unde *Phormio* correpta prima syllaba apud Apollodorum est. Non ergo a *formula*, ut quidam putant, dictum est. Ergo inde parasitus, vilissimae conditionis homo, nomen accepit. — 28. *Quia primas partes qui aget.*] *Primas* nunc maximas; ad actorem enim retulit. Cicero, *Saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium. Phormio parasitus.*] Si a *formula* esset nomen comoediae, primam produceremus syllabam: si a *Phormione*, corripere debemus. — 29. *Per quem res agetur maxume.*] Quia *primae partes* etiam aliud significant, non ergo nunc primum actum dicit, sed summas partes. Et bene *maxume:* quia et per alios. — 30. *Voluntas vostra si ad Poëtam accesserit, date operam.*] *Si voluntas accesserit:* pro, *si faveritis.* Nove sic *voluntatem* pro favore ponit. — 31. *Adeste aequo animo.*] Favor in comoedia

---

menen. Ἐπίδικος a Graecis dicitur virgo orba, de qua lis est, cui debeat in matrimonium locari. vid. Harpocrat. in h. v.; ἐπιδικαζομένη virgo, de qua iudicium factum est.]

28. *Primas qui partes aget.*] H. e. potissimas et primarias. Cicero, Div. 15. *Ut in actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est* secundarum aut tertiarum partium, *quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse* primarum, *multum summittere, ut ille princeps, quam maxime excellat.* Vide Comment. maiorem.

30. *Voluntas vostra si ad Poëtam accesserit.*] H. e. favor. Ita Cicero, Fam. IV. 13. Accedit eodem vulgi voluntas, *vel potius consensus omnium.*

31. *Date operam: adeste.*] Ita Eun. Prol. 44.

Ne símili utamur fórtunà, atque usí sumus,
Quum pér tumultum nóster grex motús loco 'st.
Quem actóris virtus nóbis restituít locum;
Bonitásque vostra adiútans, atque aequánimitas.

silentium spectatoris est. Recte ergo addit *per silentium. Aeque animo.*] Nunc propositio est. — 32. *Ne simili utamur fortuna, atque usi sumus.*] Ne populum laederet, *fortunam* maluit accusare. — 33. *Quum per tumultum noster.*] Apparet Hecyram ante Phormionem actam esse: cui contigit id quod queritur, populum subaccusans. *Noster grex motus loco 'st.*] *Locus* est distributio temporum, quae cuique in spectaculum venturo attribuuntur ab Aedilibus. Unde *loco motus* dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter praecedentes et consecuturos. Ergo proprie. Sic et *Cicero*, *Loco ille motus est, quum est ex urbe pulsus.* — 34. *Quem actoris virtus.*] Ubique laudat *actorem;* est enim poëtae utile. *Quem actoris virtus.*] Qui exclusus toties, animum non abjecerit, sed perseveraverit agere, ideo *virtus. Restituit locum.*] Bene repetivit *locum*, ut ἀμφιβολίαν vitaret: ne *quem tumultum* dicere videretur. — 35. *Bonitasque vostra adiutans, atque aequanimitas.*] *Bonitas* in omnibus generaliter rebus est: *aequanimitas* in spectando. An *bonitas* in probandis his, quae bona sunt, *aequanimitas* in ignoscendis vitiis atque delictis? An ταυτολογία est? An *bonitas* circa omnes: *aequanimitas* circa *Terentium*? *Bonitasque vostra.*] Ne totum actori tribuens, nihil populo praeter culpam reliquisse videretur, honoris causa hoc addidit. *Adiutans.*] Sic veteres dicere maluerunt, quam *adiuvans.*

---

33. *Per tumultum.*] Videtur innuere fata Hecyrae, cuius vide Prologum. — *Motus loco 'st.*] H. e. non est tutatus suum locum, non stetit, exactus est. Sed et *loco moveri* est vinci. Virgilius, Aen. VII. 332. *ne noster honos infractave* cedat *Fama* loco. [Sic Cicero dicit *moveri possessionibus, moveri ex agro.* Vid. Duker. ad Flor. III. 14. p. 560.]

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

DAVUS.

Amícus summus méus, et popularis Geta,
Heri ád me venit: érat ei de ratiúncula

Amicus summus meus, et popularis.] *Quod in omnibus fere comoediis, in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet, id in hac quoque* Terentius *servat: ut προτατικὸν πρόσωπον, id est, personam extra argumentum, inducat: cui dum ob hoc ipsum, quod veluti aliena tota fabula est, gesta res narratur, discat populus textum ex continentia rerum, sitque instructus ad caetera. Amicus summus meus et popularis Geta.*] *In hac scena, quae docendi instruendi spectatoris causa inducitur, mire extrinsecus lepores facetiaeque cernuntur et sales comici. Id enim est artis poëticae, ut quum narrationi argumenti detur opera, iam tamen res agi et comoedia spectari videatur.* — 1. *Amicus summus meus, et popularis Geta.*] Insinuatio personae eius, quae inducitur ad audiendum argumentum, Et vide servum ostendi *Davum*: et non ostendi cuius servus sit. *Amicus summus meus.*] A voluntate. *Popularis.*] A fortuna. *Popularis*, eiusdem conditionis gentisque. *Sallustius, Popularis sui sceleris.* Et *popularis*, populo amatus, et *popularis* civis, et *popularis* humilis, et *popularis* vilis, e populoque factus: ut si quis dicat sordidum, *popularem civem*. *Amicus summus meus.*] Davus extra duas familias inducitur, quae in hac sunt fabula, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumentum. — 2. *Heri ad*

---

1. *Amicus summus.*] Ita And. V. 6. 6. Eun. II. 2. 40. Infra V. 8. 60. — *Popularis.*] Ita Eun. V. 9. 1. Adelph. I. 1. 1. Primum ita dicti, qui eiusdem essent populi. Plautus, Poen. V. 2. 78. *Carthagini ego sum natus, ut tu sis sciens. Ha. O mi* popularis, *salve.* H. l. autem non συμπατριώτης intelligitur, ob diversam Davi et Getae patriam; sed δημότης, ut solent magnifice de se servi loqui. Hi et *populares* et *tribules* dicti Romanis.

2. *Erat ei de ratiuncula iam pridem apud me rel-*

Iamprídem apud me réliquum pauxíllulum
Nummórum: id ut confícerem. confeci. ádfero.
Nam herílem filium éius duxisse aúdio
Uxórem. ei, credo, múnus hoc corráditur.

me venit.] Apparet, heri fuisse nuptias. *Heri ad me venit.*] Propter cognationem *E* et *I* literarum non dubitaverunt antiqui et *here* et *heri* dicere, et *mane* et *mani*, et *vespere* et *vesperi*. *Erat ei de ratiuncula.*] Deest *nam*: sed mire subtractum est. *Erat ei de ratiuncula.*] Opportuna diminutio in re servili, *ratiuncula*, et *pauxillulum*. *Erat ei de ratiuncula.*] Moraliter intulit, *erat ei*. Magis enim facetum et comicum est quum ἀσυνδέτως infertur, quam si diceret, *nam erat ei*. — 3. *Iampridem apud me relliquum.*] De argumento sumitur causa colloquii. *Nam debui*, inquit, *Getae: et ille me exigit, ut muneretur domino ob nuptias factas*. *Pauxillulum.*] Quartus gradus diminutionis, *paulum*, *paululum*, *pauxillum*, *pauxillulum*. — 4. *Id ut conficerem.*] Ἔλλειψις prima. Et *conficerem* proprie: nam *fieri pecunia* dicebatur. *Sallustius*. *Quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat*. *Conficerem.*] Quia in promtu non erat. *Confeci. adfero.*] Bene: quasi reddendae morae, non habere, causa fuerit. — 5. *Nam herilem filium.*] Τρόφιμον Graeci dicunt, atque haud scio, an Latini quoque *alumnum* dicere poterant, nisi hoc mallent. *Nam herilem filium eius duxisse audio uxorem.*] Mire se applicat argumento. — 6. *Ei credo munus hoc corradi-*

---

liquum pauxillulum.] De tenui peculio sermonem esse, et *ratiuncula*, et *pauxillulum* indicio sunt. Sensus autem est: *Debebam ei nonnihil ex ratione antiqua*. *Reliquum* autem et *reliqua* dicuntur, quae rationibus acceptisque reliqua manent, et solvenda supersunt. [*Ein Rest, eine rückständige Schuld*. St.] Cicero, Att. XVI. 8. *Maxime me angit* ratio reliquorum *meorum*. Hinc porro *reliquari* dicitur, et *reliquator*, qui non persolvens integram debiti summam, *reliqua* contrahit, seu apud quem *reliqua* sunt. Unde Plautus, Mostell. I. 3. 141. *Etiam nunc decem* minae apud te sunt: *vel rationem puta*. H. e. etiam nunc decem minas mihi debes. Vide Graev. ad Cic. Fam. XIII. 67. et Comment. maiorem.

4. *Id ut conficerem.*] Sc. monuit me, quod latet in illo, *venit ad me*. Cicero, Verr. II. 75. *Quantam pecuniam non solum numeratam, verum etiam huiusmodi in rebus positam*, confecerit. Livius, IV. 60. *Unde enim eam pecuniam* confici *posse, nisi tributo populo indicto?* Idem et *facere* et *fieri* dixerunt. Plautus, Pseud. I. 3. 68. *Iam hercle vel ducentae* fieri *possunt praesentes minae*. Nepos, Epam. 3. *Eamque summam quum* faceret.

6. *Munus hoc corraditur.*] Vide Adelph. II. 2. 34. Seneca,

Quam inique comparátum est! hi qui minus habent,
Ut sémper aliquid áddant divitióribus.
Quod ille únciatim vix de demensó suo,

V. 8. alii: *ditioribus.* Pronuntiatio eadem.

---

tur.] Mire. Heri quidem fuerunt nuptiae, sed adhuc *munus corraditur:* quia in nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo parentalia concluduntur. *Ei credo.*] Uxori scilicet. *Munus hoc corraditur.*] Hoc, pecuniae scilicet munus erit. Et est figura ἐπεξήγησις. *Credo.*] Pro, *vere scio.* Et *ei,* an uxori, an absolute? ut sit, *ei rei? Corraditur.*] Apta in verbo difficultas. Ut in Adelphis, *Minas decem corradet alicunde.* — 7. *Quam inique comparatum est!*] Miro ἰδιωτισμῷ morem pro lege conqueritur. *Comparatum*] Constitutum est lege. Et, *hi qui minus habent,* et, *divitioribus* dixit: ne diceret, *servi dominis;* vult enim latius patere quod dicit, et generalem esse sententiam. *Quam inique comparatum est! hi qui minus habent.*] Garrulos servos et sententiosos amat comoedia: tristes et parce loquentes tragoedia. — 8. *Ut semper aliquid addant.*] Mire, non *dent,* sed *addant:* et non, *aliquando,* sed *semper. Divitioribus.*] Pro, *minus pauperibus.* — 9. *Quod ille.*] Docte ad singularem numerum transit a plurali. *Quod ille.*] Redit ad Getam. *Unciatim.*] Sic veteres, *multa unciatim.* Cum expensa pecunia ferretur more veterum: non, ut nunc, annumeraretur: *assis* libra erat: eiusque partes, *unciae.* Rursus unciae unius duodecima pars, *libella* dicebatur. Merito ergo non per singulos sestertios, neque per singulos denarios, neque per singulos asses: sed id quod ὑπερβολικῶς minimum

---

de Benef. VII. 4. *Numquid dubium est, quin servus cum peculio domini sit? dat tamen domino suo munus.*

7. *Quam inique comparatum est.*] H. e. institutum est. Ita Heaut. III. 1. 97. Plautus, Amph. II. 2. 3. *Ita cuique comparatum Est in aetate hominum.* Cicero, pro A. Cluent. 21. *Iam hoc quoque prope* iniquissime comparatum est. Contra, Claudianus in Eutrop. I. 157. *Quam bene dispositum est terris!* [Cic. pro Rosc. Am. c. 36. *more maiorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.* Idem pro Quint. c. 16. *praetores, ut considerate fieret, comparaverunt.*] — *Hi qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus.*] Ita Martialis, V. 81. 1. *Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliane: Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus.*

9. *Unciatim.*] H. e. per uncias; atque adeo per minimas sum-

Suúm defrudáns génium, comparsít miser,

V. 10. Bemb. *compersit*, quod recepit Bentl.

---

fuit per singulas uncias *unciatim* dixit. Et *Cicero*, *Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, libellam unam dedisset? Unciatim.*] Vix potuit et unciatim et cito conflari peculium. Ut multa pausillatim, et cito fiunt maxima. Merito ergo additum est *vix*. Sed quid si et *unciatim*, et *vix*, et tamen *de lucro* dedit? *De demenso suo*, inquit. Quid si *ex abundanti? Suum defrudans genium.* Deinde non *acquisivit*, sed *comparsit*. Et ad postremum, *miser;* ut iniquitas consuetudinis comploratione finiretur. *De demenso suo.*] Servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, et id *Demensum* dicebatur. Et utrum a *mense*, an a *metiendo*, incertum est. — 10. *Suum defrudans genium.*] Ut contra *genialia* cumulas.

Licet *uncia*, duodecima Assis pars, rursus divideretur in binas *semuncias*, tres *duellas*, quatuor *sicilicos*, sex *sextulas*, quatuor et viginti *scriptula*. Vide Comment. maiorem. — *De demenso suo.*] [H. e. *von seinem Deputate.*] Erat hoc frumentum certa mensura vel pondere dari servis solitum singulis Calendis, in Graecia autem ultimo cuiusvis mensis die. A Donato dissentit Seneca; scribens Epist. LXXX. *Servus est:* quinque modios *accipit*. Unde vel alter ex altero corrigendus, vel ratio temporis habenda. Translate usus Plautus, Menaechm. Prol. 14. *Nunc argumentum vobis* demensum dabo, *Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.* Et Cicero, Orat. 12. *palam elaboratur, ut verba verbis quasi* demensa *et paria respondeant.* Adde Comment. maiorem.

10. *Suum defrudans genium.*] Lucilius, Lib. XXIII. 28. apud Non. Marcellum: *Curet aegrotum, sumtum homini praebeat*, genium suum defrudet, *alii parcat.* Est autem *defraudare genium suum*, cibum sibimet subducere. Plautus, Aul. IV. 9. 14. *egomet me* defraudavi, *Animumque meum*, geniumque meum. Contra, Pers. II. 3. 11. *Nunc et amico meo prosperabo, et* genio meo multa bona faciam. [*Defrudans.* Sic antiquo more e mss. scribendum, non *defraudans*. *Fraudare* et *defraudare* proprie est per fraudem privare, sed saepe simpliciter dicitur pro privare. Veteres quoties hilarius et lautius se excipiebant, toties putabant se genium placare, curare, genio indulgere. Vid. Casaubon. ad Pers. Sat. V. 151. Contra qui parcius vivebant, nunquam hilaritati indulgebant, se genium defraudare existimabant. Plaut. Aulul. IV. 9. 14. *egomet me defraudavi animumque meum geniumque meum.* Terentium imitatur Livius II. 10. *in magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit.* Id. V. 47. *quum se quisque victu suo fraudans, detractum corpori atque*

Id ĭlla úniversum abrípiet: haud existumans,
Quantó labore pártum: porro autém Geta
Feriétur alio múnere, ubi hera pépererit:
Porro aútem alio, ubi erit púero natalis dies:

V. 14. Bentl. ex codd. *Porro álio autem.*

---

rare dicitur, qui vivit lautius. — 11. *Id illa.*] Nupta scilicet. *Universum abripiet.*] Contra illud quod *unciatim* dixerat. *Universum abripiet.*] Magna virtus pene in singulis syllabis: contra illud quod ait *ille*, *illa* retulit: contra *unciatim*, *vix*, et *de demenso suo*, *universum*. Contra id quod ait, *munus corraditur*, *abripiet*. Contra, *suum defrudans genium*, et, *comparsit miser*, *haud existumans quanto labore partum*. *Haud existumans.*] *Haud existumans*, vel intelligens, vel recogitans, ac reputans. *Haud existumans.*] Pro, aestimans. *Sallustius*, *Si*, *Quirites*, *pacem existimaretis*. — 12. *Quanto labore partum.*] Hoc sic pronuntiandum est, quasi nunc ei venerit in mentem saepius passurum Getam, quod semel tolerare gravissimum iudicaverit. *Quanto labore.*] Ut, *Relliquias Troia ex ardente receptas*. *Partum.*] Proprie dicitur *partum* de eo quod labore quaesitum est: quia nullus partus sine dolore est ac labore. *Porro autem Geta ferietur.*] Ad paupertatem retulit *ferietur;* nam et damnum plaga: et res *sanguis* noster dicitur. — 13. *Ferietur alio munere.*] Significanter, non *fungetur* munere, sed *ferietur*, dixit. *Ferietur alio munere.*] Ex consuetudine *ferietur*. Nam et plagam damnum: et sumtum *sanguinem* nostrum dicimus. *Ubi hera pepererit.*] Quae supra *illa* dicta est. — 14. *Porro alio autem.*] Et *alio* quod dicit, pro mul-

---

usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. — *Comparsit miser;* nempe, ut peculium faceret, quod saepe servi pro libertate dominis numerabant. Seneca Epist. 80. *mancipia quoque omni modo exuere conantur servitutem. Peculium suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant.* Vid. Lipsius ad Tacit. Annal. XIV. 42. Interpretes ad Ovid. Amor. I. 8. 63. et ad Petron. c. 75. p. 373.]

13. *Ferietur alio munere.*] Dicitur *feriri munere*, non qui accipit, sed qui invitus dat, et damnum patitur. Idem et *tangere* et *tangi* dixerunt, argento vel alia re. [*Ferietur* i. e. mulctabitur. Translatio ducta est de ludo gladiatorio. Vid. Broukhus. ad Propert. IV. 5. 44.]

14. *Ubi erit puero natalis dies.*] Ita Plautus, Capt. I.

Ubi initiabunt. ómne hoc mater aúferet:
Puer caúsa erit mittúndi. Sed videón' Getam?

---

tis pronuntiandum est. *Ubi erit puero natalis dies.*] Cum adiectione temporis cuius libet *natalis dies* melius dicitur: ut *natalis locus*, et *natale astrum*; sed *Virgilius*, serviens personae rusticae, *meus est natalis, Iola*, inquit: nec addidit, *Dies.* — 15. *Ubi initiabunt.*] Hoc vultuose pronuntiandum. *Ubi initiabunt.*] Ut quidam, *cibo et potu*: ut quidam, *sacris.* *Ubi initiabunt.*] Legitur apud *Varronem*, *initiari* pueros Eduliae, et Poticae, et Cubae, Divis edendi, et potandi, et cubandi: ubi primum a lacte et a cunis transierunt, quod *Virgilius*, *Nec Deus hunc mensa*, *Dea nec dignata cubili est.* Hoc adnotavit *Probus.* Sed *Terentius Apollodorum* sequitur, apud quem legitur, in insula Samothracum a certo tempore pueros *initiari*, more Atheniensium; quod, ut in palliata, probandum est magis. *Ubi initiabunt.*] Hoc sic inferendum est: non quasi hoc solum sit, sed quasi defatigatus sit enumerando occasiones dandorum munerum. *Omne hoc mater auferet.*] Hoc retulit ad offerentis irrisionem, qui putat se puero dare. *Mater auferet.*] An nutrix? an vera mater? — 16. *Puer causa erit mittundi.*] Proprie dixit *mittundi*, de muneribus. *Sed videon' Getam?*] Locuturum ostendit Getam. *Sed videon' Getam?*] Apparet poëtam nihil putasse amplius addendum ad insinuandam populo personam Davi: et ideo iam induxit exeuntem Getam, ut sit causa commutandae orationis.

---

2. 71. *Quia* mihi natalis dies est, *propterea te vocari ad coenam volo.* Tangit morem Martialis, VIII. 64. 1. *Ut poscas, Clyte, munus, exigasque, Uno nasceris octies in anno; Et solas, puto, tresve, quattuorve Non natalitias habes Calendas.* Idem IX. 54. 1. Natali *tibi, Quinote, tuo, dare parva volebam Munera; tu prohibes. Imperiosus homo es.* Ovidius, Amor. I. 8. 93. *Quum te deficient poscendi* munera *causae*, Natalem *libo testificare tuum.*

15. *Omne hoc mater auferet.*] Et nutrix *mater* dicta, et *genitrix.* Haec h. l. intelligitur. Plautus, Menaechm. Prol. 19. *Ita forma simili pueri, uti mater sua Non internosse posset, quae mammam dabat, Neque adeo mater ipsa, quae pepererat,* [*Initiabunt* scil. cibo et potu. Insignis Varronis locus, quem Donatus respicit, est apud Non. Marcell. p. 108. *cum primo cibo et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione Potinae.* Sed potest etiam post *initiabunt* intelligi *sacris.* Nam Athenienses liberos Cereri initiabant; quod ut in fabula palliata magis probat Donatus.]

16. *Causa.*] H. l. πρόφασις, et praetextus. Ita Hec. I. 2. 5.

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

GETA. DAVUS.

Ge. Si quís me quaeret rúfus. *Da.* Praesto est, désine. *Ge.* Oh!
At egó óbviam conábar tibi, Dave. *Da.* 'Accipe. hem!
Lectúm 'st: conveniet númerus, quantum débui.

Si quis me quaeret rufus.] *Mire poëta desideratum Getae ostendit Davum.* — 1. *Si quis me quaeret rufus.*] De ipso loquitur, a quo reddi sibi debitum sperat. *Si quis me quaeret rufus.*] Ἀποσιώπησις secunda; nam apparet plura dicturum fuisse. *Praesto est; desine.*] Tertia persona de se loquens usus est: quia ille nominativum praetulit. — 2. *At ego obviam conabar tibi, Dave.*] *Conabar*, absolute. An ἔλλειψις est, ut desit *ire*? Et est adverbium loci *obviam*. *Accipe.*] Praevenit petitionem, dicendo *accipe*: et hoc cum gestu offerentis dicitur. Et hoc est quod ait, *confeci, affero.* — 3. *Lectum est.*] Absolute; nam non dicit quid: utrum debitum, an argentum lectum. *Lucilius*, *Lecti*

---

1. *Si quis me quaeret rufus.*] Haec domo egressus conservo cuidam dicit, incertum, quid additurus, quum continuo a Davo interpellatur. Fit autem pluscula servorum *ruforum* mentio in comoediis. — *Desine.*] Elegantem usum habet in re iam explorata. Ita Eun. II. 3. 56.

2. *Accipe, hem! lectum est.*] Haec nummos offerens Davo dicit. Ita Plautus, Pseud. IV. 7. 50. *Accipe: hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae.* Explicat Donatus. [*Conabar* scil. ire. *Conari* saepe absolute ponitur. Valer. Flacc. IV. 371. *Ignotas iubet ire vias; heu multa morantem Conantemque preces inclusaque pectore verba.* ubi vid. Burmannus.]

3. *Conveniet numerus, quantum debui.*] Ita Plautus,

Ge. Amó te, et non negléxisse habeo grátiam.
Da. Praesértim ut nunc sunt móres: adeo rés redit;
Si quis quid reddit, mágna habenda 'st grátia.

omnes: Atticon hoc est. Lectum est: conveniet numerus.] Ordinem servavit, prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae spectari solet. *Lectum est: conveniet numerus, quantum debui.*] Quippe tribus modis debitum pecuniarum solvitur, pensione, *accipe*, spectatione, *lectum est*, numero, *conveniet numerus, quantum debui. Lectum est.*] *Lectum*, bonum, vel splendidum: ut, *arma Serestus Lecta refert humeris.* Quamvis quidam putant *lecta* ab eo quod est *lego* dictum. *Quantum debui.*] Pro, *debitum tibi a me est.* — 4. *Amo te, et non neglexisse, habeo gratiam.*] Amat, quod reddiderit pecuniam: agit gratias, quod diligenter. Et quare? utrum quia creditum non fefellerit? an quia lectum attulerit, et numero congruenti. Et recte dixit: nam redhibitio debiti hoc agit, ut etiam gratias agamus. *Amo te, et non neglexisse, habeo gratiam.*] Hoc pro gratiarum actione ponitur: et ostenditur vere necessariam fuisse pecuniam. *Non neglexisse.*] In Andria, *Et id gratum fuisse advorsum te, habeo gratiam.* — 5. *Praesertim ut nunc sunt mores.*] Sic et illud dictum est, *namque hoc tempore Obsequium amicos, veritas odium parit.* Quia consuetudinis imago est, vituperare praesentia. *Adeo res redit.*] Figurate pro, *ita loqueris, adeo res redit*, dixit. Et proprie, *redisse res*, dicitur, quum aliquid peius exspectatione contigit. — 6. *Si quis quid reddit, magna habenda 'st gratia.*] Id est, *etsi rem non magnam, tamen magna habenda est gratia:* hoc enim significat, *quid reddit. Si quis quid reddit.*] Qui hoc interrogative pronuntiaverit, parum belle explicat con-

---

Pseud. IV. 7. 109. Tantundem *argenti*, quantum *miles* debuit, *dedit huic.* Cicero, Attic. V. 21. *Rationes conferatis; adsidunt, subducunt; ad nummum* convenit.

4. *Amo te.*] Uti *amabo te* est rogantis, ita *amo te* gratias agentis. Vide ad Eun. I. 2. 106.

5. *Nunc mores.*] Ita videtur dixisse, pro, *hodierni mores.* Plautus, Trin. IV. 3. 25. Nunc mores *nihil faciunt, quod licet, nisi quod lubet.* Idem *nunc hominum mores* dixit Pers. III. 1. 75. Vide And. I. 218.

6. *Si quis quid reddit, magna habenda 'st gratia.*] Eundem morem tetigit iam Plautus, Trin. IV. 3. 44. *Si quis mutuum quid dederit, fit pro proprio perditum.* Iuvenalis, Sat. XIII. 6. *Nunc si depositum non inficietur amicus, Si reddat veterem cum*

Sed quid tu es tristis? *Ge.* Egone? nescis, quo in metu, et
Quanto in periclo simus. *Da.* Quid istuc est? *Ge.* Scies:
Modo ut tacere possis. *Da.* Abi sis, insciens:
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,

ceptam sententiam. *Habenda 'st gratia.*] Deest *ei.* — 7. *Sed quid tu es tristis?*] Hic admonemur omnem ab initio sermonem Getae, quasi satagentis et anxii, pronuntiare, accommodatis praesertim ad vultum verbis. Nam et, *Si quis me quaerit:* et, *At ego obviam conabar tibi, Dave:* et *Amo te, et non neglexisse, habeo gratiam:* in se quoddam contractioris animi occupatique signum habent. *Sed quid tu es tristis?*] *Sed* particula transitum significat ad mentionem alterius rei. *Sed quid tu es tristis? egone? nescis, quo in metu.*] Descensus ad argumentum ab eo sermone, qui extrinsecus a poëta informatus est, iam manifeste apparet. *Egone? nescis, quo in metu.*] Ὑπόθεσις comoediae, ne nuda appareat σύνθεσις. *Nescis, quo in metu, et quanto in periculo sim.*] Pronuntiantis et interrogantis esse potest. *Nescis, quo in metu.*] Duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex cupitis altera. Ergo a mali bigis, praesentis temporis periculum esse dicimus, et futuri metum. *Nescis, quo in metu.*] Pronuntiative magis quam percontative efferendum est. Sic enim solemus de magnis rebus dicere. *Nescis, quo in metu, et quanto in periculo sim.*] Vix alterum sustineri potest eorum, quae utraque posuit nunc, et *metum* et *periculum.* — 8. *Quid istuc est?*] Fac hunc scire: et narrandi non erit locus. Necessario igitur ignarus inducitur Davus. — 9. *Modo ut tacere possis.*] Ut pro *ne non;* quod si est, subaudiendum est *vide,* aut quid tale. *Modo ut tacere possis.*] Vere argumentum est, celari id, quod Antipho non coactus, sed volens duxit uxorem. *Modo ut tacere possis.*] *Modo,* pro, *tantummodo:* ut, *modo Iuppiter adsit. Abi sis, insciens.*] Nunc pro *inscito* posuit, vel *inscientem* modo *stultum* dicit, alias *ignarum.* — 10. *Cuius tu fidem in pecunia perspexeris.*] Sententiose dixit: quasi in omnibus credendum sit, servaturum fidem esse eum, qui in pecunia servaverit. Et hoc ideo interposuit, ne longus esset, dum suadet ut dicat: quemadmodum in aliis fabulis. *Cuius tu fidem in*

---

tota aerugine follem, Prodigiosa fides, et Tuscis digna libellis. Ubi per *follem* intelligit sacculum cum nummis. uti Plautus, Aul. II. 4. 23.

Verére verba ei crédere? ubi quid mihi lucri est,
Te fállere? *Ge.* Ergo auscúlta. *Da.* Hanc operam tíbi dico.
Ge. Senis nóstri, Dave, frátrem maiorém Chremem
Nostíne? *Da.* Quidni? *Ge.* Quíd? eius natum Phaédriam?

pecunia perspexeris.] Proprie locutus est de *pecunia*, et *fidem* dicendo, et *credere.* Nam *fides* est eorum, quibus datur: *creditores* dicuntur ipsi qui dant. *In pecunia.*] A maiore ad minus. *Perspexeris.*] Non *inspexeris:* sed *perspexeris*, quod plus est, dixit. — 11. *Verere verba ei credere?*] *Verba* cum pronuntiatione dicit, ut ostendat, multum distare inter *pecuniam* et *verba. Ubi quid mihi lucri est, te fallere?*] Ab utili coniectura. Et bene: quia servus nihil de honesto dicit. *Ubi quid.*] Significantius dixit *quid*, quam si diceret, *nihil.* — 12. *Ergo ausculta.*] *Ergo* nunc velut increpatio tarde facientis est. Quia hic igitur obloquendo impediverat narraturum, *ergo* dixit. Sic *Virgilius*, *Ergo age, chare pater, cervici imponere nostrae. Hanc operam tibi dico.*] Auscultandi scilicet et audiendi. *Hanc operam tibi dico.*] Plus est *dico*, quam *do. Dicatur* perpetuo: *datur* ad tempus. — 13. *Senis nostri, Dave, fratrem maiorem.*] Dicendo *senis* ostendit et adolescentem se dominum habere: dicendo *nostri* ostendit esse et alienum: dicendo *fratrem* non unum esse monstravit: dicendo *maiorem* etiam minoris fecit indicium. Sic argumenti partem maximam nondum narrans, iam in ipsa interrogatione transegit. Haec autem omnia propter populum sic aguntur. Ideo ille, *quidni*, dixit, ne sit opus pluribus verbis. *Senis nostri, Dave, fratrem.*] Mirum compendium narrationis, quasi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic *Virgilius: Fando aliquod, si forte tuas pervenit ad aures, Belidae nomen Palamedis, et inclyta fama.* Et, *Nostin' hanc, quam amat frater?* In Eunucho. — 14. *Quid? eius gnatum Phaedriam?*] Non dixit, *quid? Phaedriam?* sed addidit, *eius gnatum:* ut magis docere quam interrogare videretur. *Quid? eius gnatum*

---

12. *Hanc operam tibi dico.*] H. e. ausculto. Plautus, Bacchid. IV. 9. 72. *ubi lubet, recita*, aurium operam tibi dico. [Idem est *operam dare alicui.* Plaut. Mil. IV. 1. 7. *Immo omnes res posteriores pono atque operam do tibi: loquere.* Vid. Servium ad Virg. Aen. I. 73.]

Da. Tam, quám te. *Ge.* Evenit, sénibus ambobús simul
Iter, illi in Lemnum ut ésset, nostro in Cíliciam,
Ad hóspitem antiquom. is senem per epístolas
Pellexit, modo non móntes auri póllicens.
Da. Cui tánta erat res, ét supererat? *Ge.* Désinas:

V. 15. ante Bentl. erat: *Tamquam te.*

Phaedriam?] Deest *nosti.* — 15. *Tamquam te.*] O varietas: *quidni? tanquam te. Evenit, senibus ambobus simul iter.*] Non, *evenit iter:* sed, *evenit iter ut esset. Simul.*] Uno tempore. — 16. *Illi in Lemnum ut esset.*] Recte tacetur, cur Chremes ierit: et dicitur cur Demipho; utrumque pro argumento est. — 17. *Ad hospitem antiquom.*] Sic *Virgilius, veterem Anchisen cognovit amicum.* Hoc autem addidit, ut esset idonea causa navigandi seni. *Senem per epistolas pellexit.*] *Epistolas* dicendo ostendit eum non semel scripsisse. *Pellexit.*] Induxit. Sic *Virgilius, pellacis Ulyssei.* — 18. *Modo non montes auri pollicens.*] Proverbialis ὑπερβολὴ facta per exceptionem, aut per superlationem, aut aequam collationem. Eiusmodi est illud Demosthenis, μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιείς. *Modo non montes auri.*] *Sallustius, Maria montesque polliceri coepit. Modo non montes auri pollicens.*] More veterum: quia hospites hospitibus multa donabant. — 19. *Cui tanta erat res.*] *Cui,* dativus casus est. *Dominone tuo,* inquit, *pollicebatur haec, cui tanta res erat? Cui tanta erat res.*] Deest *eum;* ut sit, *Eum pellexit, cui tanta res erat? Et su-*

---

15. *Tanquam te.*] Ita Plautus, Trin. IV. 2. 68. *Vide homo, ut hominem noveris.* *Sy.* Tanquam me.

18. *Modo non montes auri pollicens.*] Hyperbole usitata. Ita Graeci χρυσίου πόντον dixere. Persius, Sat. III. 65. *Et quid opus Cratero magnos promittere montes.* [*Modo non* i. e. propemodum, fere. Alii scriptores dicunt *tantum non.* Plin. Paneg. c. 23. *gratum quod tantum non ultro clientibus salutatis quasdam familiaritatis notas adderes.* ubi vid. Schwarzius. — *Montes* et *maria* proverbialiter de magnitudine et multitudine dicuntur. Sallust. Catil. c. 23. *repente glorians maria montesque polliceri coepit.* ubi vid. Cortium.]

19. *Cui tanta erat res, et supererat?*] Interrogat, quis ille sit hospes, cui tanta sit res, et supersit, ad montes auri polli-

Sic est ingenium. *Da.* Oh! regem me esse oportuit.
Ge. Abeuntes ambo hic tum senes me filiis
Relinquunt quasi magistrum. *Da.* O Geta! provinciam

V. 21. *hinc* Bentl. ex codd.

---

pererat?] Plus est *superesse*, quam *esse*. *Desinas: sic est ingenium.*] Necessaria est ad fabulae *epitasin* avaritia Demiphonis: ut maiore periculo ille abeente duxerit filius indotatam; nam mox dicturus est, *Illene indotatam virginem, atque ignobilem daret illi?* — 20. *Sic est ingenium.*] Praeparatio bona, qua et dives, et avarus describitur Demipho, ut indotatas nuptias filii ferre non possit. *Sic est ingenium.*] Recte. Non enim, inquit, fortuna avarus est, sed natura. *Sic est ingenium.*] Omnium? an domini? sed magis domini. *Oh! regem me esse oportuit.*] Ostendit pauperum affectiones, qui se solos uti divitiis scire aiunt, si eas habeant. *Oh! me regem esse oportuit.*] Acue me. — 21. *Abeuntes ambo hinc tum.*] *Hinc* et *hic* legitur. Et est ordo, *Hic relinquunt filiis.* *Filiis.*] Propter filios. — 22. *Relinquunt.*] Id est, non secum abduxerunt. *Quasi magistrum.*] Bene *quasi:* qui non complevit hoc ipsum, nec vult esse. *Magistrum.*] Sic Latini: quem Graeci παιδαγωγὸν appellant. *O Geta! provinciam cepisti*

---

cendos et dandos. Similis interrogatio est Eun. II. 3. 63. Aliter cepit Donatus. [Et recte quidem. Nam *cui* non ad hospitem, sed ad Demiphonem refertur. St.] Dixit autem *res* pro opibus et opulentia. Vide Heaut. IV. 5. 50. Plautus, Trin. II. 4. 45. *Bonis tuis* rebus *meas* res *irrides malas.* — *Desinas: sic est ingenium.*] Id vult, desine percontari; sic meum est ingenium; sic soleo de rebus magnis loqui. Plautus, Amph. III. 2. 18. *Sic est ingenium meum.*

20. *Regem me esse oportuit.*] Homines opulentos *reges* dixerunt. Plautus, Capt. IV. 2. 45. *Non ego nunc parasitus sum, sed* regum rex regalior. Tangit simul morem, quo parasiti patronos suos, a quibus alebantur, *reges* suos appellabant. Plautus, Asin. V. 2. 68. *ni impetro,* Regem *perdidi.* [Itaque verborum sententia haec est: *oh si ego essem dives et opulentus; profecto longe aliter agerem meisque uterer opibus!* St.]

21. *Me filiis relinquunt quasi magistrum.*] Vide Adelph. V. 9. 5.

22. *Provinciam cepisti duram.*] Est *provincia* primum

Cepisti duram. *Ge.* Mi úsus venit, hóc scio:
Meminí relinqui mé, Deo irató meo.
Coepi ádvorsari prímo. Quid verbis opust?
Sení fidelis dúm sum, scapulas pérdidi.

V. 23. alii: *usu venit.* Vulgatum praestat.
V. 26. Bentl. de coni. *Senibus fidelis dum sum*, quia ambo senes eum filiis reliquerint quasi magistrum.

---

d u r a m.] Acquisitae bello longe ab Italia regiones *provinciae* dictae sunt, a *porro*, vel *procul*, et *vincendo*, ad quas quia praetores cum officio mittebantur, officia quoque *provinciae* nominantur. *O Geta! p r o v i n c i a m.*] Splendide *p r o v i n c i a m* dixit. — 24. *M e m i n i r e l i n q u i m e, D e o i r a t o m e o.*] Sic *Virgilius*, *nec Di texere Cupencum, Aenea veniente, sui.* Hoc Asper. Sed mihi videtur ad hoc addidisse *m e o*, ne esset ἀμφίβολον, cui diceret, *i r a t o D e o. Naevius* in Stalegmo, *Deo meo propitio, meus homo est. M e m i n i r e l i n q u i m e, D e o i r a t o m e o.*] *Domino* dixit, an vere *D e o?* Et bene *m e o*, ne esset ἀμφίβολον. Et sic dixit, *m e m i n i r e l i n q u i*; ut in Andria, *Memini me videre.* Et, *Memini me fieri pavum*, *Ennius.* — 25. *Q u i d v e r b i s o p u s e s t?*] Repente infertur, *q u i d o p u s e s t v e r b i s?* et satis moraliter. — 26. *S e n i f i d e l i s d u m s u m.*] Opportune *s e n i* dixit, ut ostendat quam stultum sit, seni ad-

---

munus ipsum summi duci in bello, dictum boni ominis causa a *porro vincendo*, dein notat regionem, in qua bellum geritur, vel res administrantur; porro regionem iam devictam, et in provinciae formam redactam; demum quodvis munus. Ita Heautont. III. 2. 5.

23. *M i h i u s u s v e n i t.*] Ita Heaut. III. 2. 42. IV. 45. 46. Adelph. V. 6. 7. [Sensus est: *accidit iam, ut hoc didicerim! bene novi.* St.]

24. *M e m i n i r e l i n q u i m e D e o i r a t o m e o.*] Herilem filium vocat *Deum* suum, ideo *iratum* quod iussus esset a patre obtemperare servo Getae. *Deos* enim vocabant, qui summis beneficiis bearent alterum; vel qui alterius potirentur. Vel igitur dandi casu *D e o i r a t o m e o* coniunctim legenda; vel separatim inferenda, ut notent *infeliciter.* Ita Plautus, Poen. II. versu 4. *Nam ego hodie infelix, Dis meis iratissimis Sex immolavi agnos.* Unde et *Diis iratis* nati infelices dicebantur. Vide Phaedr. IV. 19. 15. Diis *est* iratis *natus*, *qui est similis tibi.* [Westerhovii interpretatione nihil est ineptius. Sensus est: *quum deus meus tutelaris mihi non esset propitius.* St.]

26. *S c a p u l a s p e r d i d i.*] Sensus est, scapulas plagis ita con-

Da. Venére in mentem mi isthaec: nam quae inscítia est,
Advórsum stimulum cálces? *Ge.* Coepi iis ómnia
Facere, óbsequi quae véllent. *Da.* Scisti utí foro.
Ge. Nostér mali nil quídquam primo. hic Phaédria

V. 27. Bentl. Davi nomine deleto omnia Getae continuat usque ad *quae vellent.* Idem *namque* ex codd. pro *nam quae* dedit.

---

versus iuvenes fidelem esse. *Seni fidelis dum sum.*] *Fidus* est amicus: *fidelis* est servus. *Scapulas perdidi.*] Plus est *perdidi*, quam si diceret *dolui.* Et bene retulit *perdidi* πρὸς τὸ *fidelis.* Fidelis enim officium est, servare aliquid. — 27. *Venere in mentem isthaec mihi.*] *Venire in mentem* non ad recordationem tantum dicitur: sed ad reputationem et intelligentiam. *Nam quae inscitia est, advorsum stimulum calces?*] Hoc dictum et superiori personae esse potest, et alteri. — 28. *Advorsum stimulum calces?*] Παροιμία cum ἐλλείψει: deest enim, *iactare.* *Stimulum* pro *domino adolescente* posuit. *Calces.*] Modo *calces* non partes plantae, sed percussiones pedum plagasque significat. Aliter *Virgilius: calcemque terit iam calce Diores.* — 29. *Scisti uti foro.*] Secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii, non praescribunt quanti vendant, quae advehunt: sed secundum annonam fori quam deprehenderint consilium de vendendis aut non vendendis mercibus sumunt. *Scisti uti foro.*] *Forum* pro tribus intelligitur: loco, tempore, et persona. *Scisti*, inquit, *his uti.* Et est vulgare proverbium. Sensus hic est, *scisti*, inquit, *quid facere te oporteret.* — 30. *Noster mali nihil quidquam.*] Quartum παρέλκον. Ut in Hecyra: *Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit.* *Noster mali nihil quidquam.*] *Noster* πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phaedriae: qui non noster est. *Primo, hic Phaedria.*]

---

tusas, ut sensum omnem amiserint. Ita apud Plautum, Epid. I. 1. 84. eodem sensu servus: *Corium perdidi.*

28. *Advorsum stimulum calces.*] Subaudi, *ducere*, *iactare.* Vetus verbum est Graecorum: πρὸς τὰ κέντρα λακτίζειν: πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖν. Plautus, Truc. IV. 2. 55. *Nugae sunt, si stimulos pugnis caedis, manibus plus doles.* Locutio a bubus arantibus aliisque iumentis desumta, quae stimulis regebantur; contra quos si calcitrarent, gravius dolebat. Adde Acta Apost. IX. 5.

29. *Scisti uti foro.*] H. e. servire tempori. Explicat Donatus.

Contínuo quamdam náctus est puéllulam
Citharístriam: hanc amáre coepit pérdite.
Ea sérviebat lénoni impuríssimo:
Neque quód daretur quídquam, id curaránt patres.
Restábat aliud níl, nisi óculos páscere,
Sectári, in ludum dúcere, et redúcere.

Bene additum *primo:* quia non perpetuo. — 31. *Continuo quamdam.*] Bene *continuo:* quasi vix exspectaverit profectionem patris. *Puellulam citharistriam.*] Istis hoc nominibus agit, ut causa amoris et ex aetate, et ex arte puellae videretur: nam ideo *puellulam* dixit. — 32. *Amare coepit perditus.*] Legitur et *perdite.* Et *amare perdite*, utpote *puellulam et citharistriam.* — 33. *Ea serviebat lenoni impurissimo.*] Et quare non fuisset libera: et cuius fuisset ancilla: et qualis hominis fuerit, demonstravit. *Ea serviebat lenoni impurissimo.*] Magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: *Puellula citharistria*, *Avarus leno*, *Amator perditus*, *Inopia.* — 34. *Id curarant patres.*] Expedite dixit *patres.* Si enim *patrem eius* tantum dixisset: id restabat, ut ei per patrui filium succurreretur, ideo dixit ambos non habuisse. — 35. *Nisi oculos pascere.*] Hoc enim solum erat, quod leno non venderet. — 36. *Sectari, in ludum ducere, et reducere.*]. Bene cavillatus est et ioculariter in adolescentem, cui aetas ad sectandos Philosophos apta erat. Hinc etiam Philosophorum sectae. Sed *sectari* proprie est, ut taurus buculam, ut aries ovem. *Virgilius, trahit sua quemque voluptas.* Re-

32. *Hanc amare coepit perdite.*] Ita Heaut. I. 1. 45.

35. *Oculos pascere.*] H. e. cum voluptate spectare. Ita Virgilius, Aen. I. 468. animum *pictura* pascit *inani.* Martialis, IV. 77. 5. *non* oculos, *sed ventrem* pascere *veni.* Suetonius, Vitell. 14. *Velle se, dicens*, pascere oculos. Tacitus, Hist. III. 39. *Audita est saevissima Vitellii vox, qua (ipsa enim verba referam) se* pavisse oculos *spectata inimici morte, iactavit.* [*Oculos pascere* i. e. oculos oblectare aspiciendo. Lucret. II. 419. *oculos qui pascere possunt.* ubi vid. Lambinus. Cic. Philipp. XI. 3. *cum animum satiare non posset, oculos pavit suos.* Sueton. Vitell. c. 14. *ex quibus quendam coram interfici iussit, velle se dicens pascere oculos.*] Praecedentia sic iungas: *Neque quidquam curarant patres, quod* (ei) *daretur.* Quod iocose enunciat cum vi et gravitate. St.

36. *Sectari.*] Haec vox passim in obscoenis amoribus usurpatur. Plautus, Mil. II. 1. 13. *Ait, sese ultro omnes mulieres sectarier.* Videtur a venatione translatum. Virgilius, Ecl. III. 75. *dum tu secta-*

Nos ótiosi operám dabamus Phaédriae.
In quo haéc discebat lúdo, exadvorsum éi loco
Tonstrína erat quaedam. hic solebamús fere
Plerúmque eam opperíri, dum inde irét domum.
Intérea dum sedémus illi, intérvenit

V. 41. ante B. erat *illic*, metro adversante. *Illi*, ut sexcenties, idem est.

ducere.] Σύλληψις, *a ludo* enim subauditur. — 37. *Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.*] Cum τύπῳ dixit *nos*, velut magistrum excusans obsequentem ei, cui custos sit datus. Et ideo addidit *otiosi*. *Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.*] Relatio ad illud quod mox otiosi non erunt. *Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.*] Aut ad pudorem sumitur hoc pronomen in singulari numero: aut ad dignitatem. Sed potest *nos* et propter Antiphonem dixisse. *Nos otiosi operam dabamus Phaedriae.*] Apollodor. *NAIKEIS* διανεμαις μEOA *. *Operam dabamus Phaedriae.*] Ille amicae, nos illi. — 38. *In quo haec discebat ludo.*] Figurate, *in quo haec discebat ludo*, est additum. *Ex aduorsum ei loco.*] *Ei loco*, legitur et *illico*. Et adnotatur, ex abundanti additum, ut apud veteres multa sunt. *Ex adversum ei loco.*] Παρέλκον quartum. — 39. *Tonstrina erat.*] Apta sedes otiosis. *Tonstrina erat quaedam.*] Παρέλκον tertium, *quaedam*. *Hic solebamus fere plerumque.*] Παρέλκον tertium, *fere plerumque*. — 40. *Dum inde iret domum.*] Ad se scilicet. *Iret domum*, pro *rediret*, vel certe, *iret*. Παρέλκον figura. — 41. *Dum sedemus.*] Proprie *sedemus*, ut in tonstrina. *Illi, intervenit.*] *Illi*, pro *ibi*; ut, *illi mea*

---

ris apros, ego retia servo. — *In ludum ducere, et reducere.*] Ita Hec. II. 1. 6. et 7. Plautus, Rud. Prol. 42. *Adolescens quidam civis huius Atticus Eam vidit ire e* ludo fidicino *domum*. Adde Nepotem in Praefat.

39. *Tonstrina.*] Huius et Plautus meminit, tanquam otiosorum loci. Amph. IV. 1. 5. Epid. II. 2. 14. Adde Periz. ad Ael. V. H. III. 7. Apuleius, Metam. III. *Hunc iuvenem, cum e balneis rediret ipsa* tonstrina *residentem hesterna die forte conspexit.* [*Ex adverso.* In aliis editionibus est *exadversum.* Burmanno ad Sueton. Tiber. c. 33. rectius videtur *ex adverso* divisim scriptum, in quo intelligatur *loco* vel simile quid. Sed *exadversum* tuetur Oudendorp. ad Sueton. Caes. c. 39.] Cfr. etiam Bentl. ad h. l.

Adoléscens quidam lácrumans nos mirárier;
Rogámus quid sit? númquam aeque, inquit, ác modo,
Paupértas mihi onus vísum est et míserum et gráve.
Modo quámdam vidi vírginem hic vicíniae
Miserám suam matrem lámentari mórtuam.
Ea síta erat exadvórsum: neque illi bénevolens,

V. 44. Bentl. ex nonnullis codd. visa est. Male. Verbum praedicato accommodatur usu rariore.

---

tristitia facta. Et nota *illi*, pro *illic.* *Intervenit adolescens quidam lacrumans.*] *Apollodorus* tonsorem ipsum nuntium facit, qui dicat se nuper puellae comam ob luctum abstulisse: quod scio mutasse *Terentium*, ne *externis* moribus spectatorem Romanum offenderet. — 42. *Nos mirarier.*] Recte: mirum enim in adolescentibus lacrumae, ut contra, *tristisque senectus.* *Nos mirarier.*] Ut, *solam nam perfidus ille Te colere.* — 43. *Rogamus, quid sit?*] *Quid lacrumet:* non, *Quid sit ipse*, ut stulti putant. *Numquam aeque, inquit, ac modo.*] Mire ostendit semper sibi hoc visum, quod dicit: sed *numquam aeque.* — 44. *Paupertas mihi onus visum est.*] Statim fit mentio *paupertatis*, ut sit causa fallaciae Phormionis. — 45. *Modo quamdam vidi virginem.*] Bene *quamdam:* ne ob familiaritatem laudare videretur. *Modo quamdam vidi virginem.*] Vide sic agi, ut non tam morte mulieris, quam solitudine pulchrae virginis moveatur affectus: simul et ea describi, quae matronae futurae magis conveniant, quam quae temere amanda sit. Nam hic obitus foeminae, ad comicum exitum spectat: quandoquidem plus ex eius morte securitatis, quam molestiae, sentiat argumentum. *Hic viciniae.*] Adverbium in loco est, *hic viciniae:* cuius ad locum, *huc viciniae.* Et statim proximitas insinuatur, ut sit spes et causa videndi. — 46. *Miseram.*] Ab affectu: et subdistinguendum est, ut ad virginem referatur. *Lamentari mortuam.*] A probitate, quae piis attribuitur. Et *lamentari mortuam* ambiguitas, sed sensu manifesta. — 47. *Ea sita*

---

44. *Paupertas mihi onus visum.*] Cicero, Senect. 5. *Ennius ita ferebat duo, quae maxima putantur* onera, paupertatem, *et senectutem, ut eis pene delectari videretur.* Cato, Distich. I. 21. Paupertatis onus *patienter ferre memento.*

45. *Hic viciniae.*] Vide ad And. I. 1. 43.

47. *Ea sita erat exadvorsum.*] H. e. cadaver eius posi-

Neque nótus, neque cognátus, extra unam ániculam,
Quisquam áderat, qui adiutáret funus. míseritum 'st.
Virgo ipsa facie egrégia. quid verbis opu' 'st?
Commórat omnes nós. ibi continuo Antipho:
Voltísne eamus vísere? alius: cénseo.
Eámus. duc nos, sódes. Imus: vénimus:

erat.] *Sita* pro posita. *Sallustius* cum adiectione in H. *cum praedixero positum insulae.* Et hoc ei reciprocum est. *Ea sita erat exadvorsum.*] Expositio paupertatis, et quam facile virgo videri possit. — 48. *Neque notus, neque cognatus.*] Αὔξησις fit: quia res minuitur, crescit sententia. *Sallustius, Non repugnantibus modo: sed ne deditis quidem a b c m. Neque notus, neque cognatus, extra unam aniculam.*] Haec praestruuntur: ut sit spes potiundae virginis. *Neque notus, neque cognatus.*] Haec descriptio paupertatis adiuvat argumentum, ut et visere audeant adolescentes virginem, et amet Antipho. — 49. *Qui adiutaret funus.*] Ipsum officium *funus* dixit. *Miseritum 'st.*] Hoc est, *misertus sum eius.* Et hic videtur ostendisse, cur lacrumaverit. — 50. *Virgo ipsa facie egregia.*] A forma indignatio. *Virgo ipsa.*] Bene *ipsa:* quia quae supra dixit, non ad ipsam, sed ad eventum eius pertinebant. *Quid verbis opus est?*] Sic dicit *Terentius*, ubi ad effectum properat. — 51. *Commorat omnes nos.*] Figura συγκοπή, pro *commoverat.* Et bene *omnes:* quia res ad Antiphonem tantum spectat. *Ibi continuo Antipho.*] Hic redditur nomen adolescentis. Et est παρασκευή. — 52. *Voltisne eamus visere?*] Ut, *populare Penates Venimus. Voltisne eamus visere?*] Ipse hortator inducitur, qui amaturus est. *Alius: censeo, eamus, duc nos, sodes.*] Haec omnia diversi dicunt. Et apparet tot esse homines, quot per μίμησιν ἀσύνδετα demonstrantur. *Alius: censeo.*] Phaedria, vel quilibet. — 53. *Imus: venimus: videmus.*] Ἀσύνδετον primum per βραχυλογίαν? *imus: venimus: videmus.*

---

tum erat in atrio domus adversae. Mortui et sepulti proprie *siti* vocantur. Ita Plautus, Mil. II. 4. 19. *scio, crucem futuram mihi sepulcrum; Ibi mei maiores sunt siti, pater, avos, proavos, abavos.* Inde ad animi dotes transfertur. And. I. 1. 6.

49. *Qui adiutaret funus.*] Id *curare funus* dixit And. I. 1. 81. Ita Hec. III. 2. 24. *His onera adiuta.*

51. *Commorat omnes nos.*] Turpilius, Demetrio: Commorat *hominem lacrumis.*

Vidémus. virgo púlchra! et, quo magis díceres,
Nihil áderat adiuménti ad pulchritúdinem.
Capíllus passus, núdus pes, ipsa hórrida:
Lacrumaé, vestitus túrpis: ut, ni vís boni

Μετ' ἐνεργείας. — 54. *Virgo pulchra.*] *Συντομία* mirantis. Duo ingentia, et *virgo*, et *pulchra*. *Virgo pulchra!*] Bene non dixit, *videmus virginem pulchram*, sed ὑπὸ τῆς καταπλήξεως, *virgo pulchra!* Illud enim frigidius: hoc concitatius. Et hoc magis demonstratur δράματι, quam relatione. *Et, quo magis diceres.*] *Diceres*, pro *crederes*; ut, *Audacter dicito.* Saepe *Plautus.* — 55. *Nihil aderat adiumenti.*] Proprie *aderat.* *Adest* enim id, quod adiuvat. — 56. *Capillus passus.*] Singularem numerum pro plurali posuit. Sic et alibi, *Capillus pexus*, *prolixus*, *circum caput reiectus negligenter.* *Passus.*] Temere dispersus. Ut magna pars, a Graeca oratione profluxit haec dictio. *Capillus passus, nudus pes.*] Facetius, quam si pluraliter dixisset. *Virgilius*, *quibus acer Eryx in praelia suetus Ferre manum.* *Ipsa horrida.*] Quasi extra ipsam sit id quod dixit, *capillus passus, nudus pes.* Tale est apud *Virgilium*, *Illum autem*, *quamvis aries sit candidus ipse*, *Nigra subest udo tantum cui lingua palato*, *Reiice.* Et alibi de arbore, *Tum fortes late ramos*, *et brachia tendens Huc illuc*, *media ipsa ingentem sustinet umbram.* Et, *domus sanie*, *dapibusque cruentis Intus opaca*, *ingens: ipse arduus*, *altaque pulsat Sidera.* — 57. *Lacrumae, vestitus turpis.*] Ἀσύνδετον tertium. *Ipsa horrida* et *lacrumae* ad luctum pertinent, *nudus pes* et *vestitus turpis* ad pauperiem. *Ut, ni vis boni.*] Plus est *vis boni*, quam *bonum.* *Ut, ni vis boni in ipsa inesset forma.*] Veteres ignem et calorem quemdam, quasi fervorem, dixerunt *formam:* et ideo *fornaces*, *forcipes*, *formam* et *formosos:* ex qui-

---

55. *Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem.*] Est haec descriptio perelegans. Ita Heaut. II. 3. 45. Ovidius, Fast. II. 763. *Forma placet*, *niveusque color*, *flavique capilli*, *Quique aderat nulla factus ab arte color.*

56. *Capillus passus, nudus pes.*] Ita Statius, Theb. IX. 572. *Crine dato passim*, *plantisque ex more solutis.*

57. *Ni vis boni inesset in ipsa forma.*] Lucretius, IV. 1166. *Quoi* Veneris *membris* vis *omnibus exoriatur.* Propertius, I. 2. 6. *Nec sinere in* propriis *membra nitere bonis.* [*Vis boni* i. e. excellentia, praestantia pulcritudinis ut *vis aeris* pro magno aere, *vis saxorum* pro multis saxis. *Bonum* est pulcritudo. Catull. XV. 10. *infesto pueris bonis malisque.* Horat. Carm. IV. 1. 8. *qualis eram bonae sub regno Cinarae.* Ovid. Amor. III. 2. 27. *Invida vestis eras, quae tam bona cru-*

In ípsa inesset fórma, haec formam extínguerent.
Ílle, qui íllam amabat fidicinam, tantúmmodo,
Satis, ínquit, scita 'st. nóster vero. — *Da.* Iám scio:
Amáre coepit. *Ge.* Scín' quam? quo evadát, vide.
Postrídie ad anum récta pergit. óbsecrat,

bus ignis amoris exoritur. Laudandus est ergo *Terentius* proprietate servata: qui quum *formam* praetulisset, subiecit *extinguerent.* Ideo et *Virgilius* sic ait, *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.* — 58. *In ipsa inesset forma, haec formam extinguerent.*] Figura πλοκή; aliud enim supra, aliud infra, *forma* repetita significat. *In ipsa inesset forma.*] Geminavit praepositionem, ut alibi, *In amore haec omnia insunt vitia.* *Extinguerent.*] Bene *extinguerent:* quia ab igne et calore *forma* dicta est. — 59. *Ille, qui illam amabat.*] Bene *illam:* quia iam supra insinuavit personam Citharistriae. *Ille, qui illam amabat.*] Ratio cur amaverit virginem. *Fidicinam.*] Supra, *Citharistriam;* ergo indifferenter. *Tantummodo, satis, inquit, scita 'st.*] Sensus est, laudavit tantummodo, non etiam captus est in amorem. — 60. *Satis, inquit, scita.*] Magna laus formae, amanti aliam placuisse. *Satis, inquit, scita.*] *Scita,* bella; ut in Andria, *Scitus puer est natus e Pamphilo.* *Noster vero.*] Ἀποσιώπησις tertia, quae succurrit, quotiens verba rebus minora sunt. — 61. *Amare coepit.*] *Ille,* inquit, *laudavit tantum: Hic amare coepit.* Et bene *coepit,* non *amavit:* ut ostendat, vim amoris non parum esse, et rem, quae semel suscipi possit. *Scin' quam?*] Ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium *Terentius* uti solet. *Scin' quam?*] *Amare coepit,* subauditur. *Quo evadat, vide.*] *Evadat,* perveniat. Nam *evadere* est per obstantia pervenire. — 62. *Postridie ad anum recta pergit.*] Hoc praestruens *aniculae* supra mentionem fecerat. Et bene memor et virginis, et honestae, non ipsam adire facit, sed *anum:* neque ab ipsa peti fructum voluptatis, ex cuius persona maior desperatio nasce-

---

ra tegebas. Ut *bonus* formosus, sic *malus* est deformis, ut ex Catulli exemplo apparet.]

58. *Haec formam extinguerent.*] Contrario sensu dixit Petronius, cap. 126. *Iam mentum, iam cervix, iam manus, iam pedum candor, intra auri gracile vinculum positus, Parium marmor extinxerat.*

60. *Satis scita.*] Mediocris laus: quod *sic satis* dixit Heaut. III. 2. 12. [Mox *Scin' quam?* est *scin' quantopere?* St.]

Ut sibi éius faciat cópiam. ĭlla enim sé negat:
Neque eum aéquom aít facere. íllam civem esse Atticam,
Bonám, bonis prognátam. si uxorém velit
Lege, íd licere fácere: sin alitér, negat.

V. 64. Bentl. ex codd. *aequum facere ait*, coniiciens pro *facere* scribendum esse *petere*.
V. 65. Bentl. post *velit* interpungit. v. ann.

---

batur: sed a nutrice potius, per quam suaderi puellae posse creditur, quicquid libet. *Postridie ad anum recta.*] Ἐμφατικῶς, *ad anum statim:* ut qui posthabuerit omnia alia. *Recta.*] Quia non per nuntium. — 63. *Sibi ut eius faciat copiam.*] Vide ut nihil de virgine speret, qui omnia ab anicula petat. *Illa enim se negat.*] *Copiam facturam* subauditur. — 64. *Neque eum aequom ait facere.*] Non quod amet, sed quod hec petat. *Neque eum.*] Quod peteret scilicet. *Illam civem esse Atticam.*] *Illam* cum ἐμφάσει dixit: quasi dicat, quam sic contemnat. — 65. *Civem, bonam.*] *Civem*, quod ad iura pertinet: *bonam*, quod ad ipsam. *Bonam.*] Non vilem: quia boni non viles sunt; unde superlativus gradus *optimates* facit: quia *bonus*, *melior*, *optimus* dicitur. *Bonis prognatam.*] Quod ad maiores eius. *Si uxorem velit.*] Recte subiunxit, *si uxorem velit:* postquam ea in virgine praetulit, quae solent ornare nuptias. — 66. *Lege id licere facere.*] Incerta distinctio est: utrum *uxorem velit lege*, an, *lege id licere facere*. *Sin aliter, negat.*] Et pudice anus, et tamen illecebrose, *licere facere* dixit, quod ille imprudentius petit, ut sibi eius faciat copiam. *Sin aliter, negat.*] Σύλληψις facta ex eo

---

63. *Sibi ut eius faciat copiam.* Ita Plautus, Casin. II. 8. 14. *Quod maxime cupiebas*, eius feci copiam tibi. — *Enim.*] H. e. vero, enimvero.

64. *Civem Atticam.*] Uti viri vel *Athenienses* vel *Attici*, ita mulieres tantum *Atticae* dictae.

65. *Bonam, bonis prognatam.*] Duplex commendatio, a parentibus, et ipsius virginis ingenio. Horatius, Carm. III. 24. 11. *Dos est magna parentium virtus.* IV. 4. 29. *Fortes creantur fortibus et bonis.* — *Si uxorem velit lege.*] H. e. legitime. Ita And. IV. 5. 4. Hec. I. 2. 97. Vide P. Burm. ad Quinctil. Declam. XXIII. [*Si uxorem velit lege id licere facere.* Perrenonius Animadv. I. 9. interpungit post vocem *lege*, ut iungatur *uxor lege*, quemadmodum apud Graecos γαμετῇ νόμῳ; quam distinctionem probat Burmannus ad Cal-

Nostér, quid ageret, néscire: et eam dúcere
Cupiébat, et metuébat absentém patrem.
***Da.* Non, sí redisset, eí pater veniám daret?**
***Ge.* Illene índotatam vírginem atque ignóbilem**

V. 70. Bentl. ex cod. Bemb. *Ille indotatam.*

---

quod sequitur, *facere.* — 67. *Noster, quid ageret, nescire.*] Proposita deliberatio: cuius tamen altera pars vincet; nam ducturus est per absentiam patris. *Quid ageret, nescire.*] Pro *nesciebat*, sed recte sic ait: quia subiuncturus est, *illam ducere cupiebat, et metuebat.*] Vide ambiguitatem, quam tamen sequentia tollunt. — 68. *Cupiebat, et metuebat.*] *Metuebat* proprie dixit. *Metuimus* enim eos qui nos amant: *timemus* etiam inimicos. — 69. *Non, si rediset pater, ei veniam daret?*] Bene interrogat Davus; hoc enim sperari si posset, non opus erat fraudibus Phormionis. *Non, si redisset.*] *Si* pro *postquam. Virgil. Praeterea, si nona diem mortalibus almum Aurora extulerit.* — 70. *Illene indotatam virginem.*] Ἐμφατικῶς *ille*, de quo dixerat, *desinas: sic est ingenium:* et qui propter spem lucri navigarat senex. Insinuandum igitur fuit; hic enim erit omne periculum fabulae. Et ordine *Terentius* prius insinuavit personam senis, ut graviora fierent quae dirimebant nuptias. *Illene indotatam virginem, atque ignobilem.*] Duo dixit, et *indotatam*, et *ignobilem.* Haec enim duo principaliter petuntur; cum sint quatuor, quae in sponsis quaeruntur: *forma, probitas, dos, nobilitas.* Et manifestum est, cur de forma et probitate nihil dicat: quippe cum supra magnopere ea laudaverit in puella. *Virginem.*] Simpliciter accipimus *virginem*? an subaudimus *quamvis:* ut sit *quamvis virgi-*

Purnii Flacci Declam. XXIII. p. 820. Sed ad sensum nihil refert, utro modo interpungatur.]

69. *Veniam daret.*] H. e. impetrare sineret, concederet. Ita And. V. 3. 30. Heaut. V. 5. 6. et passim alibi. [*Si rediisset*, h. e. cum rediisset. Nam *si* interdum tempus significat, non conditionem. Plaut. Capt. II. 2. 1. *Iam ego revertor intro, si ex his quae volo exquisivero.* Horat. Epist. I. 7. 10. *quod si bruma nives Albanis illinet agris, Ad mare descendet vates tuus.* ubi vid. Lambinus. *Rediisset* ponitur pro *redierit*, quae temporum mutatio frequens est. Vid. Bentleius ad Horat. Serm. II. 3. 93. *ut si forte minus locuples uno quadrante perisset, Ipse videretur sibi nequior.*] Nulla est hic temporum enallage. St.

70. *Illene indotatam virginem, atque ignobilem daret illi?*] In matrimoniis contrahendis maxime dos, tum fami-

**Daret illi? numquam fáceret. *Da.* Quid fit déni-
que?
Ge. Quid fiat? est parasítus quidam Phórmio,
Homó confidens: qui íllum Di omnes pérduint!**

nem? — 71. *Daret illi?*] Bono affectu dixit, *daret illi?* Filius enim familiae non tam ducit uxorem, quam a patre accipit: quippe cum patri committatur puella potius in huiusmodi conditionibus, quam marito. *Daret illi? numquam faceret.*] Ἀποσιώπησις secunda, hic enim non transit ad aliud, sed instat incepto: ut et per interrogationem diceret, *daret illi?* et per responsionem inferret, *numquam faceret.* Et nota *numquam* pro *non* in maiorem negationis significationem poni semper. *Daret illi?*] Mire *daret:* ut ostenderet nihil esse potestatis in filio. *Quid fit denique?*] More suo *Terentius denique* posuit in fine sensus. Et est adverbium ordinis. Sic in Heautontimorumeno, *Fodere, aut arare, aut aliquid facere denique,* ut sit *denique,* vel *deinde,* vel *ad postremum.* — 72. *Quid fiat?*] Deest, *rogitas?* et est ἀποσιώπησις quarta. *Est parasitus quidam Phormio.*] *Phormio,* non a *formula,* sed phormione dicitur sparteo, quem nos *eronem* dicimus trivialiter et pro consuetudine. — 73. *Homo confidens.*] *Homo* comice additum: nam quis ignoret parasitum hominem esse? *Confidens.*] Hic *confidens* pro improbo audaci ac temerario posuit, ut, *O ingentem confidentiam! Qui, illum.*] *Qui, utinam* est, ut *Lucilius* in secundo, *Qui te Momentani malum iam caetera perdat.* Aut, *qui hoc consilium, quod dicam, dedit. Qui, illum Di omnes perduint!*] *Qui* aut expletivum est, aut pronomen: quo incipiens Phormionem describere cohorruit consideratione eius, et in hanc vocem quasi confusus erupit; hoc autem certum ge-

---

liae splendor respicebatur. Plautus, Trin. I. 2. 122. *Ut eam in se dignam conditionem collocem.*

73. *Homo confidens.*] Respexit hunc locum Cicero, Orat. pro A. Caecina, cap. 10. *Et argentarius Sextus Clodius, cui nomen est* Phormio, *nec minus niger, nec minus* confidens, *quam ille Terentianus est* Phormio. Lucilius, apud Non. v. *confidentia: Improbu', confidens, malus, et nequam videatur.* — *Qui, illum Di omnes perduint.*] Dicturus erat Geta continue, *qui hoc consilium, quod dicam, dedit,* nisi iniecisset Davus, *quid is fecit?* Ut adeo illa, *illum Di omnes perduint,* imprecandi formulam tantum contineant. Cicero, pro Deiot. 7. *Dii te perduint, fugitive.* [*Qui illum Dii omnes perduint.* In hac imprecandi formula, comicis propria, *qui* ponitur pro utinam. Plaut. Menaech. III. 1. 6. *Qui il-*

Da. Quid is fécit? **Ge.** Hoc consilium, quod dicám,
dedit:
Lex ést, ut orbae, quí sunt genere próxumi,
Eis núbant: et illos dúcere eadem haec léx iubet.
Ego té cognatum dícam, et tibi scribám dicam;

nus est παρενθέσεως. — 74. *Quid is fecit?*] Servatur affectus tristis hominis, ut supra ait, *Sed quid tu es tristis? Quid is fecit?*] Correxit interrogatione errantem: ut rediret ad nominativum casum *qui*, unde aberraverat, et *illum* dixerat. *Hoc consilium, quod dicam, dedit.*] Secundum quosdam ordo est, *qui hoc consilium, quod dicam, dedit.* — 75. *Lex est.*] *Lex*, ut in Palliata, recte ponitur: nam Graecorum fuit: ideo et in Andria sic ait, *Inopia, et cognatorum negligentia coacta.* *Lex est.*] Alia narratio interponitur. Et dicitur παρεξήγησις. *Lex est.*] A causa litis; potuit enim dici, *Non habes causam.* *Ut orbae, qui sint genere proximi, eis nubant.*] *Orba proximo nubat, Orbam proximus ducat*, Atticum ius est. Et ordo, *Lex est, ut orbae eis nubant, qui sint proximi.* — 76. *Et illos ducere.*] Bene additum: nihil enim ad rem, si ducendi necessitas non fuisset. *Eadem haec lex iubet.*] Non duas res iubet haec una lex: sed puellis permittit nubere: cognatos cogit ducere. *Eadem haec lex iubet.*] Bene *iubet:* minorem enim vim habet ea lex, quae aliquid permittit, quam illa, quae aliquid iubet. — 77. *Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam.*] A persona eius cum quo agitur. Potuit enim dici, *Quid mecum est tibi? Ego te cognatum dicam, et tibi scribam dicam.*] Ἀποστροφὴ et ἠθοποιΐα. Haec narratio est, quam dicit *Tullius* constitutam: et ipse, *Tibi uni parcam*, inquit in Verrinis; repente enim transitur ad verba personarum ab earum descriptione: sed hoc ipsum ad commovendos auditores valet plurimum. *Et tibi scribam dicam.*] A denuntiatione in personam: ne diceret, *Non mihi denuntiasti.* *Et tibi scribam dicam.*] Cicero,

---

lum Dii omnes perduint! et ibi Gronovius. Imitatus est Cic. ad Attic. IV. 7. *De Apollonio quod scribis, qui illi Dii irati, homini graeco, qui conturbare quidem putat sibi licere.*] Rectius, opinor, Westerhovius. Cohaerent verba: *Qui — hoc consilium dedit.* St.

75. *Lex est.*] Vide Adelph. IV. 5. 18.

77. *Tibi scribam dicam.*] H. e. actionem seu litem; in ius te vocabo. Locutio Graeca. Est vero hinc usque ad verba Davi μίμησις verborum Phormionis. Ita infra II. 2. 15. II. 3. 92. IV. 3. 63. Plautus, Aul. IV. 10. 30. *Iam quidem hercle te ad praetorem rapiam, et tibi scribam dicam.*

Patérnum amícum me ádsimulabo vírginis:
Ad iúdices veniémus: qui fuerít pater,
Quae máter; qui cognáta tibi sit; ómnia haec
Confíngam: quod erit míhi bonum atque cómmodum.
Quum tu hórum nil refélles, vincam scílicet.
Pater áderit. mihi parátae lites. quíd mea?

Scribitur Heraclio dica. *Dicam.*] *Dicam* supra, *verbum* infra, *nomen* est totidem literis, diverso accentu. — 78. *Paternum amicum me adsimulabo virginis.*] A persona litigantis: potuit enim opponi, *Personam non habes.* — 79. *Qui fuerit pater.*] *Qui* hic pronomen est: infra *quomodo* significat. — 80. *Quae mater.*] Virginis scilicet. *Qui cognata tibi sit.*] *Qui*, quomodo, et qua ratione. *Omnia haec confingam.*] *Omnia haec* non ex abundanti posuit, sed oratorie, quasi *tam multa.* Et est ἀρχαϊσμός; nam post enumerationem veteres hoc dicebant. *Sallustius* Iugurtha, *Haec omnia praesidio adsunt.* — 81. *Quod erit.*] Tute confingam. *Quod erit mihi bonum atque commodum.*] Εὐφημία. *Quod mihi*, inquit, *faustum ac felix erit:* hoc est, confingere atque mentiri. *Quod erit mihi bonum atque commodum.*] Totum ioculariter parasitus: quippe qui *confingam* dicens non solum non erubuerit de falsiloquio, sed quasi praeclari facinoris inceptionem etiam auspicatus sit, omenque susceperit, dicendo, *quod erit mihi bonum atque commodum.* Sic enim veteres, *Quod faustum felixque sit*, dicebant, aliquid aggressuri. — 82. *Quum tu horum nihil refelles.*] Hoc interrogative pronuntiandum est. *Refelles.*] Refutabis, redargues. Nam prorsus *refellere* est redarguere falsitatem. — 83. *Pater aderit: mihi paratae lites. quid mea?*] Mire ὁ συκοφάντης, quod maxime alter metueret, hoc pro ridicula re contemsit, *pater aderit: mihi paratae lites.* Exquisite autem subiectum est, quum supra dixerit, *mihi paratae lites. quid mea? Pater aderit: mihi paratae lites.*] Ut Antiphoni formidanda ista sunt, ita ridicula para-

---

81. *Quod erit mihi bonum atque commodum.*] Lucilius, apud Donatum, et infra IV. 3. 9. [*Quod erit mihi bonum atque commodum* h. e. quatenus mihi aptum et appositum erit in rem meam. Sic bene exponit Gesnerus in Thes. L. L. v. *commodus.* Donati explicatio a comici mente est aliena. *Quod* est quoad, quatenus. Vid. notat. ad Eun. II. 1. 8.]

82. *Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.*] Ita Cicero, Tusc. Quaest. I. 1. *Erat facile vincere non repugnantes.*

Illá quidem nostra erít. *Da.* Iocularem audáciam!
Ge. Persuásit homini: fáctum est: ventum est: víncimur:
Duxít. *Da.* Quid narras! *Ge.* Hóc, quod audis. *Da.* 'O Geta,
Quid té futurum est! *Ge.* Néscio hercle. unum hóc scio:
Quod fórs feret, ferémus aequo animó *Da.* Placet.

V. 85. Bentl. *persuasumst homini*, e cod. Bemb.
V. 88. Bentl. *places.*

---

sito. — 84. *Illa quidem nostra erit.*] Ἠθικῶς *nostra*, quum Antiphonis tantum esse debeat. *Iocularem audaciam.*] *Εἰρωνεία κατ' ἀντίφρασιν:* hoc est, *minime iocularem.* An quae ex ludo et ioco in periculum veniat? *Iocularem audaciam.*] Deest: *audio ex te*, aut *dicis.* — 85. *Persuasit homini.*] Hic iam de Antiphone queritur, cui persuasum sit. *Factum est.*] Adeo audax Phormio. *Ventum est.*] Ἐξήγησις. Quo modo, *factum est: ventum est: vincimur: duxit. Factum est: ventum est: vincimur: duxit.*] Ἀσύνδετον ut supra, *imus: venimus: videmus. Factum est: ventum est: vincimur: duxit.*] Amat hoc *Terentius*; ut, *It, lavit, redit.* Et, *imus: venimus: videmus.* Et, *Funus interim Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus: In ignem posita est: fletur.* In his non modo brevis et comis narratio est, sed etiam auditoris animum ad id quod restat intendit. — 86. *Quid narras!*] Admirantis vox est, non interrogantis. *O Geta, quid te futurum est!*] Sic pronuntia, quasi periturum contempleris Getam, et iam eum in certo interitu defleas. *O Geta, quid te futurum est!*] Scilicet qui magister relictus sis Antiphoni. — 87. *Nescio hercle. unum hoc scio: quod fors feret, feremus aequo animo.*] Ἠθικῶς desperatione rerum fortis est servus. Et simul vigilavit poëta, ne si et hic eiularet, res tota migraret in tragoediam. — 88. *Quod fors feret, feremus aequo animo.*] Hae graves sententiae, ex persona servorum quum dicuntur, ridiculae sunt, et eo consilio interponuntur.

---

84. *Iocularem audaciam.*] Ita And. IV. 4. 43. Suetonius, Ner. 27. Iocularia *et latebras omisit.*

88. *Quod fors feret, feremus aequo animo.*] Ita Virgilius, Aen. V. 710. *Quidquid erit: superanda omnis fortuna ferendo est.* Cicero, Off. I. 12. ex persona Pyrrhi: *Vosne velit, an me regnare,*

Hem! istúc virist officium. *Ge.* In me omnis spés mihi est.
***Da.* Laudo. *Ge.* Ad precatorem ádeam, credo, qui mihi**
Sic óret: nunc amítte, quaeso, hunc: caéterum
Posthác si quidquam, níl precor. tantúmmodo

Feremus aequo animo.] Hoc secundum servos, qui futura contemnunt. Et mire meritum culpae suae ad fortunam retulit. — 89. *Hem! istuc est viri officium.*] Compendium consolationis est, quod hic libenter accepit: et ideo statim approbat. *In me omnis spes est mihi.* Quo modo? an ut strenue se defendat? an ut fugiat? an ut patiens sit plagarum? — 90. *Ad precatorem adeam, credo.*] Bene poëta omnia tractat, quae in tali re tacenda servo essent, nisi aliud posceret argumentum. *Ad precatorem adeam.*] Sic in Heautontimorumeno, *Nec tu aram tibi, Nec precatorem pararis.* *Qui mihi sic oret.*] Id est, *pro me oret.* — 91. *Nunc amitte, quaeso, hunc.*] *Μίμησις* dicitur, ubi non verba modo, verum etiam gestum vocemque fingimus alienam. *Nunc amitte, quaeso.*] Hoc quod nos dicimus *dimitte*, antiqui etiam dicebant *amitte*. *Virgilius*, *amissos hinc iam obliviscere Graios.* Et *Sallustius*, *Pactione amisso Publio legato.* — 92. *Posthac, si quidquam, nihil precor.*] Facile impetrat, qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria est, mitigare praesentia, futura permittere. Simul etiam, quia omnis causa in hoc est, ne videatur servus, ob impunitatem in delictis amplius peccaturus. *Posthac si quidquam.*] Ut solet, eleganter per ἔλλειψιν. Et simul, non si tantumdem peccaverit: sed, si vel minimum. Tale est et illud: *Si sensero hodie*

---

hera quidve ferat Fors, *virtute experiamur.* [Cic. ad Attic. VII. 14. *sed haec ut fors tulerit.* Curt. V. 11. *quicquid fors tulisset inter suos perpeti malle, quam transfugam fieri.*]

89. *In me omnis spes mihi est.*] Ita Eun. II. 2. 9. Sallustius, Iug. 85. *Mihi spes omnes in memet sitae.*

90. *Ad precatorem adeam.*] Ita Heaut. V. 2. 23. Plautus, Epid. V. 2. 21. *Nihil moror mihi* precatorem. Integrum autem locum imitatus est Petronius, cap. 49. *Deprecari tamen omnes coeperunt, et dicere: solet fieri; rogamus, mittas; postea si fecerit, nemo nostrum pro illo rogabit.* Adde Plautum, Cas. V. 4. 21. unde Noster sua hausit. [*Credo* ironice positum. St.] — *Qui mihi sic oret.*] Ita *mihi oret* dixit, uti Suetonius, Tib. 11. *Tamen officii duxit, quantum in se esset*, exorare filiae *patrem frequentibus literis.*

91. *Amitte.*] H. e. dimitte, absolve. Ita Plautus, Bacchid. III. 2. 11.

Non áddat: ubi ego hinc ábiero, vel occídito.
Da. Quid paédagogus ílle, qui Citharístriam?
Quid reí gerit? *Ge.* Sic, ténuiter. *Da.* Non múltum habet,
Quod dét, fortasse. *Ge.* Immó nihil, nisi spém meram.

V. 93. Bentl. *addit.*

---

quidquam in his te nuptiis Fallaciae conari. Et, *Si quidquam invenies me mentitum, occidito. Nihil precor.*] *Nihil* pro *non:* sed plena negatio *nihil.* — 93. *Ubi ego hinc abiero.*] Hic ostendit, nullum precatorem ex animo postulare veniam servo. *Vel occidito.*] *Vel* pro *etiam.* *Occidito.*] Tu tantum caedere volebas: ego dico, *Etiam occidito.* — 94. *Quid paedagogus ille, qui Citharistriam?*] Moraliter quaerit, volens audire de Phaedria, postquam de Antiphone cognovit; maxime, quia haec interrogatio responsionem elicit, qua spectator instruitur ad cognoscenda cetera. *Quid ille paedagogus, qui Citharistriam?*] Quia dixit, *Sectari, in ludum ducere, et reducere:* et quia *Puellulam* dixit, ab aetate; *paedagogus est illi,* ait. *Quid ille paedagogus, qui Citharistriam?*] Phaedria scilicet, qui neque abscedit a custodia puellae, neque illam ipse contingit. *Qui Citharistriam?*] Ἔλλειψις. *Sectatur, amat,* vel quid tale subaudiendum est. — 95. *Sic, tenuiter.*] Δεικτικῶς. *Sic* dicendum est cum aliquo gestu. *Non multum habet, quod det, fortasse.*] Cum commiseratione amatoris adolescentis pronuntiandum est. — 96. *Immo nihil, nisi spem meram.*] Bene *spem:* quia amat, nemo enim sine spe

---

malefactorem amitti *satius, quam relinqui beneficium.* [Vid. ad Andr. V. 3. 27.]

94. *Paedagogus ille, qui citharistriam?*] Intell., *Sectabatur, in ludum ducebat et reducebat.* Lepide Phaedriam vocat *paedagogum,* quod citharistriam in ludum comitabatur, quod erat munus servorum paedagogorum. Eadem facetia Hannibal Fabium Maximum dixit *Paedagogum* suum, quod se seu moventem castra, seu quiescentem observaret. Dixit autem *quid?* uti mox, versu 97.

95. *Sic, tenuiter.*] Ita separatim legendum, monet Donatus etiam ad Heaut. III. 1. 49. [*Sic, tenuiter.* Venuste hac particula utuntur de rebus, quae non satis feliciter succedunt. Andr. IV. 5. 9. *sic, ut quimus aiunt.*]

Da. Pater éius rediit, án non? *Ge.* Nondum. *Da.* Quíd? senem
Quoad éxspectatis vóstrum? *Ge.* Non certúm scio:
Sed epístolam ab eo adlátam esse audiví modo,
Et ad pórtitores ésse delatam. hánc petam.
Da. Numquíd, Geta, aliud mé vis? *Ge.* Ut bene sít tibi!

amat. *Meram.*] Solam. — 97. *Pater eius rediit, an non?*] Chremes scilicet. *Nondum.*] Subaudi, *venit.* Iam non plena negatio est. *Quid? senem quoad exspectatis vostrum?*] Animadvertite, *quid* secundum morem quotidianum tum dici, quum fit transitus a mentione alterius rei ad alteram. Sic et supra, *Quid paedagogus ille?* — 98. *Quoad exspectatis vostrum?*] *Quoad, quamdiu.* Et recte locutus est: quia adventus finis est exspectationis. — 99. *Sed epistolam ab eo adlatam esse audivi.* Mire paratur inopinatus subito adventus senis; nam ipse veniet, cuius epistolam sperat. — 100. *Et ad portitores esse delatam.*] More veterum magistri tributorum, id est, publicani, operam in portu dabant, inferendarum rerum, et efferendarum vectigal exigentes. *Ad portitores.*] Ad eos qui in portu sunt. Et quo more hoc dixerit vide, Attico, an Romano. — 101. *Numquid, Geta, aliud me vis?*] Absque illo argento, quo tibi a me opus fuit. *Ut bene sit tibi.*] 'Ἀχαϊσμὸς [lege 'Ἀστεϊσμός. Bentl.] pro, *nihil.* —

[97. *Quid.* Bene Donatus annotat, *quid* tum dici, cum sit transitus a mentione alterius rei ad alteram. Vid. Duker. ad Flor. II. 6. p. 298.]

98. *Non certum scio.*] Ita Eun. I. 2. 31. V. 3. 12. Hec. III. 1. 44.

100. *Portitores.*] Hi Nonio dicuntur *Telonarii, qui portum obsidentes omnia sciscitarentur, ut ex eo vectigal accipiant.* Plautus, Trin. III. 3. 64. *Iam si obsignatas non feret, dici hoc potest, Apud portitorem eas designatas sibi.* [*Portitores* sunt operae publicanorum, quae in portu sedebant, merces invehendas et evehendas excutiebant et portorium exigebant. Vid. Non. Marcell. p. 24. et Ernest. in Clav. Cic. h. v. Epistolas ad portitores delatas esse patet etiam ex Plaut. Trin. III. 3. 66. *Apud portitorem eas resignatas sibi inspectasque esse.*]

101. *Numquid, Geta, aliud me vis?*] Formula discedentium. Vide ad Eun. I. 2. 111. [Abeuntium formula est. Plaut. Poen. IV. 2. 90. *valeas beneque ut tibi sit.* Vid. Brissonium de Formul. I. p. 74. Donatus per ἀστεϊσμὸν dictum putat pro *nihil.* Sic *recte* pro *nihil* dici supra vidimus.]

Puer, heús! nemon' hûc pródit? cape, da hoc Dórcio.

102. *Puer, heus! nemon' huc prodit?*] Moralis expressio; nam eos vocat, quibus initio egrediens dicebat, *Si quis me quaëret rufus.* *Cape, da hoc Dorcio.*] Ad κωφὸν πρόσωπον loquitur. *Dorcio.*] *Dorcium* foemininum nomen est, ut *Planesium*, *Glycerium.*

---

102. *Heus!*] Haec fores pulsans clamat. Ita Eun. III. 3. 24. [Apparet, hanc Dorcium conservam et uxorem Getae esse; ergo dat illi pecuniam servandam. Ita Syri uxor Phrygia conserva, Adelph. V. 9. 16. *Bentlei.*]

ACTUS PRIMUS.

SCENA TERTIA.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

An. **'Adeon' rem redísse, ut qui mi cónsultum optumé velit esse,**

1. *Adeon' rem redisse, ut qui mihi consultum optume velit esse.*] *In hac scena color vitae est eorum qui id, quod immodice concupierint, spernunt postquam evenerit. Quod apertiore sententia ostendit poëta, dicendo, nostri nosmet poenitet. Adeon' rem redisse.*] *Comparativa qualitas in hac scena est, inter Antiphonis vitam, et Phaedriae. Genus causae demonstrativum. Contendunt autem, uter magis miser sit. Ut qui mihi consultum optume velit esse, Phaedria.*] *Mira sententia, qua ostendit adolescentulos in peccatis neminem magis metuere, quam eos a quibus maxime diliguntur. Simulque inducitur rerum imminentium praestructio: in qua sic audax inducitur Phaedria, ut defensor futurus sit:*

---

1. *Adeon' rem redisse.*] Ita supra, I. 2. 5. Infra I. 4. 24. Heaut. I. 1. 61. Vide I. Fr. Gronov. ad Plauti Bacch. IV. 6. 18.

Phaédria, patrem ut éxtimescam, ubi eius adventi vénit in mentem?
Quód ni fuissem incógitans, ita eum éxspectarem, ut pár fuit.

V. 2. Bentl. ex Prisciano p. 712. et 1101. correxit. Codd. Terentii: *ubi in mentem eius adv. venit.*

---

sic timidus Antipho, ut fugiturus sit. Ut qui mihi consultum optume velit esse, Phaedria, patrem extimescam.] Ferienda pronuntiatio in eo, quod ait, *qui mihi consultum optume velit esse:* hoc enim magis mirum est, ideo patrem timeri, quia *consultum optume velit.* — 2. *Ubi in mentem eius adventi venit?*] Nota, *venire in mentem* veteres non recordationis causa tantum, sed etiam recogitationis considerationisque posuisse. *Ubi in mentem eius adventi venit?*] Sic veteres genitivo casu proferebant: *in mentem eius adventi venit. Cicero, Fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem. Adventi venit?*] Multipliciter declinatur, et *adventi* et *adventus:* sic et in Andria, *Nihil ornati, nihil tumulti. Venit?*] Legitur et *advenit.* — 3. *Incogitans.*] Temerarius. *Probus, Incogitans,* inquit, *in usu est: at non eodem modo Cogitans. Ita eum exspectarem, ut par fuit.*] *Exspectarem* nunc *opperirer:* alias, *sperarem.* —

---

2. *Ubi in mentem eius adventi venit?*] Ita Cicero, de Orat. II. 61. *Quotiescumque gradum facies, toties tibi tuarum* virtutum veniat in mentem. [*Patrem ut extimescam.* Guyetus delet particulam *ut*, quando iam adest versu praecedente; sed id temere et imperite ab eo factum est. Nam saepe *ut* post quaedam interposita ex abundanti repetitur. Plaut. Bacch. IV. 6. 18. *orabat ut quod istic esset scriptum, ut fieret.* ubi vid. Gronovius. Liv. XLV. 16. *decrevit senatus, ut quoniam perduelles superati essent, ut dona curarent danda.* Vid. Interpretes ad Liv. XXII. 11. 4. Eodem modo aliae particulae interpositis quibusdam geminantur, tanquam *si* apud Liv. III. 19. *si quis vobis humillimus homo de vestra plebe, si quis ex his domum suam obsessam a familia armata nunciaret;* et *cur* apud Cic. de Divin. I. 57. *Quid est igitur, cur, cum domus sit omnium una eaque communis, cumque animi hominum semper fuerint futurique sint, cur ii quid ex quoque eveniat perspicere non possint.* Vid. Duker. ad Flor. II. 6. p. 291.] Hinc defendimus repetitum *ut* Andr. Act. V. scen. I. v. 9. in quo Bentleius immerito offendebat. St.

3. *Quod ni.*] Πλεονάζει τὸ *quod.* Sallustius, Catil. 18. Quod ni *Catilina maturasset pro curia signum sociis; eo die post conditam ur-*

Ph. Quíd istuc [est]? *An.* Rogitas? quí tam audacis fácinoris mi cónscius sis?
Quód utinam ne Phórmioní id suádere in mentem íncidisset;
Neú me cupidum eo ímpulisset, quód mi principiúmst mali.

V. 4. Bentl. *est* delevit; metri caussa.

---

4. *Quid istuc est?*] Haec interrogatio stomachosa est, extenuare volentis metum fratris: diversa enim sentit ob diversum amoris eventum. *Qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?*] Proprie ad terrorem, qui de facinore loquitur, *conscium* dixit. *Rogitas? qui tam audacis facinoris.*] Bene timens inducitur Antipho, ut sit causa fugiendi. Ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam coniugem cogatur a patre ante errorem fabulae patefactum. — 5. *Quod utinam ne Phormioni.*] Gratissime non Phormioni succenset, sed Phormionis invento. Et vide, ut et ipse se culpae subtrahat. *Quod utinam.*] Et familiare est, initia rerum accusare eos, quos alicuius negotii poenitet. *Quod utinam ne Phormioni.*] Vetus elocutio, *utinam ne. Ennius* in Medea, *Utinam ne in nemore Pelio securibus Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes.* Et *ne*, *non*, accipiendum. — 6. *Neu me cupidum eo compulisset.*] Bene hoc addidit ad excusationem; potuit enim dici, *Non consentires.*

---

bem, pessimum facinus patratum foret. Ubi vide, quae notavit Cortius. — *Incogitans.*] H. e. temerarius. Ausonius, Periandro, 15. Incogitantes *sors, non consilium regit.* Ita *incogitantia* et *animus incogitatus* dixit Plautus.

4. *Mihi conscius sis.*] Ita Plautus, Rud. IV. 7. 20. *Semper cavere hoc sapientes aequissimum est, Ne* conscii sint ipsis *maleficii sui.*

5. *Quod utinam.*] *Πλεονάζει quod.* Ita Cicero, Fam. XIV. 4. Quod utinam *minus vitae cupidi fuissemus!* [*Quod* cum aliis particulis eleganter iungitur. Caesar B. G. I. 44. *quod nisi discedat, sese illum pro hoste habiturum.* Sallust. Catil. c. 18. *quodni Catilina maturasset.* ubi vid. Cortium. Ita mox apud Terentium *quod utinam.* Cic. ad Div. XIV. 5. *quod utinam minus vitae cupidi fuissemus.* Sallust. Iug. c. 14. *quod utinam illum eadem haec simulantem videam*, ubi plura Cortius. Plerique *quod* in hac formula abundare putant. Manutius ad Cic. l. c. pro *sed* accipit.]

6. *Quod mihi principium est mali.*] Ita Virgilius, Aen. II. 97. *Hinc mihi prima mali labes.*

Nón potitus éssem: fuisset tum íllos mi aegre aliquót dies:
At nón quotidiána cura haec ángeret animum. *Ph.* Aúdio.
An. Dum exspécto, quam mox véniat, qui adímat hanc mihi consuetúdinem.

V. 9. Bentl. ex codd. concinnius: *qui hanc mihi ădimat consuetudinem.*

Eo compulisset.] *Eo*, ad uxorem ducendam, an *eo in tantum? Quod mihi principium est mali.*] Bene, quasi caput mali non in amore sit, sed in nuptiis. — 7. *Non potitus essem.*] More hominum loquitur: credit enim ex sequenti satietate, quod potuerit abstinere amoribus suis. *Non potitus essem.*] Ἀνθυποφορὰ μονομερής. Non enim, *Sed potiri voluisti* posuit: ut ille, *Verum anceps pugnae fuerat fortuna! fuisset.* Hic enim utraque pars ponitur. *Fuisset tum illos mihi aegre aliquot dies.*] Quidam totum interrogative pronuntiant: nempe, *fuissem tum illos mihi aegre aliquot dies?* — 8. *At non quotidiana cura haec angeret animum.*] Quum amatorie loquatur Antipho, errant qui putant eum poenitere sui desiderii; nam si hoc est, nec maritus firmus videbitur fore. Sed hoc dicit: facilius fuisse abstinere virgine intacta, quam ea cum qua iam consueverit. Et ideo subiungit, *dum exspecto, quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem. Audio.*] *Audio* per εἰρωνείαν dicitur modo, a contemnente dictum Antiphonis. *Audio.*] Omnia deridet Phaedria, cupiens fructum amoris vel periculis adipisci. Est ergo *audio* εἰρωνεία pro *non audio*, hoc est, nihil dicis. — 9. *Dum exspecto, quam mox veniat.*] Non *quando*, sed *quam cito*: quia timet.

---

7. *Fuisset tum illos mihi aegre aliquot dies.*] Ita And. II. 6. 9. Adelph. 2. 57.

8. *Angeret.*] Ita Heaut. II. 2. 3. — *Audio.*] Formula, qua utuntur, qui nec assensum praebent, nec contradicunt. Infra V. 7. 54. Aliter Eun. II. 3. 79.

9. *Quam mox veniat.*] Intelligit patrem Demiphonem. Plautus, Menaechm. V. 1. 4. *Provisam*, quam mox *vir meus* redeat domum. [*Quam mox* eleganter dicitur pro *quam cito.* Cic. pro Rosc. Com. c. 15. *quid exspectas quam mox ego Luscium et Manilium dicam ordine esse senatores.* Liv. XXXIV. 11. *et quam mox signis collatis dimicandum sibi in dies exspectet.* ubi vid. Gronovius.]

Ph. **Aliís, quia defit, quód amant, aegre 'st: tíbi, quia superést, dolet,**
Amóre abundas, Antipho.
Nam túa quidem hercle cérto vita haec éxpetenda optándaque est.

Qui adimat hanc mihi consuetudinem.] Mire non amorem: tanquam amore carere potuerit, *consuetudine* non possit. Et nota proprietatem, nam *consuetudo* specialiter de coitu dicitur. — 10. *Aliis, quia defit, quod amant.*] Magnificentius *aliis* dixit, quam si diceret *mihi*. *Tibi, quia superest, dolet.*] Laboravit, ut ostenderet, plus esse *dolet*, quam *aegre est*. Et ideo insanum ait Antiphonem: qui in ea fortuna positus, quae adversa et contraria est, idem patiatur quod miser. Et est figura ὑπόζευξις. Nam ad utrumque, *aegre est*, sufficere potuit. Scire autem debemus, et pronuntiative, et per interrogationem, hoc ipsum pronuntiari posse. *Tibi, quia superest.*] Id est, eo quod desideras, abundas. Ordo est, *tibi dolet, quia superest.* — 11. *Amore abundas, Antipho.*] Sic hoc pronuntiandum, quemadmodum solet cum stomacho dici vituperanti cibum, *non esuris*, aut *pleno ventre es*: vult enim ostendere, satietatis hoc esse, non ratiocinationis, quod nunc queritur Antipho. *Amore abundas, Antipho.*] *Abundare* dicitur, qui successu prospero affluit. *Lucilius* libro tertio, *ille alter abundans Cum septem incolumis pinnis redit, ac recipit se. Amore abundas, Antipho.*] Hoc cum pronuntiatione infert. — 12. *Nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda.*] Bene *certo:* quia supra omnia cum εἰρωνείᾳ dixit. *Vita haec expetenda.*] *Vita* dixit, ut ostenderet, etiamsi non *felicitas*, sed *vita* dicatur, optandam esse. *Vita* autem et mores significat, et animam, et alimentum, et spatium vivendi, et fortunam accidentem viventibus: ut modo. *Expetenda, optandaque.*] Proprie dixit, *expetenda, optandaque;* omnia enim quae amamus, aut industria, aut voto proveniunt: hoc est, aut in nobis sunt, aut in fortuna

---

10. *Quia defit, quod aegre 'st.*] Ita Plautus, Curc. I. 3. 14. *Ipsus se excruciat, qui homo, quod amat, videt, nec potitur, dum licet.*

11. *Amore abundas.*] Intelligit gaudia, et amoris successum. Horatius, Serm. II. 5. 89. *Neu desis operae, neve immoderatus* abundes. Symmachus, Lib. I. Epist. 20. Abundo gaudio, *cum te consulem novus annus excipiat.*

12. *Hercle certo.*] Ita And. 2. 10. [*Hercle certo* legitur ap. Plaut. Menaechm. II. 2. 38. *Bentl.*]

Ita mé Dì bene ament, út mihi liceat tám diu, quod amó, frui;
Iam dépecisci mórte cupio. tú coniicito caetera;
Quid ego éx hac inopiá nunc capiam; et quid tu ex ísthac cópia.

V. 14. Bentl. *caeterum*. Unum enim esse, quod coniiciat: *Quid ego ex hac inopia etc.*

V. 15. Bentl. corr. *Quid ego hác ex inopiá nunc capiam*, accentus gratia, ut opposita ista, *Hác*, *Istac*, acuantur.

---

posita. — 13. *Ita me Di bene ament, ut mihi liceat.*] Necessario iurat: quia quod dicturus est, solis amatoribus videtur esse credendum. *Ita me Di bene ament, ut mihi liceat tamdiu, quod amo, frui.*] Opportunius locus, in quo ostendatur, quam magno amore sit possessus Phaedria, cui par impenditur argumentum. *Tam diu, quod amo, frui.*] Quamdiu uxore fruitur Antipho. An *tam diu*, δεικτικῶς? *Tam diu.*] Tantisper, hoc est, vel tantillo tempore. *Quod amo, frui.*] Deest *Eo:* ut sit, *eo, quod amo, frui.* — 14. *Iam depecisci morte cupio.*] Pactionem transigere. *Tu coniicito caetera.*] Aut *caetera* abundat: aut deest *per:* ut sit, *per caetera.* — 15. *Quid ego ex hac inopia nunc capiam.*] Infortunium scilicet. *Et quid tu*

[13. *Frui* proprie in re amorum dicuntur, qui potiuntur eo, quod amant. Vid. Duker. ad Flor. IV. 11. p. 775.]

14. *Depecisci morte.*] Optat Phaedria sibi fructum amoris vel ipsa morte emendum. Eodem sensu dixit Virgilius, Aen. V. 230. *Vitamque volunt pro laude pacisci.* Aen. XII. 49. *Letumque sinas pro laude pacisci.* [*Depacisci* vel *depecisci morte* est talem pactionem inire, ut ne mortem quidem recuset, dummodo rem gratam habere liceat. Cic. ad Attic. IX. 7. *cum enim tot impendeant, cur non honestissimo periculo depecisci velim.* Virg. Aen. XII. 49. *letumque sinas pro laude pacisci.* Poterat etiam Terentius dixisse *depecisci vita*, ut Virg. Aen. V. 230. *vitamque volunt pro laude pacisci.* Nam utrumque eodem redit. Vid. Bentleius ad Horat. Carm. III. 14. 2.] — *Tu coniicito caetera.*] Ita Plautus, Cas. I. 1. 5. *Si in crucem vis pergere, sequi decretum est, - dehinc* coniicito caeterum.

15. *Palam beatus, ni unum hoc desit.*] Vide Hec. IV. 2. 25. Virgilius, Georg. II. 458. *O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas!*

Ut ne addam, quod sine sumtu ingenuam, liberalem náctus es:

Quod habés, ita ut voluísti, uxorem sine mala famá palam:

Beátus: ni unum hoc désit, animus quí modeste istaéc ferat.

Quod sí tibi res sit cum éo lenone, quécum mi est, tum séntias.

Ita plérique ingenió sumus omnes: nóstri nosmet poénitet.

V. 20. Bentl. ex uno codice: *Ita plérique omnes sumus ingenio.*

---

ex istac copia.] Fructum ac felicitatem. — 16. *Ut ne addam.*] *Παράλειψις* figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adiecta. *Ut ne addam.*] *Σχῆμα παράλειψις.* Quod Graeci, *ἵνα μή*. *Ingenuam, liberalem nactus es.*] Hoc natalium, illud morum est. *Sine sumtu, ingenuam, liberalem nactus es.*] Contra ea quae patitur, ista posuit omnia, huius in amore copiam; suam inopiam: huius desiderium nullo constitisse sumtu; sibi a lenone fuisse emendam puellam: huius ingenuam; suam servam: huius liberalem; suam citharistriam: hunc nactum esse; se sectari tantum: huius uxorem; amicam suam: huius amorem maritalem esse; suum velut prodigi, velut scortatoris. — 17. *Quod habes, ita ut voluisti.*] *Voluisti* subdistinguendum est, et sic legendum *uxorem*. Erit enim *ἐμφατικώτερον*. *Ut voluisti, uxorem.*] Bona praeparatio uxoris futurae. — 18. *Ni unum hoc desit, animus qui modeste istaec ferat.*] *Modeste*, moderate. *Sallustius* libro secundo, *Modestus ad omnia alia, nisi dominationem*. *Modeste.*] Cum modo. — 19. *Et si tibi res sit cum eo lenone.*] *Et* modo non connexiva, sed inceptiva coniunctio est. *Sallustius* libro secundo, *Et Poeni ferunt adversus a n a m **. *Sentias.*] Sic alibi, *Sit rogas? Sensi.* — 20. *Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet poenitet.*] *Παρέλκον* tertium in Andria, *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.* Et est *ἀρχαϊσμός*: ut, *Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.* *Nostri nosmet poenitet.*] *Poenitet* eum, qui parum putat; ergo ipsi nos, inquit,

---

16. *Sine sumtu.*] Similis sententia est Eun. V. 4. 4.

19. *Tum sentias.*] Vide And. II. 1. 10.

20. *Plerique omnes.*] Ita And. I. 2. 28. — *Nostri nosmet poenitet.*] Sensus est: *Nemo nostrum sua fortuna contentus est.*

An. At tú mihi contra núnc videre fórtunatus, Phaédria,
Cui de íntegro est potéstas etiam cónsulendi, quíd velis:
Retinére, amare, amíttere. ego in eum íncidi infelix locum,
Ut néque mi eius sit ámittendi, nec retinendi cópia.
Sed quíd hoc est? videon' égo Getam curréntem huc advenire?
Is est ipsus. hei timeó miser, quam hic núnc mihi nuntiét rem.

V. 23. Bentl. *an mittere.* Non opus interrogandi particula.
V. 24. Bentl. corr. *neque mi ius sit.* Non opus.
V. 26. Bentl. ex codd. *mihi nunc nunt.*

---

nostra contemnimus. Sic et in Heautontimorumeno, *At enim dices, Me, quantum hic operis fiat, poenitet.* — 22. *Cui de integro est potestas.*] Post, deinceps. An *de integro*, id est, integris rebus? *Quid velis: retinere, amare, amittere.*] An coniuncte legendum est, *quid velis retinere?* ut duo sint, *amare, amittere:* quia et infra duo reddit, *Ut neque mihi sit eius amittendi, neque retinendi copia. Amittendi*, propter amorem, *retinendi*, propter patrem. — 26. *Hei timeo miser.*] Quam recte iam timet: quia in metu semper est praesaga mali mens. Et *hei* interiectio ingemiscentis est; ut, *hei mihi, quantum Praesidium, Ausonia, et quantum tu perdis, Iule!*

Cicero, Fam. VI. 1. *Etsi ea perturbatio est omnium rerum, ut suae quemque fortunae maxime poeniteat.*

23. *Locum.*] H. e. statum. Ita Heaut. II. 3. 118. Plautus, Bacchid. IV. 2. 24. *In eum nunc haec res revenit locum.*

24. *Ut neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.*] Vide infra III. 2. 22. [*Ut neque eius sit amittendi.* Notandum *amittendi* poni pro *amittendae.* Nam gerundia in *di* adiunguntur genitivis utriusque generis et numeri. Infra V. 6. 40. de muliere *potestatem eius habendi se dare.* Ovid. Epist. XX. 74. *copia placandae sit modo parva tui.* Vid. Sanct. Minerv. III. 8. p. 457. et ibi Perizonius. Sunt, qui h. l. legant *ut neque mihi ius sit amittendi*, sed vulgatam scripturam bene defendit Servius ad Virg. Aen. XI. 675.]

ACTUS PRIMUS.

SCENA QUARTA.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA.

Ge. *(secum)* Nullus es, Getá, nisi iam áliquod tíbi consilium célere repperis:
Ita nunc imparátum subito tánta te impendént mala:
Quae néque uti devitém scio, neque quó modo me inde éxtraham.

V. 1. Bentl. sic refinxit: *Núllu's, Geta, nisi áliquod iam consilium celere répereris.* Enimvero repereris praeter codd. complures etiam Priscianus bis, p. 647. 760. *Aliquod iam* unus cod. et Priscian. p. 760. *Tibi* apud Priscian. deest.

V. 2. Bentl. corr. *tanta in me impendent mala:* constructionis offensus insolentia. Male.

Nullus es, Geta.] *In hac scena servi concurrentis officium est, tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abesse a conspectu patris usque ad cognitionem rerum, et καταστροφὴν fabulae.* — 1. *Consilium celere.*] *Hoc celere* neutraliter dicitur. — 2. *Subito tanta te impendent mala.*] Accusativo casu *impendent*, aut ἀναστροφῇ, pro, *In te pendent mala.* Quum supra *nullus es, Geta*, dixerit: hic transitum fecit ad primam personam. — 3. *Quae neque uti devitem, scio.*] Ruina aut vitanda est, aut extrahenda sunt ex ea corpora, quae oppresserit. *Devitem.*] Ante quam ir-

2. *Tanta in te impendent mala.*] Lucilius apud Festum: *Nunc ad te redeo, ut quae res* me impendet, *agatur.* Plautus, Epid. I. 1. 77. *Tantae* in te impendent *ruinae.* Adde Cortium ad Sallust. Catil. 2. Perizon. ad Sanct. Min. III. 5. 2. ann. 2.

3. *Me inde extraham.*] Vide Adelph. III. 2. 4. et Hec. V. 4. 36.

Nam nón potest celári nostra díutius iam audácia.
[Quae si non astu providentur, me aut herum pessum dabunt.]
An. (*Phaedriae.*) Quidnam ílle commotús venit?
Ge. (*secum*) Tum, témporis mihi púnctum ad hanc rem est. hérus adest. *An.* Quid istúc mali 'st?
Ge. Quód quum audierit, quód eius remedium ínveniam iracúndiae?
Lóquarne? incendam. táceam? instigem. púrgem me? laterém lavem.

V. 5. huc ex Andria I. 3. 3. inepte traductus, monente Bentleio. Abest ab uno libro Bentleii, eoque veterrimo.
V. 8—13. Hermannus Elem. Doctr. Metr. p. 173. iambicos fecit.
V. 9. Bentl. corr. *Loquar*, quia *ne* elegantius omittatur.

---

ruant. *Inde extraham.*] Quum irruerint. — 4. *Nam non potest celari nostra diutius iam audacia.*] Bene *nostra:* quia ipse partem maximam culpae sustinet, ut magister. *Celari.*] Nigidius *celari*, quaerit utrum plenum sit, an pressum? — 6. *Quidnam ille commotus venit?*] Modo *commotus*, perturbatus atque conterritus. *Quidnam ille commotus.*] Hic ostendit poëta, idcirco confusum Getam induci, ut de eius metu Antipho terreatur. — 7. *Tum, temporis mihi punctum.*] *Punctum*, pro, *momentum*, ut *Lucilius* in decimo quarto, *Puncto uno, hora * et qui quoque invasit.* *Punctum.*] Angustissimum spatium. *Ad hanc rem.*] Ad deliberandum quod ago. *Herus adest.*] Vultu tristi ac superciliis arduis hoc dicendum est. *Quid istuc mali est?*] Mire πρὸς τὸ, *herus adest, quid istuc mali est*, posuit ex persona Antiphonis: cui pro calamitate est patris adventus. — 8. *Quod quum audierit.*] Scilicet quod uxorem duxit Antipho. *Quod quum audierit.*] Bene non addidit quid; secum enim loquitur. *Quod eius remedium inveniam iracundiae?*] Plus est, quam si diceret, *nullum*. *Quod eius remedium inveniam iracundiae?* Proprie *remedium*, quasi iracundia morbus sit. — 9. *Loquarne? incendam.*] Quia iracundia ignis est. *Taceam? instigem.*] *Instigari* proprie fera dicitur. *Loquarne? incen-*

---

5. *Pessumdabunt.*] Vide And. I. 3. 8. Pacuvius, Teucro: *Pariere Danai, plera pars pessumdata est.*
6. *Commotus.*] H. e. turbatus. And. V. 4. 34.
9. *Incendam.*] H. e. faciam ardentem iracundia. Ita Hec. IV.

Ehéu mé miserum! quúm mihi pavéo, tum Antipho
me excrúciat animi:
Eíus me miseret: eí nunc timeo: is núnc me retinet.
nam ábsque eo esset,
Récte ego mihi vidíssem, et senis essem últus iracúndiam:

V. 10. *Eheu* est monosyllabum, ut alias.

---

dam. taceam? instigem.] *Σχῆμα διαπόρησις.* Duo sunt quae fieri in placando solent: aut *loqui*, aut *tacere*. Sed quid vult sibi, *purgem me?* quum idem sit *loquar?* an quia potest *purgatio* et per defensorem, patronumve induci? sic quidam putant. Sed melius est hoc, ut perturbatae et servilis imperitaeque personae verba sine arte esse, et vim significati non habere. *Purgem me? laterem lavem.*] *Παροιμία, πλίνθον πλύνεις.* — 10. *Quum mihi paveo.*] *Quum praeterquam quod* significat modo. *Tum Antipho me excruciat animi.*] *Τῷ ἰδιωτισμῷ*, pro eo quod est, *propter Antiphonem me excrucio. Me excruciat animi.*] Sic in Hecyra, *Fecit, animi ut incertus foret.* Genitivo enim casu veteres figurabant hanc locutionem. — 11. *Eius me miseret: ei nunc timeo.*] *Miseret*, praeteritorum, *timeo* de futuris. *Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet.*] Figura πολύπτωτον, *eius, ei, is. Is nunc me retinet.* Si *retinet*, quomodo *excruciat? Nam absque eo esset.*] Si ad eum res non pertineret: id est, si meum tantummodo peccatum esset hoc ipsum. — 12. *Recte ego mihi vidissem, et senis essem ultus iracundiam.*] Facete servus occasionem melioris conditionis esse existimat fugae cau-

---

1. 47. Phaedrus III. 10. 18. Incensus *ille falso uxoris crimine.* — *Instigem.*] Ita And. III. 3. 14. et V. 7. 76. — *Laterem lavem.*] Causam adagii explicat Lucilius, Sat. IX. *Nam* laterem *qui ducit, habet nihil amplius unquam, Quam commune lutum e paleis, coenumque acerosum.* Is Varroni et Vitruvio est *later crudus*, diversus a *cocto*. Prior ille quanto magis lavatur, tanto magis opera luditur.

10. *Me excruciat animi.*] Ita Plautus, Mil. IV. 2. 76. *Quid illam miseram* animi excrucias?

11. *Absque eo esset.*] H. e. si res sine eo ageretur. Vide Hec. IV. 2. 25. Plaut. Trin. IV. 1. 18. *nam absque foret te, sat scio* etc. Menaech. V. 7. 33. *nam absque ted esset, hodie nunquam viverem.* ubi v. intpp.

12. *Recte ego mihi vidissem.*] Vide And. II. 6. 25. Plau-

Aliquid convasissem, atque hinc me protinam conii-
cerem in pedes.

An. Quamnam hic fugam, aut furtum parat?

V. 13. Bentl. ex aliquot codd. *corrasissem.* Idem vulgatum *coniicerem protenus in pedes* e Donato et Festo correxit.

V. 14. ut clausula esset iambica, Bentl. vulg. *Quam hic f.* mutavit.

---

sam, tamquam sibi per eam et libertatis genus praestare posset, et praedam. *Recte ego mihi vidissem.* Ut dicimus, *Vide tibi,* et *videte vobis.* Et recte, *vidissem,* ἀντὶ τοῦ *providissem.* *Et senis essem ultus iracundiam.*] *Senis* maluit, quam *domini,* dicere: ut in ipso nomine et hortamentum impune fugiendi appareat. Et simul quia non *iram,* sed *iracundiam* dicturus erat; nam *ira,* de causa: *iracundia,* de moribus. *Et senis ultus essem iracundiam.*] Non dixit *evasissem,* sed *ultus essem;* faciunt enim servi fugiendo, ut dominos poeniteat iratos fuisse. *Ultus essem.*] Sic *Virgilius, Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi.* — 13. *Aliquid convasassem.*] Figuratum est a colligendis vasis. *Hinc me coniicerem.*] Recte ego mihi vidissem. *Protinus in pedes.*] *Protinam* fuit: et sic *Nigidius* legit. — 14. *Quam hic*

---

tus, Mostell. III. 3. 23. [*Recte mihi vidissem* h. e. bene mihi providissem. In omni genere *recte* dicitur de rebus ita comparatis, ut debent, ut optamus. Heaut. I. 1. 107. *recte spero.* II. 1. 16. *quod dem ei, recte est.* Plaut. Mostell. III. 3. 23. *cavi recte.* Liv. XXXIV. 35. *si qua ante educta forent, dominis recte restituerentur.* ubi vid. Drakenborch.]

13. *Aliquid convasassem.*] Loquitur Geta ex more servorum, qui aufugientes herum despoliabant. Eun. IV. 3. 19. Locutio translata a militibus, castra moventibus, praesertim in fuga. [*Convasare* est vasa sive cuiusvis generis supellectilem colligere et in sarcinam coniicere. Translatio est a re militari, ubi conclamari vasa dicebantur, cum signum dabatur vasorum colligendorum ad castra movenda. Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 265. Mss. quidam legunt *convasissem,* quod Bentleius mutat in *conrasissem,* ut Adelph. II. 2. 34. *minas decem conradet alicunde.* Sed non opus est emendatione. Pro *Protinus,* bene Bentleius revocat *protinam,* quod veteres Grammatici in hoc loco legerunt. Illa forma Plauto usitata, ut Bacch. III. 1. 7. *me continuo contuli protinam in pedes.*] — *Me coniicerem protinus in pedes.*] Plautus, Merc. V. 1. 91. *Quin pedes vos in curriculum coniicitis?* Idem *dare se in pedes* dixerunt. Eun. V. 2. 5. et *conferre.* Plautus, Bacchid. III. 1. 7. Me *continuo* contuli *protinam* in pedes.

14. *Quam hic fugam, aut furtum parat?*] Ita Eun. IV. 4. 6.

Ge. Sed ubi 'Antiphonem réperiam? aut qua quaérere insistám via?
Ph. Te nóminat. *An.* Nescio, quod magnum hoc núntio exspectó malum. *Ph.* Ah.
Sánusne es? *Ge.* Domum íre pergam: íbi plúrimum 'st. *Ph.* Revócemus Hominem. *An.* Stá ilico.
Ge. Hem!
Sátis pro imperio! quísquis es. *An.* Geta. *Ge.* 'Ipse est, quem volui óbviam.

V. 17. Bentleius fecit trochaicum pentametrum. Aliter haec disposuit Hermann. l. c. p. 93.

---

fugam.] *Coniicerem in pedes.* *Aut furtum parat?*] *Aliquid convasassem.* *Quam hic fugam, aut furtum parat?*] Secunda ἀπόδοσις; prius enim *furtum*, quam *fuga* occurrere debuit. — 15. *Sed ubi Antiphonem reperiam?*] *Sed*, pro *ergo:* ut sit, *Ergo ubi Antiphonem reperiam?* An *sed*, finis superioris sententiae est? ut *Sallustius, Sed Metellus in ulteriore provincia.* *Reperiam?*] Si alicubi cesset. *Aut qua quaerere insistam via?*] Si alicubi ambulet; omnis enim qui quaeritur, aut cessat, aut ambulat. — 16. *Te hominat.*] Ad hoc diu auditur Geta, et ipse non videt adolescentes: ut plus illis terroris incutiat, dum secum loquitur. *Nescio, quod magnum hoc nuntio exspecto malum.*] Diserte locutus est, *nescio, quod magnum hoc nuntio exspecto malum:* pro eo quod est, *Nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror.* — 17. *Domum ire pergam.*] Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, *domum pergam.* *Ibi plurimum est.*] Ostendit ab initio se domum pergere, et sic videtur deliberasse. *Ibi plurimum est.*] Scilicet propter amorem uxoris suae. *Plurimum.*] Τὸ πλεῖστον. *Revocemus hominem.*] Comice et moraliter addidit, *hominem.* — 18. *Sta ilico.*] Ille, *revocemus hominem*, dixit: hic, non progredi iussit. — 19. *Satis pro imperio! quisquis es.*] Hic ostendit, culpae conscientia nullam auctoritatem reli-

---

15. *Qua quaerere insistam via?*] Pacuvius, Atalanta: *Dubito, quam insistam viam.*

[16. *Exspectamus* cum ea quae speramus, tum quae metuimus futura. Virg. Aen. VI. 614. *inclusi poenam exspectant.* Plin. Panegyr. c. 86. *exspectent paria praemio damna.*]

19. *Satis pro imperio.*] Id est, quod dixit Plautus, Capt.

An. Cédo, quid portas, óbsecro? atque id, sí potes, verbo éxpedi.
Ge. Fáciam. *An.* Eloquere. *Ge.* Módo apud portum. *An.* Meúmne? *Ge.* Intellexti. *An.* 'Occidi! *Ge.* Hem!
An. Quíd agam? *Ph.* Quid ais? *Ge.* Huíus patrem vidísse me, patruúm tuum.
An. Nám quod ego huic nunc súbito exitio rémedium inveniám miser!

V. 21. Bentl. *Hem* Phaedriae tribuit.

---

quam in magistro Geta. *Satis pro imperio!*] Id est, *imperiose.* — 20. *Cedo, quid portas, obsecro? atque, id, si potes, verbo expedi.*] Mire expressit affectum de timore properantis. *Cedo, quid portas, obsecro?*] Ut; *si vera feram, si magna rependam.* Nam *ferre* et *portare* de negotiis maioribus dicitur. *Verbo expedi.*] Deest, *uno.* — 21. *Eloquere.*] Aliter ostendit, quid est, *verbo expedi,* dicendo *eloquere. Modo apud portum.*] *Patrem vidi,* dicturus Geta, praeventus est ab eo, quem timor intelligentem fecerat. *Hem!*] Propria, et sui cuique personae exhibuit: celeritatem ex praesagio metuenti Antiphoni: et tarditatem intellectus quieti pectoris securo Phaedriae. — 22. *Quid agam?*] Iam flet Antipho, et adhuc non intelligit Phaedria. *Huius patrem vidisse me, patruum tuum.*] Mire poëta Antiphoni minus quam oportet, et Phaedriae plus quam oportet, fecit loqui nuntium. Ille enim pene divinat ex metu: hunc tardum securitas facit. *Huius patrem vidisse me, patruum tuum.*] Reddit utrique proprium: ut et ille qui timebat, paucis intelligeret, et ille qui securus erat, pluribus edoceretur. — 23. *Nam quod ego huic nunc subito.*] *Nam* aut subiunctiva coniunctio est superiori dicto, quod ait, *quid agam?* aut ἀναστροφὴ est, *nam quod,* pro *quodnam.*

IV. 2. 31. *Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.* Idem eadem ratione, Stich. V. 7. 6. *Nunc iam saltatum satis pro vino 'st.* [*Pro imperio* scil. agis vel loqueris. *Pro imperio agere* dicitur, qui fidenter agit, sine timore, ut solent homines imperio freti. Liv. I. 51. *pro imperio palam interfici non poterat.* III. 49. *iam pro imperio Valerius discedere a privato lictores iubebat.*]

20. *Verbo expedi.*] Ita Eun. IV. 4. 27. V. 6. 20. Infra II. 3. 52.

23. *Exitio remedium inveniam.*] Ita supra, versu 8.

Quód si eo meae fortúnae redeunt, Phánium, abs te ut dístrahar,
Núlla est mihi vita éxpetunda. *Ge.* Ergo ístaec quum ita sint, Antipho,
Tánto magis te advígilare aequom est. fórtis fortuna ádiuvat.
An. Nón sum apud me. *Ge.* Atqui ópus est nunc cum máxume ut sis, Antipho.
Nám si senserít te timidum páter esse, arbitrábitur

Huic nunc subito exitio remedium.] *Subito*, et adverbium, et nomen est. *Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.* *Inveniam miser!*] Quum *ego* supra dixerit, ἐμφατικῶς addidit, *miser.* — 24. *Quod si eo meae fortunae redeunt.*] Tragice amator hoc negotium *fortunas* omnes dixit esse. *Fortunae redeunt.*] Bene *redeunt:* quasi in peius, et a processu retro, et in deterius. *Phanium, abs te ut distrahar.*] Amatoria προσφώνησις per ἀποστροφήν. *Abs te ut distrahar.*] Non dixit, *a me distraheris.* Et vide verbum vim cohaerentis ostendere. — 25. *Nulla est mihi vita expetunda.*] *Nulla* pro *non:* aut *nullius conditionis*, quasi dicat, *Ne Deorum quidem vita mihi dulcis est sine te.* *Nulla est mihi vita expetunda.*] Sine Phanio. — 26. *Tanto magis te advigilare.*] *Ad* vim auctivam nunc habet: ut, *adlaudabile*, *admirabile.* *Fortis fortuna adiuvat.*] Παροιμία. Et *fortis* accusativus pluralis est. — 27. *Non sum apud me.*] Id agitur, ut supra diximus, quemadmodum Antipho praesens non sit: quem neque convenit contra patrem aliquid dicere, neque rursum praesentem opprimi a patre ex argumento est. *Atqui opus est nunc cum maxume ut sis, Antipho.*] *Apud te*, subauditur. — 28. *Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur commeruisse culpam.*] Sic Sallustius in Historia, *Ita fiducia, quam argumentis purgatiores, dimittuntur.* *Nam si te senserit timidum.*] *Timidum*, pro timentem. Ut, *Addit se*

---

24. *Eo me fortunae redeunt.*] Vide supra I. 3. 1.

25. *Nulla est mihi vita expetunda.*] Ita Hec. III. 1. 1.

26. *Fortis fortuna adiuvat.*] Ennius, lib. VII. *Fortibus est fortuna viris data.* Cicero, Tusc. II. 4. Fortis *enim non modo* Fortuna adiuvat, *ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio.*

27. *Non sum apud me.*] Ita Andr. II. 4. 5. V. 4. 34. Heaut. V. 1. 48. Hec. IV. 4. 86. — *Cum maxume.*] Vide ad Adelph. IV. 1. 2.

Cómmeruísse cúlpam. *Ph.* Hoc verum est. *An.* Nón possum immutárier.
Ge. Quíd faceres, si aliúd gravius tibí nunc faciundúm foret?
An. Quum hóc non possum, illúd minus possem. *Ge.* Hoc níhil est, Phaedria: ílicet.
Quíd hic conterimus óperam frustra? quín abeo? *Ph.* Et quidem ego. *An.* 'Obsecro:
Quíd si adsimulo? sátin' est? *Ge.* Garria. *An.* Vóltum contemplámini: hem!

V. 30. Bentl. ex codd. *si aliúd quid grávius t.*

---

sociam, timidisque supervenit Aegle. Virgilius. *Commeruisse culpam.*] Pro *commisisse.* — 29. *Hoc verum est.*] Congrue fit, ut et Geta et Phaedria audaciores sint, qui et absque amore sunt: et hos oportet obiici pro Antiphone irato seni. *Non possum immutarier.*] Vim negantis hoc habet, quod ait *immutarier:* ostendit enim naturae suae timiditatem nullis adhortationibus eiici posse. — 30. *Quid faceres, si aliud gravius tibi nunc faciundum foret?*] Bene *gravius:* quia hoc *grave*, ut videas, ipsam adhortationem vim habere concedentis, *grave* esse quod geritur. — 31. *Quum hoc non possum, illud minus possem.*] Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam videbatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam percontantis. Et haec ars est dialectica contra ἐπαγωγὴν, quum male respondendo, callide interrogantis interrumpimus argumentum. *Hoc nihil est, Phaedria: ilicet.*] Utrum *hoc* relativum? an *hoc* cum contemtu, pro, *Hic Antipho nihil est?* Sic Cicero in Verrinis, *Etsi hoc nescio, quid nugatorem sciebam?* pro *hunc.* *Ilicet.*] Semper *ilicet* finem rei significat, ut *actum est.* *Ilicet.*] Per συγκοπήν. Sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta quum praeco pronuntiasset, *ilicet:* quod significat *ire licet.* — 32. *Quin abeo?*] Hic terrore commovet Antiphonem. Et *quin* dicit, pro *cur non.* *Et quidem ego.*] Ordo, *et ego quidem.* Et deest *abeo.* — 33. *Quid si adsimulo?*] Audacem scilicet. *Ob-*

---

29. *Commeruisse culpam.*] H. e. contraxisse culpam ideoque poenam commeruisse. Est igitur antecedens pro consequenti. Ita Hec. IV. 4. 9. Infra V. 8. 25. Plautus, Aul. IV. 10. 8. *Me commeritum culpam scio.*

31. *Nihil.*] H. e. res levis momenti. Ita And. II. 6. 18.

32. *Quid hic conterimus operam frustra?*] Plautus,

Sátin' sic ést? *Ge.* Non. *An.* Quid si sic? *Ge.* Propémodum. *An.* Quid si sic? *Ge.* Sat est.
Hém! istuc serva: et vérbum verbo, pár pari ut respóndeas,
Né te iratus suís saevidicis díctis protelét. *An.* Scio.
Ge. Ví coactum te ésse invitum, lége, iudició. tenes?

V: 34. Bentl. corr. *Satin' est sic?* ut *sic* ubique acuatur.

---

secro: quid si adsimulo? satin' est?] Adeo morale vitium est, ex conscientia pavor, ut ipse quoque Antipho nitatur contra, neque quicquam promoveat. *Satin' est?*] Hic locus actoris magis, quam lectoris est. Ostenditur enim conari ad simulandam audaciam, quo magis ridicula est, formidolosa persona. — 34. *Propemodum.*] Et hoc non plenae consensionis est, quod ait *propemodum. Sat est.*] Non dixit, *bene est*, sed *sat est.* Et vide vix ad hoc ipsum esse perventum. — 35. *Hem! istuc serva.*] Dicendo *serva*, ostendit iam incipere deperire, quod finxit atque adsimulavit audaciae. *Hem! istuc serva: et verbum verbo, par pari ut respondeas.*] Animadverte, et quid doceat, et commachinetur artifex poëta, qui debitum reddat rebus atque personis. *Verbum verbo, par pari.*] Duo dixit: non tantum *verbum verbo*, sed *par pari.* — 36. *Ne te iratus suis saevidicis dictis protelet.*] Causalem vim habet quod ait, hoc, *iratus:* hoc est, qui ob praesentem iram vehementius tecum agat. *Protelet* et *protelum* a πρὸ et ἕλκειν dictum est, quod est *ante* et *trahere.* Alii ab assiduo *telorum* iactu existimant dici, ut *Lucretius*, *Undique protelo plagarum continuato*, hoc est, tenore. *Protelet.*] Protrahat, praeveniat, exagitet. *Scio.*] Apparet hoc verbum eo vultu dici, ut manifestum sit, absenti animo esse eum, qui loquitur. — 37. *Vi coactum*

Mostell. III. 1. 54. *Quid ego hac recursem aut* operam *sumam, aut* conteram? Cicero, Amicit. 27. *Omne otiosum tempus* contrivimus.

35. *Par pari ut respondeas.*] Non solum verba verbis, sed etiam argumenta argumentis paria reddere iubet. Ita Plautus, Truc. V. 1. 47. *Par pari respondet.* Vide omnino Comment. maiorem.

36. *Ne te iratus suis saevidicis dictis protelet.*] Dixit *saevidicis dictis*, uti Plautus, Capt. III. 5. 13. *falsidicas fallacias.* Est autem *protelare*, longe propellere; locutione translata a telis militum. Sisenna apud Non. *Romanos impetu suo* protelant. Eodem sensu dixit Plautus, Aul. II. 1, 29. *mihi misero cerebrum excutiunt Tua dicta, soror: lapides loqueris.*

Séd quis hic est senéx, quem video in última platea? *An.* 'Ipsus est:
Non póssum adesse. *Ge.* Ah! quíd agis? quo abis, 'Antipho?
Mane, ínquam. *An.* Egomet me nóvi et peccatúm meum:
Vobís commendo Phánium et vitám meam.
Ph. Geta, quíd nunc fiet? *Ge.* Tú iam lites aúdies:

V. 89. ante Faërn. et Bentl. post *Antipho* adiectum legebatur *mane*, quod in aliquot libris deest.

---

te esse, invitum.] Mira brevitas, in qua tota defensio continetur. Et subauditur, *fac respondeas*, aut quid tale. *Invitum.*] Bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis; non enim diversa sunt, sed repetuntur, ut teneri possit id, quod causae opus est. Nam *vi coactum esse*, idem significat quod *invitum*. An ideo *vi coactum invitum*, iungendum est, quia interdum etiam ipsi nos cogimur propria voluntate? ut ipse in Andria, *Tu coactus tua voluntate es. Tenes?*] Exquisite addidit *tenes?* ut appareat, Antiphonem vultu ostendere, quod horum nihil perturbatus advertat. — 38. *Sed quis hic est senex.*] *Sed* ut diximus, transitum significat ad aliam rem, ab ea quae agebatur. *Quem video in ultima platea?*] Sic dixit *ultima platea*, quemadmodum *Virgilius*, *imae Obsedere fores. Ipsus est.*] Et quia timidior est: et quia postea de proximo agnoscit magis. — 39. *Non possum adesse.*] Apparet, ex conspectu patris magis confundi, quam ex nuntio adventus eius filium. *Ha! quid agis?*] Et perturbati intercessoris est dicere, *quid agis?* ut in Andria, *Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? Quo abis, Antipho?*] Sic *Virgilius*: *Quo fugis, Aenea?* Et *Quo fugitis, socii?* Sic enim loquitur, qui vult ostendere conditionem locorum, in qua perverso modo alius petatur, alius linquatur. *Mane, mane, inquam.*] Omnia haec habent singularem vim in se revocantis. — 40. *Egomet me novi, et peccatum meum.*] Duo dixit, et *hominem pavidum*, et *peccatum grave.* — 41. *Vobis commendo Phanium, et vitam meam.*] Comice, duobus duo retulit: *me et peccatum meum, Phanium et vitam meam.* Et animadverte, quod amator prius ponit *Phanium*, quam *vitam* suam. — 42. *Geta, quid nunc fiet?*] Apparet,

---

38. *In ultima platea.*] Vide Heaut. V. 1. 29. Plautus, Curc. II. 2. 28. *Parasitum tuum video currentem ellum* in platea ultima.

42. *Tu iam lites audies: ego plectar pendens.*]

Ego pléctar péndens, nísi quid me feféllerit.
Sed quód modo hic nos Antiphonem mónuimus,
Id nósmet ipsos fácere opórtet, Phaédria.
Ph. Aufér mi *oportet:* quín tu, quod faciam, ímpera.
Ge. Meminístin' olim ut fúerit vostra orátio,
In re íncipiunda ad deféndendam nóxiam!

V. 46. Bentl. *quid faciam*, e Bemb. et aliis.

---

haec sic pronuntianda, quasi adhuc tuto dicantur. *Tu iam lites audies: ego plectar pendens.*] Non intulit quod quaerebatur: sed verba sunt hominis omnia desperantis. *Tu iam lites audies: ego plectar pendens.*] Tu audies, ego verberabor; ut alibi, *Tibi erant parata verba: huic homini verbera.* Quod ipsum mire: non, *facies lites*, sed *audies.* — 43. *Ego plectar pendens.*] *Plectar*, feriar: unde et *plectrum*, et *plagae* dictae. — 44. *Sed quod modo hic nos.*] Deest *tamen*: ut sit, *sed tamen.* — 45. *Id nosmet ipsos facere oportet.*] Quia *nos* supra dixit in significatione actus proprii, *ipsos* addit. — 46. *Aufer mihi oportet.*] Τῷ ἀντιπεςμῷ addidit *mihi*, sine hoc enim plena sententia est. *Quin tu, quod faciam, impera.*] Mire ad omnia paratum se indicat, qui *impera* dicat servo. — 47. *Meministin' olim ut fuerit vostra oratio.*] Mire et consilio et oratione compendiosus est: quo magis Phaedriam propriis consiliis ac domesticis permoveret. *Ut fuerit vostra oratio.* Ut magis excitaret, non *nostra* dixit, sed *vostra.* — 48. *In re incipiunda.*] *Incipiunda* proprie,

---

Vide Eun. V. 7. 20. Heaut. II. 3. 115. Plautus, Cas. V. 4. 24. *nulla causa est, quin* pendentem *me uxor* virgis verberes.

[43. *Pendens* scil. a trabe. Vid. not. ad Eun. V. 6. 20. — *Nisi quid me fefellerit* scil. opinio, quod saepe additur. Cic. pro Domo c. 43. *tantumne te fefellit cum mihi summa et quotidie maiora praemia in republica fore putabas.* Idem ad Div. V. 20. *nisi quid me fallit.*]

46. *Aufer mihi oportet.*] Formula reprehendendi et silentium imperandi. Attius, Telepho: *proinde istaec tua* Aufer *terricula, atque animum iratum comprime.* Plautus, Pers. V. 2. 19. *Iurgium hinc auferas, si sapias.* Phaedrus, III. 6. 8. Aufer *frivolam insolentiam.* [*Aufer mihi oportet* i. e. omitte verbum *oportet.* Infra V. 6. 18. *quin tu hinc pollicitationes aufer.* Horat. Serm. II. 7. 42. *aufer me vultu*

Iustam íllam causam, fácilem, vincibilem, óptumam?
***Ph.* Memini. *Ge.* Hem! nunc ipsa 'st ópus ea: aut,**
si quíd potest,
Melióre et callidióre. *Ph.* Fiet sédulo.
***Ge.* Nunc prior adito tu: égo in subsidiis hic ero**

quasi de re magna, dixit. Sic alibi, *Vide, quod inceptes facinus.* *Ad defendendam noxiam.*] *Noxiam* nunc *culpam:* alias *poenam.* Et est ἐπένθεσις, ab eo quod est *noxam:* et hoc factum est propter iambum. — 49. *Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optumam.*] Considera singula, et invenies et naturali ordine, et per αὔξησιν dicta. *Causam* pro *defensione* posuit: et *vincibilem,* quae facile vincat. — 50. *Nunc ipsa 'st opus ea.*] *Causa* scilicet. — 51. *Meliore, et callidiore.*] Bene *meliore, et callidiore:* quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum praelium. *Fiet sedulo.*] Παρέλκον *sedulo;* nam sufficeret, *fiet.* — 52. *Nunc prior adito tu.*] *Adito,* quasi ad praelium. *Virgilius, nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum.* *Ego in insidiis*

---

terrere. Iuvenal. VI. 170. *tolle tuum precor Hannibalem.* Vid. Burmann. ad Phaedr. III. 6. 8.]

49. *Vincibilem.*] Recte explicat Donatus. Ita *Orator impetrabilis,* qui facile impetrat, apud Plautum, Mostell. V. 2. 4.

50. *Aut, si quid posses, meliore.*] Ita Adelph. IV. 1. 5.

52. *In subsidiis hic ero succenturiatus.*] Cornelius Fronto, de Differentiis vocum: *Subsidium est, quod subest deficientibus.* Sensus autem Getae est: *Tuas partes suscipiam, tibique opem feram, quasi post primas militum centurias collocatus.* Caecilius, Triumpho: *Nunc meae malitiae astutia opus est* succenturia. Eleganti metaphora Favorinus apud Gell. XV. 8, *Praefecti popinae atque luxuriae negant, coenam lautam esse, nisi, quum libentissime edis, tum auferatur, et alia esca melior atque amplior* succenturietur. Lusit Plautus, Curc. IV. 4. 29. *Miles pulchre* centuriatus *expuncto in manipulo.* [Alii libri habent *in subsidiis,* quod Bentleius praefert. *Subsidia* dicuntur milites, qui primis deficientibus submittuntur. Hinc saepe *subsidiarii* opponuntur primae aciei. — *Succenturiatus ero* h. e. tibi deficienti succedam. *Centuriare milites* est in suas classes deferre, *succenturiare* centuriam deficientem explere. Vid. Festum in h. v. et Donat. ad h. l.]

Succenturiatus, si quid deficies. *Ph.* Age.

V. 53. Bentl. *deficias*, ex codd. Bene.

---

hic ero.] Tota μεταφορὰ de re militari est. — 53. *Succenturiatus.*] *Succenturiati* dicuntur, qui explendae centuriae gratia subiiciunt se ad supplementum ordinum. Et est translatio a re militari. *Age.*] Potuit dicere *vero*, aut *ita*, sed *age* dixit, quod verbum vim hortantis maximam praebet.

---

53. *Si quid deficies.*] Ita infra, III. 1. 8.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

DEMIPHO. GETA. PHAEDRIA.

De. Itane tandem uxórem duxit Antipho iniussú meo?

Itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo?] *In hac scena accusatio est et contradictio, per remotivam qualitatem, ergo controversia. Itane tandem uxorem duxit Antipho?*] *Hic exemplum vitae est: in quo spectatur, nullam esse tam iustam, et gravem iracundiam patris, quae non et fiducia defensoris, et intervallo temporis evanescat.* — 1. *Itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo?*] Non potuit vehementius incipere, quam ut ipse crimen, quod obiicit, miraretur. *Itane tandem uxorem duxit.*] *Tandem,* hic expletiva coniunctio: ut *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra? Itane tandem.*] Hic totus versus in hoc est, an factum sit? quid factum sit? a quo factum sit? in

---

1. *Itane tandem.*] Iracundiae et stomacho inservit *tandem.* Vide And. V. 3. 4. Plautus, Truc. II. 7. 47. *ain' tandem? istuc primum experiar.* — *Iniussu meo.*] Loquitur pro potestate patria. Ita And. I. 5. 4. Heaut. IV. 1. 47.

Néc meum imperium: ac, mitto imperium: nón simultatem meam
Revereri saltem? nón pudere? ó fácinus audax! ó Geta
Monitór! *Ge.* Vix tandem. *De.* Quíd mihi dicent? aút quam causam réperient?

V. 2. vulgo *age mitto*, quod e Bemb. et Victor. mutatum.

cuius iniuriam factum sit? — 2. *Nec meum imperium.*] Rara ἀποσιώπησις: nam non sequitur *sed*; intulit enim *age*: subauditur autem *revereri*. Sic *Lucretius*, *Nonne videre* *. *Age, mitto imperium: non simultatem meam.*] Σχῆμα διανοίας, MHCQAOθωσις*. Ut *Virgilius*, *Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros.* *Age, mitto.*] Legitur et *taceo*. *Simultatem.*] Iurgium, contentionem. — 3. *Non pudere?*] Hoc absolutum est, et nulli adnexum. *Non pudere?*] Hic *Nigidius* adnotavit, neminem videri pudere ante delictum. — 4. *Vix tandem.*] Convenit hoc dictum ei, qui iam pridem se male audire putat: et ideo sero videtur ad hunc senex pervenisse, quum ille metuens se primum accusaturum crederet. An *vix tandem* ad hoc pertinet, quia ille *monitor* dixit? quasi dicat, *Vix tandem factum est, ut me senex laudare coepisset*: quia *monitor*, quamvis in contrarium dixerit, tamen est nomen laudis. *Vix tandem.*] Εἰρωνεία, quasi dicat, *Pene mei oblitus est.* An, quia tarde ad ipsum pervenit senex, quem ille ob conscientiam a se coepturum esse credebat? *Quid mihi dicent? aut quam causam reperient?*] *Quid dicent*, si negare voluerint? *quam causam reperient*, si purgare. Omne enim crimen a de-

2. *Nec meum imperium.*] Laudat hunc locum Cicero, Att. II. 19. pro *age mitto* exhibens *ac mitto.* Est correctio non augentis, sed minuentis rem.

4. *Monitor!*] Titulus servi paedagogi. Statius, Theb. XII. 205. *Olim hic virginei custos monitorque pudoris.* Videtur monitorum notio e veteri disciplina esse nata. Sallustius, Iug. 85. *Ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo* monitorem *officii.* ubi vide Cortium. Primis autem iuventutis annis *custodes*, deinde quum iam res agenda erat, *praeceptores* et *monitores* adiungebantur. Vide interpretes ad Nep. Themist. 3. Adde Heaut. V. 1, 2. — *Vix tandem.*] Comicum est. And. III. 1, 12. Haec autem aversus ad spectatores dicit, q. d. *Vix factum est, ut fuerim monitor.* Donatus non cepit.

Demíror. *Ge.* Átqui réperi iam: aliud cura. *De.* An[ne] hoc dicént mihi,

Invítus feci: léx coegit? audio, [et] fateor. *Ge.* Places.

De. Verúm scientem, tácitum, causam trádere advorsáriis,

Etiámne id lex coégit? *Ph.* Illud dúrum. *Ge.* Ego expediám: sine.

De. Incértum est, quid agam, quía praeter spem, atque íncredibile hoc mi óbtigit:

V. 5. *ne*, in Bemb. omissum, delevit Bentl. Idem e Bemb. *dicet*, sc. Antipho.

V. 6. *et* om. Bemb. probante Bentleio.

V. 8. Bentl. corr. *Etiam idne l. c.* ut *id* acuatur. Idem verba: *Illud durum*, Getae tribuit, ac sequentia: *Ego exp. sine*, Phaedriae.

fensore aut negatur, aut purgatur. — 5. *Demiror.*] Pro, *nescio*. Nam admirationem ignorantia facit. *Atqui reperi iam: aliud cura.*] Eo animo hoc dicit, quo supra dixit *vix tandem*. Et quum ille pluraliter *reperient* dixerit, hic singulariter *reperi* respondit: quasi in se solo sit crimen. — 6. *Invitus feci: lex coegit?*] Bene poëta iam scire facit senem, quid isti dicturi sint, ut videatur frangi posse, qui iam partem defensionis admittit. — 7. *Causam tradere advorsariis.*] Hoc cum maiore exclamatione dicitur, non enim dixit, *concedere adversariis*, sed quod peius esset, *causam tradere*. — 8. *Illud durum.*] *Illud durum* dicit, quia supra dixit: *atqui reperi iam. Ego expediam: sine.*] Vide praeparationem futurae defensionis: quam nisi hoc modo *Terentius* intulisset, incredibile videretur subito sedatum senem. — 9. *Incertum*

Cicero, Fam. III. 9. Vix tandem *legi literas dignas Appio Clodio*. [Malim intelligere cum aliis: *mei meminit*. St.]

5. *Atqui reperi iam: aliud cura.*] Haec a Demiphone ad spectatores conversus dicit Geta. Neque herum adloquitur, nisi infra, versu 55.

[7. *Causam tradere adversariis* idem significat quod *causam prodere* h. e. pati facile se vinci. ICti dicunt *causam adversariis donare* et *praevaricari*. Gronov. Obss. III. 23.]

8. *Illud durum.*] H. e. difficile excusatu. Ita Eun. IV. 7. 36. Heaut. I. 2. 30.

Ita sum irritatus, ánimum ut nequeam ad cógitandum instítuere.

Quamobrem ómnes, quum secúndae res sunt máxume, tum máxume

Meditári secum opórtet, quo pácto ádvorsam aerumnám ferant:

est, quid agam.] Nonnihil iam fracta indignatio est. Nam in his verbis, non iam ira, sed admodum moeror est. *Quia praeter spem, atque incredibile hoc.*] *Virgilius, Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre, soror, potero. Atque incredibile hoc mihi obtigit.*] Gravius est *incredibile*, quam *praeter spem:* et ideo posterius et in actu est. *Obtigit.*] Pro *accidit:* cuius reciprocum est, si quis bonum *accidisse* dicat, non *obtigisse*. — 10. *Ita sum irritatus.*] *Irritatus*, provocatus, in iram impulsus: hoc est, commotus et perturbatus. *Animum ut nequeam ad cogitandum instituere.*] Bene *instituere* dixit: quo verbo quies ostenditur cogitativae mentis, quae nunc non adest. — 11. *Quum secundae res sunt maxume, tum maxume.*] Ut, *Nudus ara, sere nudus: hyems ignava colono.* Et bona sententia, tum maxime sapienti metuendum, quo tempore maxime securus est stultus. — 12. *Meditari secum oportet.*] Bene additum *secum:* insani enim videbitur, hoc palam agere. *Advor-*

10. *Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.*] Ita Heaut. IV. 4. 47. Adelph. III. 2. 12. Id *argumenta in pectus instituere* dixit Plautus, Mostell. I. 22. [*Animum ad cogitandum instituere*] h. e. animum componere, ut cogitet quid agendum sit. Bouherius ad Cic. Tusc. Disp. III. 14. e mss. quibusdam legens mavult *instruere*; sed bene habet lectio vulgata.]

11. *Quum secundae res sunt maxime.*] Integrum hunc locum laudat Cicero, sed variante lectione, Tusc. III. 14. Plautus, Stich. I. 2. 67. *Quum res secundae sunt.* [*Tum maxime.* Zinzerlingius Promuls. Crit. Juven. c. 22. legere tentat *cum maxime*; frustra. Vid. Duker. ad Flor. II. 16. p. 400.]

12. *Meditari secum oportet, quo pacto advorsam aerumnam ferant.*] Ita Seneca de Vita Beata, 26. *Sapiens tunc maxime paupertatem meditatur, quum in mediis divitiis constitit.* Ausonius in Periandro: *Adversa rerum vel secunda praedicat Meditanda cunctis Comicus Terentius.*

Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet
Aut fili peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae:
Communia esse haec: fieri posse: ut ne quid animo sit novum.
Quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.

V. 13. Bentl. corr. *Periclâ, damna peregre rediens semper secum cogitet.* Nam ita scriptum extare ap. Cicer. Tusc. III. 14., et *exilia* plurali numero de tam exigua familia Demophoni vix licuisse dicere. Quidni vero in sententia quidem generaliori? v. Burmann. ad Virgil. Aen. II. 780.

V. 15. Bentl. ne *fieri posse* post *communia esse haec* otiose inferatur, e Ciceronis libris corr. *Communia esse haec: ne quid horum umquam accidat animo novum.* Cfr. v. 20. ubi Geta haec ridet. Equidem nihil inepti aut stolidi video.

---

eam aerumnam ferant.] Abundat *adversam.* — 13. *Pericla, damna exilia peregre rediens.*] Superiora ἀσύνδετα sunt, inferiora intermistis coniunctionibus. *Sallustius, Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, et aequore et terra.* *Peregre rediens semper cogitet.*] Mire a genere ad speciem non semel transit. Nam quum dicit, *peregre rediens*, iam de sese loquitur, sed latenter. *Semper cogitet.*] A singulari ad pluralem transit. Supra dixit *omnes:* at nunc *cogitet.* Et est ordo, *Semper peregre rediens, quicunque peregre redit.* — 14. *Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.*] Quamvis iratus filio, non potuit tamen dicere, *Filii mortem.* Convenit autem seni, *uxoris mortem* non putare magnum incommodum. *Aut filii peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiae.*] Varie post enumerationem conclusam, haec etiam intulit. *Virgilius, Sed neque Medorum sylvae, ditissima terra, Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus Laudibus Italiae certent: non Bactra, nec Indi, Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.* — 15. *Communia esse haec: fieri posse.*] Ordo est, *Semper cogitet, communia esse, et fieri posse, peccatum filii, uxoris mortem, filiae morbum.* *Communia esse.*] *Commune* est quod accidere omnibus potest. — 16. *Quid-*

---

13. *Peregre rediens.*] Ita Plautus, Stich. IV. 2. 7. Peregre *te in patriam redisse salvom gaudeo.*

16. *Omne id deputare esse in lucro.*] Ita Hec. III. 1. 7.

Ge. O Phaédria, incredíbile est quántum herum ánteeo sapiéntia.
Meditáta mihi sunt ómnia mea incómmoda: hérus si rédierit,
Moléndum usque in pistríno: vapulándum: habéndae cómpedes;

V. 17. Bentl. *est* delet propter sequens *anteeo*. Non opus, quando quidem nec indicativus linguae legibus adversatur.

V. 19. Bentl. *Molendum est in p.* Scilicet Bemb. Victor. et Don. *esse* pro *usque* habent. Deinde pro *habendae* invitis codd. *habendum* dedit, ut omnia gerundia sint. Sed quidni post gerundium recte gerundivum inferri potuerit?

---

quid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.] Vide iam senem fractum, non culpam filii magnam ducere: sed ideo indignari, quod non crediderit peccaturum, in quo ipse se reprehendit, et quod a peccatoribus dici solebat, hoc dicit, *communia esse, et fieri posse.* — 17. *Herum anteeo sapientia.*] Legitur et *ante eo:* sed pro coniunctivo pronuntiandum, *anteeo* pro *anteeam.* — 18. *Meditata mihi sunt omnia mea incommoda.*] Nimis comice, non clades, aut aerumnas posuit servus, sed *incommoda: Molare in pistrino, vapulare, habere compedes,* et caetera; quum hoc nomen leve quiddam significet: ut ipse in Eunucho: *Immo enimvero infeliciter: Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno. Herus si redierit.*] *Si* aut pro *cum*, aut serviliter, ut dubitet ex voto suo utrum dominus redeat, an non: quod cupit. — 19. *Molendum usque in pistrino.*] Facete enumerat servus universa supplicia suae conditionis, excepta cruce et furca:

Cicero, Fam. VII. 24. [*Id ego in lucris pono.* Et pro L. Flacco, 17. *Quiescant igitur, et me hoc* in lucro ponere, *atque aliud agere patiantur.*

17. *Herum anteeo sapientia.*] Plautus, Bacchid. V. 1. 3. *Solus ego omnes longe* anteeo stultitia.

18. *Meditata mihi sunt omnia mea incommoda.*] Cicero, Tusc. III. 14. *Sint semper omnia homini humana meditata.* [*Meditata* passive dicitur pro *cogitata.* Cic. Catil. I. 10. *ad huius vitae studium meditati illi sunt qui feruntur labores tui.* Multa participia deponentium passive ponuntur, quod eorum forma activa aliquando usitata fuit; ita interdum reperitur *aucupo, tumultuo, fabulo, lucto, intermino* etc. Vid. Vossius de Analog. III. 7. p. 281. sq.]

19. *Vapulandum.*] Ita Plautus, Poen. IV. 2. 33. *Mihi vapu-*

Opus rúri faciúndum, hórum nil quidquam áccidet animó novum.

Quidquíd praeter spem evéniet, omne id députabo esse ín lucro.

Séd quid céssas hóminem adire, et blánde in princípio ádloqui?

De. Phaédriam mei frátris video filium mi ire óbviam.

Ph. Mi pátrue, salve. *Dę.* Sálve. sed ubi est Antipho?

quarum poenam verbis extenuare non potuit. *Habendae compedes.*] Vitiosam locutionem servili personae dedit *Terentius*; nam integra esset, si diceret, *Habendas compedes*; unde quidam non *esse*, sed *usque* legunt. — 20. *Opus ruri faciundum.*] Varie, *molendum, vapulandum, compedes habendae, opus ruri faciundum.* Et supra verba gerundia sunt: infra, participia. *Horum nihil quidquam accidet animo novum.*] Recte addidit *animo*; omne enim quidquid acciderit, *novum* erit, sed non *animo*. *Horum nihil quidquam.*] Παρέλκον quartum. *Horum nihil quidquam accidet animo novum.*] Tale est illud sapientis Aeneae: *non ulla laborum, O virgo, nova mi facies inopinave surgit.* Et, *Arma parate, animis et spe praesumite bellum.* Et, *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem, Et perferre, soror, potero.* — 21. *Quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.*] Totidem verbis est usus, quot senex, ad irrisionem eius. Sic et in Adelphis, *Postremo, tamquam in speculum, in patinas, Demea, Inspicere iubeo.* *Omne id deputabo esse in lucro.*] Hoc idem senex oportere fieri dixit, quod hic facit: ergo sapientior Geta. — 22. *Sed quid cessas hominem adire.*] Bene *adire*, quasi terribilem, et pugnaturum: ut *Virgilius*, *Audet adire virum.* Et *hominem* comice addidit. *Et blande in principio alloqui?*] Recte monuit, non perpetuo *blande*, sed *in principio* agendum: secundum praeceptum Socratis, qui ait, Μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις καὶ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων. — 23. *Phaedriam mei fratris.*] Haec verba ostendunt quam miti pectore suscipiatur Phaedria. — 24. *Mi patrue, salve.*] *Mi* vim blandimenti habet: nam significat *meus*. *Salve, sed ubi est Antipho?*]

---

landam est. — *Habendae compedes.*] Dicitur quis *habere* ea, quibus indutus est. Ita de veste, Eun. IV. 4. 28. Plautus, Mostell. I. 3. 17. *Virtute formae id evenit, te ut deceat, quidquid* habes.

Ph. Salvom advenire. *De.* Credo, responde hoc mihi.
Ph. Valet, hic est, sed satin' omnia ex sententia?
De. Vellem quidem. *Ph.* Quid istuc est? *De.* Rogitas, Phaedria?
Bonas, me absente, hic confecistis nuptias!
Ph. Ehe, an id succenses nunc illi? *Ge.* O artificem probum!

V. 25. vulg. *hoc responde* Bentl. ex codd. correxit, ut *hoc* acuatur.

Bene expressit promtum animum ad litigandum, partim addita salute, et potius ad iurgium praevertendo. — 25. *Salvom advenire.*] Ἔλλειψις, vel ἀποσιώπησις secunda: *gaudeo* enim subauditur, quod nisi acceperis, non intelliges cur hic responderit, *credo. Salvom advenire.*] Iracundiam frangere conatur obsequio et mora. *Salvom advenire.*] Altera salutatio et ad leniendum, et ad criminis dissimulationem: sed et tertio addit, *satin' omnia ex sententia? Credo. hoc responde mihi.*] Hoc, incerta distinctione pronuntiatur. — 26. *Valet.*] Hic oratorie dissimulat, atque ita respondet, quasi senex non iratus quaerat, sed de salute sollicitus sit Antiphonis. *Sed satin' omnia ex sententia?*] Quod vulgo, *Omnia recte?* Et deest *quaeris*, aut quid tale. — 27. *Vellem quidem.*] Semper hoc verbum dolentis est, ac negantis evenire, quod voti sit. *Quid istuc?*] Magnam vim habet contra iram huiusmodi interrogatio. — 28. *Bonas, me absente.*] Mire consuetudinem expressit, dicendo *bonas. Me absente.*] Summa criminis. *Bonas, me absente, hic confecistis nuptias!*] Crimen in duobus esse demonstrat: quod non *bonas*, et quod *absente patre.* — 29. *Eho, an id succenses nunc illi?*] Huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admiraretur irasci senem. *O artificem probum!*] Εἰρωνεία; nam non est artifex, cuius deprehenditur iocus. —

---

25. *Salvom advenire.*] Intell. *Te gaudeo.* Est autem formula adventum gratulantis. Ita Eun. V. 6. 6. Heaut. II. 4. 27. Adelph. I. 1. 55. Hec. III. 2. 18. [*Credo* i. e. gratias ago. Sic Eunuch. V. 8. 21. Andr. V. 4. 36.]

26. *Satin' omnia ex sententia?*] Intell. *obtigerunt*, vel simile. Ita fere Eun. V. 6. 8. Donatus non cepit. Plautus, Pers. I. 1. 18. *Satin' ergo ex sententia?*

28. *Confecistis nuptias.*] Ita And. IV. 1. 51. Heaut. V. 1. 21. [Sunt qui capiant pro *una fecistis.* Vid. Broukhus. ad Propert. IV. 1. 4. Sed melius est capere pro simplici *fecistis.*]

De. Egone illi non succénseam? ipsum géstio
Dari mi in conspectum, núnc sua culpa út sciat
Leném patrem illum fáctum me esse acérrimum.
Ph. Atqui nil fecit, pátrue, quod succénseas.
De. Ecce aútem similia ómnia: omnes cóngruunt:
Unúm cognoris, ómnes noris. *Ph.* Haúd ita 'st.
De. In nóxia hic est; ílle ad defendéndum adest;

V. 31. Bentl. coni. *nunc sua ut culpa sciat.*
V. 35. Bentl. *Unum cum noris*, ex codd.
V. 36. Faërnus et West.: *Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest: Cum ille est, hic praesto est.* Bentleius corr. *Cum in noxia hic est; ille ad defendendum adest: Cum ille; praesto hic est.* Nos *Cum* non v. 36. inserendum, sed v. 37. delendum arbitramur, a grammaticis ad explicandam verborum rationem invectum.

30. *Gestio.*] Plus *gestio*, quam *volo*. — 31. *Dari mihi in conspectum.*] Non dixit *venire*, ut filium: sed *dari*, ut reum. — 32. *Lenem patrem illum.*] O artificium poëtae! in media patris saevitia mentionem lenitatis induxit; ut ostendat quam facile placari possit. *Lenem patrem illum, factum me esse acerrimum.*] Nota ἀντίθετον; non enim *leni asperrimum*, sed *acerrimum* reddidit. Et mutavit gradum, positivo superlativum opponens. *Lenem patrem illum, factum.*] Sic *Virgilius*, *quantum mutatus ab illo Hectore!* — 33. *Atqui nihil facit, patrue.*] Summa contradictionis. Et non dixit, *Leniter peccavit:* sed, *nihil fecit.* Neque, *quod punias*, sed, *quod succenseas:* id quod levissimum est. — 34. *Ecce autem similia omnia.*] *Ecce autem*, vox est apta his, quae nova et improvisa animo accidunt. Sic *Virgilius*, *Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta.* *Similia omnia: omnes congruunt.*] More stomachantis, *omnia* et *omnes*, de his dicit quae ad duos pertinent. — 35. *Unum cognoris, omnes noris.*] Iterum non *duos*, sed *omnes*. Et varie, *cognoris*, *noris*. *Unum cognoris, omnes noris.*] Sic *Virgilius*, *Accipe nunc Danaûm insidias, et crimine ab uno Disce omnes.* — 36. *Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.*] Hoc

31. *Dari mihi in conspectum.*] Ita Adelph. III. 2. 13.
34. *Congruunt.*] Vide Heaut. III. 1. 91.
35. *Unum cognoris, omnes noris.*] Ita fere And. Prol. 10.
36. *Hic in noxa est.*] Hunc et sequentem versum laudat

(Quom) ille est, hic praesto est: tradunt operas mutuas.

Ge. Probe horum facta imprudens depinxit senex.

De. Nam ni haec ita essent, cum illo haud stares, Phaedria.

Demipho non sine quadam delectatione dixit: quam tamen premit ob iram praesentem. — 37. *Quom ille est, hic praesto est.*] Huic loco reddidit Cicero illum locum in Verrinis: *Qui cives Romani erant, si Siculi essent, tum Siculos eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, si cives Romani essent.* Nam subauditur ad, *Qui cives Romani erant*, *iudices dabantur*, ad, *Si Siculi essent*, subauditur *rei*. *Quom ille est.*] Ζεῦγμα secundum; nam et hic subaudiendum est, *in noxa. Hic praesto est.*] *Ad defendendam causam*, subauditur. — 38. *Probe eorum facta imprudens.*] Ideo *imprudens*: quia nescit in amore Citharistriae esse Phaedriam. *Imprudens.*] Modo *insciens.* — 39. *Nam ni haec ita essent, cum illo haud stares, Phaedria.*] Vide quemadmodum iam praestruat poëta ad ea quae futura sunt, ad adiuvandum amorem Phaedriae. *Cum illo haud stares, Phaedria.*] Cum Antiphone scilicet. Et *cum illo*, ἀντὶ τοῦ *pro illo*. In eius parte *stamus*, pro quo facimus. Sic

---

Asconius Pedianus ad Cic. Verr. II. 12. Plautus, Merc. IV. 3. 30. *Manifesto teneo: in noxa es.* [*Noxia*, non *noxa* legendum esse patet ex iis, quae ad Eun. V. 2. 13. notavimus. — *Adesse* et *praesto esse* proprie dicuntur patroni, qui causas defendunt. Cic. pro Murena c. 9. *Servius praesto multis fuit.* Vid. Heinsius ad Ovid. Remed. Amor. v. 663. Hinc utrumque dicitur pro auxilio esse. Liv. III. 25. *nostrisque et nunc querelis adsint et mox armis.* Contra *longè esse* dicitur qui non prodest, non adiuvat. Vid. Drakenborch. ad Liv. VI. 38. 6.]

87. *Tradunt operas mutuas.*] Pro eo Varro apud Non. V. *Grallatores* dixit: *Mutuum muli scabunt.*

88. *Depinxit.*] Ita Plautus, Asin. III. 3. 22. *Non potuit pictor rectius describere eius formam.*

89. *Cum illo haud stares.*] Verbum *standi* ex acie ad forum militiamque togatam transiit. Plautus, Menaechm. V. 2. 48. *Hinc stas, illinc causam dicis.* [*Stare cum aliquo* est partium alicuius esse; aliquem adiuvare. Nep. Agesil. c. 5. *qui nobiscum adversus barbaros steterunt.* Dicitur etiam *stare ab aliquo.* Nep. Datam. c. 6. *coacti sunt cum eis pugnare, ad quos transierant ab hisque stare, quos reliquerant*; item *stare pro aliquo.* Ovid. Trist. I. 2. 5. *Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo.* Saepe hoc verbum a stantibus in acie militibus transfertur ad advocatos in foro. Phaedr. III. 10. 37. *stant patroni*,

Ph. Si est, pátrue, culpam ut Antipho in se admíserit,
Ex quá re minus rei fóret aut famae témperans,
Non caúsam dico, quín, quod méritus sit, ferat.
Sed sí quis forte málitia fretús sua

Virgilius, Iupiter hic stat. — 40. *Si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit.*] Principium per insinuationem subtilem. Et honesta locutio, *si est, ut admiserit*, pro *si admisit*. *Si est, patrue, culpam ut Antipho.*] Oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ αἰτιῶντος. *In se admiserit.*] Bono ornatu addidit, *in se*: quum et sine hoc plenum videri possit. Et hic est, quem Cicero *medium orationis* appellat. — 41. *Ex qua re minus rei foret aut famae.*] Nota: hic comparativa qualitas est pauperis, neque strenui. Et docuit, in negotio nuptiarum duabus rebus consuli, *rei* et *famae*, hoc est, facultatibus dotis, honestatique natalium. *Ex qua re minus rei foret.*] Haec tractatio est criminis oratoria: in qua defensor accusat crimen, reumque purgat. *Ex qua re.*] Haud venuste insertum *re*, cum praeposuisset *culpam*. *Minus rei foret.*] Quia pauperem. *Famae.*] Quia ignobilem. *Temperans.*] Consulens, providens, moderatus; ut, *Iam sibi tum curvis male temperat unda carinis.* — 42. *Non causam dico.*] Non recuso, non deprecor. *Quin, quod meritus sit, ferat.*] Rhetoricum θεώρημα in huiusmodi exceptionibus: quo uti solet, qui propositae causae fiduciam gerit. Si hoc aut illud; non oro veniam, non deprecor poenam. *Quin, quod meritus sit.*] Hunc defensorem magis, et non iudicem dicam, sed hic colligitur patrocinantis auctoritas: non enim dixit, *quod voluerit*; sed *quod meritus sit*, manente eo, *si peccaverit tamen.* — 43. *Sed si quis forte*

---

fortiter causam tuentes innocentis feminae.] — *Si est.*] De hac locutione vide ad Adelph. III. 5. 4. — *Culpam ut Antipho in se admiserit.*] Ita Plautus, Trin. I. 2. 44. *ne admittam culpam.*

41. *Ex qua re minus rei foret aut famae temperans.*] Intelligit rem familiarem. Ita Sallustius, Catil. 25. *Pecuniae an famae minus parceret, haud facile discerneres.*

42. *Non causam dico, quin.*] Explicat Donatus. Ita Plautus, Capt. III. 4. 92. *Hoc si secus reperies,* nullam causam dico, quin *mihi et parentum, et libertatis apud te deliquio siet.* Idem varie extulerunt: *Haud causificor, quin. Nulla causa est, quin. Numquid est causae, quin.* [*Non causam dico* i. e. non recuso, non intercedo. Elegans ratio loquendi. Plaut. Capt. III. 4. 92. *Hoc si secus reperies, nullam causam dico, quin mihi et parentum et libertatis apud te deliquio siet.* Idem Cas. V. 4. 26. *si ego umquam adeo culpam posthac admisero,*

Insidias nostrae fecit adolescentiae,
Ac vicit: nostra culpa east, an iudicum?
Qui saepe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi.
Ge. Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.

---

malitia fretus venit.] Forte, quasi non deductus, sed simul causam cogniturus advenerit; nec contendit verum esse quod dicit, ne sollicitum faciat ad credendum. Sic apud *Virgilium* Sinon, *dum vela darent, si forte dedissent.* — 44. *Insidias nostrae fecit adolescentiae.*] Bene se adiungit ad crimen, ut levet culpam. *Insidias nostrae fecit adolescentiae.*] Mire *insidias* dixit: ut diu comparata causa, per ignorantiam dolosque capti videantur. *Adolescentiae.*] Opportuna aetatis commemoratio. Πρὸς τὴν συγγνώμην. — 45. *Nostrane ea culpa est, an iudicum?*] Potentior facta sententia est τῇ ἐρωτήσει. Et oratorie, *nostrane culpa, an iudicum?* duplex μετάθεσις, altera in accusatorem, altera in iudices. Et bene suam miscuit personam, ut reum sublevet et suo merito, et multitudine reorum. *Nostrane ea culpa, an iudicum?*] Mire assurrexit in fiduciam defensoris; nam quum supra de Antiphone dixerit, nunc intulit *nostra.* — 46. *Qui saepe propter invidiam adimunt diviti.*] Notum alteri* qui invident. — 47. *Aut propter misericordiam addunt pauperi.*] Posteriorem causam honestiorem posuit, ne non Antiphonem defendere, sed accusare iudices videretur. *Aut propter misericordiam.*] Primum ἀντίθετον. Et oratorie naturam iudicum τῷ διορισμῷ expedivit. — 48. *Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.*] Suavissime laudavit oratorem: qui omnia ad persuadendum idonea advocaris, solum conscium non adduxit ad credendum. *Ni nossem causam, crederem vera hunc lo-*

---

nulla causa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes. Cic. Agrar. III. 1. *quid est causae, quin illa criminatione non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit.* ubi vid. Graevius.]

45. *Vicit.*] Subaudi, *Nos in iudicio.* Supra I. 2. 82. et 85. et I. 4. 49. infra IV. 3. 2. — *Nostrane ea culpa est, an iudicum?*] Ita Cicero, Philipp. I. 5. *Sed haec iudicum culpa, non mea est.*

46. *Propter invidiam adimunt diviti, aut propter misericordiam addunt pauperi.*] Per *divitem* Antiphonem intelligit, per *Pauperem* Phanium. Cicero, Orat. 66. Ubi libido dominatur, innocentiae leve praesidium est. Ea autem iudicii pravitas etiam lege divina prohibita. Exod. XXIII. 3. Levit. XIX. 15.

De. An quísquam iudex ést, qui póssit nóscere
Tua iústa, ubi túte vérbum non respóndeas,
Ita ut ílle fecit? *Ph.* Fúnctus adolescéntuli est
Officium liberális: postquam ad iúdices
Ventúm est, non potuit cógitata próloqui:
Ita eúm tum timidum ibi óbstupefecít pudor.
Ge. Laudo húnc: sed cesso adíre quam primúm senem?

qui.] Oblique poëta se laudavit. — 49. *An quisquam iudex est, qui possit.*] Apparet, iam persuasum seni esse, verum adversarium fuisse Phormionem, non subiectum atque appositum sycophantam; unde ad aliud transit, ut accuset segnitiem in respondendo; quae levior culpa est. Ita, ut cedentibus mos est, paulatim seni singula extorquentur e manibus. — 50. *Tua iusta.*] Diserte magis et absolute, *tua iusta:* quam si aliter diceret. *Ubi tute verbum.*] Non dixit, *parum dicas:* sed *verbum.* — 51. *Ita ut ille fecit?*] Unde scit? an illa poëtae virtus est, quod omnia ante inducit cognovisse: ne in scena, haec ut nova audiens, tragicis motibus insaniret? *Functus adolescentuli est officium.*] Oratorie quod obiectum est, non purgavit modo, sed etiam ad laudem convertit, quod Rhetores περίστασιν dicunt. Et hoc de Apollodoro. *Functus adolescentuli est officium liberalis.*] Derivatio causae; et est venialis status. *Functus adolescentuli est officium liberalis.*] Ingeniose non negavit hoc crimen, occasionem laudis de confessione sumturus. — 52. *Officium liberalis.*] Potenter *officium* nominat, quod ille *crimen* appellat. Et nota, *functus officium,* accusativo casu, quod nos ablativo. *Postquam ad iudices ventum est, non potuit cogitata proloqui.*] Haec apud Oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur, hoc est, translatio causae facti: quem vulgo *colorem* nominant. — 53. *Non potuit cogitata proloqui.*] Ergo quod cogitavit, industriae est: quod nihil dixit, pudoris. — 54. *Ita eum timidum.*] *Timidum,* perturbatum. *Plautus, Nam ut ex mari timida es.* Et ipse in Adelphis: *Me miseram! quidnam est, quod sic video timidum, et properantem Getam?* — 55. *Laudo hunc, sed cesso adire.*]

[50. *Iusta* sunt, quae causam continent, defensionis firmamenta. Vid. Casaubon. ad Theophr. Charact. c. 17. p. 808.]

53. *Non potuit cogitata proloqui.*] Ita Cicero, Bruto 72. *Si cogitata praeclare eloqui possent.*

54. *Timidum ibi obstupefecit pudor.*] Cicero, Fam. V. 1. *Quem si parum pudor ipsius defendebat.* Horatius, Serm. I. 6.

Here, salve: salvom te advenisse gaudeo. *De.* Hoc!
Bone custos, salve, columen vero familiae,
Cui commendavi filium hinc abiens meum.
Ge. Iam dudum te omnes nos accusare audio
Immerito: et me horunc omnium immeritissimo.

V. 58. Bentl. *hic abiens.*
V. 60. vulgo *horum*, quod Faërnus correxit e Donato, consentiente uno cod. Bentl.

Satis defensionis est, ubi Geta iam *adire* non timeat dominum. — 56. *Here, salve: salvom te advenisse gaudeo.*] Principium a benevolentia. Et vide vernilitatem aptissimam servo callido. Credasne hunc esse, qui supra dixerit, *Herus si redierit, Molendum esse in pistrino, vapulandum*, et cetera. — 57. *Ho! bone custos, salve.*] Ab initio idem motus servatus est seni; nam idem hoc est quod supra dixit, *O Geta, monitor!* quamquam per αὔξησιν plus significat quod dicit, *bone custos*: quam quod supra, *monitor*. *Columen vero familiae.*] *Columen*, *culmen*, an *columen*, *columna*? unde *columellae* apud veteres, dicti servi maiores domus. Lucil. XXII. *Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucili columella, hic situs Metrophanes.* Tubero: *Hinc in millesimum annum eorum columine civitas continebitur.* Horatius contra pro columine columnam, *Iniuriose ne pede proruas Stantem columnam.* Ennius X. *Regni versatum, summamve columnam.* *Columen vero familiae.*] Sustentatio vel decus: unde *columnae* dictae. Et moralis αὔξησις ἐν εἰρωνείᾳ. — 58. *Cui commendavi filium hinc abiens meum.*] Duplex excusatio est de eo quod fecerit. Haec conveniunt in eas personas, quas spectare non oportuerit. — 59. *Iam dudum te omnes nos accusare audio immerito.*] Vide quam in his verbis etiam vultus quidam servi contumacis appareat, et versute mali. Et hoc est, quod dixerat, *Ego in insidiis hic ero Succenturiatus.* — 60. *Immerito: et me omnium horum immeritissimo.*]

56. *Ut veni coram, singultim pauca locutus, Infans namque pudor prohibebat plura profari.*

57. *Columen vero familiae.*] Simili notione usus Plautus, Cas. III. 2. 6. *Sed eccum egreditur Senati columen, praesidium popli.* Idem vero citra iocum dixit de altero Geta servo, Adelph. III. 4. 86. *Solus omnem familiam sustentat.* Et Virgilius, Aen. XII. 59. *In te omnis domus inclinata recumbit.* Cicero, pro P. Sextio, 8. *columen reipublicae.* Curt. IX. 6. *Macedoniae columen.*

60. *Immeritissimo.*] Caecilius, Asoto, *Meritissimo hic me eiecit ex hac decuria.*

Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
Servom hominem causam orare leges non sinunt,
Neque testimoni dictio est. Mitto omnia.
Addo istuc imprudens timuit adolescens: sino.

ritissimo.] Tantum impudentiae superest: ut non solum se, sed alios etiam defendat. *Horum omnium aequissimo.* Hoc et hic nos hanc et hunc dicimus. *Immeritissimo.*] Ut *parvo*, *falso*, de adverbiis est in *O* desinentibus. — 61. *Nam quid me in hac re facere voluisti.*] Bona exceptione locutus est, quasi in aliis omnia fecerit. *In hac re voluisti sibi?*] Quam contemnat iram domini, ut hoc ipso purgatior videatur, ex hoc apparet, quod addidit *tibi*. Sic enim dicere solemus, *Quid tibi vis faciam?* quum alieno negotio frustra nos ostendimus laborare. — 62. *Servom hominem causam orare leges non sinunt.*] Hoc enim quasi ignoranti dicit: sed stomachose adinonet, velut stultum, qui rem manifestam non cogitet. *Servom hominem causam orare leges non sinunt.*] Vetuste *hominem*. *Sallustius* in Iugurtha: *Quum interim Hiempsal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillae.* *Servom hominem causam orare leges non sinunt.*] Mire extenuavit conditionem suam, dicendo non *me*, sed *servom*. Et addendo *hominem*, moraliter locutus est. Sic *Virgilius*, *Venerat antiquis Coryti de finibus Acron Graiis homo.* *Causam orare.*] Non improprie. Sic *Virgilius*, *Orabunt causas melius.* — 63. *Neque testimonii dictio est.*] *Vis scire*, inquit, *quum non liceat servo pro domino dicere? nec testis loco produci potest.* *Neque testimonii dictio est.*] Varie: non enim dixit, *Neque testimonium dicere.* *Mitto omnia.*] Et iam hoc perdidit senex, quod videbatur validum ad accusationem. Ita gradatim illi singula subducuntur, et accusationis impetus evanescit. — 64. *Addo istuc: imprudens timuit adolescens.*] Haec omnia verba, causalem

62. *Servom hominem causam orare leges non sinunt.*] Plautus, Epid. III. 1. 7. *Nunquam irridere nos illum inultum sinam servom hominem.* Proprie autem dixit *causam orare*. Phaedrus I. 10. 7. *Uterque* causam *cum* perorassent *suam*, ubi vide interpretes. [Virg. Aen. VI. 850. *orabunt causas melius.* Liv. XLV. 36. *integro sibi die ad causam eam orandam opus esse.* Orare simpliciter dicunt Sueton. Tit. c. 3. *latine, graeceque vel in orando vel in fingendis poematibus promtus*, et Rhetores Latini.]

63. *Neque testimonii dictio est.*] H. e. ius et facultas testimonii dicendi. Ita *causae dictio*, *iuris dictio*, *legis actio*, *testamenti factio*. Sed et *ambulatio* notat ius ambulandi in alterius fundo. Suetonius, Caes. 26. *Petitio consulatus*, i. e. ius petendi.

Tu servos. verum si cognata est maxume,
Non fuit necesse habere: sed, id quod lex jubet,
Dotem daretis: quaereret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
Ge. Non ratio, verum argentum deerat. *De.* Sumeret
Alicunde. *Ge.* Alicunde! nihil est dictu facilius.

ad argumentandum vim habent. *Imprudens timuit adolescens*, pone sine. Et singula pronuntianda, ut plura videantur. *Mitto, sino*, vim habent contra voluntatem concedentis. — 65. *Tu servos. verum si cognata est maxume*] Sub obtentu huius poëta praeparat locum fallaciae Phormionis, de dote accipienda. *Verum si cognata est maxume.*] Terentius addidit *maxume*: nam sive est cognata, sive non est, non recipit τὸ μᾶλλον, vel τὸ ἧττον, hoc est, non dicitur *maxume cognata*, aut *cognata minime*: sed, aut est, aut non est. Alii sic ordinant, *non fuit necesse maxume habere*. Alii, *sed id quod lex iubet, maxume dotem daretis*. — 66. *Sed, id quod lex iubet, dotem daretis.*] *Id quod lex iubet*: ordo. Sic *Virgilius*, *Verum, id quod multo tute ipse fatebere malus*. — 67. *Quaereret alium virum.*] *Quaereret*, quam idoneum est ad significationem odiorum! *Virgilius*, *quaerat sibi foedera Turnus*. — 68. *Qua ratione inopem potius ducebat domum?*] Magno sonitu intulit, quod minus momenti habet adversus ea quae accusantur, quam illa superiora. *Inopem potius ducebat domum?*] Non *inopem potius*, sed *potius ducebat* subdistinguendum est. — 69. *Non ratio, verum argentum deerat*] Hoc ita ludibundus absolvit Geta, ut etiam quasi par iocum respondeat. — 70. *Alicunde! nihil est dictu facilius.*] Hoc quasi subridens, et averso ab illo vultu pronuntiavit Geta; quod genus actionis

66. *Id quod lex iubet, dotem daretis.*] Vide supra I. 2. 75.

67. *Quaereret alium virum.*] Ita Hec. V. 1. 19. De constructione cf. V. 69. Duker. ad Liv. XLV. 37. 4.

69. *Non ratio, verum argentum deerat.*] Ita Plautus, Trin. II. 4. 17. *Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.* *Sumeret* scil. mutuo. Cic. in Brut. c. 19. *a Naevio vel sumsisti multa, si fateris, vel, si negas, surripuisti.* *Mutuum* distinguitur a *fenore*, nam *mutuum* datur sine usuris. Plaut. Asin. I. 3. 95. *Nam si mutuas non potero, certum est sumam foenore.* Vid. Salmas. de Usuris p. 17.]

De. Postremo, si nullo alio pacto, foenore.

Ge. Hui! dixti pulchre, siquidem quisquam crederet

Te vivo. **De.** Non, non sic futurum est: non potest.

securitatem ostendit hominis [illegible] *Alicunde sumat.*] Demipho *alicunde* ad facilitatem retulit: hic sic intelligere se fingit, ut quasi non habens ipse Demipho de proximo a quo dicere incipiat, dixerit *alicunde.* *Nihil est dictu facilius.*] Mire, ut solet, proverbio uno dissolvit totam senis intentionem, ut in Heautont. *Quid si hoc pater resciverit? Quid si redeo ad illos, qui aiunt: quid si nunc coelum ruat?* — 71. *Postremo, si nullo alio pacto, vel foenore.*] Ostendit se senex haec perdere; quum ab his ad alia transcendit exclusus. — 72. *Dixti pulchre, siquidem quisquam crederet.*] Vide quam non laboret ad respondendum Geta: siquidem illi per εἰρωνείαν respondit. *Crederet.*] Pecuniam committeret. — 73. *Non, non sic futurum est: non potest.*] Hic dum summae locus est debitae poëtae, siquidem et omnia obiecerit Demipho, et omnia solverit Geta: quibus actis, sola irrationabilis exclamatio relinquetur seni. *Non, non sic futurum est: non potest.*] Me-

71. *Foenore.*] Plautus, Epid. I. 1. 51. *Id adeo argentum ab danista apud Thebas sumsit fenore.* [*Fenus* rectius scribitur per simplex e quam per oe. Nam derivatur ab antiquo *feo*, *fero*, unde etiam *fetus* et *fecundus*. *Feo* autem non nisi forma differt a graeco φύω. Vid. Gesner. ad Claudian. de Nuptiis Honorii v. 37. Veteres plerumque dicunt *sumere*, *accipere fenore*, ICti *sumere fenori*. Vid. Duker. de Lat. Vet. ICtorum p. 344.]

72. *Siquidem quisquam crederet te vivo.*] Meminit Plautus Legis *Quinae Vicennariae*, Pseud. I. 3. 69. quae et *Laetoria*, vetans filium familias minorem quinque et viginti annis spondendo obligari. Adde Plautum, Rud. V. 3. 25. seqq. Alexander ab Alexandro, Genial. Dier. I. 7. refert verba SCti: *Placere, ne cui, qui filio familias mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis, cuius in potestate fuisset, actio petitioque daretur; ut scirent, qui pessimo exemplo fenerarent, nullius posse filii-familias bonum nomen, exspectata patris sui morte, fieri.* Idem a Claudio et Vespasiano imperatoribus cautum. Tacitus, Annal. XI. 13. Suetonius, Vesp. 11.

73. *Non, non sic futurum est: non potest.*] Ita Adelph. I. 2. 21. 22. et V. 3. 17. [Liv. XXX. 14. *non est, non, mihi crede, tantum ab hostibus armatis aetati nostrae periculum.* ubi vid. Gronovius.]

Egon' íllam cum illo ut pátiar nuptam unúm diem?
Nil suáve meritum 'st. hóminem commonstrárier
Mi istúm volo, aut, ubi hábitet, demonstrárier.
Ge. Nĕmpe Phórmionem? *De.* Istúm patronum múlieris.

V. 75. Bentl. corr. *merita 'st*, scilicet *illa* dolo et malitia imposita filio, ut genere proxima. Sed vide annot.
V. 77. Bentl. corr. *istunc patr.* ob accentum in ultimam reiectam.

---

ralis abnegatio frequenti repetitione firmata. — 74. *Egon' illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?*] Hic est de quo supra dictum est, *Illene indotatam virginem atque ignobilem Daret illi? numquam faceret. Egon' illam cum illo ut patiar nuptam.*] Hic iam praestruitur, quam facile triginta minas perditurus sit Demipho, dum illam vult excludere. — 75. *Nihil suave meritum 'st.*] Ordo et sensus hic est, *Nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram. Suave meritum* enim *suavem mercedem* significat. *Hominem commonstrarier.*] Bono ordine pervenit ad Phormionem: a quo magis confutabitur. — 76. *Aut, ubi habitet, demonstrarier.*] Mire ostendit, quam hic senex contemnat Phormionem modo, a quo mox superabitur. — 77. *Istum patronum mulieris.*] Hic et contemtum adversarii, et sui fidu-

---

74. *Cum illo nuptam.*] Ita Hec. IV. 1. 19. et 23. IV. 4. 34. et infra V. 3. 34. Dixit autem, *egon' ut patiar?* uti Cicero, Att. XV. 11. *Egone ut beneficium accepisse in contumeliam?* subaudi, *videar.* Horatius, Epod. XVII. 56. *Inultus ut tu riseris?* Sermon. II. 5. 18. *Utne tegam spurco Damae latus?* Livius IV. 2. *Illine ut concitent bella?* ubi v. intpp. [*Nuptam cum illo* pro *nuptam illi*, quod frequentius est. Cic. ad Div. XV. 3. *quocum esset nupta regis Armeniorum soror.* Gellius VII. 1. *Scipionem, cum qua nupta erat, liberos desperavisse.*]

75. *Nihil suave meritum 'st.*] Explicat I. Fr. Gronovius, Observ. in Script. Eccl. cap. 7. *Nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram. Nihil merear, ut hoc patiar.* Eodem sensu Plautus, Menaechm. I. 3. 34. *Neque hodie ut te perdam, meream Deûm divitias mihi.* [*Nil suave meritum est* i. e. nulla est tam magna merces, nullum tantum pretium, quod libens capiam, si habendum sit ea conditione, ut illam patiar cum illo nuptam unum diem. Ita h. l. egregie explicat magnus Gronovius Obs. in Script. Eccles. VII. p. 77. Cic. de N. D. I. 24. *quid mereas ut Epicureus esse desinas!*

Ge. Iam fáxo hic aderit. *De.* Antipho ubi nunc ést?
Ge. Foris.
De. Abi, Phaedria: eum requíre atque adduce húc.
Ph. Eo
Rectá via quidem íllue. *Ge.* Nempe ad Pámphilam.
De. [At] ego Deós Penates hínc salutatúm domum

V. 80. vulgo *equidem* erat, quod e Bemb. et Don. correctum.
V. 81. Bentl. *At* metri caussa delevit.

---

ciam monstrat. — 78. *Iam faxo hic aderit.*] *Virgilius, Haud sibi cum Danais rem, faxo, et pube Pelasga.* *Antipho ubi nunc est?*] Mitius nunc quaerit, ubi sit Antipho; et utrum amatae adhaereat, subtiliter quaerit, quod servus intelligens, respondit, *foris.* *Foris.*] *Foris* dixit, quum fugisse eum sciat. — 79. *Abi, Phaedria: eum require, atque adduce huc.*] Opportuna et apta simplicitas attribuitur Demiphoni, nihil tale de Phaedria suspicanti. — 80. *Eo recta via equidem illuc.*] Et amatorem ostendit Phaedriam: et simul id agit, ne in conspectum patris veniat Antipho. *Nempe ad Pamphilam.*] Nisi hoc Geta dixisset, non intelligerent spectatores quid dixisset Phaedria. — 81. *At ego Deos penates hinc salutatum domum devortar.*] Nulla mentio fit uxoris apud Demiphonem; non enim convenit argumento ut habeat, neque quid in Cilicia gesserit, demonstratur ideo, quia iam dictum est, *Nostro in Ciliciam, ad hospitem antiquum,* causa enim quaesita est cur abes-

---

Idem Philipp. I. 44. *putasne illum immortalitatem mereri voluisse?* ubi vid. Ferrarius.]

78. *Faxo hic aderit.*] Comicum videtur, *faxo* iungere futuris indicativi. Ita Eun. II. 2. 54. IV. 3. 21. infra, V. 8. 66. Plautus, Poen. I. 1. 45. *iam faxo scies.*

79. *Eum require.*] H. e. quaere, et cum eo colloquere. Sallustius, Catil. 40. *Uti legatos Allobrogum requirat.*

80. *Recta via.*] Ita And. III. 4. 21.

81. *Deos penates hinc salutatum domum devortar.*] Ex more scilicet, quo peregre advenientes Deos salutare, iisque gratias agere solebant, antequam uxores amicosve convenirent. Plautus, Amph. I. 1. 25. *numero mihi in mentem fuit, dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.* Stich. IV. 1. 29. *Deos salutatum, atque uxorem modo intro devortar domum.* Ita peregre abituri Lares viales invocabant. Plautus, Merc. V. 2. 23. *invoco Vos, Lares via-*

Devórtar: inde ibo ád forum, atque aliquót mihi
Amícos advocábo, ad hanc rem qui ádsient,
Ut ne ímparatus sim, si advéniat Phórmio.

set, dum uxorem ducat Antipho: et causa ex argento, id est, avaritia, quo minus videatur pati nurum pauperem, qui ob spem lucri ab Attica in Ciliciam navigarit. *Hinc salutatum.*] Ab hoc loco. *Salutatum.*] Adoratum prima post reditum prece. — 82. *Devortar.*] Bene *devortar*, quasi de via. *Atque aliquot mihi amicos advocabo.*] Iam praeparat ridiculam advocationem: quia plures adhibendo Iurisconsultos incertior reddetur. — 83. *Amicos advocabo.*] *Amicos* et pro testibus et pro advocatis veteres posuerunt. *Adsient.*] Proprie *adsient*. *Adesse* enim dicuntur advocati. — 84. *Ut ne imparatus.*] Pro *non*.

---

les, ut me bene iuvetis. [*Deos salutare* i. e. venerari. Plaut. Bacchid. II. 3. 113. *Deos atque amicos iit salutatum ad forum.* Cic. pro Rosc. Amer. c. 20. *cum Deos salutatum aliqui venerint.* Vid. Brisson. de Formul. I. p. 30.]

83. *Amicos advocabo.*] Ita primum *Advocati* dicti. Eun. IV. 6. 26.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

PHORMIO. GETA.

Ph. 'Itane patris áis conspectum véritum hinc abisse? *Ge.* 'Admodum.
Ph. Phánium relíctam solam? *Ge.* 'Síc. *Ph.* Et iratúm senem?
Ge. 'Oppido. *Ph.* Ad te súmma solum, Phórmio, rerúm redit.

Itane patris ais conspectum veritum hinc abisse?] *In hac scena de parasitis vilioribus Terentius proponit imaginem vitae: ut in Eunucho de potioribus, et his qui nuper processerint, id est, de assentatoribus. Animadvertendum autem, huiusmodi genus hominum magis a Terentio lacerari. Itane patris ais conspectum veritum hinc abisse?*] *Adhuc narratur fabula de Terentio et Ambivio ebrio: qui acturus hanc fabulam, oscitans temulenter, atque aurem minimo inscalpens digitulo, hos Terentio pronuntiavit versus, quibus auditis exclamaverit poëta, se talem quum scriberet, cogitasse parasitum: et ex indignatione, quod eum saturum potumque deprehenderat, delinitus statim sit.* — 1. *Itane patris ais.*] Haec et labia lingens, ut ebrius, et ructans, utpote satur, pronuntiavit actor bonus. *Admodum.*] *Admodum* annuendi vim habet duntaxat modo: et subauditur *veritum.* — 2. *Phanium relictam solam?*] Subauditur, *ais. Iratum senem?*] Iterum *ais* subauditur. — 3. *Oppido.*] Non *aio*, sed *iratum* intellige. *Ad te summa solum, Phormio, rerum redit.*] Ideo velut expergefactus ad has causas accedit Phormio, quia non diu sollicitum convenit esse parasi-

---

1. *Admodum.*] Simplex affirmatio est. Ita Plautus passim.
3. *Oppido.*] Hanc vocem vide explicitam Hec. II. 1. 41. — *Ad te summa rerum redit.*] Locutio translata ab iis, quibus aut reip. cura, aut bellum est administrandum. Caesar B. C. III. 5. *Ad hunc summa imperii respiciebat.* Drakenb. ad Liv. VIII. 26. 6.

Túte hoc intristí: tibi omne est éxedendum. accíngere.
Ge. 'Obsecro te. *Ph.* Sí rogabit? *Ge.* 'In te spes est. *Ph.* 'Eccere.
Quíd si reddet? *Ge.* Tu ímpulisti. *Ph.* Sic opinor. *Ge.* Súbveni.
Ph. Cédo senem! iam instrúcta sunt mihi in córde consilia ómnia.

V. 7. Bentl. ex codd. suis plerisque: *iam instructa mihi sunt corde cons. omn.* ut *mihi* acuatur.

---

tum: nec quidquam aliud, nisi de convivio, vel propter convivium cogitare, adeo, nisi a Geta cogatur, modo etiam negotiorum Antiphonis negligens est, atque securus. — 4. *Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum.*] Παροιμία apta parasito, quae de cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato moretario dici solet. Et bene *intristi:* proprie enim *intrita* dicitur huiusmodi cibus. *Accingere.*] Appara te, atque expedi. — 5. *Eccere, quid si reddet?*] Totum hoc quasi alia agens loquitur parasitus: ut ex hoc appareat, quid intersit inter audaciam sycophantae improbi, et patrisfamilias perturbationem minime litigiosi; nam ille in bona causa advocatos quaerit, et ipse sollicitus in toto actu est: hic in puncto temporis se ad calumniam praeparavit. — 6. *Quid si reddet?*] Bene iam ad illud respicit fabula, quod futurum est, propter Phaedriam. *Quid si reddet?*] Hoc est, *Quid si respondebit?* An, *Quid si mulierem reddet? Sic opinor.*] Non ad *tu impulisti* hoc pertinet: sed ad id, quod secum tacitus volvit Phormio. — 7. *Cedo senem!*] Hic alii exclusisse torporem somni inducunt parasitum. Alii transglutisse quod in ore man-

---

4. *Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum.*] Explicat Donatus. Sensus autem est: *Incipiundi auctor exstitisti, nunc idem explices oportet.* Vide Comment. maiorem, et intpp. ad Phaedr. I. 26. 7. — *Accingere.*] Vide ad Eun. V. 9. 30.

5. *Obsecro te.*] Binos hosce versus explicitos vide in Commentario maiore. — *In te spes est.*] Ita Eun. II. 2. 9. V. 9. 23. et supra I. 2. 89. — *Eccere.*] Charisius vocat adverbium monstrandi, Festus iurandi. Plautus passim pro *ecce* usurpat. [*Eccere* vel pro *ecce* dicitur vel est ius iurandum, quasi dicas per Cererem, ut *ecastor, edepol.* Vid. Festus in h. v.]

7. *Iam instructa sunt mihi in corde consilia omnia.*] Expressus hic locus e Plauti Pseudolo, II. 3. 10. *Iam insti-*

Ge. Quid ages? *Ph.* Quid vis, nisi uti maneat Phánium, atque ex crímine hoc
'Antiphonem erípiam, atque in me omnem íram derivém senis?
Ge. 'O vir fortis átque amicus! vérum hoc saepe, Phórmio,

debat: quasi hoc morae fuerit ad vincendum senem. *Cedo senem!*] Non parvi molimінis certamen impendet, quum senex dixerit, *Hominem commonstrarier Mihi istum volo:* parasitus dicat, *cedo senem.* — 8. *Quid ages?*] Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est. *Quid vis, nisi ut maneat Phanium.*] Tria promittit, in quibus omnis causa Antiphonis est constituta. *Atque ex crimine hoc.*] Sic dixit, *ex crimine eripiam*, quasi ex incendio. Considera, trium rerum, quas promittit, gradus per αὔξησιν esse servatos. *Phanium.*] Uxorem scilicet Antiphonis. — 9. *Antiphonem eripiam.*] Bene *eripiam* dixit: quo vim significat doli, pro eo qui iam teneatur oppressus. *Virgilius, tune hinc spoliis indute meorum Eripiare mihi? In me omnem iram derivem senis?*] *Derivatio* dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet. — 10. *O vir fortis, atque amicus!*] Ordine laudavit; plus est enim *amicus*, quam *vir fortis*. Et apparet, adversum Getam exclamasse: quod maiorem vim habet, quam si *amice* dixisset. *O vir fortis, atque amicus!*] Nominativum pro vocativo posuit. *Verum hoc saepe, Phormio.*] Bene *saepe* addidit, ut sententiam faceret de speciali dicto. *Verum hoc saepe, Phormio, vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat.*] Et consuetudine Romana dixit; quia saepe in nervum coniiciebantur, ex aliquo maleficio in carcerem missi. An numquid proverbium a sagittariis natum est: quod immoderatae plerumque vires adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? An ex eo, quod saepe fortius ferientes nervum sibi aliquem laedant? Ergo

---

tuta, ornata, cuncta in ordine animo, ut volueram, Certa, deformata habebam. Laudat Cicero, Nat. Deor. III. 29. Est autem metaphora a re militari translata.

8. *Ex crimine hoc Antiphonem eripiam.*] Ita dixit, uti Plautus, Rud. III. 4. 67. *hirundines ex nido vols eripere.* Adde Burm. ad Valer. Flacc. Argon. I. 696.

9. *In me omnem iram derivem.*] H. e. conferam, convertam. Ita Cicero, Att. IV. 3. *Id poterat inficiari; poterat in alios derivare; poterat etiam aliquid iure factum defendere.* Pro Milon. c. 10. *Dicam, non derivandi criminis causa.*

Véreor, ne istaec fórtitudo in nérvom erumpat déni-que. *Ph.* Ah!
Nón ita est: factum ést periclum: iám pedum visá 'st via.
Quót me censes hómines iam devérberasse usque ád necem?

fortitudine nimia saepe vinci, saepe decipi contigit. — 11. *Vereor, ne istaec fortitudo in nervom erumpat denique.*] Quid est *istaec*? nimium audax scilicet. Et convenit hoc dictum Getae; qui et supra dixerat, *Est parasitus quidam Phormio, Homo confidens.* *In nervom erumpat denique.*] *Denique*, modo τελευταῖον, Terentiana consuetudine, qui hanc particulam in ultima ponit sententia. — 12. *Iam pedum visa 'st via.*] *Pedum* pro *pedibus*. Et *visa* ἀντὶ τοῦ *provisa*. Et totum μεταφορικῶς. — 13. *Quot me censes homines iam deverberasse usque ad necem?*] Parasitice totum translationibus loquitur; huiusmodi est enim vis um-

---

11. *In nervom erumpat.*] Ita Eun. IV. 4. 14. Adelph. III. 4. 63. 64. et infra IV. 4. 16. Adde Donatum. Cato apud Gell. XI. 18. *Fures privatorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt; fures publici in auro atque in purpura.* Plautus, Rud. III. 6. 34. *melius est te in nervom correpere.* [*Ne istaec fortitudo in nervum erumpat* h. e. ne propter istam fortitudinem in vincula coniiciaris. Infra IV. 4. 15. *nostra causa in nervum ibit.* *Nervus* est lignei vinculi genus, in quod pedes reorum immittebantur et nervis animalium vinciebantur. Vid. Festus in h. v. et Salmas. de Modo Usur. p. 812.]

12. *Factum est periculum.*] Intelligit πεῖραν. Ita And. III. 3. 33. Eun. III. 2. 23. Hec. V. 1. 40. Infra V. 7. 40. — *Iam pedum visa 'st via.*] H. e. perspecta iam est ratio expediendi illud. Metaphora translata a viatoribus, qui *viam* videntes norunt, qua eundum sit. Id igitur velle videtur Phormio, se plus vice simplice idem fecisse, et hanc quasi *viam* institisse. Est igitur *via* h. l. ratio, agendi modus. Ita Eun. II. 2. 16. et passim alibi.

13. *Deverberavisse usque ad necem.*] H. e. per fraudem et calumniam bonis evertisse et spoliasse. Quod Plautus ita extulit, Capt. III. V. 12. *Qui me meamque rem, quod in te uno fuit, Tuis scelestis falsidicis fallaciis Dilaceravisti, deartuavistique opes. Confecisti omnes res ac rationes meas.* [Sic *verberare* pro argento emungere apud Plaut. Pseud. I. 5. 60. *alio tu modo me verberare atque ego te soleo, cogitas.* Simili ratione *iugulare*, *interimere*, *conficere*, *lacerare* etc. non mortem, sed grave aliquod damnum significant, quas locutiones exquisita eruditione illustrat Dukerus de Latinit. Vet. ICtorum p. 431.]

Hóspites, tum cíves? quo magis nóvi, tanto saépius.
Cédo dum, en umquam iniúriarum audísti mihi scriptám dicam?
Ge. Quí istuc? *Ph.* Quia non réte accipitri ténditur, neque mílŭo,
Quí male faciunt nóbis: illis, quí nil faciunt, ténditur.

braticorum hominum, scurrilis oratio. — 14. *Hospites, tum cives.*] 'Ανακόλουθον secundum: deest enim supra, *cum*. Et bene posterius potuit id quod maius est. — 15. *Cedo dum, en umquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?*] Plus est, hoc per interrogationem intulisse, quam si diceret, *Numquam mihi scripta est iniuriarum dica. Iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?*] 'Ακυρολογία; sic enim et *Tullius*, *Scribitur Heraclio dica. Dica.*] *Dice* causa est Graece, quae fit Latine *dica:* ut *Acte Acta, Calliope Calliopa.* — 16. *Quid istuc?*] Interrogare dicitur et fingitur Geta, ut parasitica progrediatur oratio. *Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.*] Rursus per ἀλληγορίαν loquitur parasitus: ut totum triviale sit, a conviviis escisque translatum. *Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.*] Legitur et *tennitur;* habet enim *N* litera cum *D* communionem. — 17. *Qui malefaciunt nobis.*] Ore et unguibus scilicet. *Illis, qui nihil faciunt, tenditur.*] Non sic accipe, *nihil faciunt,* quasi dicat, *nec bene nec male:* sed quum legeris *nihil faciunt,*

---

14. *Quo magis novi, tanto saepius.*] Vel per ὑστερολογίαν dictum, pro, *quo saepius, tanto magis novi;* vel sensus est, *Quo magis viam hanc novi, tanto saepius deverbero.*

15. *En umquam.*] H. e. umquamne. Infra II. 3. 1. Plautus passim. Virgilius, Ecl. I. 68. En umquam *patrios longo post tempore fines.* [Formula frequens et elegans eorum, qui per interrogationem vel optant vehementer vel indignantur. Plaut. Trin. II. 4. 189. *O pater! en unquam aspiciam te.* Liv. IV. 3. *En unquam creditis fando auditum esse.* Sil. Italic. XVI. 91. *en unquam lucebit in orbe Ille dies.* Vid. Interpretes ad Liv. XXIV. 14. 3. XXX. 21. 8.] — *Mihi scriptam dicam.*] Ita supra I. 2. 77.

16. *Non rete accipitri tenditur, neque miluo.*] Ita Horatius, Epod. II. 33. *Aut amite levi rara* tendit retia, Turdis edacibus *dolos.* Martialis, II. 40. 3. *Subdola* tenduntur *crassis modo* retia turdis. Tibullus, IV. 3. 20. *Caste puer, casta* retia tende *manu.* Ubi vide, quae notavit Broukhusius. Eodem porro sensu dixit Iuvenalis, II. 63. *Dat veniam corvis, vexat censura columbas.*

Quía enim in íllis frúctus est: in íllis opera lúditur.
Alíis aliunde ést periclum, unde áliquid abradí potest:
Míhi sciunt nil ésse. dices, dúcent damnatúm domum.

V. 18. Bentl. *in istis opera l.*, de coniectura.

---

subaudito, *nobis male.* — 18. *Quia enim in illis fructus est.*] Παρέλκον tertium: quo aut *quia* (et sic *enim* subiungatur) aut ipsum *enim* supervacuum est. *In illis fructus est.*] Quia nihil faciunt nobis male. *Quia enim in illis fructus est.*] *Fructus*, cibus: quia *frumen* dicitur tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur. *In illis opera luditur.*] Qui male faciunt nobis. *Luditur.*] Exercetur. An *illuditur*, id est, frustratur? — 19. *Aliis aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest.*] Utrum hic sensus est, quasi dixerit, *Aliud aliis periculum affertur, a quibus aliquid auferri potest?* An *alii aliunde periclitantur, quam creduntur?* est enim illis causa periculi, non quae videtur, sed quia ab his aliquid auferri potest. *Unde aliquid abradi.*] *Abradi*, per vim auferri. — 20. *Mihi sciunt nihil esse.*] *Rei* scilicet. *Ducent damnatum domum.*] Secundum ius scilicet, quo obaerati, quum solvendo non essent, ipsi manu capiebantur. *Ducent damnatum domum.*] Miris usus est verbis ad extenuandam poenam, et rem ad commodum transferendam: nam quod obaeratis inimicum est, id parasitus maxime optat, duci ab aliquo domum. Addidit autem *damnatum*, quasi qui irrideat genus damnationis, in qua victor

---

18. *Opera luditur.*] H. e. perditur. Plautus, Cas. II. 7. 1. *Si nunc me suspendam, meam* operam luserim.

19. *Unde aliquid abradi potest.*] H. e. a quibus aliquid pecuniae auferri potest. Metaphora a ligno et dolabra translata. Cicero pro A. Caec. 7. *Posteaquam videt, nihil se ab A. Caecina posse litium terrore* abradere. Plinius, Paneg. 37. *Destringi aliquid atque* abradi *bonis.* Similis sententia Phaedri, IV. 5. 12. *Periclitatur magnitudo principum: Minuta plebes facili praesidio latet.*

20. *Ducent damnatum domum.*] Respexit hunc morem Peniculus, itidem parasitus, apud Plautum, Menaechm. I. 1. 20. *Nam ego ad Menaechmum nunc eo, quo iam diu Sum* iudicatus. *ultro eo, ut me vinciat.* Et Damaenetus ab uxore in adulterio deprehensus, Asin. V. 2. 87. *Male cubandum est:* iudicatum *me uxor* adducit domum. Adde Comment. maiorem.

'Alere nólunt hóminem edacem. Et sápiunt, mea senténtia,
Pró maleficio sí beneficium súmmum nolunt réddere.
Ge. Nón pote[st] satis pro mérito ab illo tíbi referri grátia.
Ph. 'Immo enim nemo sátis pro merito grátiam regí refert.

V. 23. *pote* pro *potest* restituit Bentl.
V. 24. „*Immo* primam saepe corripit, praesertim in primo pede." *Bentl.*

---

pascere compellitur, et pascitur victus. — 21. *Alere nolunt hominem edacem.*] Sensus est, *Sciunt edacem, et ideo nolunt alere.* Et hoc sic pronuntiandum, ut facete totum videatur illatum, quando obaeratus sit sub huiusmodi poena: nec accusari ab aliquo se queritur, neque damnari. *Hominem edacem.*] Se significat. *Sapiunt.*] Sibi consulunt. — 22. *Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.*] Parasitice *beneficium summum* dixit *alere. Pro maleficio.*] Pro iniuria. *Reddere.*] Retribuere, reponere. — 23. *Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.*] Multum promittit Geta parasito, quum dicat, nihil futurum, quod pro merito possit accipere. *Non potest satis pro merito ab illo.*] Huiusmodi sententias inferunt poëtae parenthesi, cum his quae volunt inferre. *Ab illo tibi referri gratia.*] Non ab eo, qui te *damnatum duxerit:* sed Antiphone, de quo sermo est. — 24. *Immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.*] Bene parasitus, quidquid praestat, debere se dicit. Et est proprium personae inferioris. *Virgilius, Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra, Iovemque Concilias: tu das epulis accumbere Divûm. Gratiam.*] Vicem. *Nemo satis pro merito gratiam regi refert.*] *Rex* alias regnator, alios dominus, alias dives significat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum parasitum; ut enim parasitus regis est, et pa-

---

21. *Alere nolunt hominem edacem.*] Sanxerant decemviri, ut nexi, ni suo viverent, alerentur a creditoribus. Proprie autem *edacem* dixit. Ita Eun. Prol. 38. Heaut. Prol. 38.

23. *Pro merito referri gratia.*] Ita Plautus, Mil. III. 1. 75. *Huius pro meritis ut referri pariter possit gratia.*

24. *Regi.*] Explicat Donatus. Vide supra I. 2. 20. Etiam convivii magister, vocans invitansque alios, *Rex* dictus.

Ten' asymbolum venire! unctum atque lautum e bálneis,
Otiosum ab ánimo: quum ille et cúra et sumtu absúmitur,
Dúm tibi sit, quod pláceat: ille ríngitur, tu rídeas:

V. 27. Bentl. *Dum sit, tibi quod pl.* ex codd.

---

tronus liberti, quod si non esset, non *nemo* tantummodo, sed *nemo parasitus* diceret. — 25. *Ten' asymbolum venire! unctum, atque lautum e balneis.*] Haec non ab Apollodoro, sed e sexto satyrarum Ennii translata sunt omnia. *Quippe sine cura laetus, lautus, quom advenis, Infertis malis, et expedito brachio, Alacer, celsus, lupino exspectans impetu, Mox dum alterius abligurias bona: quid Censes dominis esse animi? pro divôm fidem! Ille tristis cibum dum servat, tu ridens voras. Ten' asymbolum venire!*] Et hoc nomen constat inter parasitos confictum atque compositum esse. Contra illud in Andria, *Symbolam dedit, coenavit.* — 26. *Otiosum ab animo.*] Πλεονασμός. Nam addidit *ab*, quum sufficeret *animo*. *Quum ille et cura, et sumtu absumitur.*] *Cura* in apparando, *sumtu* in coëmendo. — 27. *Dum tibi sit quod placeat.*]

---

25. *Asymbolum venire.*] Huic contrarium est And. I. 1. 61. *Symbolam dedit.* Id Graeci dixerunt, ἀσυμβόλως δειπνεῖν. Eodem porro sensu dixit Horatius, Carm. IV. 12. 22. *non ego te meis* Immunem *meditor tingere poculis.* Lusit eleganter Gellius, VI. 13. *Quum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur,* immunes et asymboli veniremus, *coniectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, sed argutias quaestionum.* Parasiti autem Athenis speciatim Ἀσύμβολοι dicti, quia pro iis solverent Reges. — *Unctum atque lautum e balneis.*] Tangit morem et luxum veterum, quibus unctiones et lotiones erant quotidianae, non sine maximis sumtibus. Plautus, Trin. II. 4. 5. *Comesum, expotum,* exunctum, elotum in balneis. Persa, I. 3. 10. Lautum, *credo,* a balneis *Iam hic adfuturum.* Rud. II. 7. 22. Eluas *tu, an exungare, ciccum non interduim,* h. e. lavando, an ungendo bona dilapides.

26. *Otiosum ab animo.*] Eadem constructione dixit Plautus, Truc. IV. 3. 59. *Ab ingenio est improbus.* Paulo aliter And. V. 2. 1. *Animo otioso.* [*Otiosum ab animo* i. e. vacuum curis et sollicitudine, Sallust. Iug. c. 52. *animo vacuum accepit.* ubi vid. Cortius. Praepositio *ab* plerumque omittitur.] — *Cura et sumtu absumitur.*] H. e. conficitur. Magis proprie Horatius, Epist. I. 15. 26. *Maenius, ut rebus maternis atque paternis Fortiter* absumtis *urbanus coepit haberi.*

27. *Dum tibi sit.*] Plautus, Mostell. I. 1. 48. *Quasi invidere*

Prior bibas, priór decumbas: coéna dubia appónitur?

V. 28. Bentl. corr. *Prior bibas tu, prior decumbas.*

Acuenda vox in eo, quod ait *tibi.* Et hoc eminenter adiectum est, non sui curam, sed convivarum gerere illum qui vocat. *Ille ringitur, tu rideas.*] Poëtico lepore et iisdem syllabis diversa significantia prope invicem posuit, *ringitur* et *rideas. Ille ringitur, tu rideas.*] Varie: nam pronuntiativo coniunctivum miscuit. Non enim dixit *ringatur. Ringi* est stomachari tacitum; est enim translatio a canibus latraturis. — 28. *Prior bibas, prior decumbas.*] Hoc ad procacitatem parasitorum retulit. *Prior decumbas.*] Cicero alibi, *Mature veniunt: discumbitur,* inquit. *Coena dubia apponitur?*] Et hoc adeo parasiticum verbum est, ut id non

---

mihi hoc videre, Grumio, Quia mihi bene est, et tibi male est. [Guilielmius Quaest. Plaut. c. 4. p. 81. e mss. eleganter legit *dum tibi fit.* Nam *fieri* proprium verbum est in conviviis, cum deliciae instruuntur. Petron. c. 26. p. 92. *nescitis hodie apud quem fiat?* ubi vid. Interpretes.] —. *Ringitur.*] Locutio translata a canibus invidia ringentibus. L. Pomponius, Pistore: *Fit desubito hilarus, tristis: saltat,* ridens ringitur. Cicero, Att. IV. 5. *Si et ille libenter accipiet, et hi* subringentur. Plura Lamb. ad Horat. Epist. II. 2. 128.

28. *Prior decumbas.*] H. e. accumbas. Plautus, Asin. V. 1. 1. *Agedum,* decumbamus *sis, pater.* — *Coena dubia apponitur.*] Imitatur Horatius, Serm. II. 2. 76. *vides, ut pallidus omnis* Coena *desurgat* dubia. Et Ausonius, Mosella, 102. dubiae *facturus fercula* coenae. Galli vocant, *un ambigu.* Dixit autem *apponitur* proprio tricliniis verbo. Plautus, Mil. III. 1. 163. appositum *est ampliter.* Trin. II. 4. 69. Apposita *sit coena, popularem quam vocant.* Idem Menaechm. II. 2. 2. dixit: *Bonum* anteponam *prandium pransoribus.* Quod Belgae *voorzetten* vocant. [*Decumbere* proprium verbum de conviviis. Sueton. Claud. c. 33. *ictus nidore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur, ascendit ad sacerdotes unaque decubuit.* ubi vid. Oudendorp. Frequentius est *discumbere.* — *Coena dubia* quae sit, ipse explicat Terentius, nempe lautissima, in qua dubites, quid appositarum deliciarum potissimum sumas. Horat. Serm. II. 2. 76. *Vides, ut pallidus omnis Coena desurgat dubia.* Sic *dubia cuspis* a Silio Ital. IV. 188. dicitur, quam quis manu tenet, dubitans, quem primum impetat. Vid. Drakenborch. ad h. l.]

Ge. Quíd istuc verbi est? *Ph.* 'Ubi tu dubites, quíd sumas potíssimum.
Haéc, cum rationem íneas, quam sint suávia, et quam cára sint:
'Ea qui praebet, nón tu hunc habeas pláne praesentém Dèum?
Ge. Sének adest: vide, quíd agas. prima céitio 'st acérrima.

intelligat Geta. — 29. *Quid istuc verbi est?*] Ut intelligat populus, idcirco non intelligit, et vult doceri Geta. Ostendit autem poëta, pro unaquaque re verba propria esse, neque communia cum iis, qui diversi sunt actus. *Ubi tu dubites, quid sumas potissimum.*] Non, *potius*, sed *potissimum* dixit, ut in re omni aliis alia monstraret potiora. *Plautus, Standum est in lecto, si quid de summo petas.* — 30. *Haec cum rationem ineas.*] Intelligas, aestimes. *Quam sint suavia, et quam cara sint.*] Nonnihil philosophatus est poëta, ostendendo multis suavia esse quae cara sint. *Cara.*] Magni pretii. — 31. *Ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem Deum?*] Hoc est quod ait, *immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.* *Non tu hunc habeas plane praesentem Deum?*] *Praesentes Dii* sunt, vel qui statim praestant, vel qui coluntur et videntur, ut Sol et Luna. Alii *praesentem* pro potentissimo accipiunt, ut *Virgilius, quo non praesentius ullum.* — 32. *Senex adest: vide;*

---

29. *Quid sumas.*] Proprie de cibo et potu. Phaedrus, IV. 2. 4. *Nondum matura est, nolo acerbam sumere.*

30. *Rationem ineas.*] Vide Heaut. IV. 2. 7. Cicero, Fam. IV. 6. *Quod cum ita sit, magnae est tamen deliberationis, quae ratio sit* ineunda *nobis.*

31. *Praesentem deum.*] Explicat Donatus. Cicero, Catil. II. 9. Deos praesentes *auxilium esse laturos.* Virgilius, Ecl. I. 42. *Nec tam* praesentes *alibi cognoscere* divos. Horatius, Carm. III. 5. 2. Praesens divus *habebitur Augustus.* Plinius, Hist. Nat. II. 7. Deus *est mortali iuvare mortalem.* [*Praesentes* Dii perpetuo epitheto dicuntur, quod promti sint ad opem ferendam, faventes, propitii. Virgil. Ecl. I. 42. *nec tam praesentes alibi cognoscere Divos.* Ovid. Trist. V. 2. 45. *Alloquor en absens praesentia numina supplex.* ubi vid. Heinsius. Hinc etiam manarunt locutiones *praesens animus*, *praesens venenum*, *praesens auxilium*, *praesens pestis.* Vid. Lambin. ad Horat. Carm. I. 35. 2.]

32. *Vidi quid agas.*] Ita Eun. II. 1. 18. — *Prima coi-*

Si eam sustinueris, postilla iam, ut lubet, ludas licet.

quid agas.] Intervenit senex ultimo. Et quidem, quod extra argumentum per inventionem dici potuit, consumtum est. *Vide, quid agas.*] Non terrentis est, sed excitantis. *Prima coitio 'st acerrima.*] Translatio est a praelio; nam et congredi milites, et *coire* dicuntur. — 33. *Si eam sustinueris.*] Multum de illo exigit, quando non dicit, *si eum repuleris: sed potius, si eam sustinueris. Postilla iam, ut lubet, ludas licet.*] In officio militari omne negotium vel pugna vel ludus.

---

tio 'st acerrima.] Florus IV. 2. *Sicut* primus impetus *eis maior, quam virorum est, ita sequens minor, quam feminarum.*

33. *Postilla.*] Ita And. V. 4. 33. Eun. I. 2. 47. Heaut. III. 1. 38. [*Ludere* est ad armorum peritiam exerceri, non vere pugnare. Ovid. Trist. III. 12. 19. *levibus nunc luditur armis.* Vid. Broukhusius ad Tibull. I. 4. 45.]

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

(Hegio. Cratinus. Crito. advocati, in hac scena muti.)

De. En úmquam cuiquam cóntumeliósius

En umquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam.] *In hac scena, ut Rhetoribus placet, veluti quaedam controversia est, quae uno tempore ex utraque parte tractatur. Ut si quis dicat, legem esse, ne de eadem re bis agatur: et item ut orbam proximus ducat: quidam absente patre sub hoc nomine uxorem coactus est ducere: vult illam pater adveniens eiicere matrimonio: contradicitur. Meminisse autem debemus, in omni contentione ea maxime dici, quae simplici patrifamilias et calumnioso sycophantae, improbissimoque parasito congruere, poëtae visa sunt.* — 1. *En unquam*

---

1. *En umquam.*] Vide supra II. 2. 15.

Audístis factam iniúriam, quam haec ést mihi?
Adéste, quaeso. *Ge.* Irátus est. *Ph.* Quin tu hóc
age. [st!]
Iam ego húnc agitabo. Pró Deum immortálium!
Negat Phánium esse hanc síbi cognatam Démipho?

V. 3. libri *ages.* Faërn. e Donato *age. st*, probante Westerhovio. Sprevit hoc Bentleius, qui ad Andr. IV. 1. 59. docuit, *St* per se efficere syllabam, neque posse cum *Age* in iambum coalescere. Recte.

---

cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam.] Iam instructi sunt advocati: et recte: longum enim fuerat omnia haec post scenam geri. *En umquam.*] *En* vim habet indignationis post enarratam iniuriam. — 2. *Quam haec est mihi?*] *Facta iniuria*, subauditur. — 3. *Adeste, quaeso.*] Interim advocati Demiphonem sequi inducuntur. Et ridicule tacent prius, postea locuturi. Et *adeste* proprie. *Adesse* enim causae proprie dicuntur patroni et amici. *Adeste, quaeso.*] Proprie advocatis *adesse* dixit. Et quia ipse properantius pergit, rogat ut assequerentur. *Iratus est.*] Hoc ad excitandum Phormionem dicitur. *Quin tu hoc age. st.*] Annuit ut taceat. *St* significat silentium. — 4. *Iam ego hunc agitabo.*] Modo *iam* celeritatis est signum. *Hunc* cum contemtu dixit. *Agitabo*, perturbabo. *Pró Deûm immortalium!*] Ἔλλειψις; deest *fidem*, aut quid tale. *Cicero* in Oeconomico, *Quid igitur, pró Deûm immortalium! primum eam docebas quaeso? Pró Deûm immortalium!*] Artificiose prior exclamat, ut Demipho, qui iniuriam passus est, ultro impetum accusationis incurrat. — 5. *Negat Phanium esse hanc sibi cognatam?*] Additum pronomen est, quasi notam omnibus diceret. *Phanium esse hanc sibi cognatam?*] Magno ingenio *Terentius* impudentiam calumniatoris expressit; nam et prior incipit, et prior accusat. Et quia non potest

---

3. *Adeste.*] Ita tres advocatos adloquitur; quos consulit infra, scena IV. *Quin tu hoc age.*] Vide ad And. I. 2. 15. et Eun. I. 2. 50. Ita infra 88.

4. *Agitabo.*] Exercebo, vexabo, perterrefaciam. Cicero, pro Rosc. Amer. 24. *Suum quemque scelus* agitat. [Flor. I. 8. *agitatus iniuriis populus.* ubi vid. Duker. Translatio est a feris, quae a venatoribus excitantur cubilibus suis et agitantur.]

5. *Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?*] Pacuvius, Atalanta. *Consanguineam esse abdicant.*

Hanc Démipho negat ésse cognatám? *Ge.* Negat.
Ph. Neque eíus patrem se scíre, qui fuerít? *Ge.* Negat.
De. Ipsum ésse opinor, dé quo agebam. séquimini.
Ph. Nec Stílphonem ipsum scíre, qui fuerít? *Ge.* Negat.
Ph. Quia egéns relicta est mísera, ignoratúr parens:

V. 9. Bentl. tanquam supposititium extrusit. Non enim convenire parasito, ut mox v. 40. tam cito memor sit nominis, quod hic, id est, modo iam nunc antea, memoravisset.

---

dicere, *expellit Phanium Demipho? Negat cognatam*, inquit. *Cognatam Demipho?*] Haec est flagitatio, quae etiam nomen tumultuose persequitur atque exagitat. Ideo callidus sycophanta patrisfamilias proprium nomen non solum invidiose infert, sed etiam repetit. — 6. *Negat.*] Una opera Geta in duplici versatur dolo; nam et audiente iam sene se eius defensorem tamquam absentis assimulat: et irritat ad vociferationem Phormionem, qui clamandi ulterius causam non haberet, si taceret Geta. — 7. *Neque eius patrem se scire, qui fuerit?*] Ambiguitas: quae tamen sensu discernitur. — 8. *Sequimini.*] Apparet, Demiphonem, ut patremfamilias, perturbari non mediocriter, quippe qui et advocatos conquisiverit adversus hominem sine advocatis agentem, et progredi non audeat, nisi illi sequantur. *Sequimini.*] *Sequimini* dicit, qui properantius et concitatiore gradu pergit iratus. — 9. *Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit?*] Haec asseveratio mentientis est, imitata veritatem. *Nec Stilphonem ipsum scire.*] Quam multa calumniatores clamandi causa dicunt, et vociferandi: ut ipso strepitu terreant. *Nec Stilphonem ipsum.*] Tantundem quod supra, *neque eius patrem.* Scire debemus, hoc nomen non fictum a parasito, sed auditum a puella, quae uxor ducta sit, dici. *Negat.*] Σύλληψις prima; nam extrinsecus audiendum est, *pater.* — 10. *Quia egens relicta est misera.*] Communis locus in avaritiae generalitate approbatior; facilius enim hoc de omnibus, quam de Demiphone credatur: et ideo *ignoratur* dixit, et *negligitur:* non, *ignorat,*

---

10. *Quia egens relicta est misera, ignoratur pater.*] Ita Plautus, Stich. IV. 1. 16. *Ut cuique homini res parata est, firmi amici sunt: si res lassa labat, Itidem amici collabascunt. Res amicos invenit.* [*Ignoratur parens* i. e. contemnitur quasi ignotus. *Ignorare aliquem* significat aliquem agnoscere nolle, quasi alienum et igno-

Negligitur ipsa: vide, avaritia quid facit!
Ge. Si herum insimulabis avaritiae, male audies.
De. O audaciam! etiamne ultro accusatum advenit?

V. 12. Bentl. *malitiae* pro *avaritiae*, ex plurimis codicibus.
V. 13. ante Bentl. erat *etiam me*, quod correctum ex cod. Reg. Ita verbum sine casu obiecti positum. Adelph. IV. 3. 5. Eun. V. 2. 21.

---

nec, *Negligis Demipho.* *Ignoratur.*] Non agnoscitur, ignorarique fingitur, hoc enim significat modo. *Parens.*] Pater; nam ut variaret, *parentem* dixit, quem supra dixerat *patrem*. Patrem ergo dicit puellae a Demiphone ignorari. — 11. *Negligitur ipsa.*] Quia fieri potest, ut qui ignoret parentes puellae, id est, ignorare se dicat, tamen ipsam non negligat puellam, utrumque conquestus est. *Vide; avaritia quid facit!*] Haec conversus ad circulum et coronam circumstantium dicit, et conqueritur. Nulla enim re magis populus concitatur, quam si quis egenum contemnat; inde et *Sallustius*, *Bonis invident, et malos extollunt.* *Vide; avaritia.*] Proprie *vide* stomachantibus convenit, qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui. Sic in Adelphis, *Illud sis vide, exemplum disciplinae!* Sunt qui putent illum alicui de corona circumstantium dicere moraliter. — 12. *Si herum insimulabis avaritiae.*] *Insimulare* est crimen ingerere. *Si herum insimulabis.*] *Insimulatio* est et falsi et veri criminis incusatio; sic *Cicero*, *Nihil eorum quae Galli insimulabant, negarunt.* *Insimulo* genitivo iungitur. *Male audies.*] Scilicet a me. — 13. *O audaciam!*] Haec exclamatio ostendit, quod absente patre defenderit filius. *O audaciam! etiam me ultro accusatum advenit?*] Hic iam ostenditur, persuasum esse Demiphoni, vim adhibitam filio suo, uxorem ducere: uno, quum hunc *audacem* appellat: altero, quod dicit *etiam*, quae coniunctio et Antiphonem

---

tum negligere. Plaut. Amphitr. IV. 3. 13. *quem omnes mortales ignorant et ludificant, ut lubet.* Vid. Ian. Guilielm. Quaest. Plaut. c. 6. p. 16.] — *Relicta.*] Proprie de orbis altero vel utroque parente. Heaut. III. 3. 41.

11. *Negligitur.*] H. e. non respicitur, contemnitur. Haec pauperiorum fortuna. Ita mox versu 19. And. I. 1. 44. Adelph. V. 1. 4. — *Vide.*] Vox stomachantis. Ita Adelph. V. 1. 4.

12. *Si herum insimulabis avaritiae.*] Ita Plautus, Mil. II. 4. 12. *Qui* propudii *me maxume innocentem falso* insimulavit.

13. *Ultro accusatum.*] Ita Adelph. IV. 3. 5.

Ph. **Nam iam ádolescenti nihil est, quod succenseam,**
Si illúm minus norat: quippe homo iam grándior,
Paupér, cui opera vita érat, rurí fere

V. 16. Bentl. *cui in opere vita erat*, ex codd. suis.

---

complectitur, et sic accusatum. — 14. *Nam iam adolescenti nihil est, quod succenseam.*] Sic subtiliter ac latenter purgatur a Phormione apud patrem Antipho; nam quum dicit, *nihil est quod succenseam adolescenti:* ostenditur, adhuc succensuisse, et inimico fuisse animo. Quum autem addit, *si illum minus norat*, ostenditur contradixisse sibi, et restitisse iudicio. Et sic dicit, quod si adolescens non agnoscens puellam, veniam non meruerit: pater negata cognata ferri non possit. *Nihil est, quod succenseam.*] *Succensere* dicimus eum, qui quum amare debeat, laesus irascitur. Et vide, ut veteratorie ostendat contradixisse adolescentem. — 15. *Si illum minus norat.*] Non dixit *non norat:* sed, *minus norat:* quasi et ipse nosse debuerit. *Quippe homo.*] Repente transit ad nominativum, quum supra dixerit *illum:* et deest *erat:* quod assumitur ab inferiore. *Iam grandior.*] Hic comparativus non habet significationem, qua magis sive minus a positivo significet. Ut, *Iam senior; sed cruda Deo, viridisque senectus.* *Quippe homo iam grandior.*] Argumentalis narratio dicitur, quae nunc subiecta est ad fidem faciendam, et constituendam personam defensoris. Et *grandior*, non *grandis:* quasi dicat, *qui grandior fuit, quam ut illum adolescens optime nosse posset.* *Iam grandior.*] Proprie *grandis* ad speciem refertur aetatis, ut *grandis puer*, et *grandis virgo: grandis natu*, senex dicitur. — 16. *Cui opera vita erat.*] Hic ostendit, quam pauper fuerit. Et *opera* sexti casus est, et *vita* nominativi. *Cui opera vita erat.*] *Opera* pro victu posuit. Et *opera* hic ablativus casus est. *Ruri fere.*] Id est, ruri opera faciendo quaerebat cibum. Et bene addidit *fere*, non enim semper, sed plerumque. *Ruri fere se continebat.*] Expresse ostendit miseriam hominis, qui in urbe natus interdixerat sibi accessu eius, ob pudorem inopiae; nam hoc significat *continebat:* unde *contenti* dicuntur in malis durantes. Hoc autem veteres faciebant nobiles,

---

16. *Cui opera vita erat.*] Ita Sallustius, Catil. 37. *Manuum mercede inopiam toleraverat.* Idem Iug. 73. *Quorum res fidesque in manibus vitae erat.* Id Graeci dicunt, ᾧ τὸ ἔργον ἦν ὁ βίος. Est autem *vita* h. l. victus. Plautus, Stich. III. 2. 9. *Illa* vitam *repperit hodie sibi.* Id Galli imitantur. *Opera* est casus rectus. Ita Ovidius, Metam. III. 188. *Ars illi sua census erat.* [Cum Westerhovio prorsus consentit Ruhnk.]

Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Coléndum habebat. saepe interea mihi senex
Narrábat, se hunc negligere cognatúm suum:
At quém virum! quem ego víderim in vita ópti-
mum.
Ge. Videás te atque illum ut nárras. *Ph.* I in ma-
lám crucem!

V. 21. Bentl. corr. *Vidisti nullum, ut narras.* Vereor ut quidquam mutandum sit. Phormio quum dixisset *quem viderim*, Geta eius mendacia facete exagitaturus respondet: *Possit quis te atque illum cernere, prouti narras:* h. e. adeo speciose mentiris.

---

quum ad pauperatatem redacti essent. *Ruri fere se continebat.*] *Continere se* dicitur, qui contra voluntatem se continet. — 18. *Colendum habebat.*] *Virgilius, conductaque pater tellure serebat.* *Saepe interea mihi senex narrabat.*] Miserabiliter et invidiose positum *senex:* et maiore fide *narrabat* dixit, non *querebatur.* Et vide congestionem argumentorum. Et ordo est, *saepe narrabat senex hunc suum cognatum se negligere. Saepe interea mihi senex narrabat.*] Habet misericordiam odiosa narratio. — 19. *Se hunc negligere cognatum suum.*] Ἀμφιβολία, sed in sensu dissolvitur. *Cognatum suum.*] Hoc crimen et causa est, quod *cognatum* addidit. — 20. *At quem virum!*] Qualitas iniuriae a dignitate personae. Multi enim tales fiunt, ut cognitione abdicandi sint. *Quem ego viderim in vita optimum.*] Modo in vita ac moribus. Et *in vita*, hoc est, quum viveret, et in eo quod a vivo fit. *Quem ego viderim in vita optimum.*] Modo *in vita*, in actu, in moribus. — 21. *Videas te, atque illum.*] Melius hoc clare dictum a servo accipimus, ut defendisse dominum videretur. *Videas te, atque illum, ut narras.*] Hoc est, parentem te illi existimo, atque illum tibi. An potius servus, scietis

---

20. *At quem virum!*] Formula amplificandi. Ita Eun. III. 5. 42. Cicero, Fam. IX. 20. *Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem.* At quem virum! ubi vide ann. — *Quem ego viderim in vita optimum.*] Sensus est: *Optimum eorum, quos ego in vita mea viderim.* Ita Heaut. V. 3. 4. Errat Donatus.

21. *Videas te atque illum, ut narras.*] Id velle videtur: *Crediderim, tui similem fuisse senem illum tuum, quem tantopere laudas, optimumque vocas;* quando sensus erit, *videas te, atque illum,* subaudi, *vides.* [Vide annotationem criticam. St.] — *In*

Nam ni ita eum existimassem, numquam tam graves
Ob hanc inimicitias caperem in vestram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.
Ge. Pergin' hero absenti male loqui, impurissime?

V. 23. vulg. *nostram.*

---

hanc personam fingi, vel certe etiam mortuum hominem induci, male precatur parasito: ut etiam ipse, aut nusquam sit, ut fictus: aut pereat, ut mortuus? An sic accipiendum? ut servus submissa voce hoc per iocum dixerit: Tantum in vita te videas optimum, quam fuit ille quem narras. An sic intelligendum, ut servus hoc dicat: Si optimum est, victum opera quaerere, et alieno agro esse, ita te videas atque illum vidisti, quem ad hunc modum narras vivere. Et allusit ad illud quod ait, *quem ego viderim in vita optimum. Videas te, atque illum.*] Deest *vidisti*, scit enim illum non vera dicere. *In malam crucem.*] Adverbialiter, ut, *Huc viciniae.* — 22. *Nam ni ita eum existumassem.*] Ut vita optimum indicarem. *Numquam tam graves.*] Hoc non quasi timidus, sed quasi religiosus et fidelis loquitur Phormio. — 23. *Ob hanc.*] Tamquam praesens sit mulier, de qua lis est: sic demonstrativa particula usus est, dicendo *hanc. Ob hanc.*] Id est, pro filia ipsius. *Inimicitias caperem.*] *Capere* dicimus, quum id quod in nobis est, assumimus, unde *capere* pro eligendo ponitur. — 24. *Quam is aspernatur.*] Ordo est: *ob hanc quam hic aspernatur.* Ἀπόδοσις; *quam* enim supra revocavit, ad puellam referens; ut, *Quem regno Hesperio fraudo.* Et Sallustius: *Nam Syllae dominationem audebas.* Et interpositis quibusdam, *Neque est offensus dominationem Syllae. Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.*] *Aspernari* est averti, non solum corpore, sed etiam animo. *Aspernari*, recusare, avertere, non agnoscere. Est autem dictum a *sperno. Illiberaliter.*] Apud veteres *illiberaliter* dicebant *factum*, si quis excessisset omne genus maleficii. Sic in Adelphis, *factum a vobis duriter, Immisericorditerque:* atque etiam, *si est, pater, Dicendum magis aperte, illiberaliter.* Vides more αὐξήσεως *illiberaliter* pro *magno* hic ultimum poni. — 25. *Pergin' hero absenti male loqui.*] Ἀπόστροφος per ...

---

malam crucem!] Ita Plautus, Mostell. III. 2. 163. *Abin' hinc in malam crucem?*

23. *Inimicitias caperem.*] Ita And. IV. 2. 12.

24. *Quam is aspernatur.*] Intellige *puellam*, cuius paternum amicum se fingit Phormio. Vide supra I. 2. 78.

25. *Hero absenti male loqui.*] Ita ante Terentium dixit

Ph. Dignum autem hoc illo est. *Ge.* 'Ain' tamen?
Carcér! *De.* Geta.
Ge. Bonórum extórtor, légum contortór. *De.* Geta.
Ph. Respónde. *Ge.* Quis homo est? ehém! *De.*
Tace. *Ge.* Absentí tibi
Te indígnas, seque dígnas contumélias

V. 26. vulg. *Ain' tandem?* ruente metro. Correxit Bentl.

φέρθειν. *Male loqui*, pro, *male dicere*. Et quaerit *Probus*, quis ante *Terentium* dixerit. *Hero absenti.*] Argute *hero absenti*: ut videatur fidelior, qui defendat absentem: quod praestans argumentum est, id in animo habuisse Getam, etiam peregrinante domino. *Impurissime?*] Improbissimo. — 26. *Dignum autem hoc illo est.*] Non negat *male loqui*: sed hoc esse dignum contendit malo homine. *Ain'.*] 'Απόστροφος nota est, quae separat *E* ab *N*, et intermittit *S* literae sonum: est enim integrum, *aisne? Ain' tandem? carcer!*] Non *carcerarium*, sed *carcerem* asperius appellavit; sic *Lucilius*, *Carcer vix carcere dignus*. Et *vix* pro *non*. — 27. *Bonorum extortor:*] Ingeniose de ipso negotio sunt inventa convicia. *Bonorum extortor, legum contortor.*] Fingit illi crimina de causa, et de negotio. — 28. *Responde.*] Timuit poëta; ne huiusmodi vociferatio Getae, quasi veram discordiam apud populum fingeret: et ideo facit iam, a Phormione ipsum admoneri. *Quis homo est?*] Mire servus finxit, se non vidisse senem: ut ea quae dixerit, in Phormionem sincere dixisse credatur. Et mira dissimulatione addidit *homo*: ut videatur nihil de praesentia domini cogitasse. *Absenti tibi.*] Tunc fidelis opera est, si absens aliquis defendatur; hoc ergo confirmat, velut indicando. Sic in Andria, *O Chreme, per tempus huc advenis. Ausculta.* — 29. *Seque dignas contumelias.*]

Plautus, Capt. III. 4. 31. *at etiam, furcifer*, male mihi loqui *audes*? Et alibi passim.

26. *Ain' tandem?*] Vide ad And. V. 3. 4. [*Carcer* dicit pro carcerario vel carcere digno. Lucilius apud Donatum ad h. l. *carcer, vix carcere dignus*. Ad eandem formam a comicis dicuntur *crux, patibulum*. Vid. Cl. Hemsterhusius ad Thom. Magistr. p. 140.]

27. *Bonorum extortor, legum contortor.*] Cicero, in L. Pison. 27. *Age, Senatus odit te; quod eum tu facere iure concedis, afflictorem et perditorem, non modo dignitatis et auctoritatis, sed omnino ordinis, ac nominis sui.*

29. *Te indignas, seque dignas contumelias.*] Vide ad Eun. V. 2. 27. Valerius Maximus, IX. 2. 1. ext. *Tormenti genus*

Numquám cessavit dícere hodie. *De.* Ohe! désine.
Adoléscens, primum abs te hóc bona venia éxpeto,
Si tibi placere pótis est, mi ut respóndeas:
Quem amícum tuum ais fuísse istum? explána mihi:
Et quí cognatum mé sibi esse díceret.
Ph. Proinde éxpiscare, quási non nosses. *De.* Nóssem? *Ph.* Ita.

V. 81. Bemb. et Victor. *bona venia peto,* quod secutus est Westerh.

Id est, quae ipse debet audire. — 80. *Ohe! desine.*] Hac voce ostendit, plus iusto pro se locutum videri Getam; nam *ohe* interiectio est, satietatem usque ad fastidium designans. *Desine.*] Imponit silentium Getae: quasi validiora dicturus sit. Et supra *tace* dixit senex. — 81. *Adolescens, primum abs te.*] Et haec auctoritas in senibus, ut qui minoris aetatis fuerint, illos appellatione pueri, vel adolescentis, vel iuvenis etiam ostendant: ut hoc de nomine illis quidem detrahant, sibi vero auctoritatem attribuant. Sic *Virgilius: O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci Virtute exsuperas. Bona venia.*] Sine ira, sine discordia. — 82. *Si tibi placere potis est.*] Pro *potest. Mihi ut respondeas.*] Bene *mihi:* utpote patri adolescentis, vel domino Getae, vel etiam seni. Et verbum est scrupulose aliquid interrogantium. Sic *Virgilius, mihique haec edissere vera roganti.* Et, *Dic mihi, Damoeta, cuium pecus?* — 83. *Quem amicum suum ais fuisse?*] *Ais* dicimus de iis, qui vana loquuntur: *dicere* autem dicimus de iis, qui validiora. *Explana.*] Manifesta, expone. — 84. *Et qui cognatum.*] *Qui,* quomodo, unde. — 85. *Proinde expiscare, quasi non nosses.*] *Proinde* ita similitudinis adverbium est modo, non coniunctio; ut, *Proinde tona eloquio solitum tibi. Expiscari,* est diligentissime quaerere, ubinam pisces lateant: ergo verbum est tractum a piscatoribus. —

haud dignum passo, auctoribus dignissimum. — *Contumelias numquam cessavit dicere.*] Ita Plautus, Pseud. IV. 7. 77. Contumeliam *si* dices, *audies.*

81. *Bona venia.*] H. e. *pace tua.* Eun. III. 2. 18. [*Bona venia* idem valet, quod *pace tua.* Pro eo etiam dicitur *cum bona venia, cum bona pace,* ut apud Liv. XXIX. 17. *Cum bona venia audiatis id quod invitus dicam.* Utrumque coniungit Arnobius contr. Gent. I. p. 5. *cum pace hoc vestra et cum bona venia dixerim.* Vid. Drakenborch. ad Liv. III. 19. 7. et VII. 41. 8.]

85. *Expiscare.*] H. e. exquiris, exploras. Cicero, Fam. IX. 19. *Nescis, me ab illo omnia* expiscatum.

De. Ego mé nego: tu, quí ais, redige in mémoriam.
Ph. Eho! tú sobrinum tuúm non noras? *De.* 'Enicas:
Dic nómen. *Ph.* Nomen? *De.* Máxume. quid núnc taces?
Ph. Perii hércle! nomen pérdidi. *De.* Hem! quid aís? *Ph.* Geta,
Si méministi, id quod ólim dictum est, súbiice. hem!
Non dico. quasi non nóris, tentatum ádvenis.
De. Egone aútem tento? *Ge.* Stilpho. *Ph.* Atque adeo quíd mea?
Stilphó est. *De.* Quem dixti? *Ph.* Stílphonem, inquam, nóveras.

V. 38. vulgo *maxime* Phormioni tribuitur. Correxit Bentl.

---

36. *Ego me nego: tu qui ais.*] Subauditur ad omnia, *nosse.* — 37. *Eho! tu sobrinum tuum.*] Populari quadam vulgarique fatigatione, utpote scurra, respondit. — 38. *Nomen? maxume.*] Falsa non habent memoriam, hic ergo deest, *nescio*, vel, *necessarium est? Quid nunc taces?*] Urget senex: quia intelligit eum nomen nescire. — 40. *Subiice.*] Suggere. — 41. *Non dico. quasi non noris.*] Mire: nam videtur arte celare id, quod invitus nesciebat. — 43. *Stilpho.*] Σύλληψις; nam reddit ad nominativum, *est:* utique Stilpho: ut rursus ad accusativum, *noveras*, Stilphonem sci-

---

36. *Redige me in memoriam.*] Ita Cicero, Fam. I. 9. *Quidque sibi is de me recepisset*, in memoriam redegit.

39. *Eho! tu sobrinum tuum non noras?*] Laudat hunc locum Cicero, Orat. 47. — *Enicas.*] Ita And. IV. 1. 36. Infra V. 6. 16.

40. *Subiice*] H. e. suggere, submone. Virgilius, Aen. III. 314. *vix pauca furenti* Subiicio, *et raris turbatus vocibus hisco.* Propert. I. 7. 20. ubi v. Broukhus.

41. *Non dico.*] Fingit se dicere nolle, quod revera nesciebat. Ita Cicero, Verr. I. 39. *Alia porro pecunia, ne accusaretur, data. Cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere arbitror.* Ubi Asconius Pedianus laudat hunc locum Terentii.

42. *Quid mea?*] Ita Plautus, Amph. III. 4. 20. *Quid id mea?*

De. Neque ego illum noram: néque mi cognatús fuit
Quisquam ísthoc nomine. *Ph.* 'Itane? non te horúm pudet?
At sí talentûm rém reliquissét decem —
De. Di tíbi male faciant! *Ph.* Prímus esses, mémoriter
Progéniem vestram usque áb avo atque atavo prófe-rens.
De. Ita ut dicis. ego tum si ádvenissem, quí mihi
Cognáta ea esset, dícerem. itidem tú face.

V. 49. Bemb. *tum quum advenissem*, probante Bentl.

---

licet. *Stilphonem, inquam, noveras?*] Figura ἐπιτροχασμός. Est autem ἐπιτροχασμὸς verborum super se invicem effusio, quae fit adversarii causa turbandi. *Virgilius: nec longe scilicet hostes Quaerendi nobis: circumstant undique muros. Imus in adversos? quid cessas? an tibi Mavors Ventosa in lingua, pedibusque fugacibus istis Semper erit? Stilphonem, inquam, noveras.*] Quasi dicat, *Convincam, si neges.* — 46. *At si talentum rem reliquisset.*] Ἀξιόπιστον illud fecit. *At si talentum rem reliquisset decem.*] More Romanorum, apud quos haereditas pecuniae erat. *Talentum* autem quod dixit, more Graecorum admiscuit. — 49. *Ita ut dicis.*] *Ita sum*, inquit, *ut dicis*, avarus et superbus. Et vide senem de iniuria non agere: quia iustae confidit et nititur causae. Plerumque enim hac constantia animi fulciuntur, qui iuri confidunt. At contra, qui nullo iure freti sunt, litigant, et ad iniurias prosiliunt: ut his saltem perturbent adversarium, qui iure non valent. *Condono igitur*, inquit, *tibi omne contumeliae genus. Ego tum si advenissem.*] Deest *ad iudicium*: ut sit, *Quum ad iudicium venissem.*

---

45. *Istoc nomine.*] Ita Plautus, Capt. III. 4. 58. *Neque praeter te in Alide ullus servus* istoc nomine *est.*

46. *Si talentûm rem reliquisset decem.*] De summa *talenti* vide ad And. V. 4. 48. Dixit autem *talentûm rem*, vel uti Phaedrus, IV. 7. 4. *Si qua* res *esset* cibi; Graecismo usitato: vel *rem* valet οὐσίαν. Ita Heaut. III. 1. 77. Adelph. V. 3. 23.

48. *Progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.*] Attius, Erigona: *Age nunc, tu tuam Progeniem exordire.*

Cedo, qui ést cognata? *Ge.* Eu nósterǃ recté. heus
tú! cave.
Ph. Dilúcide expedívi, quibus me opórtuit
Iudícibus. tum, id si fálsum fuerat, filius
Cur nón refellit? *De.* Filium narrás mihi?
Cuius dé stultitia díci, ut dignum est, nón potest.
Ph. At tú, qui sapiens és, magistratús adi;
Iudícium de eadem caúsa iterum ut reddánt tibi:
Quandóquidem solus régnas; et solí licet

V. 57. quia *iterum* thesi deprimitur, Bentl. coni. *Iudicium de eadem re iterum ut reddatur tibi.* Enim vero in tribus codd. *reddatur* scriptum; et *ca*, i. e. *caussa*, pro *re* lectum.

Qui mihi cognata.] *Qui*, unde, quomodo. — 51. *Eu, noster! recte.*] Geta sic laudat senem, ut optet vincere Phormionem. *Eu, noster! recte.*] Plaudit sibi *Terentius*, supposita persona: quasi recte dixisset. — 52. *Quibus me oportuit iudicibus.*] Probavi iudicibus, inquit. — 54. *Filius cur non refellit?*] *Refellere* est arguendo falsum ostendere. — 55. *Cuius de stultitia dici, ut dignum est.*] Compendium conviciorum est, nihil dignum invenire, pro magna iniuria, quod respondeas. — 58. *Quando-*

---

51. *Eu noster!*] Haec clare pronunciat, quasi laudans senis constantiam. Ita Enn. I. 2. 74. Infra III. 1. 14. — *Heus tu! cave.*] Haec aversus Phormioni dicit. Sensus autem est: *Tu interim cave, ne herus argumentis te vincat.*

52. *Dilucide expedivi.*] Ita Cicero, Div. I. 51. *Explicata dilucide.* Livius XXXIX. 47. *docere dilucide.*

54. *Filium narras mihi?*] Ita solent stomachantes per contemtum loqui. Adelph. IV. 2. 18.

56. *Tu, qui sapiens es.*] Sarcasmus est. Ita Cicero, Philipp. II. 5. *Haec tu*, homo sapiens, *non solum eloquens apud eos, quorum consilio* sapientia*que gesta sunt, ausus es vituperare?* Phaedrus, III. 14. 6. *Heus*, *inquit*, sapiens, *expedi, quid fecerim.*

57. *Iudicium de eadem causa iterum ut reddant tibi.*] Vide Donatum ad And. III. 1. 7. et Comment. maiorem. Plautus, Rud. Prol. 19. de Iove: *Iterum ille eam rem iudicatam iudicat.* [Legem vide apud Demosth. c. Timocr. p. 717. ed. R. coll. adv. Lept. p. 502. St.]

58. *Solus regnas.*] H. e. solus tam potens es, ut quidlibet tibi facere liceat? Invidiose dictum. Athenis enim aeque atque Romae

Hic de eádem caussa bís iudicium apíscier.
De. Etsí mihi facta iniúria 'st, verúmtamen
Potiús quam lites sécter, aut quàm te aúdiam,
Itidem út cognata sí sit, id quod léx iubet
Dotém dare, abduce hánc; minas quinque áccipe.
Ph. Ha, ha, haé! homo suavis. *De.* Quíd [est]? num iniquum póstulo?

V. 59. ante Bentl. erat *adipiscier. Apisci*, Lucretio frequentatum; nec comicis inauditum. Plaut. Epid. V. 2, 3. Terent. Heaut. IV. 8, 15.

V. 64. *est* metri gratia delendum vidit Bentl.

---

quidem solus regnas.] Quoniam *regnum* solutum legibus est, et opprimens libertatem. Sic alibi, *Regnumne, Aeschine, hic tu possides?* — 59. *Hic de eadem causa.*] *Hic*, videlicet apud Athenas, ubi leges, ubi libertas omnibus communis est. — 61. *Potius, quam lites secter, aut quam te audiam.*] Bis posuit *quam*. Quod genus figurae primo ζεύγματι contrarium est. Ut in Heautontimorumeno; *Propter quam in summa infamia sum, et meo patri minus obsequens.* Item, *Cepi rationem, ut neque egeres, neque ut haec posses perdere.* — 62. *Id quod lex iubet dotem dare.*] *Id*, pro *ob id.* — 63. *Abduce hanc, minas quinque accipe.*] Modo id agit, quod reprehendit a filio non esse factum, *dotem daretis: quaereret alium.* Et *dotem* voluit custodem esse pudoris. — 64. *Ha, ha, he!*] Hic risu destruxit, quod serio intendebat senex.

---

odiosum erat *regis* et *regni* nomen. Vide Adelph. II. 1. 21. *regnumne tu hic possides?*

59. *Iudicium adipiscier.*] Ita Plautus, Rud. Prol. 17. *Qui hic* litem adipisci *postulant periurio.*

61. *Potius, quam lites sector.*] Ita And. V. 5. 16. Adelph. II. 2. 14.

63. *Minas quinque accipe.*] De pretio *minae* vide Eun. I. 2. 89. [*Accipe* scil. in dotem. Petron. c. 74. *sestertium centies accipere potui* scil. in dotem. Vid. Burmann. ad h. l.] Lex est ap. Demosth. adv. Macartet. p. 1067. R. ubi v. intpp. St.

[64. *Homo suavis* i. e. stultus. Sic Graeci fatuum ἡδὺν et γλυκὺν dicunt. Vid. quae notavimus ad Tim. Lex. Plat. p. 95. — *Ius publicum* h. l. est ius commune, quod ad omnes cives pertinet, nec, ut aliis locis, opponitur iuri privato. Cic. de Off. I. 19. *ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se nec ullo publico ac legitimo iure patiantur.*

An ne hóc quidem adipíscar ego, quód ius públicum est?
Ph. Itan tándem, quaeso? item, út meretricem, ubi abúsus sis,
Mercédem dare lex iúbet ei, atque amíttere?
An ut né quid turpe cívis in se admítteret,
Proptér egestatem, próximo iussá 'st dari,
Ut cum úno aetatem dégeret? quod tú vetas.
De. Ita, próxumo quidem: át nos unde? aut quámobrem? *Ph.* Ohe!

V. 68. *civis turpe* Bentl. ex codd. et deinde *in sese.*

Homo suavis.] Praescriptio, quum iam alterum factum sit, fieri utrumque non posse. — 65. *An ne hoc quidem adipiscar ego.*] Quia enim a lege stat, recitat tantum id, quod scriptum est. — 66. *Itane tandem, quaeso?*] Maiora argumenta sunt quae per interrogationem proferuntur. *Ubi abusus sis.*] A scripti voluntate. *Utimur* cum honore, *abutimur* cum iniuria. — 67. *Atque amittere.*] Bene *amittere:* quia finis cupiditatis amissio est. — 68. *An, ut ne quid turpe civis in se admitteret.*] Idoneum testimonium est, bonorum esse natalium, *civem* dixisse. Nam apud veteres peregrinae mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipse alibi, *Adeon' est demens? ex peregrina?* Et alibi, *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.* Et Parmeno comprobans respondit, *Potest taceri hoc*, id est, meretricem matrem te habuisse. *An, ut ne quid civis turpe in se admitteret.*] A voluntate. — 70. *Ut cum uno aetatem degeret?*] Quid enim est pudicitia, nisi unius scien-

---

Idem pro Domo c. 13. *Nego potuisse iure publico, legibus iis, quibus haec civitas utitur, quemquam civem ulla eiusmodi calamitate affici sine iudicio*, intelligit civile vel privatum. Vid. Duk. ad. Liv. XLV. 18. 4. et Ernest. Clav. Cic. s. v. *ius.*]

66. *Ubi abusus sis.*] Contra Plautus, Pers. I. 3, 47. *filiam tuam* utendam *mihi da.*

68. *In se admitteret.*] Ita Plautus, Menaechm. V. 1. 12. *Quid tandem* admisi in me, *ut loqui non audeam?*

70. *Ut cum uno aetatem degeret.*] Ita Plautus, Cistell. I. 1. 79. *Illum unum mihi exoptavi*, qui cum aetatem degerem.

71. *Nos unde?*] Formula contemnendi alterum prae se. Ita And. IV. 1. 11.

Actum, aiunt, ne agas. *De.* Nón agam? immo haud désinam,
Donéc perfécero hóc. *Ph.* Ineptis. *De.* Síne modo.
Ph. Postrémo tecum níl rei nobis, Démipho, est.
Tuus ést damnatus gnátus, nón tu: nám tua
Praetérierat iam ad dúcendum aetas. *De.* Omnia haec
Illúm putato, quae égo nunc dico, dícere:
Aut quídem cum uxore hac ípsum prohibebó domo.
Ge. Irátus est. *Ph.* Tute ídem melius féceris.

tis viri? — 72. *Actum, aiunt, ne agas.*] *Aiunt* dicimus, quum proverbium significamus. *Acta res* est, de qua sententia prolata sit. — 73. *Donec perfecero hoc.*] *Virgilius, donec me flumine vivo Abluero.* *Perfecero.*] Pro *perficiam.* *Ineptis.*] Ut a *sapientia*, *sapis* dicimus: ita ab *ineptia*, *ineptis.* *Sine modo.*] Haec minantis sunt verba: et bene; imitatus est enim comminantem. — 75. *Tuus est damnatus gnatus, non tu.*] Ludit Phormio quum dicit, *non tu:* et contemtibiliorem in hac causa sibi senem, quam Antiphonem fuisse dicit, simulque aetatem illius esse despectam. *Tuus est damnatus gnatus, non tu.*] Pro voluntate contendentis est prolatio sententiae. — 77. *Illum putato, quae ego nunc dico, dicere.*] Definitive respondit. — 78. *Cum uxore hac.*] Id est, tali. — 79. *Tute idem melius feceris.*] Locus hic, ut ostendat Phormio, de compacto egisse cum Antiphone. *Tute idem melius feceris.*] Quidam sic intelligunt, *tute idem melius feceris*, ut senex potius exeat, quam eiiciat filium. Artificiose autem loquitur Phormio, ut adimat suspicionem seni consensionis et cohiben-

---

72. *Actum, aiunt, ne agas.*] Adelph. II. 2. 24. Vetus proverbium, dictum in eos, qui de ea re cogitant, quae iam transacta est, et cuius gerendae tempus iam praeteriit. Plautus, Pseud. I. 3. 28. *Stultus es: rem actam agis.* Cicero, Amicit. 22. *Praeposteris enim utimur consiliis, acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* Graeci itidem dicunt: τὸ πραχθὲν μὴ πράξῃς.

73. *Sine modo.*] Formula comminantis. Eun. I. 1. 20.

76. *Omnia haec illum putato, quae ego nunc dico, dicere.*] Similis locutio est Heaut. III. 3. 49. Cicero, Bruto 32. *Ut pro Bruto etiam respondeam.*

78. *Ipsum prohibebo domo.*] Ita mox versu 90. Adelph. I. 2. 39. Plautus, Amph. I. 1. 202. *Tun' domo prohibere peregre me advenientem postulas?* Sallustius, Catil. 28. *Ita illi ianua prohibiti.*

79. *Tute idem melius feceris.*] Ita Eun. III. 1. 63. Vide-

De. Itane es paratus facere me advorsum omnia,
Infelix? *Ph.* Metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. *Ge.* Bene habent tibi principia. *Ph.*
Quin, quod est
Ferendum, fers. tuis dignum factis feceris:
Ut amici inter nos simus. *De.* Egon' tuam expetam
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?
Ph. Si concordabis cum illa, habebis, quae tuam
Senectutem oblectet. respice aetatem tuam.
De. Te oblectet! tibi habe. *Ph.* Minue vero iram.
De. Hoc age:
Satis iam verborum est. nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eiiciam. dixi, Phormio
Ph. Si tu illam adtigeris secus, quam dignum est,
liberam,

V. 83. Faërn. et Bentl. *fers*, ex codd. Vulgo *feras.*

---

tiae inter parasitum et filium. — 81. *Sedulo.*] *Sine dolo*, instanter. — 82. *Dissimulat.*] Fingit, mentitur. *Quin, quod est ferendum, feras.*] Cur non, inquit, accommodas necessitati voluntatem? — 86. *Quae tuam senectutem oblectet.*] Non *te*, sed *senectutem tuam.* — 88. *Minue vero iram.*] Contemnentis est dissuadere iracundiam. *Hoc age.*] Annuentis est. — 90. *Dixi, Phormio.*] *Dixi* solent dicere perorata causa. —

---

tur autem esse Asteïsmus, seu urbanus iocus. Qualis est And. I. 2. 33. Eun. V. 9. 36. Heaut. III. 3. 50.

81. *Infelix?*] H. e. improbus, ut Gr. κακοδαίμων. Plaut. Cist. IV. 2. 17. *me* infelicem et *scelestum.*

82. *Quin, quod est ferundum, feras.*] Vide And. V. 4. 18.

83. *Tuis dignum factis feceris.*] Eodem sensu dixit infra V. 3. 1. *ut soles*, et V. 8. 31. *ut alia facta tua sunt.*

84. *Amici inter nos.*] Ita Heaut. III. 1. 91. Adelph. V. 3. 42.

90. *Ego illam eiiciam.*] Ita infra IV. 3. 22. Cicero, Philipp. II. 38. *Sororem tuam* eiecisti, *alia conditione quaesita.* — *Dixi.*] Formula, qua utebantur, causa perorata sententiae confirmandae gratia. Hec. IV. 3. 6. Est autem h. l. comminantis; unde mox repetitur a Phormione.

Dicám tibi, impingam grándem. dixi, Démipho.
Si quíd opus fuerit, heús! domo me. *Ge.* Intélligo.

92. *Dixi, Demipho.*] Mire comminationem et ferocitatem eius imitatus est simili verbo. — 93. *Si quid opus fuerit.*] Haec repentina discessio habet aliquanto maiorem litigaturi denuntiationem. Et bene breviter; ne multiloquio infringeretur comminatio.

---

92. *Dicam tibi impingam grandem.*] Vide supra I. 2. 77.

93. *Si quid opus fuerit.*] Haec Phormio abiens clam dicit Getae, ne eos consusurrare Demipho sentiat. Plautus, Cistell. IV. 2. 56. Si quid est opus, *dic, impera.* Cicero, Att. XIII. 49. *Erat enim, si meministi, in consulatus petitione per te mihi pollicitus*, si quid opus esset. [*Si quid opus fuerit*, *domo me* scil. compelle. *Si quid opus est* solennis formula est. Plaut. Cistell. IV. 2. 56. *si quid est opus, dic, impera.*]

ACTUS SECUNDUS.

SCENA QUARTA.

DEMIPHO. GETA. HEGIO. CRATINUS. CRITO.

De. Quantá me cura et sóllicitudine ǽfficit
Gnatús, qui me et se hisce ímpedivit núptiis!
Neque mi ín conspectum pródit; ut saltém sciam,
Quid de hác re dicat, quídve sit senténtiae.

Quanta me cura et sollicitudine.] *Haec deliberativa est, in qua tres advocati sunt: quorum unus suadet, alter dissuadet, tertius, qui se alterutri addere debuisset, eiusmodi sententiam dicit, ut rursum deliberatione opus esse videatur.* — 1. *Quanta me cura*

---

2. *Impedivit.*] Vide ad And. III. 5. 11.

3. *Neque mihi in conspectum prodit.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 9. 84. *Pudet* prodire me *ad te* in conspectum, *pater.*

4. *Quidve sit sententiae.*] Subaudi, *illi.* Quo sensu Adelph. IV. 5. 31. dixit: Quid illi *tandem creditis* fore animi *misero?*

Abi [tu]; vise, redieritne iam, an nondum, domum.
Ge. Eo. *De.* Videtis, quo in loco res haec siet.
Quid ago? dic, Hegio. *He.* Ego? Cratinum censeo,
Si tibi videtur. *De.* Dic, Cratine. *Cra.* Mene vis?
De. Te. *Cra.* Ego, quae in rem tuam sint, ea velim facias. mihi
Sic hoc videtur: quod te absente hic filius
Egit; restitui in integrum, aequom est et bonum,

V. 5. *tu* versum strangulat. Delevit Bentl. cum cod. Petrensi.
V. 7. Bentl. corr. *Cratinus, censeo:* i. e. Cr. dicat.
V. 8. Bentl. corr. *Mene vis? Ego quas* etc. Alioquin *Te* temere liquefieri et absorberi.
V. 11. Bentl. corr. *aequom esse ac bonum.* Non video cur indicativus post *sic hoc videtur* mutandus sit. Illud *ac* vero est in codd. nonnullis.

---

et sollicitudine afficit gnatus.] *Cura* est in spe bonorum: *sollicitudo* in metu malorum. — 7. *Ego Cratinum censeo.*] Potest *ego* subdistingui: ut subaudiatur, *ego dicam?* — 9. *Quae in rem sint.*] Bene principio, ἀπὸ τῆς THOIKIS * AAITOT συμβουλεύοντος, benevolentiam suam commendavit: et sic consilium dedit. — 11. *Aequom est.*] Ab honesto. *Et bonum.*] Ab utili. —

---

6. *Videtis, quo in loco res haec sit.*] Ita infra III. 1. 9. Heaut. II. 3. 118. Plautus, Epid. I. 1. 76. *Quo in loco res haec sit, vides.*

7. *Quid ago?*] Formula dubitantis, et consilium petentis. Eun. IV. 7. 41. V. 1. 51. Heaut. II. 3. 102. Adelph. IV. 1. 22. V. 7. 18. Infra V. 8. 18. Cicero, pro P. Quint. 16. *Quintius ad vadimonium venit.* Quid ago? [Verbo *dic* utebantur iudices, cum advocatos causam narrare, et consules, cum senatores sententiam dicere iubebant. Vid. Brisson. de Formul. V. p. 399.] — *Ego Cratinum censeo.*] Subaudi, *consulendum prius.* Explicat Donatus ad Eun. V. 9. 42.

9. *Quae in rem tuam sint.*] Ita And. III. 3. 14. et saepe alibi. Sallustius, Catil. 20. In rem *fore credens.* Livius XXX. 4. *Scipio ad comparanda ea, quae* in rem erant, *tempus habuit.*

11. *Restitui in integrum.*] Cicero, Verr. V. 6. *Perditae civitates, desperatis omnibus rebus, hos solent exitus exitiales habere, ut damnati* in integrum restituantur, *vincti solvantur, exules reducantur, res iudicatae rescindantur.* Vide Comment. maiorem. [*Resti-*

Et id ímpetrabis, díxi. *De.* Dic nunc, Hégio.
He. Ego sédulo hunc dixisse credo. vérum ita est,
Quot hómines, tot senténtiae: suus cuique mos.
Mihi nón videtur, quód sit fáctum légibus,
Rescíndi posse: et túrpe incéptu est. *De.* Díc, Crito.
Cri. Ego ámplius deliberándum cénseo:

12. *Et id impetrabis.*] A possibili. Et breviter deliberativae tres locos tetigit, iustum, utile, et possibile. — 13. *Ego sedulo hunc dixisse credo.*] Artificiose personam defendit, sententiam reprehensurus: ne si inimicus sit, adimat auctoritatem sententiae suae. *Verum ita est.*] Subiunxit locum ἀποχρίσεως oratoriae: ut invidiae contradicturus occurreret. — 15. *Mihi non videtur.*] A possibili. *Quod sit factum legibus.*] Hic alio ordine locos suasoriae tetigit: primum a possibili, secundum ab honesto. — 16. *Et turpe inceptu est.*] Ab honesto. Utilitatem autem praetermisit per ar-

---

tuere in integrum ICti dicunt pro restituere in pristinum statum, in pristinum ius. Nec tantum personae, sed etiam res in integrum restituuntur. Sic Leg. 8. §. ult. Pand. De bon. libert. *in integrum restituere usumfructum* et *in causam pristinam restituere* promiscue ponuntur.]

[13. *Sedulo.* Hic pulcre convenit etymologica ratio, qua Grammatici *sedulo* ex *se dolo* i. e. sine dolo, natum putant. Cic. pro Cluent. c. 21. *Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere sed praevaricari accusationi videbatur.*]

14. *Quot homines, tot sententiae.*] Ita Horatius, Sat. II. 1. 27. *quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia.* — *Suus cuique mos.*] Classici auctores *suus* praeponunt τῷ *quisque.* Virgilius, Ecl. II. 65. *trahit sua quemque voluptas.* Propertius, II. 28. *mors* sua quemque *manet.* Persius, Sat. V. 52. *velle suum cuique est.*

15. *Quod sit factum legibus, rescindi posse.*] Quinctilianus, Declam. CCCLXXII. *Quidquid lege factum est, vindicari lege non solet.* Ibidem: *Iudicia tamen iudiciis rescindi non possunt.*

17. *Amplius deliberandum.*] Formula Iurisconsultorum et Iudicum. Cicero, in Bruto, 22. *Cum Consules, re audita, amplius de consilii sententia pronunciavissent*, i. e. amplius deliberandum. Idem et *ampliare* dicebant, h. e. diutius de causa deliberare, atque adeo differre sententiam. [*Amplius deliberandum censeo.* Formula e iudiciis ducta. Nam iudices cum significare vellent, rem intricatam esse et nondum definiri posse, vel cum spatium reo dare vellent, dice-

Res mágna est. *He.* Numquid nós vis? *De.* Fecistís probe:
Incértior sum múlto, quam dudúm. *Ge.* Negant
Redísse. *De.* Frater ést exspectandús mihi:
Is quód mihi de hac re déderit consilium, íd sequar.
Percóntatum ibo ad pórtum, quoád se récipiat.
Ge. At ego Antiphonem quaéram, ut, quae acta hic sínt, sciat.
Sed eccum ipsum video in témpore huc se récipere.

V. 21. ante Bentl. erat hic ordo: *de hac re dederit.* Mutatum ex uno codice.

---

tem, quae, ubi non potest fieri, frustra spectatur. — 18. *Res magna est.*] Causa ampliandi sententiam. — 19. *Incertior sum multo, quam dudum.*] Ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit. — 24. *In tempore huc se recipere.*] Εὐκαίρως. *Sallust.* *Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.*

---

bant *amplius* aut *non liquet.* Unde *ampliare* est differre sententiam, diutius velle de causa deliberare. Vid. Brisson. de Formul. V. p. 454.]

18. *Res magna est.*] H. e. magni momenti. Ita Plautus, Aul. IV. 10. 41. Magna est res, *quam ego tecum otiose, si otium est, cupio loqui.* Virgilius, Ecl. III. 54. *Sensibus haec imis* (res est non parva) *reponat.* Cic. ad Div. II. 6. *si quae* magna res *mihi petenda esset.* Nep. Att. 4. *et si qua* res maior *acta est.*

19. *Incertior sum multo, quam dudum.*] Ita Phaedrus, III. 3. 12. de hariolis consultis: *Quid multa? variis dissident sententiis; Hominisque curam cura maiore adgravant.*

21. *Is quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.*] Idem versus occurrit Adelph. III. 4. 54.

22. *Quod se recipiat.*] H. e. dum redeat. Ita mox versu 24. Infra IV. 3. 1. V. 4. 7.

24. *In tempore.*] Ita Heaut. II. 3. 123.

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

ANTIPHO. GETA.

An. 'Enimvero, Antiphó, multimodis cum ísthoc animo es vítuperandus.
'Itane te hinc abísse: et vitam tuám tutandam aliís dedisse?
'Alios tuam rem crêdidisti mágis, quam tete, animádversuros?
Nam, út ut erant alia, ílli certe, quaé nunc tibi domist, consuleres,
Né quid propter tuám fidem decépta pateretúr mali.

V. 2. *te* vulgo omissum Bentleius cum Faërno e libro Victoriano suscepit.
V. 5. Bentl. ex Donato: *potiretur.*

---

1. *Enimvero, Antipho, multis modis cum isthoc animo.*] *Cum isthoc animo:* pro, *huius animi.* Ennius: *Omnia cum pulchris animis Romana iuventus.* — 2. *Itane hinc abisse: et vitam tuam.*] Ἐν ὑποκρίσει, ut, *Invidisse Deos, patriis ut redditus oris Coniugium optatum et pulchram Calydona viderem?* Et, *Servon' fortunas meas me commisisse futili?* — 3. *Alios tuam rem.*] Ab infinitivo ad indicativum transitum fecit. *Credidisti.*] pro *putasti.* — 5. *Pateretur mali.*] Legitur et *potiretur,* quia *po-*

---

1. *Enimvero, Antipho.*] Ipse se alloquitur. Ita And. I. 3. 1. — *Cum istoc animo.*] H. e. ob istum animum. Vide ad And. V. 4. 38.

4. *Ut ut erant alia.*] H. e. utcunque, quomodocunque. Infra V. 4. 1. Heaut. I. 2. 26. Plautus, Bacchid. V. 2. 73. Ut ut est, *etsi est dedecorum, patiar.* — *Quae nunc tibi domi est.*] Intelligit Phanium. Ita infra III. 2. 19. et 21.

5. *Propter tuam fidem decepta.*] H. e. tua culpa, qua

Cuius nunc miserae spés opesque sínt in te uno omnés sitae.
Ge. Et quídem, here, nos iam dúdum hic te absentem íncusamus, qui ábieris.
An. Te ipsúm quaerebam. *Ge.* Séd ea causa níhilo magis defécimus.
An. Loquere, óbsecro: quónam ín loco sunt rés et fortunaé meae?
Numquíd patri subolet? *Ge.* Níl etiam. *An.* Et quid speíi porro 'st? *Ge.* Néscio. *An.* Ah!

V. 7. *Et quidem* Bentl. ex codd. pro vulg. *Equidem.* Quippe *equidem* Terentii aetate non nisi cum prima persona singulari iungi solitum.

V. 10. Bentl. *Num patri quid sub.* ne *patri* in thesi lateat. Idem *speii* corr. δισυλλάβως pro *spei.*

---

tiri τῶν μέσων fuit. Plautus, *Hostium potitus est.* — 6. *Spes opesque sunt.*] Haec quidem de his sunt, quae amant iungi. *Spes opesque sunt.*] Ut, *Res fortunaeque.* — 7. *Qui abieris.*] Mollius, quam *fugeris.* — 8. *Sed ea causa.*] Quia abieris. — 10. *Numquid patri subolet?*] Sub convenientia sua et Phormio-

---

fidem fefellisti. Ita And. I. 5. 39. Infra V. 7. 37. Plautus, Rud. I. 2. 89. propter *eiusmodi viros vivo miser.* — *Pateretur.*] Ita Plautus, Asin. II. 2. 68. *Fortiter* malum *qui* patitur, *idem post* patitur bonum. [Rectius *potiretur.* Nam *potiri* ex iis verbis est, quae in meliorem et deteriorem partem dicuntur. Plaut. Epid. IV. 1. 35. *hostium est potita.* Rud. I. 3. 7. *hoc mihi haud labori est, laborem hunc potiri.* Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 66. et Broukhus. ad Propert. II. 7. 64.]

6. *Spes opesque in te uno sitae.*] Ita Adelph. III. 2. 32. Sallustius, Iug. 114. *Spes atque opes civitatis in illo sitae erant.*

7. *Qui abieris.*] H. e. propterea quod abieris. Plautus, Amph. Prol. 57. *Quasi nesciam vos velle,* qui *divus sim.*

8. *Defecimus.*] Ita supra I. 4. 58.

9. *Quonam in loco.*] H. e. statu. Heaut. II. 3. 118.

10. *Numquid patri subolet?*] Subaudi, rem ex compacto gestam, et me voluntate mea esse coactum, ut ducerem Phanium. Ita Adelph. III. 3. 43. Plautus, Cas. II. 3. 59. Subolet *hoc iam uxori, quod ego machinor.* — *Et quid spei porro est?*] H. e. in futurum. Vide Andr. Prol. 25. Act. V. 1. 21.

Ge. Nisi, Phaédria haud cessávit pro te eníti. *An.* Nil fecít novi.
Ge. Tam Phórmio itidem in hác re, ut in aliis, strénuum hominem praébuit.
An. Quid is fécit? *Ge.* Confutávit verbis ádmodum iratúm patrem.
An. Eu! Phórmio. *Ge.* Ego quod pótui, porro. *An.* Mí Geta, omnes vós amo.
Ge. Síc habent principia sese, ut díco. adhuc tranquílla res est.
Mánsurusque pátruum pater est, dum húc adveniat. *An.* Quíd eum? *Ge.* Ut aibat,

V. 13. Bentl. e Bemb. *iratum senem.*

V. 16. Bentl. corr. *Id aibat De eius consilio* etc. offensus videlicet illa attractione, cuius exemplum notavimus Adelph. IV. 5, 14.

---

nis dicit. — 13. *Confutavit verbis.*] Convicit: ut si diceret, *refutavit*, sed *refutatio* in rem est: *confutatio* in personam. — 14. *Ego quod potui, porro.*] De se mediocriter per ἔλλειψιν, moraliter satis. *Ego quod potui, porro.*] Ordine, primo dominum, post

---

11. *Nisi.*] Haec particula valet *nisi quod*, i. e. sed, ut Andr. IV. 1. 40.

12. *Strenuum hominem praebuit.*] Cicero, Fam. V. 18. *Rogo atque oro, te colligas*, virumque praebeas. [Intelligendum pronomen *se*, quod addunt alii, ut Quinctil. Instit. II. 9. Lactant. de Opif. Dei c. 1.]

13. *Confutavit.*] Est vox culinaria, notatque *futo aquam ferventem compescere.* Titinnius, Setina: *Coquus magnum ahenum, quando fervit, paula* confutat *trua.* Inde ad res alias transfertur. Cato, apud Gell. VII. 3. *Mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res* confutet. Ad verba transtulit Plautus, Truc. II. 3. 28. *Ego istos, qui me culpant*, confutaverim. Vide ad Heaut. V. 1. 76.

14. *Omnes vos amo.*] H. e. gratias vobis omnibus ago. Supra I. 2. 4.

15. *Sic habent principia sese.*] Ita supra, II. 3. 82. — *Tranquilla res est.*] Vide And. III. 5. 14. Eun. V. 9. 8.

16. *Mansurus.*] H. e. exspectaturus. Ita Plautus, Menaechm. II. 3. 68. *Etiam parasitum* manes? — *Quid eum?* sc. mansurus es.

De eius consilio sése velle fácere, quod ad hanc rem áttinet.
An. Quántus metus est mihi, venire huc sálvom nunc pátruom, Geta!
Nam pér eius unam, ut áudio, aut vivam, aút moriar, senténtiam.
Ge. Phaédria tibi adest. *An.* 'Ubinamst? *Ge.* Eccum, ab suá palaestra exít foras.

V. 19. iambicus est, quum ex serie trochaicus esse debeat. Itaque Bentl. corr. *Nam de eius una, ut audio, aut visam, aut moriar sententia.*

V. 20. Westerhov. cum aliis: *Ubinam.* Correxit Bentl. ex codd.

Phormionem, ultimum se posuit. — 18. *Huc salvom nunc patruum, Geta.*] Non optat *salvom patruum venire*, secundum Apollodorum, et ostendit, non congruere salutem eius cum commodo suo. An non dicit, *malum esse et incommodum sibi*, sed tantum magni terroris plenum adventum patrui? — 20. *Ab sua palaestra exit foras.*] Bene *palaestram* eius dixit lenonis domum, in qua est exercitus amator assidue. *Plautus* Bacchid. *homo adolescens Penetrans huiusmodi in palaestram, ubi damnis desudascitur!*

---

17. *De eius consilio sese velle facere.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 9. 115. *Fecisse dicas de mea sententia.* Hoc usu praepositionis *de* nihil est frequentius.

20. *Ab sua palaestra.*] Locum Gymnasticum, ubi cursu, lucta, hasta, disco, saltu aliisque ludis exercebantur, *palaestram* dixerunt. Virgilius, Aen. VI. 642. *Pars in gramineis exercent membra palaestris.* Sed h. l. lenonis domus intelligitur, in qua continuo amor exerceretur. Ita Eun. II. 3. 23. Plautus, Bacchid. I. 1. 32. *homo adolescentulus Penetrare huiusmodi in* palaestram, *ubi damnis desudascitur.* Martialis, X. 55. 4. *Idem post opus, et suas* palaestras. Cicero itidem pulchre ad numerum orationis transtulit, Orat. 56. *Serius aliquanto notatus et cognitus, quasi quandam* palaestram *et extrema lineamenta orationi attulit.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

PHAEDRIA. DORIO. ANTIPHO. GETA.

Ph. Dório, audi, óbsecro! *Do.* Non aúdio. *Ph.* Parúmper! *Do.* Quin omítte me.
Ph. Aúdi, quod dicam. *Do.* 'At enim taedet iam aúdire eadem míllies.
Ph. 'At nunc dicam, quód lubenter aúdias. *Do.* Loquere, aúdio.
Ph. Néqueo te exoráre, ut maneas tríduum hoc? — quó núnc abis?
Do. Mirábar, si tu míhi quidquam adferrés novi. *An.* Hei!
Metuó lenonem, né quid. — *Ge.* Suo capití fuat.

V. 1. et 2. vid. Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 98 et 182. Deinde Bentl. *quid dicam* ex codd.

V. 6. Faërnus et Westerhov. ita ediderunt: *Hei! metuó lenonem, ne quid suat. suo capiti! Ge. Idem ego metuó.* Quod versus genus monstri instar. A cod. Bentleii veterrimo absunt ista *Ego metuo* vel *Ego vereor*, quod habet Faërnus. Itaque Bentleius

Dorio, audi, obsecro.] *Haec scena in petitione est, quae saepe admittit deliberativae locum.* — 1. *Dorio, audi, obsecro.*] Sunt qui sic legant, ut *Dorio* Phaedria dicat, *audi*, leno: *obsecro*, iterum Phaedria. *Quin omitte me.*] *Quin*, modo corripiendi vel imperandi vim habet, ut, *Quin age.* — 6. *Hei! metuo*

2. *Millies.*] Ita Eun. III. 1. 32. Cicero, Mil. 20. Millies *in ea fuerat.*

5. *Mirabar, si tu mihi quidquam adferres novi.*] Similis constructio est And. I. 2. 4. Vide Barthium ad Stat. Theb. IV. 867. [*ut maneas*, i. e. expectes, donec argentum persolvam. St.]

6. *Metuo lenonem, ne quid suat. suo capiti!*] Sen-

Ph. Non mihi credis? *Do.* Hariolare. *Ph.* Sin fidem do. *Do.* Fábulae!
Ph. Foeneratum istuc beneficium pulchre tibi dices. *Do.* Logi!

— correxit: *Mirabar, si tu mihi quicquam adferres novi. An. Ei!* — *Metuo lenonem, nequid.* — *Ge. Suo capiti fuat.* Quippe *Hei, Hui, Hem*, saepe in fine versus ponuntur. *Metuo lenonem ne quid*, per attractionem dicitur pro *metuo ne quid leno.* Quum vero Antipho dicturus esset, *ne quid novarum turbarum faciat*, Geta eum interpellans addit: *Suo capiti fuat*, h. e. si quid male faciat. *Fuat* idem est quod *sis*, de quo v. Bentl. ad Adelph. V. 4, 1.

lenonem, ne quid suo suat capiti.] Deest *mali.* *Suat* autem; appingat atque affiget. — *Suo suat capiti.*] Ἀποσιώπησις διὰ τὸν εὐφημισμόν, *suo capiti* dixit, quum dicturus esset, *Phaedriae*; ut, *Dardaniique rogum capitis.* — 8. *Foeneratum.*] Ab utili. *Foeneratum istuc beneficium tibi.*] Id est, *mihi a te foene-*

———

sus hic est: *Metuo, ne quid leno machinetur et struat mali.* Quod quum dixisset, et spectatores exspectarent, ut diceret, *Phaedriae capiti*, subito flectit sermonem Antipho, atque per imprecationem subiecit, *suo capiti!* q. d. *Quae res ipsi lenoni male vertat.* Primum autem *suere* usurparunt, ut Graeci suum ῥάπτειν, pro, malum struere alteri. Ita *consutos dolos* dixit Plautus, Amph. I. 1. 211. Eodem sensu dixit Cicero, pro Deiot. 6. *At quam festive crimen contexitur!* Illa vero, *suo capiti!* imprecandi formulam habent. Graece, εἰς κεφαλήν. Ita Hec. III. 1. 53. Coelius ad Cic. Fam. VIII. 1. *Te ad IX. Kal. Iun. subrostrani, quod illorum capiti sit! dissiparant periisse.* Vide Comment. maiorem. [*Ne quid suo suat capiti* h. e. ne quid machinetur, quod in ipsius caput recidat. Sic *consutis dolis* Plaut. Amphitr. I. 1. 211. et simplex *sutelae* pro fraudibus apud eundem Captiv. III. 5. 34. Posteriore loco refellitur Bentleius, negans *suere* absolute dici pro struere, machinari. Sed locus ne sic quidem satis integer videtur, de quo vid. Bentleii coniecturas.]

7. *Hariolare.*] H. e. nugaris. Ita Adelph. II. 1. 48. et 2. 6. — *Fabulae!*] Formula reiiciendi sermonem vanum, fictum et falsum. And. I. 3. 19. III. 3. 21. Heaut. II. 3. 95. Infra V. 7. 53.

8. *Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.*] H. e. sub foenore collocatum. Adelph. II. 2. 11. Eodem sensu dixit Accius, Andromache: *Quod beneficium haud sterili in segete, rex, te obsevisse intelliges.* Seneca, Benef. I. 1. *demus beneficia; non foe-*

Ph. Créde mihi, gaudébis facto. vérum hercle hoc est. *Do.* Sómnia!

Ph. Expérire; nón est longum. *Do.* Cantilénam eandém canis.

Ph. Tú [mihi] cognatus, tú parens, tu amícus, tu. — *Do.* Garri modo.

Ph. Adeon' ingenio ésse duro te átque inexorábili,
Ut neque misericórdia, neque précibus mollirí queas?

Do. Adeon' te esse incógitantem, atque ímprudentem, Phaédria,

V. 11. Bentl. *mihi* versus caussa delevit.

V. 14. vulgo *impudentem.* Quod quia gravius est quam ut ab lenone

rasum. — 9. *Verum hercle hoc est.*] Bene ipse dictum suum confirmavit. — 10. *Cantilenam eandem canis.*] Ita dicit: ut, *vetus et vulgata cantio.* — 11. *Tu mihi cognatus.*] Ab honesto. *Tu parens, tu amicus, tu.*] Secunda ἀποσιώπησις. —

---

neremur. — *Logi!*] Ita Turpilius, Canophoro: *Testamentum ergo celabis? Logi.* Nonius Marcellus *Logos* exponit sermones vel dicta ridicula et contemnenda, quo sensu etiam Plautus et Cicero sunt usi.

9. *Gaudebis facto.*] H. e. non poenitebit te fecisse. Plautus, Poen. I. 1. 69. *faciam ut* facto gaudeas. Valet autem *facto post factum.* Ita Plautus, Rud. Prol. 29. *Iccirco moneo vos ego haec, qui estis boni, Quique aetatem agitis cum pietate et fide, Retinete porro; post factum ut laetemini.* — *Somnia.*] Ita Adelph. II. 1. 50.

10. *Cantilenam eandem canis.*] Id Graeci dicunt: τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα. Plautus, Trin. II. 2. 10. *Haec dies noctesque tibi canto, ut caveas.* Eodem sensu dixit Horatius, Arte Poët. 356. *Chorda qui semper oberrat eadem.*

11. *Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus, tu.*] Ita Plautus, Capt. II. 3. 84. *Tu mihi herus nunc es, tu patronus, tu pater.* [Similis blanditia est apud Propert. I. 11. 23. *tu mihi sola domus, tu Cynthia sola parentes, Omnia tu nostrae tempora laetitiae:* ubi vid. Broukhusius.] — *Garri modo.*] Ridet Phaedriam. *Garrire* et *Garritus* proprie de avibus dicitur. Noctuae autem speciatim *titubare* dicuntur, ex sono, quem edunt, *Tu, Tu,* vel potius, *Tou, Tou.* Unde Plautus, Menaechm. IV. 2. 90. *Me. Egon' dedi? Pe.* Tu, Tu *istic, inquam. vis afferri noctuam, Quae* Tu, Tu, *usque dicat tibi?*

12. *Ingenio esse duro.*] Ita Plautus, Asin. Grex, v. 3. *Nec quisquam est tam* ingenio duro.

13. *Molliri.*] Proprie de ingenio duro. Infra IV. 3. 27.

Ut phaleratis dictis ducas me, et meam ductes gratiis?
An. Miseritum 'st. *Ph.* Hei! veris vincor. *Ge.* Quam uterque est similis sui!
Ph. Neque Antipho alia quum occupatus esset sollicitudine,

in liberum hominem dici potuerit, Bentl. e duobus codicibus [illegible]

15. *Phaleratis dictis.*] Honestis atque ornatis: quia dixit, *Ah mihi cognatus, tu parens.* Et quasi leno, irridet honestatem, et despicit. — 16. *Miseritum 'st.*] *Εἰρωνεία.* *Hei! veris vincor.*] Hoc sibi dicit adolescens. — 17. *Neque Antipho alia quum occupatus esset sollicitudine.*] Hoc dolet Phaedria, quod in eadem re laboraverit Antipho, id est, in amore: quod-

---

15. *Ut phaleratis dictis ducas me.*] H. e. verbis in speciem honestis me differas. *Phalerae* equorum et equitum ornamenta sunt. De verbo *ducere* vide ad And. IV. 1. 20. [*Phalerata verba* sunt speciosa, sed eadem inania. *Phalerae* proprie sunt ornamenta argentea equorum, quae speciem, non usum habent. Vid. Duker. ad Flor. I. 5. p. 52. Translate sic dicitur omnis externa corporis vel fortunae pompa. Persius Sat. III. 30. *Ad populum phaleras; ego te intus et in cute novi.* *Ducere* est differre. Caesar. B. G. 1. 16. *Diem ex die ducere Aedui, conferri, comportari, adesse dicere.* Vid. Gronov. Obss. I. 12.] — *Et meam ductes gratiis.*] Verbum lenonium et turpe. Plautus, Poen. IV. 2. 46. *Neque triobolum ullum amicae das, et* ductas gratiis. [*Meam ductes gratiis* h. e. mea fruaris gratis, sine mercede. *Ductare* obscoenum verbum. Plaut. Asin. V. 2. 12. *qui quidem cum filio potet una atque una amicam ductet, decrepitus senex.* Vid. Rivium ad h. l. et Burmann. ad Quinctil. Instit. Orat. VIII. 3. p. 695.] *Gratiis* pro *gratis* apud Terentium non infrequens; v. Bentl. ad Adelph. IV. 7. 26.

16. *Veris vincor.*] Haec secum loquitur Phaedria, q. d. Vera praedicat leno, neque enim more fit, ut quis gratis ductet amicam ab lenone avaro. Plautus, Mostell. I. 2. 12. *Profecto ita esse, ut praedico, vero vincam.* [*Uterque est similis sui.* Phaedria enim atque leno sibi semper constant, quorum alter avarissimi lenonis personam sustinet, alter liberalis adolescentis agit partes. St.]

17. *Alia quum occupatus esset sollicitudine.*] Ita And. V. 1. 9. *In alio occupato amore.* [Palmerius conj. *Aeque Antipho.* Non opus. *Neque* cum *alia* nectendum, hoc sensu: *Quum Antipho eodem, quo ego, malo premeretur.* St.]

Tum hóc esse mi obiectúm malum! *An.* Ah! quid
ístuc autem est, Phaédria?
Ph. O fortunatíssime Antipho! *An.* Egone? *Ph.*
Cui, quod amás, domi 'st.
Néc cum huiusmodi umquam úsus venit, út conflictarés
malo.
An. Mihin' domi 'st? immo, íd quod aiunt, áuribus
teneó lupum.
[Nám neque quo pacto á me amittam, [invenio], né-
que, uti retineám, scio.]
Do. Ipsum istuc mi in hóc est. *An.* Eia! né parum
lenó sies.

V. 22. Bentl. ex Act. I. 3, 14. huc traductum et eiiciendum censet. Pro vulg. *quo modo* Faernus e Bemb. et Victor. *quo pacto* scripsit, et *invenio* delevit, quod deest in Bemb.

---

que amare contigerit. *Neque, Antipho alia.*] Minore aliqua sollicitudine quam haec est, quam nunc gerit. An *alia*, praeter hanc, quam de me gerit? Ordo et sensus hic est, *Neque tum esse mihi hoc obiectum malum, quum Antipho alia sollicitudine esset occupatus, levi quapiam, non hac de nuptiis, quae est gravissima.* — 20. *Umquam usus venit.*] Opus aut necesse fuit. — 21. *Auribus teneo lupum.*] Graecum proverbium, τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. — 23. *Ne parum leno sies.*] El-

---

18. *Esse mihi obiectum malum.*] Vide Adelph. IV. 4. 1.

19. *Quod amas.*] Eleganter pro, *Quam amas.* Ita Eun. II. 3. 16. Plautus, Epid. V. 1. 46. *Tibi quidem*, quod amas, *domi praesto 'st.*

20. *Conflictares.*] Vide ad And. I. 1. 66.

21. *Auribus teneo lupum.*] H. e. duplici incommodo laboro. Usurpavit et Tiberius, teste Suetonius, Tib. 25. quoties ob metum imminentium discriminum cunctaretur.

22. *Nam neque quomodo a me dimittam, invenio.*] Supra, I. 3. 14. Ex Caecilio laudat Gellius, XV. 9. *Nam hi sunt inimici pessumi, fronte hilaro, Corde tristi:* quos neque ut apprehendas, neque ut mittas scias. Suetonius, Tib. 10. *Uxoriam taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet, neque ultra perferre posset.*

23. *Ipsum istuc mihi in hoc est.*] H. e. hic ipse Phaedria mihi lupus est, quem neque nihil dantem diutius ferre, neque pollicentem absolvere possum. — *Eia, ne parum leno sies.*] Lau-

Númquid hic confécit? *Ph.* Hiccine? quód homo inhumaníssimus:
Pámphilam meam véndidit. *Ge.* Quid? véndidit? *An.* Ain'? véndidit?
Ph. Véndidit. *Do.* Quam indígnum facinus! ancillam aere emtám suo.
Ph. Néqueo exorare, ut me maneat, ét cum illo ut mutét fidem!

λεῖψις, deest enim, *vereris?* — 26. *Aere emtam suo.*] Bene

---

dat haec verba Asconius Pedianus, ad Cic. Verr. I. 38. Est autem ironica correctio verborum lenonis, q. d. metuis, ne parum sis leno, i. e. ne minus sis flagitiosus, quam vulgus lenonum solet, non satis magno pretio vendens puellam. Sumitur autem persona ipsa pro moribus. Ita Plautus, Pers. IV. 6. 4. Ne non sat esses leno, *id metuebas miser*; Cicero, Att. X. 9. *dum pudet te*, parum optimatem *esse*. Ovidius, Metam. XII. 29. *Pietatem publica causa*, Rex*que* patrem *vicit*. [*Ne parum leno sis* h. e. ne quid facias, quod lenonem non deceat. Saepe personae exquisita elegantia ponuntur pro moribus personarum. Ovid. Met. VI. 629. *Sed simul ex nimia matrem pietate labare Sensit.* ubi vid. Heinsius. Valer. Max. V. 8. *exuit patrem, ut consulem ageret.* Heaut. V. 3. 4. *pergin' mulier esse.* Vid. Schulting. ad Quinctil. Declam. I. 2.]

24. *Numquid hic confecit?*] Haec spectans iracundum Phaedriae vultum interrogat Antipho. Sensus est: *Numquid mali perpetravit? num leno facit aliquid tibi adversum?* Ita infra V. 2. 4.

25. *Quam indignum facinus!*] Ita And. I. 1. 18. V. 2. 13. Eun. I. 1. 25. Adelph. II. 1, 19. III. 4. 1. et IV. 5. 35. Hec. III. 3. 16. Infra V. 8. 18. — *Ancillam aere emtam suo.*] Ita Horatius, Serm. II. 3. 129. *servosque tuo quos aere pararis.*

27. *Ut me maneat.*] H. e. *expectet, donec ipsi argentum pro virgine solvam*, ut V. 5. Plautus, Epid. III. 2. 22. *is apud forum manet me*, i. e. exspectat. — *Cum illo ut mutet fidem.*] H. e. ut mutet fidem illi datam. Ita Plautus, Pseud. I. 3. 142. ubi leno itidem in simili negotio: *Si argentum attuleris*, cum illo perdiderim fidem. Contra Plautus, Curc. I. 2. 49. *Si fidem servas mecum.* Est autem *mutare fidem* idem quod *fallere*. Plautus, Mil. IV. 1. 36. *ne istuc amittam, et haec* mutet fidem. [*Mutare fidem cum aliquo* est fidem alicui datam fallere; quae locutio frustra suspecta erat viris eruditis. Sic Plautus Pseud. I. 3. 142. dixit *perdere cum aliquo fidem.* Cic. de Offic. III. 29. *servare fidem cum aliquo*, et ad eundem modum Liv. XXVIII. 17. *firmare fidem cum aliquo.* ubi vid. Drakenborch.]

Triduum hoc —, dum id, quód est promissum, ab amícis argentum aúfero,
Sí tum nón dedero, únam praeterea hóram ne oppertús sies.
Do. Obtundis. *An.* Haud longum 'st id, quod orat, Dorio: exorét, sine.
'Idem hic tibi, quod béne promeritus féceris, conduplicáverit.
Do. Vérba istaec sunt. *An.* Pámphilamne hac úrbe privarí sines?
Túm praeterea horúnc amorem dístrahi poterín' pati?
Do. Néque ego, neque tu. *Ge.* Dí tibi omnes íd, quod es dignús, duint!
Do. 'Ego te complurés advorsum ingénium meum menseś tuli,
Póllicitantem, nil ferentem, fléntem: nunc contra ómnia haec;

V. 30. Bentl. correxit: *'Optume. A. Haud longúm 'st, quod orat, Dório; exorét sine.* versus gratia. Ita *Optume* ironice positum, ut Plaut. Bacch. III. 4, 3. IV. 6, 13.

V. 31. Bentl. ex codd. *hic* dedit. Westerhov. tenuit *hoc.*

V. 36. Bentl. distingui iubet: *Nunc, contra omnia haec, Repperi, qui det.* coll. Adelph. I. 1, 19.

---

suo, quasi de tertia persona. — 31. *Conduplicaverit.*] Coniunctivum pro indicativo, id est, *conduplicabit.* Hoc est aliter, *Foeneratum istuc beneficium tibi pulchre dices.* — 36. *Nihil ferentem, flentem.*] Ὅμοιον τῷ γένει usitatum veteribus. —

---

28. *Aufero.*] Ita Heaut. IV. 8. 9. Plautus, Epid. II. 2. 9. *Quo pacto ab se argentum* auferam.

30. *Obtundis.*] Ita And. II. 2. 11.

31. *Hoc conduplicaverit.*] Explicatur id, quod versu 8. dixerat Antipho.

32. *Verba istaec sunt.*] Id supra versu 8. dixerat, *logi.* Plautus, Pseud. I. 3. 27. Ubi in simili negotio leno dicit iuveni amatori: *mortua re, verba nunc facis.*

33. *Distrahi.*] Ita Hec. III. 5. 42. Supra I. 4. 24.

34. *Di tibi omnes id, quod es dignus, duint.*] Ita Plautus, Pseud. IV. 1. 25. *Di tibi duint, quantum dignus es.* Alii habent *dignum.*

Répperi; qui dét, neque lacrumet: dá locum melióribus.
An. Cérte hercle, ego si sátis commemini, tíbi quidem est olím dies,
Quam ád dares huic, praéstituta. *Ph.* Fáctum. *Do.* Num ego istúc nego?
An. Iam éa praeteriít? *Do.* Nón: verum haec ei ántecessit. *An.* Nón pudet
Vánitatis? *Do.* Mínime, dum ob rem. *Ge.* Stérculinum. *Ph.* Dório,

V. 39. Bentl. ex cod. Petrensi: *Quoad dares*, i. e. ad quam diem.
V. 41. Bentl. *sterculinum* pro vulg. *sterquilinium*. Semper enim vocabulum est quadrisyllabum. vid. eius annot. ad h. l.

---

38. *Tibi quidem olim est dies.*] Hic *olim* futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adolescente pecunia diem constituerat: et inventa meliori conditione, anticipaverat tempus cum adolescente praescriptum. — 40. *Iam ea praeteriit?*] Interrogative pronuntiandum. *Non: verum ei haec antecessit.*] Urbane leno,

---

37. *Da locum melioribus.*] H. e. cede plus offerenti et danti. Locutio videtur translata a solemni lictorum formula, consule adventante. Ita Plautus, Curc. II. 3. 1. Date viam, *noti atque ignoti.*

38. *Dies, quam ad dares huic, praestituta.*] H. e. praefinita. Plautus, Pseud. I. 1. 56. *ei rei dies haec praestituta est.* [*Ad diem dare*, *solvere* est praestituta die dare, solvere. Caes. B. C. II. 19. *edictum praemittit ad quam diem magistratus principesque omnium civitatum sibi esse praesto Cordubae vellet.* ubi vid. Interpretes. Cic. ad Div. IX. 5. *mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore.*]

40. *Haec ei antecessit.*] H. e. cras aderit dies praestituta. Sallust. Iug. 113. eodem sensu: *Nocte ea, quae proxima fuit ante diem.* [*Vanitatis* i. e. mendacii, perfidiae. Cic. pro Quint. c. 6. *si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est, qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se et perfidiosum et impium esse fateatur.* Vid. Ernest. in Clave Cic. h. v. — *Ob rem* i. e. ob utilitatem. Sallust. Iug. c. 31. *id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm.* ubi vid. Cortius. Usitatius dicitur *in rem.*]

41. *Sterquilinium.*] *Sterquilinium*, vel potius *sterquilinum*, seu *sterculinum*, Graecis κοπροδοχεῖον, locus est stercoreus, sed et ipsa stercora congesta. Phaedrus, III. 12. 1. Hinc de homine impurissimo

'Itane tandem fácere oportet? *Do.* Sic sum: si placeo, útere.
An. Sícine hunc decipis? *Do.* 'Immo enimvero hic, 'Antipho, me décipit.
Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego húnc esse aliter crédidi.
'Iste me feféllit: ego isti nihilo sum aliter, ác fui.
Séd utut haec sunt, támen hoc faciam: crás mane argentúm mihi
Míles dare se díxit: si mihi prior tu adtuleris, Phaédria,
Meá lege utar; út potior sit, quí prior ad dandúm 'st. Vale.

V. 43. libri: *enimvero, Antipho, hic me decipit:* quod Bentlei. versus gratia mutavit.

V. 48. Bentl. corr. — *ut sit potior,* (qui ordo est in vett. editt.) *prior ad dandum qui est. Vale.*

---

haec antecessit: ut alii putant, meretrix vendita: ut alii, dies, qua lenoni constitutum fuit. An aperte leno perfidus mentitur? unde sequitur, *non pudet vanitatis?* Ergo plus est *antecessit,* quam *praeteriit. Non pudet vanitatis?*] Apparet, supra lenonem de perfidia anticipati temporis esse confessum. — 48. *Mea lege utar.*] Lenonia scilicet: in qua semper commodum est prius, quam fides.

---

usurpatur. Plautus, Pers. III. 3. 2. *lutum lenonium, Commictum coenum, sterquilinium publicum.*

42. *Itane tandem facere oportet?*] Honesta reprehensio. Ita Heaut. III. 3. 1. — *Sic sum.*] H. e. tales sunt mores mei. Vide ad And. V. 4. 16.

46. *Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.*] Ita And. III. 3. 18.

48. *Mea lege utar.*] Explicat Donatus. Possit et leno conditionem emtioni adiectam *legem suam* vocare.

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

Ph. Quín faciam? unde ego núnc tam subito huic árgentum inveniám miser,
Cuí minus nihilo est? quód si hinc pote fuísset exorárier
Tríduum hoc, promíssum fuerat. *An.* Itane hunc patiémur, Geta,
Fieri miserum, quí me dudum, ut díxti, adiurit cómiter?
Quín, quum opus est, beneficium rursum ei éxperimur réddere?
Ge. Scío equidem hoc esse aéquom. *An.* Age ergo, sólus servare húnc potes.
Ge. Quíd faciam? *An.* Inveniás argentum. *Ge.* Cúpio: sed id unde, édoce.

V. 2. Westerh. cum aliis: *quod, si hic potuisset nunc exorarier.* Cod. Bemb. *pote fuisset exorarier*, omisso *nunc.* Etiam Mead. *quod si hoc pote fuisset.* Cetera de suo mutavit Bentl. sicuti scripsimus. *Hinc est ab lenone.*

V. 4. vulgo *adiuverit*, quod Mureto praeeunte correxit Bentl.

---

1. *Quid faciam?*] *Οἰκονομία ad futurum exitum comoediae.* — 2. *Minus nihilo.*] Ὑπερβολή. — 4. *Adiuverit.*] Secundum u pronuntiari debet. *Adiuverit comiter?*] *Comiter* veteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμος. — 7. *Quid faciam?*] Comiter, quamvis

---

1. *Tam subito.*] Intelligit crastinum mane, supra III. 2. 46. — *Argentum inveniam.*] Ita Heaut. III. 1. 2. Plautus, Asin. II. 1. 4. Inveniundo argento ut fingeres fallaciam.

An. Páter adest hic. *Ge.* Scío: sed quid tum? *An.* Ah! díctum sapientí sat est.
Ge. 'Itan' ais? *An.* Ita. *Ge.* Sane hércle pulchre suádes. etiam tu hinc abis?
Nón triumpho, ex núptiis tuis sí nil nanciscór mali:
Ni étiam nunc me huius caúsa quaerere ín malo iubeás crucem?
An. Vérum hic dicit. *Ph.* Quíd? ego vobis, Géta, alienus sum? *Ge.* Haúd puto.
Séd parumne est, quod ómnibus nunc nóbis succensét senex,
Ni ínstigemus étiam, ut nullus lócus relinquatúr preci?
Ph. 'Alius ab oculís meis illam in ígnotum hinc abducét locum? hem!

V. 9. vulgo *Itane?* A. *Ita.* Emendavit Bentleius interposito *ais.*
V. 11. Bentl. e Donato corr. *in malo iubeas malum?* Non opus est.

---

uterque intelligat, quid alteruter dicat, dissimulant tamen. — 11. *Ni etiam nunc me huius causa quaerere in malo iubeas crucem?*] Quid dicat, *In malo aliud malum.* — 14. *Relinqua-*

---

8. *Dictum sapienti sat est.*] H. e. vel unicum dictum seu verbum sufficit sapienti homini, ad reliqua intelligenda. Vult autem, patrem argento esse emungendum. Usus est eodem dicto, iisdemque verbis Plautus, Pers. IV. 7. 19. [*Etiam tu hinc abis?* i. e. *abi*, *apage*, sc. cum isto tuo consilio: noli talia suadere. Nam *etiam* sic in iubendo ponitur. Heaut. II. 1. 6. *etiam caves?* Adelph. IV. 2. 11. *etiam taces? wirst du auch schweigen?* h. e. tace. St.]

10. *Non triumpho.*] Sensus est: *Non satis me is perditum, si maxime nihil mali ex tuis nuptiis nanciscor, nisi iubeas me huius tui cognati causa malum in cruce quaerere?* Ita Heaut. IV. 2. 5. — *Nihil nanciscor mali.*] Ita And. V. 6. 8.

11. *Quaerere in malo crucem.*] Plautus, Cistell. I. 2. 23. *quae malum quaerunt sibi.* Cas. II. 3. 48. *Tu tibi malam rem quaeris.* Est autem *quaerere* h. l. ultro arcessere. [*In malo* h. e. in magno isto, in quo sum, periculo. *Crucem*, i. e. supplicium, summum malum. St.]

14. *Nullus locus relinquatur preci.*] Ita And. III. 4. 22.

15. *Ab oculis meis.*] Vide ad Adelph. IV. 5. 35.

Quín igitur, dum lícet dumque adsum, lóquimini mecum, 'Antipho:
Cóntemplamini me. *An.* Quamobrem? aut quídnam facturú's, cedo?
Ph. Quóquo hinc asportábitur terrárum, certum est pérsequi,
Aút perire. *Ge.* Dí bene vortant, quód agas. pedetentím tamen.
An. Víde, opis si quid pótes adferre huic. *Ge.* Sí quid! quid? *An.* Quaere, óbsecro,
Né quid plus minusve faxit, quód nos post pigeát, Geta.
Ge. Quaéro. salvos ést, ut opinor: vérum enim metuó malum.

V. 16. emendavit Bentl. e Servio ad Virg. Aen. IX. 484. Libri fere omnes: *dum igitur licet.* Bemb. et Victor. *Tum igitur dum licet*, quod suscepit Westerhov.

V. 17. vulgo *facturus.* Correxit Bentl.

V. 19. Bentl. ex codd. *pedetemptim*, ut alibi *temtare* et *temptare* scribitur pro *tentare.*

V. 20. ante Bentl. erat *si quid opis.*

---

tur preci?] Bene, *preci.* — 19. *Pedetentim.*] Caute, a pedibus et tentando. *Pedetentim tamen.*] Hoc quidam sic acci-

---

18. *Quoquo hinc asportabitur terrarum, certum est persequi.*] Ita Plautus, Merc. V. 2. 16. *Certa res est, me usque quaerere illam, quoquo hinc abducta est gentium.* Valet autem *asportabitur*, *absportabitur.* Nepos, Themist. 2. *Omnia, quae moveri poterant, partim Salaminem, partim Troezenem* asportant. *Persequi* dixit, uti And. V. 4. 32. Phaedrus, I. 28. 5. de vulpe, catulos repetente ab aquila: *Hanc* persequuta *mater, orare incipit.* Est igitur constanter sequi.

19. *Di bene vortant.*] Ita Plautus, Curc. V. 2. 58. *Deos volo bene vortere istam rem vobis.* — *Pedetentim.*] Subaudi, *persequaris*, q. d. σπεῦδε βραδέως.

21. *Ne quid plus minusve faxit.*] Subaudi, *quam aequum sit.* Ita Plautus, Capt. V. 3. 18. *Eheu! cur ego* plus minusve feci, *quam aequum fuit?* Suetonius, Aug. 83. *Ne* plus minusve *loqueretur ex tempore.* [Schulting. ad Senec. Suas. VII. p. 49.]

An. Nóli metuere: úna tecum bóna, mala, tolerábimus.
Ge. Quántum est opus argénti? eloquere. *Ph.* Sólae trigintá minae.
Ge. Trígínta! hui, percára est, Phaedria. *Ph.* 'Istaec vero vílis est.
Ge. 'Age, age, inventas réddam. *Ph.* O lepidum! *Ge.* Auferte! *Ph.* Iam opust. *Ge.* Iám feres.
Séd opus est, mihi Phórmionem ad hánc rem adiutorém dari.
An. Praésto est: audacíssime oneris quídvis impone, ét feret.

V. 24. Westerh. *Quantum tibi opus est argenti? loquere.* Correxit Bentl. *Tibi* abest a cod. Petrensi. Duo codd. *eloquere.* Unus ex Meadianis *Quantum est opus tibi argenti, eloquere:* unde *tibi* deleto prodit vera scriptura.

V. 26. Westerhov. ita scriptum exhibet: *Age, age, inventas reddam.* Ph. *O lepidum caput!* || Ge. *Aufer te hinc.* Ph. *Iam opus est.* Ge. *Iam feres.* Correxit Bentl. ope codd. msptorum. Bemb. *caput* omittit. Aliquot libri: *Auferte.* In uno eoque veterrimo cod. *hinc* deest. Post verba: *adiutorem dari.* vulgo inseritur hic versiculus: *P. Abi, dic, praesto ut sit domi.* Tum sic scribitur: G. *Praesto est.* A. *Audacissime* etc. Sed vide Bentl. ad h. l.

---

piunt, tanquam Getae dicat Antipho, ut caute aggrediatur senem fallere. — 25. *Istaec vero vilis est.*] Amatorie. —

---

23. *Una tecum bona, mala tolerabimus.*] Ita Adelph. III. 4. 50. Eodem sensu Virgilius, Aen. II. 709. *Quo res cumque cadent, unum et commune periclum, Una salus ambobus erit.*

24. **Solae triginta minae.*] Ita Lucilius, lib. IX. *Tu milli nummum potes uno quaerere centum.*

26. *O lepidum caput!*] Ita Eun. III. 3. 25. Adelph. V. 9. 9. Sed And. II. 2. 34. *Ridiculum caput.* — *Aufer te hinc.*] Id versu 34. dicit: *Te hinc amove.* Ita Plautus, Rud. IV. 3. 93. *Te obsecro hercle,* aufer te *modo.*

27. *Iam opus est.*] Ita And. IV. 1. 59.

29. *Audacissime quidvis oneris impone, et feret.*]

Sólus est homo amíco amicus. ***Ge.*** **Eámus ergo ad eum ócius.**
An. **Númquid est, quod operá mea vobis ópus sit?** ***Ge.*** **Nil. verum ábi domum,**
Et illam miseram, quam égo nunc intus scío esse exanimatám metu,
Cónsolare. céssas? ***An.*** **Nihil est, áeque quod faciám lubens.**
Ph. **Quá via istuc fácies?** ***Ge.*** **Dicam in ítere: modo te hinc ámove.**

V. 34. vulgo *in itinere.* Correxit Bentl. quem vide ad Heaut. II. 3, 30.

---

30. *Solus est homo amico amicus.*] *Apollodorus, Μόνος φιλεῖν γάρ τοὺς φίλους ἐπίσταται.*

Ita And. V. 3. 26. Plautus, Bacchid. III. 3. 92. *In te hoc onus omne impono.*

30. *Solus est homo amico amicus.*] Ita Plautus, Bacchid. III. 2. 2. *Homini amico qui est amicus.* Et Mil. III. 1. 65. *qui amicus amico sit magis.*

31. *Numquid est, quod opera mea vobis opus sit?*] Ita And. IV. 3. 23.

34. *Te hinc amove.*] Ita Plautus, Trin. III. 3. 75. *Quin hinc te amoves?* Suet. Tib. 10. *statuit — se e medio quam longissime amovere.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

DEMIPHO. CHREMES.

De. Quid? quá profectus caúsa hinc es Lemnúm, Chremes,
Addúxtin' tecum filiam? *Ch.* Non. *De.* Quíd ita non?
Ch. Postquám videt me eius máter esse hic díutius,
Simul aútem non manébat aetas vírginis
Meam négligentiam; ípsam cum omni fámilia
Ad mé profectam esse aíbant. *De.* Quid illic tám diu
Quaeso ígitur commorábare, ubi id audíveras?
Ch. Pol mé detinuit mórbus. *De.* Unde? aut qui? *Ch.* Rogas?
Senéctus ipsa est mórbus. sed venísse eas
Salvás, audivi ex naúta, qui illas véxerat.

1. *Quid? qua profectus causa.*] *Haec est narratio simplex.* — 9. *Senectus ipsa est morbus.*] *Apollodorus,* Τὸ γῆ-

---

1. *Quid? qua profectus causa hinc es Lemnum, Chreme, adduxtin' tecum filiam?*] Formula interrogandi solennis. Plautus, Bacchid. II. 3. 15. *Quid hoc? qua causa eum hinc in Ephesum miseram, Accepitne aurum ab hospite Archidemide?* ubi v. Gronov.

4. *Non manebat aetas virginis meam negligentiam.*] H. e. exspectare non poterat. Supra, III. 2. 4. et 27. Valerius Flaccus, II. 138. *manet illa virum.* Horat. Carm. I. 28. 33. *vicesque superbae te maneant ipsum.* ubi plura Lambinus.

9. *Senectus ipsa est morbus.*] Vide Erasmum in Adagiis. Seneca, Epist. CVIII. *Senectus insanabilis morbus est.*

10. *Nauta, qui illas vexerat.*] Plautus, Mil. IV. 3. 16. *Nauclerus dixit, qui illas advexit mihi.*

De. Quid gnáto obtigerit, me ábsente, audistín', Chreme?
Ch. Quod quidem me factum cónsili incertúm facit.
Nam hanc cónditionem sí cui tulero extrário;
Quo pácto, aut, unde míhi sit, dicendum órdine est.
Te míhi fidelem esse aéque atque egomet súm mihi,
Scibam: ílle, si me aliénus adfiném volet,
Tacébit, dum intercédet familiáritas:
Sin spréverit me, plús quam opus est scitó, sciet.
Vereórque, ne uxor áliqua hoc resciscát mea.
Quod sí fit, ut me excútiam atque egrediár domo,

φάς ἐστιν αὐτὸ νόημα. — 13. *Hanc conditionem si cui tulero.*] Κυριολογία, quia *ferre conditionem alicui* dicimus. — 15. *Te mihi fidelem esse aeque.*] Mire admixtum ante completam sententiam de extraneo; *te mihi fidelem esse.* — 17. *Tacebit, dum intercedet familiaritas.*] Incertum, quando proditum iri se dicat, ante, an post nuptias. — 20. *Ut me excutiam.*]

---

11. *Obtigerit.*] In utramque partem *obtingendi* verbo utuntur. Vide And. V. 6. 2.

12. *Consilii incertum.*] Ita Hec. I. 2. 46. *animi incertus.*

13. *Hanc conditionem si cui tulero.*] H. e. filiae meae matrimonium obtulero. Ita Hec. II. 1. 44. Plautus, Trin. II. 4. 87. *Nunc* conditionem *hanc, quam ego* fero, *et quam abs te peto, Dare atque accipere, Lesbonice, te volo.* Est autem antecedens pro consequente; notat enim proprie *conditio* tractatum, seu pactum, quo contrahitur matrimonium. Nepos, Cim. 1. *Egit cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret. Id si impetrasset, se pro illo pecuniam soluturam: is quum talem* conditionem *aspernaretur.* Unde passim pro nuptiis licitis seu illicitis usurpatur. — *Extrario.*] Festo dicitur *extrarius, qui extra focum, iusque nostrum ac sacramentum est.* Apuleius, Apolog. *Praeterea minabatur, si* extrario *nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum.* Suetonius, Vesp. 5. *Prandente eo quondam canis* extrarius *e trivio manum humanam intulit, mensaeque subiecit.* [*Extrario* i. e. alieno, nulla nobis cognatione coniuncto. Forma *extrarius* Mureto ad h. l. non satis latina videbatur, sed ab idoneis scriptoribus usitatam esse ostendimus ad Rutil. Lup. p. 43.]

17. *Intercedet familiaritas.*] Ita Hec. III. 1. 25. *Ira inter eas intercessit.*

20. *Ut me excutiam.*] Videtur tangere morem eorum, qui

Id réstat. nam ego meórum solus súm meus.
***De.* Scio ita ésse: et istaec míhi res sollicitúdini est:**
Neque défetiscar úsque adeo experírier,
Donéc tibi id, quod póllicitus sum, effécero.

V. 23. Westerh. cum Faërno: *Neque adeo defetiscar unquam experirier.* Correxit Bentl. ex Priscian. p. 889 et 1147. Sic *usque adeo* donec legitur Andr. IV. 1, 38.

Legitur et *excutiat.* — 21. *Meorum solus sum meus.*] *Apollodorus,* ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος. — 24. *Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.*] *Virgilius, donec me flumine vivo Abluero.*

---

matrimonio mulctati a suis uxoribus et egredientes foras excutere vestimenta iubebantur, ut constaret, nihil sub ipsis latere, quod clam auferre possent. Hoc enim sensu et homo, et vestis *excuti* proprie dicitur. Plautus, Aul. IV. 4. 19. *agedum, excutedum pallium.* Vide Comment. maiorem. [*Ut me excutiam* i. e. ut me eiiciam domo, ut hinc fugiam. Cic. Philipp. II. 22. *consules ex Italia excussos.* Vid. Broukhus. ad Tibull. II. 6. 12.]

21. *Ego meorum solus sum meus.*] *Nostri* dicuntur, qui nobis favent. Ita And. V. 6. 12. Id igitur vult Demipho, neminem familiarium sibi favere, neque adeo culpam deprecaturum apud uxorem. Vel sensus est: *Nihil eorum, quae domi meae sunt, meum est; atque adeo vacuo mihi exeundum est.* [*Ego meorum solus sum meus* h. e. nemini domesticorum meorum credere possum, omnes cum uxore consentiunt. Ludit in duplici sensu pronominis *meus.* Nam *mei* primum sunt, qui e familia sunt, deinde qui mearum partium sunt, qui mecum sentiunt. Cassius Ciceroni XII. 12. *Crede mihi hunc exercitum quem habeo, senatus atque optimi cuiusque esse maximeque tuum.*]

23. *Neque adeo defetiscar.*] Ita Pacuvius, Duloreste. *Peream, nisi nunquam* fatiscar *facere, quod quibo boni.*

24. *Quod pollicitus sum.*] Intelligit filii sui cum filia fratris nuptias.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

GETA.

Ego hóminem callidiórem vidi néminem,
Quam Phórmionem. vénio ad hominem, ut dícerem,
Argénto opus esse, et íd quo pacto fíeret.
Vixdúm dimidium díxeram, intelléxerat.
Gaudébat: me laudábat: quaerebát senem:
Dis grátias agébat, tempus síbi dari,
Ubi Phaédriae se osténderet nihiló minus
Amícum se esse, quám Antiphoni. hominem ád forum

V. 3. Bentl. *argentum opus esse*, ex Bemb.

V. 7. Bentl. extruso *se* scripsit *Phaedriai*, et vers. 8. dedit *amicum se esse*, ubi vulgo *se* omittunt invito metro. Nos cum cod. Reg. in utroque versu *se* servavimus, quod ita geminari in eodem orationis membro certo demonstrari potest. Caesar de Bell. Gall. I. 35. extr. *si non impetraret, sese, quoniam senatus censuisset, ut* etc. *se Aeduorum iniurias non neglecturum.* Ovid. Metam. VIII. 128. Cic. pro Lig. 12. ubi *te* similiter geminatur. Hoc loco res ex confusione duorum constructionum explicari potest. Dicturus enim: *Ubi Phaedriae se ostenderet amicum,*

---

2. *Venio ad hominem.*] Venuste repetitum, *hominem.* —

---

1. *Ego hominem callidiorem vidi neminem.*] Ita Plautus, Most. I. 3. 113. *Non videor vidisse lenam callidiorem ullam alteram.* De voce *callidus* vide Donatum ad Adelph. III. 3. 63.

4. *Vixdum dimidium dixeram, intellexerat.*] In Phormione igitur verum, quod supra dicebat Antipho, III. 3. 8. *dictum sapienti sat est.*

8. *Ad forum.*] Plautus, Pseud. VII. 1. 138. *Si gradereris tantum, quantum loqueris, iam esses* ad forum. Eodem sensu dixit Ci-

Iussi ópperiri: eo me ésse adducturúm senem.
Sed eccum ípsum. quis est ultérior? atat! Phaédriae
Pater vénit. sed quid pértimui autem, béllua?
An quía, quos fallam, pro úno duo sunt míhi dati?
Commódius esse opínor duplici spe útier.
Petam hínc, unde a primo ínstitui. is si dát, sat est:
Si ab eó nil fiet, tum húnc adoriar hóspitem.

post *ostenderet* intulit plenius: *nihilo minus amicum se esse.* Similiter Graeci, de quibus v. Meineke ad Menandri Fragm. p. 50.

---

15. *Hunc adoriar hospitem.*] Astute *hospitem*, de eo qui supervenit: nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia. *Sallustius*, *Vitam sicuti peregrinantes transegere*, *etc.*

---

cero, Philipp. XIV. 13. Ad inferos *poenas parricidii luent.* Maxime tamen *apud forum* dicunt comici. Ita And. I. 5. 19. II. 1. 2. IV. 4. 6. Adelph. I. 2. 74. III. 3. 50. III. 5. 2. Infra V. 6. 19.

11. *Pertimui.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 8. 21. *Perii! pertimui miser.* — *Bellua.*] Convicium in se ipsum. Eun. IV. 4. 37.

13. *Duplici spe utier.*] Ita Ovidius, Remed. Amor. 449. *Qui sibi iam pridem solatia bina paravit.*

14. *A primo.*] H. e. a principio. Plautus, Mostell. III. 2. 139. *multum improbiores sunt, quam a primo credidi.* Infra IV. 3. 37. [Cic. Orat. c. 8. *Demosthenes summissius a primo, deinde dum de legibus disputat, pressius, post sensim incedens.* Idem Philipp. II. 30. *consilium a primo reprehendendum.* Vid. Gronov. ad Senec. de Vita Beata c. 7. et ad Quaest. Nat. V. 14.]

15. *Adoriar.*] Ita Heaut. IV. 5. 9.

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

An. Exspecto, quam mox récipiat [huc] sesé Geta.
Sed pátruum video cúm patre adstantem. heí mihi!
Quam tímeo, adventus húius quo impellát patrem.
Ge. Adíbo: o sálve, nóster Chreme! *Ch.* Salvé, Geta.
Ge. Veníre salvom vólupe 'st. *Ch.* Credo. *Ge.* Quíd agitur?
Ch. Multa ádvenienti, ut fit, nova hic complúria.
Ge. Ita. de 'Antiphone audístin' quae facta? *Ch.* 'Omnia.

V. 1. *huc* Bentl. codicum auctoritate delevit.
V. 4. Westerhov. cum aliis: *Adibo hosce. o noster Chremes.* Cod. Bemb. *o salve noster Chreme.* quod restituit Bentl. extruso otioso isto *hosce.* Nam saepe *adibo* absolute ponitur, ut Eun. III, 2, 8. Adelph. III. 4, 14. al.

Exspecto, quam mox recipiat huc sese Geta.] *Ad errorem cumulandum persona Antiphonis interponitur: ut ei adaucto metu amittendae uxoris, maior vis fiat repentinae laetitiae.* — 5. *Volup' est.*] *Hoc volup* nomen est, ut *hoc facul:* sic enim veteres per ἀποκοπὴν loquebantur. — 6. *Compluria.*] Secundum regulam locutus est; nam, *hoc complure,* et *haec compluria.* *Nova hic,*

---

1. *Quam mox.*] Ita Eun. IV. 7. 18. — *Recipiat huc sese.*] Id est, redeat. Supra, II. 4. 22.
3. *Quam timeo.*] Ita supra, III. 1. 18.
5. *Venire salvom volup' est.*] Formula adventum gratulandi. Ita Eun. V. 6. 6. Heaut. II. 4. 27. Adelph. I. 1. 55. Hec. III. 2. 18. Supra II. 1. 25. et 56. — *Quid agitur?*] Ita solebant ad.

Ge. Tun' díxeras huic? fácinus indignúm, Chreme,
Sic círcumiri! *De.* Id cum hóc agebam cómmodum.
Ge. Nam herclé égo quoque id quidem ágitans mecum sédulo,
Invéni, opinor, rémedium huic rei. *Ch.* Quíd, Geta?
De. Quod rémedium? *Ge.* Ut abii ábs te, fit forte óbviam
Mihi Phórmio. *Ch.* Qui Phórmio? *Ge.* Is, qui istám — *Ch.* Scio.
Ge. Visum ést mi, ut eius tentárem prius senténtiam.

V. 9. *cum hoc* Bentl. ex codd. Vulgo *hoc cum.*
V. 14. ante Bentl. erat: *Visum est mihi, ut eius téntarem sententiam.* Correxit partim ex codd. partim de sua coniectura.

---

compluria.] Sic veteres, quod nostri demta syllaba *complura* dicunt. Sic *Cato* Originum secundo; *Fana hoc loco compluria.* *Cicero* in Protagora, *Confirmandi genera compluria.*, Credo quia veteres *hoc plure*, non *hoc plus* dicebant. — 9. *Commodum.*] Commoda aestimatio est temporis * *Commodum*, tantum quod. *Lucilius: Quod mihi commodum est, aut uda vestimenta deposueram.* — 13. *Is qui*

---

venientes alterum interrogare. Eun. III. 2. 3. Adelph. III. 3. 19. V. 5. 2. et 4. V. 7. 3.

8. *Facinus indignum.*] Vide supra III. 2. 26.

9. *Circumiri!*] H. e. decipi, antecedens pro consequente. Plautus, Pseud. III. 2. 109. *Cum circumire in hunc diem, ut me, si posset, muliere intervorteret.* — *Id cum hoc agebam commodum.*] Ita Eun. II. 3. 51. Plautus, Rud. II. 6. 35. *easque res agebam* commodum. Valet autem *commodum*, opportune admodum, eo ipso tempore. [*Id agitans* i. e. hac de re cogitans. Simplex verbum ponitur pro composito. Nam *cogito* contractum est ex *coagito*. Liv. XXV. 36. *circumspectare atque agitare dux coepit.* ubi vid. Drakenborch. Tacit. Hist. IV. 59. *digressum Voculam et de supremis agitantem.* Flor. IV. 2. 15. *de successione Caesaris senatus, id est Pompeius, agitabat.*]

11. *Inveni, opinor, remedium.*] H. e. callide excogitavi. Phaedrus, V. Prol. 2. 5. *Qui pretium operibus maius* inveniunt.

13. *Is qui istam.*] Subaudi, *defendit, nobisque obtrusit*, *istam* autem vultuose et per contemtum dicit Phanium; ut subblandiri videatur fastidio Demiphonis; cui rei apta est *ἔλλειψις*. Vide Donatum ad And. Prol. 15.

14. *Ut eius tentarem sententiam.*] Ita And. III. 4. 9.

Prendo hóminem solum: cúr non, inquam, Phórmio,
Vidémus, inter nós haec potius cúm bona
Ut cómponantur grátia, quam cúm mala?
Herus líberalis ést, et fugitans lítium.
Nam caéteri quidem hércle amici omnés modo
Uno óre auctores fuére, ut praecipitem hánc daret.
An. Quid hic coéptat? aut quo evádet hodie? *Ge.* An légibus
Datúrum poenas díces, si illam eiécerit?
Iam id éxploratum est. heia! sudabís satis,
Si cum íllo inceptas hómine: ea eloquéntia est.
Verúm, pone esse víctum eum: at tandém tamen

V. 16. vulgo: *Vidés, intér vos sic haec pótius cum bona.* Abest *sic* in aliquot codd. Alii *nos* habent. His probatis Bentleius scripsit *Videmus.*

V. 25. Bentl. *pono,* cum Bemb.

---

istam.] Ἀποσιώπησις tertia; deest *obtrusit nobis*, aut, *defendit*, aut quid tale. — 18. *Fugitans litium.*] Genitivo casui vim nominis habet *fugitans litium.* Quasi quod vult in domino facere, id iam in eo esse dicit: praeparans hominem ad contemtum pecuniae, quae

---

15. *Prendo hominem.*] Ita And. II. 2. 16.

16. *Potius cum bona ut componantur gratia, quam cum mala.*] Quemadmodum *fides, dolus,* et quaedam alia, ita *gratia* seu *bona,* seu *mala* dicitur. [V. Graev. ad Cic. pro Sulla c. 16.] Lites autem *componi* dicuntur, cum finiuntur. Virgilius, Ecl. III. 108. *Non nostrum, inter vos tantas componere lites.*

20. *Uno ore.*] Ita And. I. 1. 69. — *Auctores fuere.*] Vide ad Adelph. V. 8. 16. — *Ut praecipitem hanc daret.*] H. e. ut domo eiiceret. Phaed. V. 7. 39. *Ab universis capite est protrusus foras.* ubi v. Burm. Seneca, Benef. VI. 1. *Alia detinebo diutius, alia expellam, et capite agam.*

21. *Quo evadet hodie?*] Ita And. I. 1. 100. I. 2. 5. Supra, I. 2. 61.

23. *Sudabis satis.*] H. e. satis laborabis, Cicero, Fam. III. 12. *vides sudare me, iam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda sunt, et te non offendam.* Horat. A. P. 241. *sudet multum frustraque laboret.*

25. *Pone.*] H. e. fac, finge. Cicero, Orat 4. Positum sit igi-

Non cápitis eius res ágitur, sed pecúniae.
Postquam hóminem his verbis séntio mollírier:
Solí sumus nunc, ínquam, hic; eho! dic, quid vis dari
Tibi in manum? ut herus hís desistat lítibus:
Haec hínc facessat, tú molestus né sies.
An. Satin' ílli Di sunt própitii? *Ge.* Nam sát scio,

V. 26. *eius* est monosyllabum. Bentl. tamen ex cod. Guyeti *ei* suscepit.

V. 28. Westerh. cum Faërno: *hic inquam.* Mutavit ordinem Bentl. ex codd. suis.

V. 29. Bentl. ne *herus* extra ictum sit, em. *Tibi in manum, hérus ut his desistat litibus.*

---

poscetur statim. — 28. *Dari tibi in manum.*] Datur ei in manum, qui furtim accipit sine arbitro, aut interprete: ut praevaricator, aut iudex corruptus. — 30. *Haec hinc facessat.*] Pro, *Hinc se faciat*, id est, abeat: *Huc se faciat*, huc accedat, significat. *Haec*

---

tur in primis, sine Philosophia non posse effici eloquentem. Locutio desumta a calculis, qui *ponuntur*, et dicuntur valere id, quod ratiocinator velit. Vide Cl. Burm. ad Petron. 101. p. 473.

26. *Non capitis eius res agitur, sed pecuniae.*] Ita Heaut. III. 1. 67. Horatius, Epist. I. 18. 84. *Nam tua res* agitur, *paries quum proximus ardet.*

27. *Mollirior.*] Ita supra III. 2. 18. Virgilius, Aen. I. 61. mollit*que animos, et temperat iras.*

28. *Dari tibi in manum.*] Explicat Donatus. Aliud est, *dare prae manu.* Adelph. V. 9. 23. quod Belgae vocant, *voorschieten.* [*Soli sumus*, ut tuto loqui possimus. Cic. ad Attic. VI. 3. *omnino, soli enim sumus, nullas unquam ad me literas misit Brutus.* Graeci eadem formula dicunt *αὐτοί ἐσμεν* sive *μόνοι ἐσμεν.* Vid. Victorii V. L. XXIII. 23.]

29. *His desistat litibus?*] Ita Virgilius, Aen. I. 41. *mene* incoepto desistere *victam?* Sallustius, Iug. 25. *Minae graves denunciabantur, quod* oppugnatione *non* desisterent. Ad quem locum vide Gotl. Cortium. [*Hinc facessat* i. e. hinc abeat. Cic. apud Non. Marcell. p. 307. *facessant igitur omnes qui docere nihil possunt, quo melius sapientiusque vivamus.* Est etiam in *facessat* intelligendum *se.*]

31. *Satin' illi dii sunt propitii?*] H. e. *an dii irati mentem ei ademerunt?* Ita Plautus, Mil. III. 1. 107. *Dii tibi propitii sunt.* H. e. sapis. Contrarium est And. IV. 1. 40. et supra I. 2. 24.

Si tu áliquam partem aequí bonique díxeris,
Ut est ílle bonus vir, tría non commutábitis
Verba hódie inter vos. *De.* Quis te istaec iussít loqui?
Ch. Immó non potuit mélius pervenírier
Eo, quó nos volumus. *An.* 'Occidi! *Ch.* Perge éloqui.
Ge. A prímo homo insaníbat. *Ch.* Cedo, quid póstulat?
Ge. Quid? nímium quantum líbuit! *Ch.* Dic. *Ge.* Si quís daret
Taléntum magnum. *De.* Immó malum, hercle: ut níl pudet!
Ge. Quod díxi adeo eii: quaéso, quid si fíliam

V. 38. Bentl. scripsit: *Quid? nimium quantum.* C. *quantum? dic.* G. *si quis daret.*

V. 39. Bentl. Demiphoni tribuit haec. *Imo malum* etc. Vulgo ascribuntur Chremeti.

---

hinc facessat.] Pro *cedat*, alias *faciat.* Ergo duas res significat hoc unum verbum. An *hinc facessat*, proverbialiter, quasi *hinc faciat. Plautus*, *Argentum hinc facite. Huc te fac* dicitur, pro, *huc accede.* — 32. *Aliquam partem.*] Et si non totum, vel *aliquam partem.* — 33. *Tria non commutabitis verba hodie inter vos.*] Sic dicebant, iurgium significantes. Proprie *verba commutare* est, quod *altercari* dicimus. — 38. *Quid? nimium quantum libuit.*] Apud quosdam diversae personae cum verbis sin-

---

33. *Ut est ille.*] Ita And. V. 4. 12. — *Tria non commutabitis verba hodie inter vos.*] Ita And. II. 4. 7.

35. *Non potuit melius pervenirier eo, quo nos volumus.*] Ita Eun. I. 2. 44.

37. *A primo.*] Ita supra, IV. 2. 14. — *Insanibat.*] H. e. *immensum pretium postulabat. Cuperus* Observatt. p. 135. St.

38. *Si quis daret talentum magnum.*] Mimesis verborum Phormionis. De *talento magno*, seu Attico, quod constabat sexaginta minis, seu sex millibus drachmarum Atticarum, vide I. Fr. Gronovium, de Sestertiis, III. 4.

40. *Quid si filiam unicam locaret?*] Sensus est: *uti non locat nuptum filiam unicam, ita neque talentum magnum dabit.* Geta autem Phormionis *si* salse repetit. Ita Heaut. IV. 3. 41.

Suam únicam locáret? parvi réttulit
Non súscepisse: invénta est, quae dotém petat.
Ad paúca ut redeam, ac míttam illius inéptias,
Haec dénique eius fuít postrema orátio:
Ego, ínquit, iam a princípio amici fíliam,
Ita ut aéquom fuerat, vólui uxorem dúcere.
Nam míhi venibat ín mentem eius incómmodum,
In sérvitutem paúperem ad ditém dari:
Sed mi ópus erat, ut apérte tibi nunc fábuler,
Aliquántulum quae adférret, qui dissólverem
Quae débeo: et etiám nunc, si volt Démipho
Dare, quántum ab hac accípio, quae sponsá 'st mihi:
Nullám mihi malim, quam ístanc uxorém dari.
An. Utrúm stultitia fácere ego hunc, an málitia
Dicám: scientem, an ímprudentem, incértus sum.

V. 47. Bentl. *incommodi*, quia deinde in universum *pauperem* memorat.

---

gulis. — 41. *Parvi retulit.*] Nihil interfuit: vel parum interfuit, id est, nihil profuit. — 42. *Non suscepisse: inventa est, quae dotem petat.*] In Graeca fabula senex hoc dicit, *Quid interest me non suscepisse filiam, si modo dos dabitur alienae?* — 49. *Sed mihi.*] Παρένθεσις prima. *Sed mihi opus erat.*] Indictio doli est; nam antequam petat, petendi causam ingerit. — 50. *Quae adferret, qui dissolverem.*] Quia, si opum causa habendarum dotatam quaereret, minor esset necessitas captandae opulentioris. Aes alienum addidit, cui rei nihil opponi potest. — 52. *Ab hac accipio, quae sponsa 'st mihi.*] Mire *accipio:* non *accepturus sum.* Et definitivum modum ponit, ne de summa dotis superait disputatio. — 54. *Utrum stultitia facere.*] Παρέλκον tertium; hoc idem enim valet *utrum*, quod *an.* — 55. *Scientem, an im-*

---

41. *Parvi retulit, non suscepisse.*] Id vult Geta: *poterat tanta dote vel filia unica nuptum locari, si suscepta fuisset.* Si igitur *talenti magni* summam spectes, parvi refert, herum non suscepisse filiam. [*Locaret* pro in matrimonium collocaret. Vid. Bentleius ad V. 1. 32.]

47. *Incommodum, in servitutem pauperem ad ditem dari.*] Invidiose dixit *servitutem*, quum de matrimonio sermo sit. Ita Plautus, Asin. I. 1. 74. *Argentum accepi, dote imperium vendidi.* Dixit porro, *in servitutem dari*, uti Plautus, Asin. III. 3. 119. *Postea ad pistores dabo.*

De. Quid, si animam debet? *Ge*. 'Ager oppositust pignori,
Ob décem minas, inquit. *De*. 'Age, age; iam ducát: dabo.
Ge. Aedículae item sunt ób decem alias. *De*. Oíei!
Nimiúm est. *Ch*. Ne clama: pétito illasce a mé decem.
Ge. Uxóri emunda ancílla 'st: tum autem plúscula
Supéllectile opus est: ópus est sumtu ad núptias:
His rébus aliaś pone, inquít, decem [minas].

V. 57. vulg. *minas*, quod in *mnas* mutavit Bentl.
V. 58. vulg. *Oi hui*. v. Bentl. ad Heaut. I. 3, 31.
V. 59. vulg. *hasce*, ut hiatus sit. Sustulit Bentl.
V. 60. Westerh. cum Faërno: *ancillula 'st: tum pluscula*. Mutavit Bentl. ex codd. suis. Sic *tum autem* legitur Andr. I. 5, 34. Eun. II. 3, 11. al.
V. 62. vulgo: *His rebus sane pone inquit decem minas*. Sed *minas*

---

prudentem.] Ἀντίθετον secundum; nam *scienti imprudentem* reddidit. — 56. *Quid si animam debet?*] Graecum proverbium, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν ὀφείλει. *Ager oppositus est pignori, ob decem minas*.] Astute non protinus *triginta minas* dixit, sed paulatim colligit, ut partibus congestis in summa senex minus gravetur; nam si semel diceret, deterreret parcissimum senem. Deníque audítis decem minis, statim respondet, *dabo*, conceduntur ab alio decem, de reliquis superest dubitatio; nam difficilis est ad dandum. — 61. *Sumtu ad nuptias*.] *Opus est*, subauditur. — 62. *Pone*

---

56. *Ager oppositus est pignori ob decem minas*.] Ita Plautus, Pseud. I. 1. 85. *Si me opponam pignori*. Valet autem *ob* h. l. *pro* Gellius, XI. 10. *Tragoedus gloriae sibi ducebat, talentum magnum ob unam fabulam datum esse*. Atque ita Plautus passim. [*Animam debere* dicitur, qui plus debet quam dissolvere potest. — *Opponere pignori* Veteres dicunt, *supponere* ICti, quorum Fragmenta sunt in Digestis.]

[59. *Ne clama* magis latinum est, quam *ne clames*. Ovid. Art. Amat. I. 343. *ne dubita cunctas superare puellas*. ubi vid. Burmannus.]

61. *Opus est*.] H. e. indigeo. Cato apud Senecam, Epist. XCIV. *Emas non quod opus est, sed quod est necesse*. Cicero Parad. VI. 1. *Filiam quis habet?* pecunia est opus; *duas? maiore; plures? maiore etiam. Et si, ut aiunt, Danai quinquaginta fuerunt filiae, tot dotes magnam quaerunt pecuniam*.

62. *Pone*.] H. e. destina. Virgilius, Aen. I. 282. *His ego nec metas rerum, nec tempora pono*.

De. Sexcéntas proinde scribito iam mihi dicas.
Nil do. impuratus me ille ut etiam irrideat?
Ch. Quaeso, égo dabo, quiésce. tu modo, filius
Fac ut illam ducat, nós quam volumus. *An.* Hei mihi!
Geta, óccidisti mé tuis falláciis.
Ch. Mea caúsa eiicitur: me hóc est aequom amíttere.
Ge. Quantúm potest, me cértiorem, inquít, face:
Si illám dant, hanc ut míttam: ne incertús siem.
Nam illí mihi dotem iám constituerúnt dare.
Ch. Iam accípiat: illis répudium renúntiet:

om. aliquot codices. Pro *sane*, quod languet, Bentl. *alias* correxit.

V. 69. West. *potes*. Recte Bemb. *potest*, probante Bentleio, quem vide ad Adelph. IV. 6, 66.

---

sane, inquit, decem minas.] Bene, *sane:* quasi plus quiddam exigat, sed hoc contentus sit. — 63. *Sexcentas proinde scribito iam mihi dicas.*] Perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis; nam *Apollodorus* μυρίας dixit, pro multis. Et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos *sexcenta* dicere pro multis, usitatum est. *Cicero, Sexcenta possum decreta proferre.* — 68. *Mea causa eiicitur: me hoc aequom est amittere.*] Ratio cur ipse viginti dare debeat minas, dante Demiphone decem. — 69. *Quantum potes, me certiorem.*] Festinat Geta: scit enim dixisse lenonem,

---

64. *Impuratus.*] Proprie de lenone, *impurus* et *impuratus*, uti *sordidus* et *sordidatus*, Heaut. II. 3. 56. Plautus, Rud. III. 4. 46. *Nisi scio, probiorem esse hanc, quam te,* impuratissime.

66. *Nos quam volumus.*] Intelligit filiam suam in Lemno susceptam.

68. *Eiicitur.*] H. e. matrimonio mulctatur. Supra II. 3. 90. Infra IV. 5. 13.

69. *Me certiorem face.*] Ita Plautus, Curc. V. 2. 32. *Fac me certiorem, obsecro.* Cicero passim. Sed Virgilius aliter, Aen. III. 179. *Anchisen facio certum.*

72. *Illis.*] Ita loquitur, quasi cum sponsa omnem simul aspernetur familiam. — *Repudium renunciet.*] Proprie *repudium* dixit. *Divortium* enim inter virum et uxorem fieri, *repudium* sponsae remitti ait Modestinus L. 101. §. 2. de Verb. Signif. Plautus, Aul. IV. 10. 57. *is me nunc* renunciare repudium *iussit tibi.*

Hanc dúcat. *De.* Quae quidem ílli res vortát male!
Ch. Oppórtune adeo argéntum nunc mecum ádtuli,
Fructúm, quem Lemni uxóris reddunt praédia:
Índe súmam: uxori, tíbi opus esse, díxero.

V. 74. vulgo *nunc argentum.* Mutavit Bentl. ex cod. Bemb.
V. 76. vulg. *Id sumam.* Bemb. *Inde sumam*, probante Bentl.

Mea lege utar; ut potior sit, qui prior ad dandum est. — 73. *Quae quidem illi res vortat male!*] Non desinit poëta ostendere avaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia sic commodum ei est. *Virgilius, Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hoedos.* — 74. *Argentum mecum adtuli.*] Comicum argentum praesto est. Et causa additur cur praesto, et unde sit; simul iracundiae uxoris, et iurgio praeparatur locus. — 75. *Fructum, quem Lemni.*] Et *Lemni*, et *Lemno* legitur. *Reddunt praedia.*] Σχῆμα ἐπεξηγήσεως. Et proprie de fructu, *reddunt.* — 76. *Id sumam.*] Non *fructum*, sed *argentum.* [Legit igitur *Inde.* Bentl.] *Id sumam.*] Impendam, unde et *Sumtus* dictus. *Uxori, tibi opus esse, dixero.*] Bene *esse*, non *fuisse:* ne iam repetendum videretur. *Opus esse, dixero.*] Adiunctivum pro pronuntiativo, ut in Eunucho, *Perculeris iam tu me.*

---

73. *Quae quidem illi res vortat male.*] Ita Adelph. II. 1. 37. Plautus, Trin. II. 4. 132. *Neque unquam quisquam est, quoius ille ager fuit, Quin pessume ei res vorterit.*

75. *Fructum, quem Lemni uxoris reddunt praedia.*] Non tantum quae terra nascuntur, *fructus* dicuntur, sed quivis reditus, et quaecunque pecunia seu fructibus, seu aliis rebus vendundis redigitur. Cicero, Parad. VI. 1. *Multi ex te audierunt, cum diceres, neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis* fructibus. Proprie autem *reddunt* dixit; ita Ovidius, de Ponto, I. 6. 56. *Hanc messem satis est, si mea* reddat *humus.* [*Fructus* est reditus praediorum et agrorum. Catull. CXV. *Firmano saltu non falso Mentula dives Fertur, qui tot res in se habet egregias, Aucupia omne genus, pisces, prata, arva, ferasque. Nequidquam: fructus sumptibus exsuperat* h. e. plus in eum saltum impendit pecuniae, quam inde redigit. Cic. Parad. VI. 1. *neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus.* Idem Catil. II. 8. *Quod si maturius facere voluissent, neque, id quod stultissimum est, certare cum usuris fructibus praediorum, et locupletioribus his et melioribus civibus uteremur.* ubi vid. Interpretes. — *Reddere* proprie dicitur ager id, quod ex eo percipitur. Columella de Re Rust. II. 17. *reddit pratum in pabulo non minus quam in foeno.* Haec et similes locutiones ex eo ortae videntur, quod semen velut creditum agro reddit cum fenore.]

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

ANTIPHO. GETA.

An. Geta! *Ge.* Hém! *An.* Quid egisti? *Ge.* 'Emunxi argentó senes.
An. Satin' ést id? *Ge.* Nescio hércle: tantum iússus sum.
An. Eho! vérbero, aliud míhi respondes ác rogo.
Ge. Quid érgo narras? *An.* Quíd ego narrem! operá tua
Ad réstim mi quidem rés redit planíssume.
Ut té quidem omnes Dí Deae[que], Superi, 'Inferi,

V. 2. Sic Bentl. ex codd. Vulgo *id est.*
V. 5. ante Bentl. erat *rediit.*
V. 6. Bentl. *que* delevit, metro infestum.

1. *Emunxi argento senes.*] Mire, quum e contrario dicatur *Emunctus homo* elegans et facetus: ut *Horatius* de *Lucilio*, *Emunctae naris*, inquit. — 2. *Satin' id est?*] Hoc est, idne tibi videtur satis esse ad miserias meas? An quasi *εἰρωνικῶς* dicit, ut dicere solemus, *Bene habet nunc:* aut *Fecisti certe quod debuisti.* Ideo autem subambigue locutus est, ut nequaquam posset aliter interpretari a Geta,

1. *Emunxi argento senes.*] H. e. fraudavi. Plautus, Bacchid. IV. 4. 50. Emungam *hercle hominem probe hodie.* Horatius, Arte Poët. 238. *Pythias* emuncto *hierata Simone talentum*, idem graeci *ἀπομύττειν* dicunt. Neque aliter Belgae et Germani.

2. *Satin' id est?*] Formula obiurgandi, q. d. *Satin' id tibi placet?* ita Eun. V. 2. 12. — *Tantum.*] Intelligit triginta minas. Ita vero respondet, quasi Antipho rogasset, an tanto argento emunxerit senes, quanto satis sit.

5. *Ad restim mihi quidem res rediit.*] Formula desperationis. Ita Caecilius, Synephebis: Ad restim res redit. *Immo collus; non res.* Vide Comment. maiorem.

Malís exemplis pérdant! hem! si quíd velis,
Huic mándes, quod quidĕm récte curatúm velis.
[Qui te ád scopulum e tranquillo auferat.]
Quid mínus utibile fuít, quam hoc ulcus tángere,
Aut nóminare uxórem? iniecta est spés patri,

V. 9. deest in Bemb. Victor. Basil. Donat. Bentleius delevit verba: *quod quidem recte c. velis*, ut ista: *Qui te — inferat* versum compleant. Ac sane per se vix est probabile, versiculi partem istam interpolatoris manui deberi, praesertim quum Liv. XXXVIII. 10. eum ob oculos habuisse videatur.

---

qui respondebit, *Nescio hercle, tantum iussus sum.* — 10. *Ulcus*

---

7. *Malis exemplis.*] H. e. gravissimis poenis. Vide Donatum ad Eun. V. 7. 21.

8. *Huic mandes, quod quidem recte curatum velis.*] Repetitus versus ex Adelph. III. 3. 18.

9. *Qui te ad scopulum e tranquillo inferat.*] Sensus est: *Qui te ex expedito faciat impeditissimum.* Translatio a re nautica; quae ad scopulum alliduntur naves, exitio proximae sunt. Lucretius II. 1170. ire Ad scopulum *spatio aetatis defessa vetusto.* Vide Comment. maiorem. [*Qui te ad scopulum e tranquillo inferat* h. e. qui te ex re tranquillissima in summum periculum vel perniciem eiiciat. Hunc locum imitatus est Livius XXXVIII. 10. *tum illam tempestatem coortam, quae ad Antiochum eos, sicuti in scopulum, intulisset.* ubi vid. Gronov. et Drakenborch. *E tranquillo* intell. *mari.* Plin. Hist. Nat. XVIII. 35. *littora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem praedicunt.* Eadem forma Veteres *sereno* dicebant pro *coelo sereno.* Vid. Interpretes ad Liv. III. 14. 5. et XXVIII. 27. 16. Sed pro *inferat* alii libri habent *auferat*, quod verbum proprie dicitur de tempestate et fluctu. Ovid. Amor. II. 4. 8. *auferor, ut rapida concita puppis aqua.* Vid. Bentleius ad h. l. et Drakenborch. ad Liv. XXXV. 11. 10. — Bentleius et alii e melioribus codicibus ediderunt *utibile*, qua forma Plautus quoque utitur Menaechm. V. 6. 23. *ii solent esse heris utibiles*, et alibi.]

10. *Utibile.*] H. e. utile. Plautus, Menaechm. V. 6. 22. *Servi, qui culpa carent, et metuunt, ii Solent esse heris* utibiles. — *Hoc ulcus tangere.*] H. e. mentionem de ingrata hac re facere. Translatione ab homine ulceribus et vomicis obsito, quae sine dolore tangi non possunt. Cicero, pro Domo, 5. *Tu in hoc ulcere tanquam unguis exsisteres.* Vide Comment. maiorem.

11. *Iniecta est spes patri.*] Ita Cicero, Att. XVI. 5. *Bruto cum saepe* spem iniecissem de ὁμονοίᾳ.

Posse íllam extrudi. cédo nunc porro, Phórmio
Dotém si accipiet, úxor ducenda ést domum:
Quid fiet? *Ge.* Non enim dúcet. *An.* Novi: caé-
terum
Quum argéntum repetent, nóstra causa scílicet
In nérvom potius íbit. *Ge.* Nihil est, 'Antipho,
Quin mále narrando póssit depravárier.
Tu id quód boni est, excérpis: dicis, quód mali est.
Audí nunc contra ïám: si argentum accéperit,
Ducénda est uxor, út ais: concedó tibi.
Spatiúm quidem tandem ádparandis núptiis,
Vocándi, sacruficándi dabitur paúlulum.

tangere.] Proverbiale: non εἰρωνικῶς dixit. — 16. *In nervom potius ibit.*] Decipiet, proverbio tracto a sagittariis: quum vis conatusque tendentis arcum non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetatur. — 18. *Tu id, quod boni est, excerpis.*] Honeste *excerpis* dixit. Et attende, quemadmodum dicat, *Excerpi bona,*

---

12. *Posse illam extrudi.*] Plautus, Mil. IV. 1. 30. *ut mulierem* extrudam *foras.*

[13. *Enim* ponitur pro *enimvero.* Infra V. 7. 90. *Etenim solus nequeo.* Saepe *enim* adversandi vim habet. Liv. XXII. 25. *id enim ferendum esse negat.* Valer. Max. III. 7. 8. *est enim iniquum, Quirites.* Vid. Interpretes ad Liv. XXXIV. 32. 13. Solis vero comicis, quos Appuleius imitatur, usitatum est hanc particulam adversativam ab initio ponere.]

15. *Nostra causa scilicet in nervom potius ibit.*] Ita supra II. 2. 11. Similis fere locutio est, Eun. 3. 89.

16. *Nihil est, Antipho, quin male narrando possit depravarier.*] Quia, teste Epicteto, cap. 65. duae sunt rerum λαβαί. Contra Cicero, Parad. I. *Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione.*

18. *Tu id, quod boni est, excerpis; dicis, quod mali est.*] Ita Accius, Myrmidonibus: *Tu addis, quod vitio est: demis, quod laudi datur.* Cicero, de Legib. III. 10. *Sed est iniqua in omni re accusanda, praetermissis bonis, malorum enumeratio, vitiorumque selectio.*

21. *Tandem.*] H. e. saltem, ad minimum, ita Eun. V. 9. 25.

22. *Sacruficandi.*] Vide ad Adelph. IV. 5. 65. — *Paululum.*] Refertur ad *spatium.* Ita Adelph. V. 9. 23. Aliquid *paullulum.*

Intérea amici, quód polliciti súnt, dabunt.
Inde íste reddet. *An.* Quámobrem? aut quid dicét?
Ge. Rogas?
Quot rés? postilla, mónstra evenerúnt mihi!
Intróiit in aedes áter alienús canis:
Anguís per impluvium décidit de tégulis:
Gallína cecinit: ínterdixit háriolus:
Harúspex vetuit ánte brumam aliquíd novi

V. 24. Bentl. cum Bemb. *Inde iste.* Westerh. *Id ille istis.*
V. 27. Bentl. de Guyeti sententia dedit *in impluvium.*
V. 29. et 30. Bentl. sic conformavit: *Haruspex vetuit: ante brumam.*

---

quibus non utatur. — 28. *Gallina cecinit.*] Observatum est, in qua domo *gallina canat*, superiorem marito esse uxorem. *Interdixit hariolus.*] *Hariolus* est, qui divina mente vaticinatur. Dictus *hariolus*, quasi *fariolus*, a *fatis* et a *fando*, quum *F* pro *H*, et item *H* pro *F*, in multis locutionibus ponatur. An quod imitatur aspirationem in exhalando? nam halitu solent excludere velut mortalem animam, ut divinam recipiant, unde et vocem eiusmodi dabant, quae est *oe*: quod *oe* sonus exhalandi vim praestat. — 29. *Haruspex*.

---

25. *Quot res?*] Subaudi: *dicere poteris.* — *Postilla.*] H. e. *ex illo tempore, quo dote data Phanium mihi desponsa est.* Ita And. V. 4. 33. — *Monstra evenerunt mihi.*] Hic incipit [illegible] verborum Phormionis. Domesticum autem illud auspicium Telegono quodam auctore inventum, teste Suida.

26. *Introiit in aedes ater canis alienus.*] Multa de *canibus* prodigia recenset Iulius Obsequens. Hanc vero Plautus *caninam scaevam* vocat, Cas. V. 4. 4. [Casaub. ad Theophr. Char. c. 16.]

27. *Anguis per impluvium decidit.*] Ita Plautus, Amph. V. 1. 56. *Decidunt angues iubati deorsum in impluvium duo.* Livius I. 56. *Portentum terribile visum*, anguis ex columna lignea elapsus. De *impluvio* vide Eun. III. 5. 41. [Casaub. l. c.]

28. *Gallina cecinit.*] Simile portentum narrat Apuleius, Miles. IX. *Una de cetera cohorte gallina, per mediam cursitans aream, clangore genuino, velut ovum parere gestiens, personabat.* — *Interdixit hariolus.*] Scilicet, solebant superstitiosiores, quoties tale monstrum eveniret, ad *hariolos* consulendos currere. Ita Gelasimus parasitus, in Plauti Sticho, III. 2. 1. in re simili Haruspicum libros se consuluisse dicit. Phaedrus, III. 3. 4. *Habenti cuidam pecora pepererunt oves Agnos humano capite. Monstro exterritus Ad consulendos currit moerens* hariolos.

29. *Haruspex.*] Dictus ab *Haruga inspicienda.* Est autem

Negóti incipere. quaé causa est iustíssima.
Haec fient. *An.* Ut modo fiant. *Ge.* Fient: mé vide.
Pater éxit. abi, dic ésse argentum Phaédriae.

autem novi Negoti nihil incipere causa est sontica. Nimirum plurimi codd. pro *aliquid* habent *autem*; et *sonticum* Festus interpretatur *iustum*.

---

vetuit.] *Haruspex* ab *haruga* nominatur; nam *haruga* dicitur hostia, ab *hara* in qua concluditur et servatur: *hara* autem est, in qua pecora includuntur. *Plautus: Rusticus, hircus, hara;* Mostellaria. *Ante brumam.*] Arte irrisit homines *Terentius*, quibus religio sit aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus. *Ante brumam.*] Quod ante brumam dies decrescere incipiant. — 31. *Fient: me vide.*] Respice, id est, vultus mei fiduciam gere; siquidem quia nullum periculum est. Sic Graeci, nam aliter Latini. *Me vide.*] Quia in iure promittit, et interponit suam fidem: quod nos dicimus, *me habes.* *Vide.*] Respice.

Haruga Hetruscum vocabulum, ex Oriente ortum, notatque Hebraeis *Caesam* victimam; quia olim femellae maxime ad sacrificia adhibebantur. Errat Donatus in *Harugae* etymo. [*Bruma* proprie significat diem brevissimam. Nam *brevissima* in *breumam* vel *brumam* eodem fere modo contractum est, quo *infimus* in *imus*. Vid. Gesner. ad Claudian. de Raptu Proserp. II. 106. Recentiores brumam barbare vocant *solstitium* hibernum. Veteres sic vocabant solstitium aestivum.] Religio fuit aliquod negotium suscipere decrescentibus diebus.

30. *Causa est iustissima.*] Ita And. I. 1. 114. V. 4. 46. Supra I. 4. 49.

31. *Me vide.*] Ita And. II. 2. 13.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUINTA.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

De. Quiétus esto, inquam: ego curabo, né quid verborúm duint.
Hoc témere nunquam amíttam ego a me, quín mihi testes ádhibeam.
Cui dém, quamobrem dem, cómmemorabo. *Ge.* *(secum)* Ut caútus est, ubi níhil opus 'st!
Ch. Atque íta opus facto est. át matura, dúm libído eadem haéc manet.

V. 1. Bentl. *duit*, ex codd.

V. 4. Bentl. corr. *Atqui ita opus facto est, et mature.*

---

1. *Quietus esto, inquam: ego curabo.*] *Quietus*, id est, securus, ab eo quod praecedit, id quod sequitur. — 3. *Ut cautus est, ubi nihil opus est!*] Consulit, inquit, quemadmodum detur, ubi omnino dare non debuerit: siquidem argentum Phaedriae detur sub nomine Phormionis. — 4. *Dum libido eadem haec manet.*] Bene *libidinem* posuit pro voluntate hominis incerti ac

---

1. *Ne quid verborum duint.*] H. e. ne quid fallant me Geta et Phormio, et ne argento accepto Phanium apud Antiphonem maneat. Alii legunt *duit*, sc. Phormio.

3. *Cui dem, quamobrem dem, commemorabo.*] Ita Cicero, Fam. V. 20. *Ni ista pecunia gravissimis esset certissimisque monumentis testata, cui data, quo Scto, quibus tuis, quibus meis literis P. Sextio tradita esset.* — *Hoc*, argentum.

4. *Dum libido eadem haec manet.*] H. e. dum se Phanium esse ducturum dicit Phormio. Contrarium est And. III. 3. 24. et Adelph. III. 2. 14. [*Libido* est voluntas hominis incerti et levis, temere suscepta. Vid. Heaut. I. 2. 27.]

Nam si áltera illaec mágis instabit, fórsitan nos reíciat.
Ge. Rem ipsám putasti. *De.* Dúc me ad eum ergo. *Ge.* Nón moror. *Ch.* Ubi hoc égeris,
Transíto ad uxorém meam, ut convéniat hanc, prius quam hínc ábit:
Dicát, eam dare nos Phórmioni núptum, ne succénseat:
Et mágis esse illum idóneum, ipsi quí sit familiárior.
Nos nóstro officio níl degressos ésse: quantum is vóluerit,
Datum ésse dotis. *De.* Quíd tuā, malum! id réfert? *Ch.* Magni, Démipho.
Non sátis est, tuum te officium fecisse, si non id fama adprobat?

V. 5. Westerh. *altera illa*.

V. 9. vulgo: *qui ipsi sit*. Correxit Bentl. ex uno codice Acad.

V. 10. *esse* omnes codd. Bentl. ignorant. Itaque *esse* deleto in fine versus *dari* de suo addidit.

V. 12. vulgo Demiphoni et v. 13. Chremeti tribuitur. Omnia Chremetis esse primus observavit Bentleius. Idem hos versus sic constituit; *Non sátis est tuum officium facere, fáma si id non ádprobat: Volo ipsius quoque voluntáte haec fieri, ne se eiectam praedicet.*

---

levis. — 5. *Forsitan nos reiiciat.*] Mulierem scilicet. An vere *nos*, id est, negotium nostrum et conditionem? — 6. *Rem ipsam putasti.*] Pro *disputasti* modo. — 11. *Quid tua, malum! id refert?*] *Malum*: interiectio. Et est ordo, *quid tua id re-*

---

5. *Altera illa.*] Quae fingebatur sponsa Phormioni. Supra IV. 3. 53. — *Nos reiiciat.*] H. e. Phanium sibi a nobis destinatam. Ita Plautus, Bacchid. IV. 3. 18. *reieci hominem.* Ovidius, Metam. IX. 512. *Ergo ego, quem fueram non* reiectura *petentem.*

7. *Hanc.*] H. e. Phanium, Antiphonis uxorem.

10. *Nos nostro officio nihil digressos.*] H. e. nos mansisse in officio nostro. Idem vero Cicero *discedere ab officio* dixit.

11. *Malum!*] Interiectio haec indignantis per παρένθεσιν interseritur. Vide Donatum ad Eun. IV. 7. 10.

12. *Non satis est, tuum te officium fecisse, si non id fama adprobat?*] Cicero, Off. I. 28. *Negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.*

Volo ipsius quoque voluntáte hoc fieri, né se eiectam
praédicet.
De. Idem égo istuc facere póssum. *Ch.* Mulier múlieri magis cóngruit.
De. Rogábo. *Ch.* Ubi ego illas núnc iam reperíre
possim, cógito.

V, 14. Bentl. *congruet*, ex codd.
V, 15. Westerh. *Ubi illas ego nunc reperire p.* Libri: *Ubi ego illas nunc rep. p.* Secuti sumus Bentleium.

---

fert? Magni, Demipho.] Nota, responsum contra *quid refert?* non ad *quid* relatum. Et quaere quomodo dicatur, *quid mea? quid tua?* An deest *ad:* ut sit, *ad mea*, aut *ad tua?* 15. *Illas reperire.*] Filiam et uxorem.

---

13. *Eiectam.*] Subaudi, ex aedibus, et matrimonio. Supra II. 3. 9. et IV. 3. 22.

14. *Mulier mulieri magis congruit.*] Ita Florus, III. 22. 3. *Viro cum viris facile convenit.*

15. *Illas.*] Intelligit uxorem, quae e Lemno venerit Athenas, sed quam mortuam esse nondum resciverat senex; cum Phanio filia. — *Cogito.*] Solet hoc verbum sic in fine sententiae poni. And. II. 2. 21. Adelph. IV. 2. 30.

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

SOPHRONA. CHREMES.

So. Quid agam? quem mi amícum inveniam mísera?
aut quo consília haec referam? aut

V. 1. et 2. Bentl. corr. *Quid agam? quem mi amicum misera inveniam, quo consilia haec referam, atque* || *Unde mi auxilium petam?*

---

1. *Quo consilia haec referam?*] Cum quonam communicabo commentum meum de nuptiis Antiphonis; cuiusve consilium ex-

Unde mi auxilium petam?
Nám vereor, hera ne ób meum suasum indigne iniuria adficiatur:
'Ita patrem adolescéntis facta haec tolerare audió violenter.
Ch. Nám quae haec anus est, éxanimata a fratre quae egressá 'st meo?
So. Quod ut fácerem, egestas me ímpulit: quum scírem infirmas núptias
Hasce ésse; ut id consúlerem, interea víta ut in tutó foret.
Ch. Cérte aedepol, nisi me ánimus fallit, aút parum prospíciunt oculi;

V. 5. ante Bentl. comma post *exanimata* interponebatur.

---

4. *Audio violenter.*] Quod Graeci dicunt δεινῶς. — 5. *Nam quae haec anus est.*] 'Αναστροφή, ut, *Nam quis te iuvenum confidentissime.* Sed figura haec apta commotis est aliqua re nova. *A fratre.*] Pro, a domo fratris, ut, *iam proximus ardet Ucalegon.* — 6. *Egestas me impulit.*] Venialis status. — 7. *Interea vita ut in tuto foret.*] Compensativa qualitas. — 8. *Nisi me animus fallit, aut parum prospiciunt oculi.*] Docte Terentius; nam visa vel corporis, vel animi sunt: hoc est, rationis, vel sensus. —

---

petam? Plautus, Curc. II. 2. 21. *Tute ipse, si quid somniasti, ad me refers.* Cicero, Div. II. 65. Defert ad coniectorem *quidam, somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.*

4. *Tolerare audio violenter.*] H. e. indigne ferre. Ita Eun. V. 5. 12.

5. *A fratre quae egressa.*] Vide And. I. 3. 21. *Nam quae* i. q. *Quaenam*, ut Eun. V. 2. 22. et al.

6. *Egestas me impulit.*] Ita And. I. 5. 40. Plautus, Asin. III. 3. 81. *Quidvis egestas imperat.* Horatius, Carm. III. 24. 42. *Magnum pauperies opprobrium; iubet Quidvis et facere, et pati.*

7. *Vita ut in tuto esset.*] H. e. ut saltem de victu solliciti non essemus, si minus infirmae essent nuptiae; dote scilicet Phanie data. Ita supra II. 3. 16. et mox V. 2. 5.

8. *Nisi me animus fallit.*] Ita Heaut. IV. 1. 1. — *Parum prospiciunt oculi.*] Ita Plautus, Epid. V. 1. 22. *Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum?*

Meaé nutricem gnátae video. *So.* Néque ille investigátur. *Ch.* Quid agam?
So. Qui éius pater est. *Ch.* 'Adeo, an maneó, dum haéc, quae loquitur, mágis cognosco?
So. Quód si eum nunc reperíre possim, níhil est, quod vereár. *Ch.* Ea 'st ipsa:
Cónloquar. *So.* Quis hic lóquitur — *Ch.* Sophróna. *So.* 'Et meum nomen nóminat?
Ch. Réspice ad me. *So.* Di, óbsecro vos! éstne hic Stilpho? *Ch.* Nón. *So.* Negas?
Ch. Cóncede hinc a fóribus paulum istórsum, sodés, Sóphrona.
Ne me ístoc posthac nómine adpellássis. *So.* Quid? non, óbsecro, es,
Quem sémper te esse dictitasti? *Ch.* 'St! *So.* Quid has metuis fores?
Ch. Conclúsam hic habeo uxórem saevam. vérum istoc de nómine,

V. 9. Bentl. cum cod. Bemb. *ago.*
V. 10. West. *Qui est eius pater.* Mutavit ordinem Bentl. Porro *dum haec* e Bemb. pro eo quod West. tenuit *dum ea*, metri caussa cum Bentl. restituimus.
V. 14. libri *paululum.* Correxit Bentl. flagitantibus numeris.
V. 17. Bentl. *me nomine*, ex cod. Victor. *De nomine* est, quod istuc nomen attinet.

---

12. *Meum nomen.*] Mire suum nomen illa agnoscit: hic dissimulat. — 14. *Paululum istorsum.*] Nunc *istorsum* adverbium est loci: alias nomen. — 16. *Quem semper te esse dictitasti?*] *Esse* pro *nominari*, antiquorum more dixit. — 17. *Con-*

---

9. *Investigatur.*] Ita Eun. II. 3. 3. Heaut. IV. 2. 8.

13. *Estne hic Stilpho?*] Ita supra II. 3. 42.

15. *Ne me istoc posthac nomine appellassis.*] Ita Plautus, Amph. II. 2. 161. *Ne me appella falso falso nomine.*

17. *Conclusam.*] Ita And. II. 3. 12. Ovidius, Amor. I. 4. 61. *Nocte vir includet.* — *Saevam.*] H. e. rabidam, iratam. Ita And. V. 2. 27. Et ita *ferum coniugium* dixit Tibullus, III. 4. 74. ubi vide quae notavit Ianus Broukhusius. — *Verum istoc de nomine,*

Eo pérperam olim dixi, ne vos fórte imprudentés foris
Effútiretis: átque id porro aliqua úxor méa rescísceret.
So. [Hem!] Istóc pol nos te hic ínvenire míserae numquam pótuimus.
Ch. Eho! dic mihi, quid rei tibi est cum fámilia hac, unde éxis?
Ubi illae [sunt]? *So.* Míseram me! *Ch.* Hém! quid est? vivúntne? *So.* Vivit gnáta:
Matrem ipsam ex aegritúdine miserám mors consecúta est.
Ch. Male fáctum! *So.* Ego autem, quae éssem anus desérta, egens, ignóta,

V. 20. *Hem* deest in Bemb. et Victor. Delevit Bentl.
V. 22. Bentl. *sunt* cum duobus codd. om. postulante versu.

---

clusam hic habeo uxorem saevam.] Illaturus *saevam*, bene *conclusam* praetulit: ut si diceret, *feram.* — 19. *Effutiretis.*] Eloqueremini, evacuaretis, exinaniretis. *Effutiretis* ab eo quod est *effundere.* Translatio est a vase, *futili* nomine: quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet, unde *futilis* dicitur eiusmodi, ut nihil intra se contineat, et semper inanis sit. — 23. *Ex aegritudine.*] Infirmitate ac morbo. *Ex aegritudine miseram mors consecuta est.*] Bene moderatus est, ut neque nimis aegre ferat, neque rursum ἀπαθὴς sit. Et haec est οἰκονομία, ne in eadem urbe duae uxores, plus mali ex sollicitudine afferant Chremeti, quam ex alterius morte tristitiae. Neque in comoedia possunt nimis miserabiles mortes esse; ne res in tragoediam transeat. — 24. *De-*

---

eo perperam olim dixi.] H. e. *verum, quod ad nomen istoc Stilphonis attinet, ideo me olim perperam eo appellavi.* Sic And. V. 4. 46. *de uxore,* h. e. quod ad uxorem attinet. Et saepe alibi. Cicero passim.

19. *Effutiretis.*] H. e. proderetis. Cicero, Tusc. V. 31. *Nec haec sic agit, ut ex tempore quasi* effutire *videatur.* Hinc homo *futilis* dicitur, qui commissa tacere nequit. And. III. 5. 8. *aliqua* h. e. aliqua via. — Mox *istoc* est *ideo, eo, propterea.*

23. *Ex aegritudine.*] Ita And. V. 5. 5. — *Mors consecuta 'st.*] Ita Lucretius Lib. III. 948. *Frigida quem semel est vitai pausa sequuta.*

24. *Male factum!*] Formula dolentis et indignantis. Plau-

Ut pótui, nuptum vírginem locávi huic adolescénti,
Harúm qui est dominus aédium. *Ch.* Antiphónine?
So. Hém! illi ipsi.
Ch. Quid! duásne is uxorés [habet]? *So.* Au! obsecro: únam ille quidem hanc sólam.
Ch. Quid illa áltera, quae dícitur cognáta? *So.* Haec ergo est. *Ch.* Quíd ais?
So. Compósito factum 'st, quómodo hanc amáns habere pósset
Sine dóte. *Ch.* Di vostrám fidem! quam saépe forte témere

V. 26. Bentl. *Antiphonine? So. Isti inquam ipsi;* ut vitetur synaloephe. Quae tamen, quoniam Sostrata post Hem admirandi particulam vocem paullulum inhibere putanda est, nobis quidem nihil offensionis habere videtur.

V. 27. Bentl. *habet* e glossemate natum censet.

V. 28. Bemb. et alii: *Quid illam alteram,* probante Bentleio. Etiam ablativus recte habet.

---

serta, egens, ignota.] Singula pronuntianda sunt; argumenta enim haec ad venialem statum proferuntur. — 29. *Composito factum 'st.*] Sic veteres: nos, *Ex composito,* ut, *Composito rumptus,* Mostell. II. 1. 27. *male, hercle, factum.* Contra laetitiae formula est, *o bene factum!* Ita And. I. 1. 78. Hec. V. 4. 17.

25. *Nuptum virginem locavi huic adolescenti.*] Ita Plautus, Trin. III. 3. 7. *Ut eam sine dote frater* nuptum collocet.

26. *Harum qui est dominus aedium.*] Ita loquitur, quia liberi vivo patre quodammodo domini existimabantur. Vide Ampliss. Bynkersh. Observ. Lib. I. cap. 19.

28. *Haec ergo est.*] Indignandi vim habet τὸ *ergo* in repetitione eiusdem dicti. Ita And. V. 2. 9. Plautus, Epid. III. 4. 41, *Haec* ergo *est fidicina. Hic alia nulla est.*

[29. *Composito* dicitur pro ex vel de composito. Virgil. Aen. II. 129. *composito rumpit vocem.* Sic *compacto* pro ex compacto, *improviso* pro ex improviso. Liv. V. 11. *compacto eam rem et communi fraude patriciorum actam.* ubi vid. Drakenborch.]

30. *Quam saepe forte temere eveniunt, quae non audeas optare!*] Ita Plautus, Mostell. I. 3. 40. *Insperata accidunt magis saepe, quam quae speres.* [*Forte temere.* Sic veteres haec duo vocabula iungere solebant. Nunc *forte* simpliciter dicunt. Cic. de

Evéniunt, quae non aúdeas optáre! offendi advéniens,
Quicúm volebam, átque út volebam, filiam locátam.
Quod nós ambo opere máxumo dabámus operam, ut fieret,
Sine nóstra cura, máxuma sua cúra, haec sola fécit.
So. Nunc quíd opus facto sít, vide. pater ádolescentis vénit;
Eumque ánimo iniquo hoc óppido ferre áiunt. *Ch.* Nil perícli 'st.
Sed pér Deos atque hominés! meam esse hanc, cáve resciscat quísquam.
So. Nemo éx me scibit. *Ch.* Séquere me. intus caétera audiémus.

V. 32. West. *collocatam filiam.* Correxit Bentl. codicum secutus vestigia.

V. 34. Bentl. subdititium putat, quia *opere maxumo* et *sine nostra cura*, ac deinde *maxima sua cura* et *forte temere* prorsus contraria sint. Acutius, opinor, quam verius.

V. 38. vulgo *audies*, quod Bentl. praeclare emendavit.

---

pis vocem, et me destinas arae. — 31. *Quae non audeas optare!*] Pro, *quae non audeat quis*, ut, *Facile ut pro eunucho probes.* *Offendi adveniens.*] Pro, *quum advenissem*, ut, *Ipse nemus linquens patrium suaque arva Latinus.* Quia Latina lingua deficit hac declinatione. — 34. *Haec sola fecit.*] Si *hic* legerimus, Antiphonem intelligimus: si *haec*, Sophronam. — 37. *Sed per Deos.*] Adiurationis genus est.

Divinat. II. 68. *nisi ista casu nonnunquam forte temere concurrerent.* Liv. X. 43. *eo ipso loco forte temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis egere.* ubi vid. Gronovius.]

31. *Adveniens.*] Ita Eun. II. 2. 3.

36. *Oppido.*] Vide Donatum ad Hec. II. 1. 41.

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

DEMIPHO. GETA.

De. Nostrápte culpa fácimus, ut malis expediat ésse,
Dum nímium dici nós bonos studémus et benignos.
Ita fúgias, ne praetér casam, quod aiunt. nonne id sát erat,

V. 1. vulgo *malos*, quod Bentl. ex tribus codd. suis mutavit, v. ad Heaut. II. 4, 8.

3. *Ita fugias, ne praeter casam.*] Proverbium, *Ita fugito, ne praeter casam.* Hoc est, ne praetereas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum. Aut; *ita fugias, ne praeter casam*: ubi custodiri magis, et prehendi fur, et mulctari verberibus potest. Aut verbum erat ipsius custodis furem exagitantis, et interea prohibentis,

3. *Ita fugias, ne praeter casam.*] Secunda Donati explicatio vera est; quae pluribus verbis firmatur a Gronovio, Observ. III. 9. Ubi inter alia haec habet: *proprie hoc consilium fugitivo datur, si fugam meditetur, ita eam instituat, ut casa domini non sit praetereunda, ne vitans servitutem, aerumnam, compedes, incidat in supplicium, stigmata, crurifragium. Et pertinet ad omnes, qui monendi sunt, ne levius incommodum et onus gravati, in tristiora et duriora praecipitent. Itaque senex comicus, ut Phryx, sero sapiens, increpat rem ab sese actam, qui metu calumniae et falsarum litium illum, in quo iniuria affectus erat, pecunia donarat.* Plura vide in Comment. maiore. [Huius proverbii rationem et sensum unus vidit Gronovius Obss. III. 9. Servi fugitivi vitabant domini casam aut villam, ubi facile comprehendi et in servitutem retrahi potuissent. Proverbio ita dictum est *ita fugias ne praeter casam* pro: cave, ne dum levius malum vitas, in gravius praecipites. I. Clericus ad Liv. VI. 29. 8. corrigi volebat *ne praeter castra*, quod iure explosit Drakenborchius.]

Accípere ab illo iniúriam? etiam argéntum 'st ultro obiéctum:
Ut sít, qui vivat, dum áliud aliquid flágiti conficiat.
Ge. Planíssume. *De.* His nunc praémium 'st, qui récta prava fáciunt —
Ge. Veríssume. *De.* Ut stultíssime quidem illi rem gessérimus.
Ge. Modo ut hóc consilio póssiet discédi, ut istam dúcat.
De. Etiámne id dubium 'st? *Ge.* Haúd scio hercle, ut homó 'st, an mutet ánimum.

V. 9. Bentl. *Etiam idne*, ut *id* acuatur, consentiente cod. Reg.

ne ante casam transeat: ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat. Queritur senex, se, dum avari infamiam fugeret, in stulti reprehensionem incidisse. — 5. *Dum aliud aliquid.*] Vetuste. — 8. *Modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.*] Ne poeniteat dominum pecuniam dedisse, terrorem servus inie-

4. *Etiam argentum 'st ultro obiectum.*] Ita Plautus, Asin. IV. 2. 5. *Praeripias scortum amanti, atque* argentum obiicias *lenae?*

5. *Ut sit, qui vivat.*] H. e. unde vivat. Heaut. V. 2. 25. — *Conficiat.*] Ita supra III. 2. 24.

6. *His nunc praemium est, qui recta prava faciunt.*] Tangit cum Phormione calumniatores omnes, vulgo invisos. Florus IV. 12. 36. Sed et eo nomine traductus Socrates olim ab Aristophane, ut qui discipulos doceret τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. Aelianus, Var. Hist. II. 13.

7. *Illi rem gesserimus.*] H. e. lucrum illi conciliaverimus. Plautus, Pers. IV. 3. 34. *Ego valeo recte, et* rem gero, *et facio lucrum.* Aliter Horatius, Epist. I. 8. 1. *Celso gaudere, et* bene rem gerere *Albinovano.* Ubi *bene rem gerere* notat, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν, quae Graecorum formula, in literis Salutem Plurimam Dicentium.

8. *Modo ut hoc consilio possiet discedi.*] Sensus est: modo ut Phormio hac pecunia adduci possit, ut eam ducat. Ita Adelph. III. 4. 61. [*Modo ut hoc consilio possiet discedi* i. e. si modo res hoc consilio exitum habeat. Cic. ad Attic. II. 16. *si possum discedere* i. e. si consequi possum, ut recte explicat Manutius. Infra V. 8. 58. *immo vero pulcre discedo et probe et praeter spem.*]

9. *Ut homo 'st.*] Ita Adelph. I. 2. 63.

De. Hem! mútet autem? *Ge.* Néscio: verúm, si forte, díco.
De. Ita fáciam, ut frater cénsuit: ut uxórem huc eius addúcam,
Cum ista út loquatur. tú, Geta, abí prae, núntia hanc ventúram.
Ge. Argéntum inventum 'st Phaédriae: de júrgio siletur.
Provísum est, ne in praeséntia haec hinc ábeat. quid nunc pórro?
Quid fiet? in eodem haésitas luto: vorsura sólves,

V. 11. West. cum Faërno: *censuit: uxorem eius huc.* Nos cum Bentl. codicem Bemb. sumus secuti.

V. 15. vulgo: *luto haesitas:* quem ordinem mutavit Bentl. Idem dedit *versura solvis.*

---

cit. — 15. *Vorsuram solvis.*] Creditorem mutas. *Vorsuram solvis.*] *Vorsuram facere* dicitur, qui aes alienum ex aere alieno solvit. Dicitur etiam *vorsuram facere*, cum minore foenore acceptam

---

10. *Si forte.*] H. e. si forte casus aliquis ita tulerit. Ita Heaut. III. 2. 40.

11. *Ut frater censuit.*] Vide supra IV. 5. 7.

12. *Nuntia, hanc venturam.*] Sensus est: *Nuncia Phanio, Sostratam esse venturam.* [*Tu Geta abi praenuntia.* Guilielm. Quaest. Plaut. c. 4. p. 83. mutata distinctione recte legit *tu Geta, abi prae, nuntia.* Andr. I. 1. 144. *i prae, sequar.* Vid. Bentleius ad h. l.]

13. *De iurgio siletur.*] Intelligit iurgium Demiphonis cum Phormione, ob nuptias Antiphonis et Phanii.

15. *In eodem luto haesitas.*] H. e. in eadem difficultate implicitus teneris. Metaphora translata a viatoribus et viis lutulentis. — *Vorsura solves.*] H. e. dissolves debitori, quod debebas, sed pecunia aliunde foenori accepta; ita ut creditor quidem mutetur, sed debitum maneat. Cicero, Att. V. 15. *Ut verear, ne illud, quod tecum permutavi*, versura *mihi* solvendum *sit.* Sed *versuram facere* est pecuniam foenori accipere, sive mutuum accipere sub usuris. Cicero, Att. V. 21. *Salaminii cum Romae* versuram facere *vellent, non poterant.* Nepos, Att. 2. *Quum enim* versuram facere *publice necesse esset, neque eius conditionem aequam haberent, semper se interposuit.* [*Vorsura solves* h. e. in eodem malo haerebis. In quibusdam editionibus male legitur *vorsuram*, quod vitium viri docti dudum sustulerunt. *Ver-*

Geta. praésens quod fuerát malum, in diem abiit: plá-
gae crescunt;
Nisi próspicis, nunc hinc domum ibo; ac Phánium edocébo,
Ne quíd vereatur Phórmionem, aut éius oratiónem.

V. 16. et 17. Bentl. omisso *Geta: Praesens quod fuerat, in diem malum abiit: plagae crescunt, Nisi prospicis etc.*
V. 18. Bentl. *Nequid vereatur Nausistratam, neque eius orationem.* Nam sola Nausistrata erat, quae nuntium de repudio ad Phanium erat portatura. Nisi forte ea intelliguntur, quae Nausistrata de Phormione erat expositura. Sed hoc ut ut est, librorum lectionem servandam putavimus.

---

quis pecuniam maiore occupat. — 16. *Praesens quod fuerat malum, in diem abiit.*] Ὑποφορά. *Plagae crescunt.*] Ἀνθυποφορά.

---

sura proprie est sumtio pecuniae mutuae. *Facere versuram ab aliquo* dicitur, qui pecuniam ab aliquo mutuam sumit. Cic. pro Font. c. 1. *a quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt.* Sed *versura solvere* est vetus debitum expungere novo contrahendo. Sic creditor quidem vertitur i. e. immutatur, sed debitor in eadem difficultate haeret. Cic. ad Attic. V, 15. *ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.* Has locutiones, perperam fere a viris eruditis acceptas, primus accurate explicuit Gronovius de Centesimis et Unciis Usur. p. 535 sqq.]

16. *Praesens quod fuerat malum, in diem abiit.*] Intelligit metum, ne fidicina eriperetur Phaedriae. Huic enim triginta illae minae a Phormione dandae erant, quibus fidicinam redimeret a lenone. Dixit autem, *in diem abiit*, pro, dilatum est. Ita Eun. V. 7. 19. [*In diem abiit* h. e. longius differtur. Vid. notata ad Eun. V. 6. 19.] — *Eius.*] Videtur intelligendum de Nausistrata.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

DEMIPHO. NAUSISTRATA. CHREMES.

De. Agedum, út sòles, Nausístrata, fac illa út placetur nóbis:
Ut suá voluntate, íd quod est faciúndum, faciat. *Na.* Fáciam.
De. Paritér nunc opera me ádiuves, ac ré dúdum opituláta es.
Na. Factúm volo: at pol mínus queo viri cúlpa, quam me dígnum 'st.
De. Quíd autem? *Na.* Quiá pol meí patris bene párta indiligénter

V. 3. Bentl. *adiuvas*, e codd. et vett. editt.

---

1. *Agedum, ut soles, Nausistrata.*] *Divitis uxoris de mariti licentius conquerentis haec allocutio est, cum dispositione futurarum turbarum.* — 3. *Ac re dudum opitulata es.*] Supra enim dixerat Chremes, *Id sumam: uxori, tibi opus esse, dixero.* —

---

1. *Ut soles.*] His verbis benevolentiam captat. Ita infra V. 8. 31.

2. *Sua voluntate.*] Respicit dictum supra IV. 5. 13. Ita Adelph. III. 4. 44. Idem *cum gratia* dixit And. II. 5. 11.

3. *Re.*] Videtur intelligere argentum illud, de quo supra IV. 3. 75. 76.

4. *Factum volo.*] Formula significantis animi promptitudinem. Ita Plautus, Bacchid. III. 3. 91. *Serva tibi sodalem, et mihi filium.* *Mn.* Factum volo.

5. *Indiligenter tutatur.*] Proprie de patrefamilias, qui *diligens* vel *indiligens* dicitur. Cicero, Verr. IV. 18. *Diodorus, homo frugi ac diligens, qui sua servare vellet.* Vide Graevium ad Cic. Fam.

Tutátur: nam ex his praédiis talénta argenti bína
Statím capiebat. [hem], vír viro quid praéstat! *De.* Binan'? quaéso!
Na. Ac rébus vilióribus [multo], tamén duo talénta. *De.* Hui!
Na. Quid haéc videntur? *De.* Scílicet! *Na.* Virúm me natam véllem:
Ego osténderem — *De.* Certó scio. *Na.* Quo pácto — *De.* Parce, sódes;
Ut póssis cum illa: né adolescens múlier te fatíget.

V. 7. *hem* om. Bemb. Recte. Nisi forte cum Bentl. legere malis: *Capiebat statim.*

V. 8. Bentl. *multo* delevit, ac deinde ex codd. et vett. editt. *tamen duo talenta* scripsit, pro eo, quod habent Faërn. Westerh. alii, *tamen talenta bina.*

V. 9. Bentl. e libro Bemb. *natum.* Nam *virum natam* esse soloecum et sibi ipsum repugnare. Istud quidem credant alii; ego non credo.

V. 11. ante Bentl. ita scribebatur: *ne te adolescens mulier defatiget,* laborante metro.

---

7. *Statim capiebat.*] *Statim,* perpetuo, aequaliter, et quasi uno statu. *Plautus, Ita statim stant signa.* Et habet primam longam,

---

III. 8. [*Tutatur* i. e. servat. *Tueri* proprium in hac re verbum est. Plin. Paneg. c. 51. *Idem tam parcus in aedificando quam diligens in tuendo.* Sic *tutela* apud eundem Epist. II. 17. *villa usibus capax, non sumptuosa tutela.* ubi vid. Gesner.]

7. *Statim.*] H. e. ita singulis annis aequaliter, ut nunquam minus. Citat Nonius, IV. 423. explicans, *perseveranter, aequaliter, fixe.* — *Vir viro quid praestat!*] Ita Eun. II. 2. 1.

9. *Virum me natam vellem.*] Ita Phaedrus, III. 8. 11. Vir natus, *quod rem feminarum tetigeris.* [*Scilicet* est frigide respondentis.]

10. *Ego ostenderem.*] Cum stomacho dictura erat Nausistrata, *Ego ostenderem, quo pacto bene parta diligenter essent tutanda,* nisi identidem a Demiphone interpellata esset. Similis eiusdem verbi usus est And. V. 2. 26. — *Parce, sodes.*] Apparet, violentissimam mulierem plura etiam in maritum dicturam fuisse. Ita Adelph. IV. 2. 23.

11. *Ut possis cum illa.*] Sensus est: *Ut possis cum Phanio*

Na. Faciam, ut iubes. sed meúm virum abs te exíre video. — *Ch.* Ehem! Démipho,
Iam illi datum est argéntum? *De.* Curavi ílico. *Ch.* Nollém datum.
Hei! video uxorem: péne plus, quam sát erat. *De.* Cur nollés, Chreme?
Ch. Iam recte! *De.* Quid tu? ecquíd locutus cum ísta es, quamobrem hanc dúcimus?
Ch. Transégi. *De.* Quid ait tándem? *Ch.* Abduci nón potest. *De.* Qui nón potest?
Ch. Quia utérque utrique est córdi. *De.* Quid istuc nóstra? *Ch.* Magni. praéter haec,
Cognátam comperi ésse nobis. *De.* Quíd! deliras? *Ch.* Sic erit.
Non témere dico. rédii mecum in mémoriam. *De.* Satin' sánus es?

V. 19. ante Bentl. legebatur *redi*.

---

contendere verbis; nevé succumbas, si forte illa nolit sua voluntate exire matrimonio, quae omnia per εὐφημισμὸν reticentur.

14. *Pene plus quam sat erat.*] Sensus est: *Pene nimium dixeram.* Erat enim intempestiva de argento mentio, praesente uxore.

15. *Iam recte.*] Ita dicit; propter uxorem praesentem loqui non audens amplius. Sic infra versu 29. Vide ad Heaut. III. 2. 7. — *Hanc.*] Filiam amici nostri, scilicet; revera autem *Tuam.* — *Ducimus.*] Abducimus ex aedibus. Hec. IV, 1. 7.

16. *Transegi.*] Ita And. I. 5. 13. Videtur autem ironice dictum a Chremete; quia, si revera transegisset, iam abductam oportebat Phanium ab Aeschino. — *Abduci.*] Subaudi, marito, vel, ex aedibus. Plautus, Pseud. IV. 7. 97. *Ut fallaciis hinc a me mulierem abduceres.* Truc. IV. 3. 73. *Uxorem, quam primum potest, abduce ex aedibus.*

17. *Uterque utrique est cordi.*] H. e. mutuo se amant. Ita And. II. 1. 28. Heaut. II. 4. 14. Plautus, Cist. I. 1. 111. *Utut erga me est meritus, mihi cordi est tamen.*

18. *Deliras?*] Vide ad And. IV. 4. 13.

19. *Redi mecum in memoriam.*] Subaudi, Quid narraverim tibi de altera illa uxore Lemnia, atque inde nata filia. Demipho autem et tardus et importunus est. Plautus, Capt. V. 9. 25. *Nunc demum in memoriam redeo, cum meum cogito. Nunc edepol demum in memoriam regredior, audivisse me.*

Na. Au! óbsecro, cave, ne in cognatam pécces.
De. Non est. *Ch.* Né nega.
Patris nómen aliud díctum est: hoc tu errásti. *De.*
Non norát patrem?
Ch. Norát. *De.* Cur aliud díxit? *Ch.* Numquamne
hódie concedés mihi;
Neque intélliges? *De.* Si tú nil narras. *Ch.* Pérgis?
Na. Miror, quí hoc fiet.
De. Equidem hércle nesció. *Ch.* Vis' scire? at ita
me servet Iuppiter,
Ut própior illi, quam égo sum, ac tu, homo némo
'st. *De.* Di vostrám fidem!
Eámus ad ipsam: una ómnes nos aut scire aut ne-
scire hóc volo. *Ch.* Ah!
De. Quid ést? *Ch.* Itan' parvam míhi fidem esse apúd
te? *De.* Vin' mé [hoc] credere?
Vin' sátis quaesitum mi ístuc esse? age, fiat. quid?
illa filia

V. 23. vulgo *quid hoc fiet.* Emendavit Bentl.
V. 27. *hoc* a Bemb. abest. Nec placuit Bentleio, quia sequitur *istuc.*

---

quando autem significat aliud, primam brevem habet. — 28. *Vin'*

---

20. *Obsecro, cave, ne in cognatam pecces.*] Nimirum, expellendo illam e matrimonio. — *Hoc* est *propter hoc.* [*Ne in cognatam pecces* i. e. ne quid committas quod cognatae noceat. Adelph. IV. 7. 7. *hoc peccatum in virginem est civem.* Aliud est, *peccare in cognatam*, de quo discrimine vid. Interpretes ad Ovid. Amor. II. 8. 9.]

21. *Aliud dictum est.*] In iudicio a Phormione; sed et a Phanio, eiusque matre mortua. Intelligit autem nomen *Stilphonis.*

22. *Nunquam hodie concedes mihi.*] H. e. *credes, consenties.* Ita Nonius explicat, V. *Concedere.*

25. *Propior illi.*] Subaudi, genere. Ita supra I. 2. 75. et II. 3. 69.

26. *Aut scire, aut nescire hoc volo.*] Ita Plautus, Epid. III. 1. 8. *Sitne quid, necne sit, scire cupio.*

27. *Itan' parvam mihi fidem esse apud te?*] Ita Plautus, I. 5. 52. Parvam esse apud te mihi fidem, *ipse intelligo.*

28. *Illa filia amici nostri.*] Ita loquitur, ne sentiat uxor;

Amici nostri quid futurum 'st? *Ch.* Recte. *De.* Hanc igitur mittimus?
Ch. Quidni? *De.* Illa maneat? *Ch.* Sic. *De.* Ire igitur tíbi licet, Nausistrata.
Na. Sic pól commodius ésse in omnes árbitror, quam ut coéperas,
Manére hanc. nam perlíberalis visa 'st, quum vidi, mihi.
De. Quid istúc negóti 'st? *Ch.* Iamne opéruit óstium? *De.* Iam. *Ch.* O Iúppiter!
Di nós respiciunt! gnátam inveni núptam cum tuo filio. *De.* Hem!

satis quaesitum.] Hoc totum pro una persona quidam legunt. *Filia amici nostri.*] Hec est, tua. — 31. *Commodius esse in omnes.*] Et circa illum qui duxit, et circa illam quae ducta est, et circa te socerum. — 32. *Perliberalis visa 'st, quum vidi, mihi.*] Ordo est, *Perliberalis visa est mihi.*

susceptam a Chremete ex alia uxore. Necdum autem novit Demea, Phanium Chremetis esse filiam.

29. *Quid futurum 'st?*] Plautus, Epid. I. 2. 48. plenius: *Quid de illa fiet fidicina igitur?* Vide Heaut. III. 1. 53. — *Recte.*] Vide supra, versu 15. et Hec. III. 2. 20. — *Hanc igitur mittimus?*] H. e. filiamne amici nostri, quam collocare nuptum Antiphoni destinaveramus, mittimus, negligimusque? Supra IV. 3. 70. Plautus, Poen. Prol. 100. *Neque duxit umquam, neque ille voluit* mittere.

30. *Illa maneat.*] Phanium nempe, quae abduci ab Antiphone non potest. — *Ire.*] Subaudi, domum; nec persuadere Phanio, ut abeat, et nubat Phormioni. Simul amotam vult Nausistratam, ne quid de furtivis mariti amoribus cognoscat.

32. *Perliberalis.*] Ita Hec. V. 4. 24.

33. *Quid istuc negotii 'st?*] Quaerit, quid istuc negotii, et quae ratio sit, quamobrem frater tantopere velit, Phanium manere; nondum sciens, eam esse Chremetis ex uxore Lemnia filiam. — *Iamne operuit ostium?*] Haec formidolosus Chremes, Nausistrata uxore intro eunte respiciens rogat Demiphonem. — *O Iupiter!*] Haec uxore iam remota clarius gaudens exclamat Chremes.

34. *Di nos respiciunt!*] Formula eorum, quibus subito

Quo pácto id potuit? *Ch.* Non satis tutus ést ad narrandum híc locus.
De. At tu íntro abi. *Ch.* Heus! ne filii quidem nóstri hoc resciscánt, volo.

V. 35. Bentl. coni. *Quo pacto id pote? non satis est tutus hic ad narrandum locus.*

---

ad salutem convertitur malum. Vide ad And. IV. 1. 18. — *Nuptam cum suo filio.*] Ita supra II. 1. 74.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

ANTIPHO.

Laetús sum, ut meae res sése habent, fratri óbtigisse, quód volt.
Quam scítum 'st, eiusmodí parare in ánimo cupiditátes,
Quas, quúm res advorsaé sient, paulló mederi póssis!

1. *Laetus sum.*] Antiphonis persona est. — 2. *Parare animo.*] Venuste additum est, *animo*. *Ennius* in sexto, *Sed quid ego hic animo lamentor?* — 3. *Quum res advorsae sient.*] Quum desideratae fuerint, id est, quum harum penuria fuerit. —

---

1. *Ut meae res sese habent.*] H. e. quomodocunque. [*Ut meae res sese habent.* Sic recte legitur in codice Bembino, quod defendit Gronov. Obss. III. 6. *Ut* ponitur pro *ut ut*, *quomodocunque*. Cic. ad Div. XVI. 18, *sed ut est, indulge valetudini tuae.* ubi vid. Graevius, Liv. XXII. 25. *ut vera omnia essent.* ubi plura exempla congessit Drakenborch.] — *Fratri.*] Intelligit Phaedriam patruelem. Plautus, Poen. V. 2. 109. *Pater tuus is erat* frater patruelis *meus.*

2. *Quam scitum 'st.*] Ita Heaut. I. 2. 36.

3. *Quas mederi possis.*] Vel Hellenismus est, pro *Quibus*; vel ita iunxit accusativum, uti verbo *Medicor* Virgilius, Aen. VII. 756.

Hic símul argentum répperit, curá sese expedívit.
Ego núllo possum rémedio me evólvere ex his túrbis,
Quin, si hóc celetur, in metu: sin pátefit, in probró sim.
Neque mé domum nunc récíperem, ni mi ésset spes osténsa
Huiúsce habendae. séd ubinam Getam ínvenire póssim?
Rogem, quód conveniundí patris me témpus capere iúbeat?

V. 6. libri *siem*, quod emendavit Faërn.
V. 7. Bemb. Vict. Bas. alii, *ostenta*, quod etiam Serv. ad Georg. I. 248. legisse videtur.
V. 8. Bentl. corr. *habendi*. Ita sane dici potuit; v. Heaut. Prol. 29. Sed non opus mutatione.
V. 9. Westerh. cum aliis: *Ut rogem, quod tempus conveniundi patris me capere iubeat:* vacillante metro. Mutavit Bentleius, quamvis invitis codicibus.

6. *Si hoc celetur, in metu.*] Ἀνακόλουθον quaestum. Nam cum proposuisset, *si hoc celetur:* intulit, *sin patefit.* *In probro siem.*] Apud patrem scilicet.

medicari cuspidis ictum. [*Quas mederi.* Sic Bentleius edidit ex Prisciano et mss. *Mederi* cum accusativo construitur, ut *medicari* apud Virgil. Aen. VII. 756. *Sed non Dardaniae medicari cuspidis ictum Evaluit.*]

4. *Cura se expedivit.*] Ita Horatius, Carm. I. 22. 10. *curis vagor expeditus.*

5. *Me evolvere ex his turbis.*] Ita Eun. IV. 4. 56. [*Me evolvere* h. e. me expedire, me liberare. Guilielm. Quaest. Plaut. c. 4. p. 83. ex veteris codicis vestigiis legendum coniicit *eruere*, sed recepta lectio confirmatur ex Eun. IV. 4. 55. *te omni turba evolvas.*]

6. *In metu: in probro siem.*] Ita And. II. 2. 2. Heaut. II. 3. 18.

7. *Ni mihi esset spes ostensa.*] Cicero, Verr. I. 51. *Ei nonnullam spem societatis ostendit.* [*Ostentare spem* dicit Cic. pro Cluent. c. 7. *cum unius filii recuperandi spes esset ostentata.* Saepe *ostendere* et *ostentare* promiscue dicuntur. Vid. Duker. ad Flor. III. 5. p. 469.]

9. *Tempus conveniundi me capere.*] Virgilius, Aen. IV. 423. *Sola viri molles aditus, et tempora noras.* Cicero, Fam. XI. 16. *Ut tempus observaret epistolae tibi reddendae.* [*Tempus capere* i. e. eligere. Liv. III. 9. *insidiatum eum, et tempore capto adortum rempublicam.* Flor. III. 5. 55. *quasi capto tempore erupit.* ubi vid. Duker. Similiter *capere occasionem* dixit Frontinus II. 1. 1.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUINTA.

PHORMIO. ANTIPHO.

Ph. Argéntum accepi: trádidi lenóni: abduxi múlierem:
Curávi, propria ea Phaédria ut poterétur: nam emissa ést manu.
Núnc úna mihi res étiam restat, quae ést conficiunda, ótium
Ab sénibus ad potándum ut habeam: nam áliquot hos sumam dies.
An. Sed Phórmio 'st. quid ais? *Ph.* Quid? *An.* Quidnam núnc facturus Phaédria?
Quo pácto satietátem amoris ait se velle súmere?

V. 2. *poteretur* cod. Bemb. alii, flagitante metro. Westerh. *potiretur* tenuit.
V. 5. Bentl. *facturust.* Aliquot codd. *facturus est.*
V. 6. Bentl. ex compluribus libris *velle absumere.*

1. *Argentum accepi.*] *Iactantia hic inducitur Phormionis, qui in omni scena, prout in se iactatur, insultat.* — 2. *Propria ea Phaedria.*] *Virgilius, Connubio iungam stabili propriamque dicabo.* —

1. *Abduxi.*] Vide supra, V. 3. 16.

2. *Propria potiretur.*] Vide ad Andr. IV. 3. 1. Ovidius, Metam. IX. 313. potitur*que puerpera voto.* — *Emissa est manu*] H. e. ab lenone emta et emancipata. Ita proprie de servis et ancillis libertate donatis, atque e potestate herili dimissis. Plautus, Capt. II. 3. 48. *Nunquam erit tam avarus, quin te gratus* emittat manu.

4. *Sumam dies.*] Ita Adelph. II. 4. 23. Plautus, Pseud. V. 1. 23. *Hunc* diem sumsimus *prothyme.*

6. *Satietatem amoris ait se velle sumere.*] Plautus,

Ph. Vicíssim partes tuâs acturust. *An.* Quás? *Ph.* Ut fugitét patrem.

Te suás rogavit rúrsum ut ageres: caúsam ut pro se dícéres.

Nam pótaturus ést apud mé. ego me íre senibus Súnium

Dicam ád mercatum, ancíllulam emtum, dúdum quam dixít Geta:

Ne, quum híc non videant mé, conficere crédant argentúm suum.

Sed óstium concrépuit abs te. *An.* Vide, qui egrediatúr. *Ph.* Geta 'st.

V. 8. Bemb. aliique *suas*, quod recte probarunt Faërn. et Bentl. Nam West. cum aliis *suam*.

V. 10. West. *quam dudum*. Mutavit Bentl. ex codd. et vett. editt.

V. 12. recte Bemb. *qui*, probante Faërno et Bentl. Nam vulgo *quis*, numeris adversantibus.

---

7. *Vicissim partes tuas acturus est.*] Secundum illud quod dictum est, *Tradunt operas mutuas*. 8. *Te suam rogavit rursum ut ageres.*] *Partem* iterum subaudiamus. Et est ζεῦγμα a superiore. 9. *Senibus.*] Ob fallaciam mire exsultat.

Amph. I. 2. 10. *Adeo usque satietatem dum capiet pater Illius, quam amat.* [*Satietatem amoris sumere* h. e. frui amore, quantum ipsi satis videtur. Aliis locis *satietas amoris* est fastidium, quod ex ipsius copia oritur. Liv. XXX. 3. *si forte iam satias amoris in uxore ex multa copia cepisset*, ubi vid. Interpretes.]

7. *Vicissim partes tuas acturus est.*] Translatio ab Actoribus scenicis desumta; q. d. Te imitaturus est, teque defendet itidem, uti abs te defensus est. Vide supra II. 1.

8. *Causam ut pro se diceres.*] Contrarium est Adelph. IV. 5. 42.

9. *Sunium.*] Vide Eun. I. 2. 36. *Ad mercatum.*] Ita Adelph. II. 2. 23. infra V. 6. 53.

10. *Quam dudum dixit Geta.*] Vide supra, IV. 3. 60.

11. *Conficere.*] Citat Nonius Marcellus, explicans, *Consumere*, dilapidare, abligurire. Lucilius, Lib. XXX. Conficit ipse comestque.

12. *Ostium concrepuit abs te.*] Ita And. IV. 1. 59.

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEXTA.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO.

Ge. O Fortuna! ô Fóra fortuna! quántis commoditátibus,
Quám subito, meo hero Antiphoni ope véstra hunc onerástis diem!
An. Quídnam hic sibi volt? *Ge.* Nósque amicos eius exonerastis metu?
Séd ego nunc mihi césso, qui non humerum hunc onero pállio;

V. 2. Bentl. eiecto *meo*; quod incertam in codd. habet sedem, refluxit: *Quam desubito ero Antiphoni.*

1. *O Fors fortuna!*] *Fortuna* dicta est incerta res: *Fors fortuna*, eventus fortunae bonus. — *Fors fortuna!*] Aliud *fortuna* est, aliud *Fors fortuna*; nam *Fors fortuna* est cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua vivunt, hujus aedes trans Tiberim est. — 4. *Hunc onera pallio.*] Recte; quia palliata fa-

1. *Fors fortuna.*] Faustos casus magnamque Fortunae vim *Fortem Fortunam* dixere. Lucilius apud. Non. V. *Fors: Si forte omnino ac* fortuna *vincere bello.* Idem apud eundem: *Cui parilem* fortuna *locum fatumque tulit* fors. Citat Varro, Epistola ad Fufium, apud Nonium. Vide Comment. maiorem.

2. *Onerastis.*] H. e. cumulastis. Similis locutio est Eun. V. 9. 14. et 15. Plautus, Capt. IV. 2. 147. *Sed ego cesso hunc Hegionem* onerare *laetitia senem?* Ibid. IV. 1. 7. *hic me amoenitate — oneravit dies.*

3. *Exonerastis metu.*] Ita Livius, II. 2. Exonera *civitatem vano forsitan* metu.

4. *Humerum onero pallio.*] Ita Plautus, Epid. II. 2. 10. *Age nunc, orna te, Epidice, et palliolum in collum conice.* Vide Comment. maiorem ad Eun. IV. 6. 31.

Atque hominem propero invenire, ut haec, quae contigerint, sciat?
An. Núm tu intelligis, quid hic narret? *Ph.* Núm tu? *An.* Nil. *Ph.* Tantúndem ego.
Ge. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. *An.* Heus Geta! *Ge.* Hém tibi!
Núm mirum, aut novúm est, revocari, cúrsum quum institeris? *An.* Geta.
Ph. Pérgit hercle. *Ge.* Númquam tu odio tuó me vinces. *An.* Nón manes?
Ge. Vápula. *An.* Id quidem tibi iam fiet, nisi resistis, vérbero!
Ge. Fámiliariórem oportet ésse hunc; minitatúr malum.

V. 9. Bentl. cum uno libro *pergin? hercle nunquam* legens omnia Getae tribuit. Porro quum unus cod. pro *tu odio* suppeditet *hodie*, utraque lectione conflata scripsit: *nunquam hodie odio tu me vinces.* Ceterum v. 8. vulgo *institueris*, reluctante metro, et invitis codd. antiq. Praeterea Bentl. de coniectura dedit: *novum aut mirum*, numero, ut censet, multo meliore.

V. 10. vulgo *vapulabis.* Faërn. et Bentl. e codd. revocarunt *vapula.* Sic Festus quoque legit, quem laudavit Bentleius. *Vapula*, inquit, *tum dici solitum, quum vellent minantibus significare se eos negligere et non curare.* Post *vapulabis*, ut vulgo legunt, in multis editt. e paucis codd. infertur: *curialis vernula est, qui me vocat.* Quod additamentum recte damnarunt Bentl. et West.

---

bula est, non togata. — 9. *Pergit hercle.*] Potest distingui hic, *pergit:* et coniuncte legi, *hercle tu numquam odio tuo me vinces.* — 10. *Id quidem tibi iam fiet.*] Id quod sibi dici

---

9. *Numquam tu odio tuo me vinces.*] Taedium et molestiam orationis *odium* appellabant. Ita Hec. I. 2. 41. Plautus, Asin. II. 4. 40. *Iam hic me abegerit suo odio.* Horatius, Serm. I. 7. 6. *Durus homo, atque odio qui posset vincere regem.* Cicero, Att. IV. 2. *Sed tamen cum horas tres fere dixisset, odio et strepitu senatus coactus est aliquando perorare.*

10. *Vapulabis.*] Ita Plautus, Asin. II. 4. 72. *Le.* Vapula. *Me. Id quidem tibi hercle fiet, ut vapules, Demaenetum simul ac conspexero hodie.*

11. *Minitatur malum.*] Intelligit plagas et verbera. Plau-

Séd ipsne est, quem quaéro, an non? ipsust. *Ph.*
  Cóngredere actutúm. *An.* Quíd est?
Ge. O 'Omnium, quantúm est, qui vivunt, hóminum
  homo ornatíssime!
Nám sine controvérsia ab Dis sólus diligere, 'Antipho.
An. 'Ita velim: 'sed, quí istuc credam ita ésse, mihi
  dicí velim.
Ge. Sátin' est, si te délibutum gaúdio reddo? *An.*
  'Enicas.
Ph. Quín tu hinc pollicitátiones aúfer: et quod férs,
  cedo. *Ge.* Oh!
Tú quoque hic aderas, Phórmio? *Ph.* Aderam, séd
  tu céssas? *Ge.* 'Accipe, hem!
'Ut modo argentúm tibi dedimus ápud forum, rectá
  domum

V. 12. Bentl. verba *Congredere actutum*, Getae tribuit. Alii tribuunt Antiphoni.

V. 13. cod. Bemb. *homo hominum*, quod placuit Faërno et Westerhovio; Bentleio non placuit.

V. 18. *tu* ante *cessas* Bentl. e Bemb. addidit.

V. 19. Bentl. *recta ad Chremem* h. e. ad domum Chremetis.

---

audivit, minitatur. Et est conveniens error festinanti. — 14. *Sine controversia.*] Sine ambiguitate. — 16. *Si te delibutum gaudio reddo?*] Ad animum transtulit, quod est corporis. Nam *delibutus*, unctus dicitur. — 19. *Ut modo argentum.*] Vide nar-

---

tus, Pers. V. 2. 35. *Caue sis me attingas: ne tibi hoc scipione* Malum *magnum dem.*

12. *Congredere.*] H. e. accede. Plautus, Epid. IV. 1. 16. *Ph. Quid si adeam? Pe. Haud scio*, an congrediar.

13. *O omnium, quantum est, qui vivant, homo hominum ornatissime.*] Ita Adelph. II. 2. 10. *Hominum homo stultissime.* Plautus, IV. 2. 56. *Quantum est hominum optimorum optime.*

14. *Ab Diis solus diligere.*] Vide And. V. 6. 9.

16. *Delibutum gaudio.*] H. e. adfectum laetitia et voluptate. Metaphora translata ab unguentis, quibus in re laeta utebantur. Magis proprie Horatius, Epod. XVII. 31. *Quantum neque atro delibutus Hercules Nessi* cruore.

17. *Pollicitationes aufer.*] H. e. omitte. Supra I. 4. 46.

18. *Accipe.*] H. e. ausculta. Heaut. Prol. 10. Hec. III. 3. 3.

19. *Ut modo.*] Haec Phormioni narrat.

Súmus profecti. intérea mittit hérus me ad uxorém tuam.
An. Quámobrem? *Ge.* Omitto próloqui: nam mihil ad hanc rem est, 'Antipho.
'Ubi in gynaeceum íre occipio, púer ad me adcurrít Mida:
Póne adprehendit pállio: resupínat: respició: rogo,
Quámobrem retineát me. ait, esse vétitum íntro ad heram accédere.
Sóphrona modo frátrem huc, inquit, sénis introduxít Chremem,
Eúmque nunc esse íntus cum illis. hóc ubi ego audivi, ád fores
Súspenso gradú placide ire pérrexi, accessi: ádstiti:
'Animam compressi: aúrem admovi: ita ánimum cóepi atténdere,

rationem coeptam, unde opus est. — 20. *Mittit herus me ad*

---

20. *Interea mittit.*] Haec ad Antiphonem conversus dicit.

22. *Gynaeceum.*] Graecis γυναικεῖον, subaudi οἴκημα, h. e. conclave muliebre, Nepoti in praefat. dicitur γυναικωνῖτις, seu *interior pars aedium, quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus.*

23. *Pone adprehendit pallio.*] Hic mos erat, quum avertere quem ab incoepto itinere vellent. Plautus, Epid. I. 1. 1. *quis properantem me* prehendit pallio?

26. *Cum illis.*] Intelligit Sophronam et Phanium.

27. *Suspenso gradu.*] H. e. pedum digitis insistens. Ita Turpilius, Demetrio: *Sandalio innixa digitis primoribus.* Virgilius, Cyr. 212. *Tum suspensa levans digitis vestigia primis Egreditur.* Phaedrus, II. 4. 18. *Inde evagata noctu*, suspenso pede. Ad eundem modum dixit Latinus Pacatus, Panegyrico Theodosio dicto, III. 5. *Faciam ergo, quod facere praestantes scientia medicos saepe vidi; aliorum vulnerum cicatrices, postquam cutem sanitate duxerunt*, manu pendente *tractabo.*

28. *Animam compressi.*] H. e. spiritum seu halitum. Titinnius, Fullonibus: *Interea foetida* anima *nasum oppugnat.* Plautus, Asin. V. 2. 44. *Dic, amabo, an foetet* anima *uxoris tuae?* Integrum hunc locum respexit Ovidius, Fast. I. 425. *Surgit amans:* animamque tenens, *vestigia furtim* Suspenso *digitis fert taciturna* gradu. Sed *continere animam* dixit Cicero, de Orat. I. 61.

Hóc modo sermónem captans. *An.* Eú Geta! *Ge.*
Hic pulchérrimum
Fácinus audivi: ítaque pene hercle éxclamavi gaúdio.
An. Quód? *Ge.* Quodnam arbitráre? *An.* Nescio.
Ge. 'Atqui mirificíssimum:
Pátruus tuus est páter inventus Phánio uxorí tuae.
An. Hem!
Quíd ais? *Ge.* Cum eius consuévit olim mátre in
Lemno cláncuhum.
Ph. Sómnium! utín' haec ígnoraret suúm patrem?
Ge. Aliquid crédito,
Phórmio, esse caúsae: sed me cénsen' potuisse ómnia
'Intelligere extra óstium, intus quae ínter sese ipsi
égerint?
An. 'Atque hercle ego quoque íllam inaudivi fábulam.
Ge. Immo etiám dabo,

V. 32. vulgo: *patruus tuus est pater inv.* Sed ita *pater* in thesi delitescit. Meliorem ordinem Bemb. et alii libri servarunt.

V. 34. Bentl. corr. *utn' haec.*

V. 37. Bentl. recte tribuit Antiphoni; vulgo Phormioni assignant.

---

uxorem tuam.] Conversus ad Antiphonem hoc dicit. — 29. *Pulcherrimum facinus audivi.*] Huiusmodi locos poëtae actoribus indulgent: quod in his actoris est commendatio. — 32. *Patruus tuus est pater inventus Phanio uxori tuae.*] Ut *Sallustius* in primo: *Liberis eius avunculus erat.* — 37. *Atque hercle ego*

---

29. *Hoc modo sermonem captans.*] Ita Plautus, Cas. II. 8. 8. Captandus *est horum clanculum* sermo *mihi.* Cum gestu autem dixit. Hoc *modo*, caput in alteram inclinans partem. — *Pulcherrimum facinus.*] Ita Heaut. II. 3. 73. Sallustius, Catil. 20. *Eo animo ausus maximum atque* pulcherrimum facinus *incipere.* Ergo et in bonam partem *facinus* sumitur.

33. *Consuevit.*] Vide Adelph. IV. 5. 32. Hec. IV. 1. 40.

34. *Utin' haec ignoraret.*] Ellipsis. Subaudi: *Adeone rudis erat?* Ita Hec. I. 1. 9.

37. *Inaudivi.*] *Inaudire* maxime de rebus occultis et celatis dicitur; qualis erat consuetudo Chremetis cum uxore Lemnia. Cicero Fam. IX. 24. *Aquini et Fabrateriae consilia inita de me, quae te video inaudisse.* — *Dabo.*] H. e. narrabo, dicam. Vide Heaut. Prol. 10.

Quó magis credas, pétamus, interea inde hunc egreditúr foras:
Haúd multo post cúm patre idem récipit se intro dénno:
'Ait uterque tíbi potestatem eíus habendae sé dare.
Dénique ego sum míssus, te ut requírerem, atque adducérem.
An. Quín ergo rape mé. quid cessas? *Ge.* Fécero. *An.* O mi Phórmio,
Vále. *Ph.* Vale, Antiphó: bene, ita me Dí ament! factum gaúdeo.

Phormio (*solus*). Tantám fortúnam de ímproviso esse hís datam!
Summa éludendi occásio 'st mihi núnc senes,
Et Phaédriae curam ádimere argentáriam;
Ne cuíquam suorum aequálium supplex siet.
Nam idem hóc argentum, ita út datum 'st, ingrátiis
Ei dátum erit. hoc qui cógam, re ipsa répperi.

V. 40. Bentl. corr. *habendi.* Non opus. v. Heaut. Prol. 29.
V. 41. Bentl. ex codd. *adducerem.* A. *Hem.*

---

quoque illam inaudivi fabulam.] *Plautus* in Milite Glorioso (II. 2, 56.), *Nam hoc cognomentum Poëtae esse inaudivi barbaro.* — 46. *Curam adimere argentariam.*] Varie, pro *adimendi occasio est.*

---

42. *Quin ergo rape me.*] Eodem sensu dicit Chaerea, Eun. II. 3, 85. *Abduc, duc, quantum potes.*

43. *Bene, ita me Di ament, factum. gaudeo.*] Ita Plautus, Poen. V. 1. 47. *Ita me Iupiter bene amet, bene factum. gaudeo.* Formula est laetantis.

46. *Curam adimere argentariam.*] 'Ἀνακόλουθον infertur post *eludendi.* Debebat enim dici *adimendi.* Dixit autem *curam argentariam*, uti Plautus, Pseud. I. 3. 66. *et amore pereo, et inopia argentaria.*

47. *Aequalium.*] Ita And. II, 6. 22.

48. *Supplex siet.*] Ita Plautus, Pers. II. 3. 18. *Ne sibi me credat supplicem fore.*

49. *Repperi.*] Simulando nimirum, me ducturum; si dare denegarint, argentum non reddendo.

Nunc géstus mihi voltúsque est capiundús novus.
Sed hínc concedam in ángiportum hoc próximum:
Inde hisce ostendam mé, úbi erunt egressi foras.
Quo me ádsimularam ire ád mercatum, nón eo.

V. 51. aliquot codd. *angiportum huius.* Et docet Priscianus ex hoc loco, non solum *hoc angiportum* dici, sed etiam *hic angiportus.*

---

50. *Voltusque est capiundus novus.*] Ita Heaut. V. 1. 14. Sed et hinc *verus vultus* a ficto distinguitur. And. V, 1, 20.

53. *Adsimularam.*] Adsimulavit id supra V. 5. 10. — *Ire ad mercatum.*] Ita Adelph. II, 2, 23.

ACTUS QUINTUS

SCENA SEPTIMA

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES.

De. Dis mágnas merito grátias habeo átque ago:
Quando évenere haec nóbis, frater, próspere.
Quantúm potest, nunc cónveniundus Phórmio est,
Priusquám dilapidet nóstras trigintá minas,
Ut aúferamus. *Ph.* Démiphonem, sí domi est,
Visam: út, quod — *De.* At nos ád te ibamus, Phórmio.

V. 4. Bentl. *dilapidat*, ut est in aliquot codd.

---

4. *Priusquam dilapidet.*] Disperdat. — 6. *Visam: ut,*

---

4. *Dilapidet.*] H. e. dissipet, disperdat. Magis proprie usus Columella, X. 330. de Iove: *Grandine* dilapidans *hominumque boumque labores.* Eadem metaphora usus Cicero, vel potius Octavius, in Epist. de Antonio; *Publicam* dilapidabat *pecuniam.*

6. *Ut, quod.*] Videtur dicturus fuisse: *Ut, quod de uxore du-*

Ph. De eadem hac fortasse causa. *De.* Ita hercle.
Ph. Crédidi.
Quíd ád mé ibatis? ridículum: an verebámini,
Ne nón id facerém, quód recepissém semel?
Heus! quánta quanta haec méa paupertas ést, tamen
Adhúc curavi unum hóc quidem, ut mi essét fides.
Ch. Estne ita, ut dixi, liberalis? *De.* Oppido.
Ph. Itaque ád vos venio nuntiatum, Demipho,
Parátum me esse: ubi vóltis, uxorém date.
Nam omnés posthabui míhi res, ita uti pár fuit,
Postquám tantopere id vós velle animadvórteram.
De. At hic dehortatus ést me, ne illam tíbi darem.
Nam quí erit rumor pópuli, inquít, si id féceris?
Olím quum honeste pótuit, tum non ést data:

V. 7. Bentl. sublato nomine Demiphonis omnia Phormioni tribuit. Videtur Demipho de reddendo argento cogitare.
V. 8. Bentl. *ridiculum: an veremini*, ex multis codd. Faërn. et West. *ridiculum: verebamini*, numeris claudicantibus.
V. 12. ante Bentl. erat *ut dixi.*
V. 13. Bemb. *idque adeo ad vos v.* Hinc Bentl. correxit, *Idque adeo advenio n. D.*

---

quod.] Ἀποσιώπησις secunda. — 9. *Ne non id facerem, quod recepissem semel?*] Et deest, *ad me.* ut in Heautontim. *Ad me recipio: faciet.* — 11. *Adhuc curavi.*] Τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit *ad-*

---

cenda dictum et constitutum, eam nunc ducam. Sed interpellatur a Demiphone.

9. *Recepissem.*] Pollicitus essem. Ita Heaut. V. 5. 12. Cicero, Fam. XIII. 3. *Ut mihi coram recepisti.* Et XIII. 17. *Spondeo, in meque recipio.*

10. *Quanta quanta haec mea paupertas est.*] Ita Ennius, Annal. X. apud Cic. de Senect. 1. *Ille vir, haud magna cum re, sed plenu' fidei.* Virgilius, Aen. II. 79. nec, si miserum Fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

12. *Estne ita, ut dixi, liberalis?*] Loquitur de liberali forma Phanii. Vide And. I. 1. 96. Alii de hoc versu aliter.

15. *Omnes posthabui mihi res.*] Ita Virgilius, Ecl. VII. 17. *Posthabui tamen illorum mea seria ludo.*

Nunc víduam extrudi, túrpe 'st. férme eadem ómnia,
Quae túte dudum córam me incusáveras.
Ph. Satís superbe illúditis me. *De.* Quí? *Ph.* Rogas?
Quia ne álteram quidem íllam potero dúcere:
Nam quó redibo ore ád eam, quam contémserim?
Ch. Tum autem Antiphonem vídeo ab sese amíttere
Invítum eam; inque. *De.* Tam aútem video filium
Invítum sane múlierem ab se amíttere.
Sed tránsi sodes ád forum, atque illúd mihi
Argéntum rursum iúbe rescribi, Phórmio.

V. 22. Bentl. de suo: *Satis pól superbe.*

---

huc: quum potuisset sine hoc integer sensus esse. — 21. *Quae tute dudum coram me incusaveras:* nova locutio *coram me incusaveras:* non *Quae hic incusaveras. Coram me incusaveras.*] Belle: ut si quid neget, contra se ipsum sentire videatur. — 22. *Satin' superbe illuditis me.*] Et dativum et accusativum casum regit *Illudo.* — 29. *Rursum iube rescribi, Phormio.*]

---

20. *Viduam extrudi.*] Dictae etiam *viduae* matrimonio expulsae, qualis futura erat Phanium antequam nuberet. Plautus Menaechm. I. 2. 3. *si mihi tale post hanc diem Faxis, faxo, foris vidua visas patrem.* Eodem sensu et viri *vidui* dicuntur. [*Viduam* h. e. ab illo, cui nupta est, separatam. Nam *vidua* non tantum dicitur, cuius maritus mortuus est, sed etiam cuius maritus abest superstes. Plaut. Stich. I. 1. 2. *quae tam diu vidua viro suo caruit*, et Menaechm. I. 2. 4. *foris vidua visas patrem;* unde *vidua nox* dicitur, in qua quis secubuit nec venere usus est. Ovid. Epist. XIX. 69. *Cur ego tot viduas exegi frigida noctes.* Petron. c. 133. *an contentus fuit vidua pudicaque nocte.* Vid. Gronov. Lect. Plaut. p. 328.]

21. *Dudum.*] Vide supra, II. 3. 66. seqq.

24. *Quo redibo ore?*] Ita infra V. 8. 63. Heaut. IV. 3. 22. Cicero, Philipp. VII. 8. Quo ore *ille vos poterit, quibus vicissim vos illum oculis intueri?*

28. *Ad forum.*] Ubi erant tabernae trapezitarum, pecunias foenoti accipientium et dantium. Plautus, Asin. I. 1. 112. *Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam? ibo, atque ibi manebo apud argentarium.*

29. *Argentum rursum iube rescribi.*] Quia suspicabatur Demipho, se praesentem pecuniam haud ablaturum a Phormione,

Ph. Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui?
De. Quid igitur fiet? **Ph.** Si vis mi uxorem dare,
Quam despondisti, ducam: sin est, ut velis
Manere illam apud te, dos hic maneat, Demipho.
Nam non est aequom, me propter vos decipi:
Quam ego vostri honoris caussa repudium alterae
Remiserim, quae dotis tandumdem dabat.
De. I in malam rem hinc cum istac magnificentia,

V. 30. Bentl. cum Bemb. *discripsi.*
V. 37. Bentl. coni. *In' hinc malam rem cum ist. m.*

Rescribi, reddi, seu per mensae scripturam dari. *Iube rescribi.*] Quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, *rescribere* dicebant, pro renumerare. Et sic infert, *ne ego perscripsi porro illis, quibus debui.* Haec est ergo figura, in qua secunda de primis significantiam sumunt. *Iube rescribi.*] Per scripturam, id est, de mensae scriptura dari, unde hodie additur chirographis, *Domo ex arca sua*, vel *ex mensae scriptura.* — 30. *Ne ego perscripsi.*] Multis per scripturam reddidi, multis dedi, ut apud

---

igitur sibi de mensa argentarii, atque adeo scriptura solvi postulat. De quo more vide Comment. maiorem. [*Rescribi* i. e. reddi per trapezitam sive argentarium. Veteres facultatum suarum partem apud argentarium deponebant, ad eumque creditores suos remittebant; id quod dicebatur *rescribere* vel *perscribere.* Vid. Donatus ad h. l. Hodie dicunt *solvere per assignationem.* Rem copiose explicuerunt Salmas. de Usur. p. 473. Gronov. Obs. IV. 9. et Graevius ad Cic. ad Attic. XVI. 2.]

30. *Quodne ego perscripsi porro illis, quibus debui?*] Sensus est: *Illudne argentum tibi ego iubeam rescribi, quod.* Ita Plautus, Rud. IV. 7. 5. Quodne ego *Inveni in mari?* Videtur autem *perscripsi* valere, omne descripsi seu distribui.

33. *Dos hic maneat.*] Dicens *hic*, se indigitat. Aliter And. II. 1. 10.

35. *Vestri honoris causa.*] Plautus, Poen. III. 3. 25. honoris tui causa *huc ait te venimus.* Cicero, Fam. XIII. 26. *Id ut honoris mei causa suscipias, vehementer etiam atque etiam rogo.* [Sic Cicero et optimus quisque Veterum loquitur; deinde etiam dicere coeperunt *in honorem, in gratiam, in laudem alicuius facere.* Vid. Duker. ad Flor. I. 3. p. 87.] — *Repudium alterae remiserim.*] Vide supra IV. 3. 72. Plautus, Aul. IV. 10. 69. *Ea re repudium remisit avunculus causa mea.* Dixit autem *alterae*, uti Heaut. II. 3. 11.—

Fugitive, etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? *Ph.* Irritor. *De.* Tun' hanc duceres,
Si tibi data esset? *Ph.* Fac periclum. *De.* Ut filius
Cum illa habitet apud te; hoc vostrum consilium fuit.
Ph. Quaeso, quid narras? *De.* Quin tu mi argentum cedo.
Ph. Immo vero uxorem tu cedo. *De.* In ius ambula.
Ph. [In ius] Enimvero si porro esse odiosi pergitis —
De. Quid facies? *Ph.* Egone? vos me indotatis modo
Patrocinari fortasse arbitramini:
Etiam dotatis soleo. *Ch.* Quid id nostra? *Ph.* Nihil. —

V. 38. Bentl. *etiam num.* Ita *etiam* acuit ultimam propter encliticam.

V. 44. metri caussa *In ius* delevit Bentl. quod e v. 43 huc traductum est.

Virgilium, Diditur hic subito Troiana per agmina rumor. — 42. *Quin tu mihi argentum cedo.*] Hoc ab utroque cum clamore dici accipiendum est. — 43. *In ius ambula.*] Ad iudicem eamus scilicet; nam *ius* pro loco est. *Cicero, Quandoquidem te in iure conspicio.* — 44. *Enimvero si porro odiosi esse pergitis.*] Vultu iuvandum est, et pronuntiatione, hoc, quod tam minaciter suspenditur. *Enimvero.*] *Enimvero* principium est aliquid per iracundiam dicturi; ut, *Hic tum alius ex alia parte: enimvero hoc ferri? etc.* — 45. *Indotatis.*] Hoc est, ut Phanio. — 47. *Etiam*

Cum istac magnificentia.] Vide ad Eun. IV. 6. 3. et de usu particulae *cum* ad And. V. 4. 38. — *Fugitive.*] Convicium a servis desumtum. Plautus, Pseud. I. 3. 131.

40. *Fac periculum.*] Ita Eun. III. 2. 23. et saepe alibi.

43. *In ius ambula.*] Vide ad Eun. IV. 6. 30. Plautus, Curc. V. 2. 23. *Ambula in ius.* Explicat Donatus.

45. *Enimvero si porro esse odiosi pergitis.*] Comminatio est cum aposiopesi.

47. *Quid id nostra?*] Vide Comment. maiorum; et Perizonium ad Sanctii Minervam, III. 5. 8.

Hic quándam noram, cuius vir uxórem — *Ch.* Hém!
De. Quid est?
Ph. Lemni hábuit aliam: *Ch.* Núllus sum. *Ph.* ex
quá filiam
Suscépit: et eam clam éducat. *Ch.* Sepúltus sum.
Ph. Haec ádeo ego illi iám denarrabo. *Ch.* Obsecró,
Ne fácias. *Ph.* Oh! tune is eras? *De.* Ut ludós
facit!
Ch. Missúm te facimus. *Ph.* Fábulae! *Ch.* Quid vis
tibi?
Argéntum, quod habes, cóndonamus te. *Ph.* Aúdio.
Quid vós, malum! ergo mé sic ludificámini,
Inépti vostra púerili senténtia?

---

dotatis soleo.] Ut Nausistratae. — 49. *Nullus sum.*] Perii, mortuus sum. — 50. *Sepultus sum.*] Αὔξησις; nam plus est, quam *nullus sum.* — 53. *Quid vis tibi? argentum quod habes? condonamus te.*] *Vis* iterum subaudiendum est: ut sit, *vis argentum quod habes?* et est ἀσυνδέτως inferendum, *condonamus te.* Sic est illud apud *Virgilium*, *Vultis et his mecum pariter considere regnis? Urbem, quam statuo? vestra est.* — 54. *Condonamus te.*] *Condono*, ablativo iunxit: ut in Eunucho, *Habeo alia multa, quae nunc condonabitur.* — 55. *Malum! ergo me sic;*

---

49. *Lemni.*] H. e. in Lemno. Infra, V. 8. 24. Nepos, Milt. 2. *Se autem domum* Chersonesi *habere.* Et sic saepe. — *Nullus sum.*] Formula despondentis animum. And. III. 4. 20. Eun. V. 7. 22.

50. *Sepultus sum.*] Ita Cicero, Catil. IV. 6. *Cerno animo sepulta in patria miseros atque insepultos acervos civium.*

52. *Tune is eras?*] Sarcastice fingit, se nescire, quod dudum e Geta intellexerat. Ita Eun. V. 5. 21. [*Ut ludos facit*] [illegible] nos i. e. [illegible] ludibrio habet.] Ita Andr. III. 1. 21.

54. *Argentum, quod habes, condonamus te.*] Ita Afranius, [illegible] *Invitum me condonas literis.* Plautus, Bacchid. [illegible] *Si quam habes*, condonamus te, *nunquam abs te petam.* — *Audio.*] Formula consentientis, seu serio, seu ironice. v. ad Eun. [illegible]

56. *Puerili sententia.*] H. e. levi. And. II. 6. 18. Hec. III. 1. 32.

Noló, volo: volo nólo rursum: cédo, cape.
Quod díctum, indictum 'st: quód modo erát ratum,
    írritum est.
Ch. Quo pácto, aut unde haec hic rescivit? *De.*
    Néscio:
Nisi mé dixisse némini, id certó scio.
Ch. Monstri, íta me Di ament! símile. *Ph.* Inieci
    scrúpulum. *De.* Hem!
Hicíne ut a nobis hóc tantum argentí auferat,
Tam apérte irridens? émori hercle sátius est.
Animó virili praésentique ut sís paras:
Vidés peccatum tuum hóc esse elatúm foras.

V. 57. Bemb. aliique: *cape, cedo*, quod Bentleio ideo placet, quia rei gestae ordinem servat.

V. 58. Bentl. *quod modo ratum erat*, ut *ratum* acuatur.

V. 62. Bentl. corr. *tántum hoc argenti.*

V. 65. Sic Bentl. pro vulg. *Vides tuum peccatum esse elatum foras.*

---

etc.] *Malum!* adverbium est interpositae indignationis. — 57. *Nolo, volo: volo nolo rursum.*] Primo singula separatim: deinde simul utraque pronuntianda sunt. — 64. *Animo virili.*] A necessario

---

57. *Nolo, volo: volo nolo rursum.*] Ita Lucilius: *Voltis? emta est. Noltis? non emta est.* Plautus, Cistell. II. 1. 7. *Ita mihi omnia ingenia sunt: quod lubet, non lubet iam id continuo.*

58. *Quod dictum, indictum 'st.*] Ita Plautus, Aul. II. 2. 81. *scio, quo pacto eos soleatis perplexarier: Pactum non pactum 'st, non pactum pactum 'st, quod vobis lubet.* Dixit autem *indictum* pro *non dictum.* Ita Adelph. III. 4. 62. Horat. Carm. III. 25. 8. Indictum *ore alio.*

61. *Monstri simile.*] Ita Eun. III. 3. 42. — *Inieci scrupulum.*] Ita And. V. 4. 34. Adelph. II. 2. 20. Plautus, Cas. III. 3. 26. *Pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum.*

63. *Emori hercle satius est.*] Ita Eun. I. 1. 21. et IV. 7. 2.

64. *Animo virili praesentique ut sis.*] Ita Eun. IV. 6. 31.

65. *Efferri haec foras.*] H. e. patefactum, evulgatum. Ita Adelph. IV. 4. 16. Cicero, Philipp. X. 8. Efferri haec foras, *et ad populi Romani aures pervenire.*

Neque iam id celare posse te uxorem tuam,
Nunc quod ipsa ex aliis auditura sit, Chreme,
Id nósmet [ipsos] indicáre, placabílius est.
Tum hunc ímpuratum póterimus nostró modo
Ulcísci. *Ph.* Atattat! nisi mi prospicio, haéreo.
Hi gládiatorio ánimo ad me adfectánt viam.
Ch. At véreor, ut placári possit. *De.* Béne animo es.
Ego rédigam vos in grátiam, hoc fretús, Chreme,
Quum e médio excessit, únde haec suscepta 'st tibi.
Ph. Itane ágitis mecum? sátis astute adgrédimini.

V. 66. Bentl. corr. *Neque iam celare id posse.*
V. 68. Bentl. *ipsos* metro iubente omisit.
V. 70. Bentl. *atattat* pro vulg. *atat* restituit.
V. 75. Bentl. post *satis astute* plene interpunxit: ut *aggredimini* modo imperativo accipiatur.

adhortatur. — 69. *Nostro modo ulcisci.*] Ingenio scilicet. — 71. *Hi gladiatorio animo.*] Parato ad periculum, hoc est, ita perdito ac temerario, ut non sibi caveant, dummodo vulnerent, ut, Sallustius: *Avidius alter alterum sauciare, quam semet tegere.* *Ad me adfectant viam.*] *Adfectant viam*, plenum: quod nos illam. — 72. *Ut placari possit.*] *Ut* pro *ne non.* — 74. *Quum e medio excessit.*] Pro quia. *De medio excessit.*] Et ad dictum, et ad rationem dicti, comicum est. — 75. *Astute adgredimini.*] *Εἰρωνεία.* Et proprie *adgredi* accedere ad dimicandum est. Bene ergo servavit translationem a gladiatoribus coeptam.

68. *Placabilius.*] H. e. ad placandum aptius.

69. *Impuratum.*] Acerbum convicium. Plautus, Rud. II. 6. 59. *Impurata bellua.* — *Nostro modo.*] H. e. nostro arbitrio, ut nobis lubet. And. I. 1. 126. Plautus, Menaechm. II. 1. 25. *non tuo hoc fiet* modo.

70. *Haereo.*] Ita Eun. V. 2. 9.

71. *Gladiatorio animo.*] H. e. infestissimo. A more gladiatorum in arenam descendentium, quibus vel occidere alterum, vel occidi dicta lex erat. Gell. VII. 3. Unde *gladiatoria* appellatio passim in conviciis est. — *Ad me adfectant viam.*] Vide ad Heaut. II. 3. 60.

74. *E medio excessit.*] Diem obiit. Vide ad Adelph. III. 4. 23.

Non hércle ex re istius me instigasti, Démipho.
Ain' tu? ubi quae libitum fúerit, peregre féceris,
Neque huius sis veritus, féminae primáriae,
Quin nóvo modo ei fáceres contuméliam,
Veniás nunc precibus láutum peccatúm tuum?
Hisce égo illam dictis íta tibi incensám dabo,
Ut né restinguas, lácrumis si exstilláveris.

V. 77. Bemb. *ubi quae libitum fuerit, peregre feceris.* Vulgo: *ubi peregre, tibi quod libitum fuit, feceris.*

V. 79. *novo* μονοσυλλάβως pronuntiandum, ut saepe apud Plautum. v. Bentl. ad h. l.

V. 80. aliquot codd. vel *nunc mihi precibus* vel *mihi nunc precibus.* Hinc Bentl. corr. *Venias mihi precibus l.*

---

77. *Ain' tu? ubi peregre.*] Modo ad Chremetem cum invectione conversus est. — 80. *Lautum peccatum tuum?*] Ut laves, ut maculam. — 82. *Lacrumis si exstillaveris.*] *Stillare* est gut-

---

76. *Ex re istius.*] H. e. ex commodo, in rem. Plautus, Truc. IV. 4. 20. *E re mea est.*

78. *Neque huius sis veritus.*] Videtur *huius* cum gestu floccum vel aliam rem nauci ostendentis pronunciatum. Ita Adelph. II. 1. 9. [Structuram exemplis firmavit Voss. Arist. p. 404.] — *Feminae primariae.*] Ita Plautus, Rud. IV. 4. 29. *Primarius vir.* Cicero, Fam. V. 11. *Quod mihi feminam primariam, Pompeiam, uxorem tuam, commendas.*

79. *Novo modo.*] H. e. inaudito, atque adeo scelestissimo. Cicero, pro Rosc. Amer. 1. *Iniuriam novo scelere conflatam.* — *Ei faceres contumeliam.*] Ita Eun. V. 2. 27. Plautus, Asin. II. 4. 82. *Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?* τὸ *ei* autem, et quod praecedit *feminae primariae*, iunctim accipienda.

80. *Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?*] Cicero, de Legib. II. 10. Animi labes *nec diuturnitate evanescere, nec amnibus ullis* elui *potest.* Eadem metaphora *purgare se* dixerunt. [*Lavare peccatum* idem est, quod luere peccatum. Nam *luere* proprie est lavare, lavando purgare, ut ex compositis patet. Sed usus postea hoc verbum flexit ad significandam purgationem criminis, quae purgatio vel redemtione pecuniaria fit vel satisfactione vel qualicunque poena. Vide Perizon. ad Sanct. Min. III. 2. p. 278.]

81. *Incensam dabo.*] Usitata metaphora ab igne. Ita supra I. 4. 9. Hec. IV. 1. 47. Dixit autem *incensam dabo*, ut Heaut. V. 1. 69. Vide Cortium ad Sallust. Iugurth. 59.

82. *Restinguas.*] Ita Eun. I. 1. 24. — *Exstillaveris.*]

De. Malum, quod isti Dí Deaeque omnes duint!
Tantáne adfectum quémquam esse hominem audácia?
Non hóc publicitus scélus hinc deportárier
In sólas terras? *Ch.* In id redactus súm loci,
Ut quid agam cum illo, nésciam prórsum. *De.* Ego
scio.
In iús eamus. *Ph.* In ius? huc, si quid lubet.
De. Adséquere, ac retine, dúm ego huc servos évoco.
Ch. Enim sólus nequeo: adcúrre huc. *Ph.* Una iniú-
ria est

V. 87. Bentl. ex pluribus codd. *agam ex illo*, h. e. posthaec, ex illo loco, tempore, facto. Idem deinde ex uno cod. *prorsus nesciam*; ne *prorsum* in thesi deprimatur.

V. 90. vulgo: *Etenim solus.* Emendavit Bentl. e Bemb. Bas. Vict. aliis. De ceteris West. cum Bentleio plane consentit.

tas emittere ex corpore. *Exstillare*, ipsum corpus guttatim finiri. Ergo quasi totum in lachrymas converti, et ex toto stillare corpore. — 85. *Publicitus.*] Id est, publica cura atque consilio. — 86. *In solas terras?*] *Virgilius, Pastorum et solis exegit montibus aevum.* Et *Sallustius* in primo: *Solis Viis.* — 88. *In ius eamus.*] Ad praetoris sellam, modo enim locum significat. *In ius? huc, si quid lubet.*] Apparet parasitum niti ad domum Chremetis: senes vero ad forum conari attrahere. — 90. *Etenim solus nequeo.*] *Etenim* pro *at* posuit: ut turbatum ostenderet. Sic alibi, *Etenim*

Ita Plautus, Pseud. III. 2. 39. *oculi ut exstillent.* Explicat Donatus. [Sensus: *etiamsi lacrimando animam exhalaveris.* St.]

83. *Malum.*] Idem versus totidem verbis occurrit apud Plautum, Mostell. III. 1. 126. Ita Amph. II. 1. 13. *Malum, quod tibi Dii dabunt, atque ego hodie dabo.* Livius, IV. 49. *Malum quidem meis militibus, nisi quieverint.*

85. *Publicitus.*] H. e. publice, publicis suffragiis. Lucilius apud Non. *Publicitus vendis tamen atque extrema ligurris.* Plautus, Amph. IV. 2. 7. *In fores censebas nobis publicitus praeberier?* — *Hoc scelus*, i. e. scelestum hominem.

86. *Deportarier in solas terras.*] H. e. in desertas regiones. Plautus, Rud. I. 4. 8. *Neque magis* solae terrae *sunt*, *quam haec loca*, *atque hae regiones.* Vide And. II. 4. 3. et Cortium ad Sallust. Iug. 103. De poena deportationis vid. Casaub. ad Suet. Caes. 66.

88. *In ius eamus.*] Vide supra, versu 43. Deinde *huc* δεικτικῶς dictum valet ad *Nausistratam*.

Tecúm. *Ch.* Lege agito ergo. *Ph.* Altera est tecúm, Chreme.
De. Rape húnc. *Ph.* Itane agitis? énimvero vocé 'st opus.
Nausístrata, exi. *Ch.* Os ópprime. *De.* Impúrum vide,
Quantúm valet. *Ph.* Nausístrata, inquam. *Ch.* Nón taces?
Ph. Taceám? *De.* Nisi sequitur, púgnos in ventrém ingere.
Ph. Vel óculum exclude: est úbi vos ulciscár probe.

V. 96. Bentl. cum Bemb. *exculpe.*

---

non sinam. *Una iniuria 'st.*] Id est, actio iniuriarum ex lege. — 91. *Lege agito* dicebatur ei, cuius intentio contemtibilis adversario videbatur. *Plautus* in Aulularia, *Lege agito mecum, molestus ne sis, et coenam coque.* *Altera.*] Quam fecisti dotatae uxori. — 95. *Pugnos in ventrem ingere.*] Urbane *in ventrem,* quasi parasito. An *ventrem* totum parasitum dicit? ut *Lucilius* in secundo: *Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.* An simpliciter? quia qui resistit, ne sequatur trahentem, collo obtorto repandum se facit, et ventrem proiicit: quum autem *in ventrem* feritur, curvatur, et sequitur.

---

91. *Lege agito.*] H. e. litem intende. Ita Plautus, Aul. III. 3, 10. *Lege agito mecum.* Cicero, pro Caec. 33. *Et lege agant, et suum ius persequantur.* [V. Ernest. Clav. Cic. s. v. *lex.*]

93. *Os opprime.*] Ita Plautus, Asin. III. 2, 40. *opprime os.*

95. *Pugnos in ventrem ingere.*] Scil. ne clamare possit. Dixit autem *pugnos ingere,* uti Phaedrus, III. 2. 3. *alii fustes congerunt.* Ubi vide quae notavit P. Burmannus. [Verba Phaedri non huc faciunt.]

96. *Vel oculum exclude.*] H. e. excute. Plautus, Pseud. I. 5. 95. Excludito *mihi hercle* oculum, *si dedero.* — *Est, ubi vos ulciscar probe.*] Ita Plautus, Pseud. V. 2. 26. Erit, ubi te ulciscar, *si vivo.* Poenul. V. 4. 56. *Nam pol ego te ulciscar probe.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA OCTAVA.

NAUSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

Nau. Quis nóminat me? *Ch.* Hem! *Nau.* Quid istuc turbae 'st, óbsecro,
Mi vir? *Ph.* Ehem! quid nunc obticuisti? *Nau.* Qui híc homo 'st?
Non míhi respondes? *Ph.* Hícine ut tibi respóndeat?
Qui hercle, úbi sit, nescit. *Ch.* Cáve isti quidquam créduas.
Ph. Abi: tánge: si non tótus friget, me énica.
Ch. Nihil ést. *Nau.* Quid ergo est? quid istic narrat? *Ph.* Iám scies:
Auscúlta. *Ch.* Pergin' crédere? *Nau.* Quid ego, óbsecro,

V. 2. Bentl. e Bemb. *obstipuisti.* Alii libri etiam *obstupuisti.* Porro ille *qui hic* dedit pro vulg. *quis hic.*

V. 4. *creduas* est de coniect. Faërni. Libri *credas.*

V. 6. Bentl. *Quid ergo est quod istic narrat.* Quippe codd. non nulli *quod.*

---

1. *Quis nominat me?*] *Hic velut controversia est: in qua reus fit maritus malae tractationis: et est status qualitatis venialis.* —

---

2. *Quid nunc obticuisti?*] Vide ad Eun. V. 1. 4.

4. *Ubi sit, nescit.*] Ita Eun. II. 3. 18. [*Ubi sit nescit* h. e. plane perturbatus est. Flor. II. 10. *ubi essent prae poculis nescientes,* ubi vid. Dukerus.]

5. *Totus friget.*] Ita Eun. I. 2. 3. Adelph. IV. 4. 3.

6. *Nihil est.*] Formula, qua utuntur dissimulantes rem, et respondere detrectantes. Phaed. III. 7. 17. *Unde hoc, amice?* Nihil est. ubi vide quae notavit Cl. Burmannus.

Huic crédam, qui nil díxit? *Ph.* Delirát miser
Timóre. *Nau.* Non pol témere 'st, quod tu tám
times.
Ch. Ego tímeo? *Ph.* Recte sáne: quando níl times,
Et hoc níhil est, quod ego díco: tu narrá. *De.* Scelus!
Tibi nárret? *Ph.* Eho tu! fáctum 'st abs te sédulo
Pro frátre. *Nau.* Mi vir, nón mihi narras? *Ch.* 'At
Nau. Quid, at?
Ch. Non ópus est dicto. *Ph.* Tibi quidem: at scito huíc opus est.
In Lémno — *Ch.* Hem! quid ais? *De.* Nón taces?
Ph. Clam te — *Ch.* Hei mihi!
Ph. Uxórem duxit. *Nau.* Mí homo, Di meliús duint!
Ph. Sic fáctum est. *Nau.* Perii mísera! *Ph.* Et inde filiam
Suscépit iam unam, dúm tu dormis. *Ch.* Quíd agimus?

V. 11. Bentl. corr. *ego quod dico*, accentus gratia.
V. 13. Bentl. cum cod. Bemb. *non mihi dicis?*
V. 15. Bentl. ex aliquot codd. *Hem quid agis?*

---

8. *Delirat miser timore*] Graviter utrumque: *delirat*, et *timore*; nam *deliratio*, senectuti convenit: *timor*, conscientiae. — 16. *Mi homo, Di melius duint!*] Quaerit Probus, an matrona tam familiariter *mi homo* recte dicat alieno: sed frustra; nam foeminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est. — 18. *Quid agi-*

---

8. *Delirat miser timore.*] Vide And. IV. 4. 10. Lucretius. III. 454. *Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque.*

16. *Di melius duint.*] Formula deprecandi. Pacuvius, Chryse: Di monerint meliora, *atque amentiam tuam averruncent.* sim.

18. *Dum tu dormis.*] H. e. secura es amoris viri tui. Vide ad Adelph. IV. 5. 59. Turpilius, Paraterusa: *Dum ego conniti somnio, hic sibi prospexit vigilans virginem.* — *Quid agimus?*] Formula consilium quaerentis. Ita Eun. IV. 7. 41. V. 9. 51.

Nau. Pro Di immortales! facinus indignum, et malum!

Ph. Hoc actum est. *Nau.* Ain? quidquam hodie est factum indignius?

Qui mi, úbi ad uxores véntum 'st, tum fíunt senes.

Démipho, te áppello: nam me cúm [hoc] ipso distaedét loqui.

Haécine erant itiónes crébrae, et mánsiones diútinae Lémni? haecine erat éa, quae nostros mínuit fructus, vilitas?

V, 20. Bentl. cum nonnullis codd. partes personarum sic constituit: Dem. *Hoc actumst.* Ph. *An quidquam — fiunt senes.* Naus. *Demipho, te appello etc.*

V. 22. Bentl. *hoc* deleto *cum isto* scripsit. Sic cod. Reg.

V. 23. Bentl. corr. *Haec illae erant itiones.*

V. 24. e cod. Bemb. restituit Bentl. Lectio Westerh. haec est: *quae nostros fructus minuebat vilitas.*

---

mus?] Facete dictum. — 21. *Qui mihi.*] Eleganter insertum *mihi*, ut in Heautont. *Is mihi, ubi adbibit plus paullo, sua quae narrat facinora! Ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.*] Eleganter *fieri* dixit. Et generaliter invidiosius, quam si unum accusaret

---

19. *Facinus indignum et malum!*] Ita Plautus, Mostell. II. 2. 27. *non potest Dici, quam* indignum facinus *fecisti* et malum.

[20. *Hodie* saepe non tempus significat, sed iracundiam et stomachum. Virg. Aen. II. 670. *numquam omnes hodie moriemur inulti.* Adelph. II. 2. 7. *qui hodie ei usque os praebui.* ubi vid. Donatus.]

21. *Qui mihi, ubi ad uxores ventum 'st, tum fiunt senes.*] Ita Plautus, Asin. IV. 2. 3. [*Qui mihi* etc. h. e. qui senectutem suam excusant, ubi officium praestandum est uxoribus. Hic locus expressus est e Plaut. Asin. IV. 2. 4. *uxori excuses te et dicas senem?* *Mihi* abundat ut saepe.] *Ain' tu? apud amicam munus adolescentuli Fungare? uxori excuses te, et dicas senem?* Eleganter autem τὸ *mihi* παρέλκει. Ita And. II. 3. 1. Eun. II. 2. 53.

22. *Distaedet.*] Valde taedet. Sic Eun. V. 1. 16. *dispudet.*

23. *Haecine erant itiones crebrae.*] Donat. ad Eun. III. 5. 35. Virgilius Aen. IV. 675. *Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?*

24. *Fructus.*] Intelligit annuum reditum binorum talentorum.

De. Ego, Nausistrata, ésse in hac re cúlpam meritum nón nego;
Séd ea quia sit ignoscenda. *Ph.* Vérba fiunt mórtuo.
De. Nám neque neglegéntia tua, néque odio id fecit tuo.
Vínolentus, fére abhinc annos quíndecim, muliérculam
Eám compressit, únde haec nata 'st, néque postilla umquam áttigit.

V. 25. Westerh. cum libris plerisque: *meritam.* Verum servavit Bemb., quem Faërn. et Bentl. probarunt.

V. 26. vulgo: *sed eam, quaesis ignosc.* Veram lectionem suppeditavit Bemb. Intelligendum relinquitur: *némo dubitet*, aut simile quiddam.

---

senem. — 25. *Ego, Nausistrata.*] Qualitas venialis a concessione. — 26. *Verba fiunt mortuo.*] Non est passus parasitus, ut totam sententiam senex explicaret. — 27. *Nam neque negligentia tua, neque id odio fecit tuo.*] Locus in hac causa principalis est ἀπὸ τῆς συγγνώμης καὶ εὐνοίας. Et ideo in duo divisit, nec *negligentia* circa te, nec *odio*, inquit, factum. Praeterea et περιστάσεως addidit defensionem, *vinolentus fere abhinc annos quindecim, mulierculam etc.*, ab aetate eius, a tempore criminis, a diminutione contemtuque pellicis, ab eventu, ab animo facientis: quod mortua est. Postremo et a precibus. Et epilogum ἀπὸ τῆς εὐνοίας τῆς ἐκβάσεως fecit, admonens illam oratorie mansuetudinis suae. — 28. *Vinolentus.*] Ab imprudentia defensio. *Abhinc annos quindecim.*] A tempore defensio. — 29. *Eam compressit.*] Bene dixit *compressit:* quod interdum est non amoris, sed

---

Supra, V. 3. 6. seqq. Plautus, Pseud. V. 2. 10. *Massici montis uberrimos quattuor Fructus ebibere in una hora.*

26. *Verba fiunt mortuo.*] Simile dictum est Heaut. II. 1. 10. Plautus, Poen. IV. 2. 18. *Verba facit emortuo.* Bacchid. III. 4. 21. *mea illud nihilo pluris referet, Quam si ad sepulcrum mortuo dicat iocum.* [Male Donatus, qui *mortuo* intelligit Chremeti. Imo de Nausistrata accipiendum; frustra eam orari aeque ac mortuo verba fieri. vid. Plaut. III. 4, 21. *Bentl.*]

27. *Negligentia tua.*] H. e. *negligentia sui.* Vide ad Heaut. Prol. 41. et II. 3, 66.

28. *Abhinc annos quindecim.*] Vide ad And. I. 1. 42.

Ea mortem obiit: é medio abiit: quí fuit in re hac scrúpulus.
Quámobrem te oro, ut ália facta túa sunt, aequo animo hóc feras.
Nau. Quíd ego, aequo animo? cúpio misera in hác re iam defúngier.
Séd quid sperem? aetáte porro mínus peccatúrum putem?
Iám tum erat senéx, senectus sí verecundós facit.
'An mea fòrma atque áetas nunc magis éxpetenda 'st, Démipho?
Quíd mi hic adfers, quámobrem exspectem, aut spérem, porro nón fore?
Ph. 'Exsequias Chreméti, quibus est cómmodum, ire, hem! témpus est.

V. 31. Bentl. *ut ália tua sunt fácta, aequo ánimo et hóc feras,* accentus gratia.
V. 33. Bentl. ex uno cod. *qui sperem?* h. e. quomodo.
V. 34. Bentl. corr. *Nón iam túm erat senex, senectus si verecundos facit?* ut haec interrogative dicantur, sicuti priora et sequentia.
V. 35. Bentl. *magis nunc* corr., ut *mágis* acuatur.

iniuriae. *Neque postilla umquam attigit.*] Ita facti poenituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως est, id est, ab eo quod futurum sit; facilius enim ignoscitur non ultra peccaturis. — 32. *Defungier.*] *Defungi,* desinere. — 33. *Aetate porro minus peccaturum putem?*] Quia dixit, *abhinc annos quindecim.* — 34. *Senectus si verecundos facit.*] Modeste et graviter. — 36. *Quid mihi nunc adfers.*] Callidius usa est ad ultimum σχήματι, conversa ad ipsum defensorem mariti, de qua vi contradictionis exsultat parasitus, tamquam confecto mortuoque adversario suo. — 37. *Ex-*

30. *E medio abiit.*] Adelph. III. 4. 33. — *Scrupulus.*] Vide ad And. V. 4. 37.
32. *Defungier.*] H. e. finem molestiae imponere. Vide Donatum ad Adelph. III. 4. 62.
35. *Forma atque aetas.*] Solent haec iungi. Vide ad And. I. 1. 45.
37. *Exsequias Chremeti, quibus est commodum,*

Síc dabo! áge nunc, Phórmionem, quí volet, lacéssito.
Fáxo eum talí mactatum, atque hic est, infortúnio.
Rédeat sane in grátiam: iam supplicí satis est mihi.
Hábet haec, ei quód, dum vivat, úsque ad aurem obgánniat.
Nau. An meo mérito, crédo. quid ego núnc commemorem, Démipho,

V. 39. Bentl. e cod. Reg. emendavit. Westerh. *Faxo tali eum m.*

---

sequias Chremeti.] Bono ordine, primo, *delirat miser timore*, post, *verba fiunt mortuo*, ad ultimum, *exsequias Chremeti*, delirat, moritur, effertur. — 38. *Age nunc, age: Phormionem, qui volet, lacessito.*] Virgilius, *Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* — 39. *Faxo tali eum mactatum.*] Pro eo quod est *Eum* sic frequenter veteres. *Ennius*, *Omnes*

---

ire, hem! tempus est.] Haec dicit ad spectatores conversus. Salse fingit Chremetem iam mortuum et sepeliendum; quare formulam praeconis in funere indicendo imitatur. Ita Hannibal de Marcello caeso, apud Sil. Ital. XV. 394. *Vos ite superbae Exsequias animae.* Vide Comment. maiorem.

38. *Sic dabo.*] Formula exsultantis ob poenam sumtam. Plautus, Pseud. I. 2. 22. *Quid nunc? doletne? hem*, sic datur, *si quis herum servos spernit*, ubi v. intpp.

39. *Mactatum infortunio.*] Ita Plautus, Bacchid. II. 3. 130. *Macto ego illum infortunio.* Et passim alibi. Vide Comment. maiorem. Dixit autem, *faxo mactatum*, uti Heaut. II. 3. 100.

40. *Redeat sane in gratiam.*] Ita Plautus, Amph. V. 2. 11. *Tu cum uxore Alcumena antiquam in gratiam redi.* — *Supplicii satis est mihi.*] Vide ad And. V. 3. 32.

41. *Ad aurem obganniat.*] Ita Afranius, Prosa: Gannire ad aurem nunquam didici. Plautus, Asin. II. 4. 16. *Centies eadem imperem atque* obganniam. Vide ad Adelph. IV. 2. 16.

42. *An meo merito, credo?*] Voces *an* et *credo* eleganter vel ironiae inserviunt, vel severae dictioni. Cicero, Fam. IV. 5. An *illius vicem*, credo, *doles?* [Cic. de Provinc. Cons. c. 12. *Caesar, quid est, cur in provincia commorari velit, nisi ut ea, quae per eum affecta sunt, perfecta reipublicae tradantur? Amoenitas eum, credo, locorum, urbium pulcritudo retinet.* Lactant. I. 7. *Apollo quem praeter ceteros divinum existimant, Colophone responsum dedit, quod Delphis credo emigraverat, quaerenti cuidam, quis esset, respondit* etc. Vid. Leopard. Emendat. III. 6. et Graevius ad Cic. ad Att. VII. 7.]

Síngillatim, quális ego in hunc fúerim? *De.* Novi aeque ómnia
Técum. *Nau.* Meritón' hoc meó videtur fáctum? *De.* Minime géntium:
Vérum, quando iam áccusando fieri infectum nón potest,
'Ignosce: orat: cónfitetur: púrgat: quid vis ámplius?
Ph. 'Enimvero prius quam haéc dat veniam, míhi prospiciam et Phaédriae.
Heús! Nausistratá, prius quam huic respóndes témere, audí. *Nau.* Quid est?
Ph. 'Ego minas trigínta per fallácias ab illo ábstuli:
Eás dedi tuo gnáto: is pro sua amíca lenoní dedit.
Ch. Hém! quid ais? *Nau.* Adeón' indignum hóc tibi videtur, filius
Hómo adolescens, sí habet unam amícam, tu uxorés duas?
Níl pudere? quo óre illum obiurgábis? respondé mihi.
De. Fáciet, ut volés. *Nau.* Immo, ut meam iám scias senténtiam,
Néque ego ignosco, néque promitto quídquam: neque respóndeo,
Prius quam gnatum vídeo. eius iudício permitto ómnia:

V. 49. vulgo *fallaciam*, corruptis numeris. Emendávit Bentl. ex uno codice. Praeterea cum áliis tribus libris *ab isto* scripsit.
V. 51. ante Bentl. erat: *hoc indignum*, malo accentu.
V. 55. Bentl. ex codd. plurimis *videro*.

---

sordes patrem praebeat, animoque benigno Circumfusum. — 46. *Ignosce: orat: confitetur: purgat.*] Verba venialis status sunt,

---

45. *Fieri infectum non potest.*] Ita Plautus, Aul. IV. 10. 11. *Quid vis fieri? factum est illud*, fieri infectum non potest.

49. *Abstuli.*] H. e. impetravi. Ita Heaut. IV. 8. 9.

53. *Quo ore.*] Vide supra, V. 7. 24. Huc respexit Iuvenalis, XIV. 56. *Unde tibi frontem, libertatemque parentis; Cum facias peiora, senex?*

Quód is iubebit, fáciam. *Ph.* Mulier sápiens es, Nausístrata.
Nau. Satin' tibi est? *Ph.* Immo vero púlchre discedo, ét probe,
'Et praeter spem. *Nau.* Tú tuum nomen díc quod est. *Ph.* Mihin'? Phórmio:
Véstrae familiae hércle amicus, ét tuo summus Phaédriae.
Nau. Phórmio, at ego ecástor posthac tíbi, quod potero, et quaé voles,
Fáciamque, et dicám. *Ph.* Benigne dícis. *Nau.* Pol meritúm 'st tuum.
Ph. Vin' primum hodie fácere, quod ego gaúdeam, Nausístrata,

V. 57. sqq. Bentl. mutatis personarum vicibus totum hunc locum sic refinxit: *Quod is iubebit, faciam.* De. *Mulier sapiens es, Nausistrata.* Na. *Satin tibi est, Chreme?* Chr. *Imo vero pulcre discedo Et praeter spem.* Libri plurimi: *Satis tibi est.* Num igitur scribendum: *Satin tibi hoc est?*

V. 59. Bentl. ex cod. Reg. *Tu tibi nomen dic quod est*, propter sequens *Mihin'*.

ignoscet conficier. — 59. *Tu tuum nomen dic.*] Bene *tu* pronomine utitur: quia non habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent: et quum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim. Tale est in Adelphis, *Qui vocare? Geta. hominem maxumi pretii, etc.* — 60. *Vestrae familiae hercle amicus.*] Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. *Et tuo summus Phaedriae.*] *Amicus* iterum sub-

58. *Pulchre discedo.*] Cicero, Fam. VII. 6. *Quemadmodum exeat ex hac causa.*

[59. *Tuum nomen dic.* Egregie annotat Donatus: *potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorum quaererent et cum audiissent, ipsis nominibus eos appellarent.*]

60. *Tuo summus Phaedriae.*] Ita supra, I. 1. 1. And. V. 6. 6. Eun. II. 2. 40. Adelph. III. 2. 54.

62. *Benigne dicis.*] Formula gratias agendi. Ita Plautus, Truc. I. 2. 27.

'Et quod tuo viro óculi doleant: *Nau.* Cúpio. *Ph.*
Me ad coenám voca.
Nau.* Pól vero voco. *De.* Eámus intro hinc. *Ch.
Fíat: sed ubi est Phaédria,
Iúdex noster? *Ph.* Iam híc, faxo, aderit. *Ω.* Vós
valete, et plaúdite.

audiendum. — 64. *Me ad coenam voca.*] Facete ex persona parasitica, beneficii optio facta est, quod promiserat mulier. — 65. *Sed ubi est Phaedria, iudex noster?*] Bene *iudex:* ad illum enim mulieris delata sententia est: ut quum ita agitur, tuta sint marito omnia. Et per *εἰρωνείαν* ridicule dicitur ab ea, quae irata erat. — 66. *Iudex noster?*] Nihil facetius, quam iudicem capi adversus crimen voluptatis paternae, et amatorem filium, et fratrem Antiphonem, cui nubet furtiva filia. *Iudex noster?*] Terribilis scilicet censor paternarum delictarum. Vides igitur hic omnino sopitam uxoris iracundiam. *Aelii Donati, V. C. Oratoris Urbis Romae, Comment. in Terenti Phormionem explicit.*

64. *Quod suo viro oculi doleant?*] *Quod* i. q. propter quod. Oculi dolere dicuntur videntibus id, quod videre nolint. Cicero, Fam. VIII. 14. *Nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii cultum vidisses.* Vide Comment. maiorem. [Cfr. Vict. Varr. Lectt. II. 5.] — *Me ad coenam voca.*] Vide And. II. 6. 22. Eun. II. 2. 28.

65. Ch. *Fiat; sed* —] Donatus, Ed. vet. et unus ex Regiis Nausistratae hoc tribuunt: ceteri Chremeti. Utrumvis satis commode. Malim tamen Chremetis hoc esse, et senem cura ac miseria liberum non sine ioco e scena exire. *Bentlei.*

66. Ω. *Vos valete, et plaudite.*] Vide ad And. V. 6. 17.

FRIDERICI LINDENBRUCHII

OBSERVATIONES

IN AELII DONATI V. C.

COMMENTARIUM.

Commentarium hunc, qui Aelio Donato, V. C. Oratori urbis Romae adscribitur, sic quidem illius esse censeo, ut integriorem multo eum olim extitisse, mea quidem opinio sit: qualem autem nunc habemus, collectanea potius sive excerpta dicenda esse, quam ipsissimum Donati opus. Id quod arguere videntur frequentes asterisci, et quod totiens eadem repetantur, nonnulla etiam parum dilucide explicentur. Quin etiam Hieronymus Comment. in Eccles. cap. 1. attestatur, Donatum praeceptorem suum, cum versiculum illum, *Nihil est dictum, quod non sit dictum prius*, interpretaretur, *pereat*, dixisse, *qui ante nos nostra dixerunt.* Quae tamen verba in hisce Commentariis nunc minime leguntur. Dein, quae ex Probo et aliis hic adferuntur, quis negaret ea collectoris potius studio, quam Donati iudicio inserta esse. Praeter hunc enim et alios plures certum est in Terentium Commentaria edidisse: Evanthium puta, Aruntium Celsum, Flavium Caprum, Helenium Acronem, Asprum, Probum, Nigidium, et si vera lectio, Adesionem. De Evanthio Rufinus Grammaticus de metris Terentianis: *Evanthius in Commentario Terentii de Fabula, hoc est, de Comoedia sic dicit.* Reliquos Charisius Sosipater et Donatus ipse in hisce Commentariis laudant. At quidquid sit, contenti simus hoc Catone, qui ex tantorum naufragio solus periculum qualiter evasit. [De

Grammaticis, qui Commentarios Terentianos composuerunt, Probo, Aspro, Evanthio, Celso, Acrone, Donato, aliis, nemo doctius commentatus est *Ludovico Schopenio* in Disp. De Terentio et Donato. ed. Bonnae, 1821. p. 30—42.] — *Aelii Donati.*] Ita expressim libb. Pithoeor. et P. Danielis, quos hic auctores sequor. Quamvis in Commentariis Virgilianis et illa Donato attribuuntur. Et quidem ab antiquis *Cl. Tiberius* vocatur. Etiam in vetustissimo Ms. Cod. quem Florentiae in Bibliotheca Ducis Hetruriae vidi. Donatus nomen Africanum est. B. Augustin. Epist. CLXIII. *Quamquam enim Donati nomen Afrum esse soleat, non tamen repugnaret a vero, ut vel partium illarum aliquis vocaretur nomine Afro.* Inde Donatus Proconsul Africae, ad quem scribit Augustin. Epist. CXXVII. Et Donatus iste Karthaginiensis, qui postea sectae suae nomen dedit; et Donatus Bagaiensis, et alii, qui hic minime sunt recensendi. [Quo tempore vixerit Donatus, ne quis colligat ex Hieronymo adv. Ruffin. T. III. p. 92. ed. Bas. „*Puto quod puer legeris Aspri in Virgilium et Sallustium Commentarios, Vulcatii in Orationes Ciceronis, Victorini in Dialogos eius, et in Terentii Comoedias praeceptoris mei Donati aeque in Virgilium et aliorum in alios*": est his Tiberius Claudius Donatus, qui Grammatico nostro multo fuit aetate inferior, v. Heynius Praef. Virgil. p. CXLVI. Imo audiendus Hieronymus in Euseb. Chron. ad ann CCCLV. p. Chr. „*Victorinus Rhetor et Donatus Grammaticus*, praeceptor meus, *Romae insignes habentur.*" *Oratoris*, hoc est rhetoris, nomen gessit pro illorum temporum consuetudine: de qua Ruhnken. Praef. ad Rutil. Lup. p. 26. et Schopen. p. 38. sqq. St.]

IN COMMENTARIUM ANDRIAE.

IN PRAEFATIONEM ANDRIAE.

Haec prima acta.] Vet. Cod. Petr. Danielis: *Haec prima facta est, acta ludis* — *M. Fulvio et.*] Al. *M. Fulvio aedile, et M. Glabrione, Q. Minucio Valerio Curulibus.* — *Diverbiis authenticis.*] Sic quidem omnes scripti libri; sed non dubito quin vera sit emendatio haec: *Diverbiis aut canticis.* Tertullian. de Spectacul. *Si scenicae doctrinae delectant, satis nobis literarum est, satis versuum est, satis sententiarum, satis etiam canticorum.* Vitruvius de Architect. lib. V. Praefat. *Comici interponentes e choro canticum, diviserunt spatia fabularum, in partes cubica ratione facientes, intercapedinibus eorum actorum pronuntiationes.* Vid. Tit. Livium Decad. I. lib. VII.

Diomed. lib. III. et Prolegom. — *Poematum confieri.*] Vid. quae notavi ad Andr. Act. III. Scen. 1.

IN ARGUMENTUM.

Sibi exhibeat.] Excerpta Ms. R. *Sibi exhibiturus.* — *Hunc enim orbem.*] Ita Ms. R. al. *Ordinem.* — *Poeticae virtutis.*] Al. *Poëticae artis et virtutis.*

PROLOGUS.

1. *Minimeque errantes.*] Ms. R. Dan. *Minimeque erranti.* — *Luscio Lanuvino.*] Dan. *Luscio Lanuino.* al. *Luscio Lanvino.* Hieronym. Quaest. Hebraic. *Qui in principiis librorum debebam sequuturi operis argumenta proponere, cogor respondere maledictis. Terentii quippiam sustinens, qui Comoediarum Prologos in defensionem sui scenis dabat. Urgebat enim eum Luscius Lanuvinus nostro Luscio similis, et quasi publici aerarii furem Poetam criminabatur.* Vid. Sarisber. Policrat. — 5. *Quae ab amantibus solvo.*] Vitiosus hic locus. liber Daniel. *Quae amantibus solvo.* Excerpta Reg. *Quae a manentibus.* — 7. *Quasi ranciola.*] Ms. *Ranciola.* — 8. *In nunc vitio.*] *Non nunc vitio dens?* — 12. *Prolata oratione.*] Ms. *In probata oratione.* — *Ut poemata.*] Excerpta Reg. et Dan. *Et poëma.* — 22. *Nam quiescere illi.*] Rectius puto quod in Ms. R. et Dan. *Nam quiesce illi dicitur.* — *Ante commoneo.*] Ms. Dan. *Praedico admoneo.*

ACTUS I. SCENA I.

1. *Properanter discernit.*] Ms. *Properat, et discernit.* — 2. *Figura ellipsis.*] Excerpta Reg. *Figura syllepsis.* — 3. *Medicinae famulatrix.*] Ms. *Adulatrix.* — 4. *Generales sunt partes.*] Ms. R. *Species.* — *Et temperantia.*] Ms. R. *Patientia.* Hieronym. ad Pammach. *Quatuor virtutes scribunt Stoici ita sibi invicem nexas, et mutuo cohaerentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat: prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam.* Vid. Marcian. Capell. de nupt. Philol. lib. II. pag. 33. — *Perfectionem designat.*] Ms. R. *Desiderat.* — 9. *Moderata aequalis.*] Ms. R. *Moderata qualitas.* — *Patres probe.*] Ita Ms. Al. P. C. Locus est lib. I. Histor. cap. 2. — 10. *Ad aliquid dicitur.*] Ita Excerpta Reg. Al. *Ad aliquem.* — 12. *Beneficium erogatum.*] Ms. R. *Beneficiis prorogatione.* — 16. *Secundum Tus.*] L. 6. §. 1. π. de agnoscend. et alend. lib. l. 5. π. de iur. patronat. l. 2. C. de libert. et eor. lib. Legum Burgund. Tit. 40. de manumiss. Ambros. de Iacob et Beata Vita. — *Admirabiliter.*] Ms. et excerpta Reg. *Adverbialiter.* — 22. *Quod praecedit.*] Reg. excerpta: *Quod ce-*

[illegible] id quod praecedit. — [illegible] *Terent.* [illegible] Epig. I. [illegible] 28. *Plerique* [illegible]] A. Gell. lib. VII. cap. [illegible] *Omnes* [illegible] *subiugavit* [illegible]] Al. *Subiugavit.* — 34. *Utinam qui* [illegible]] Convenit cum hoc loco quod Servius notat in Virgil. Aeneid. X. vers. 861 *Rhoebe, diu* [illegible] *Terentius* [illegible] *sententias prudentissimus quibus, sed quae se per naturam* [illegible] *omnia*: [illegible] 41. [illegible] *primum*] Quinct. lib. VIII. cap. 8. — 43. *Huc hoc, huc huc* [illegible]] Reg. excerpta: Ut hanc [illegible] *rum.* — 45. *Neque ad* [illegible]] Aristot. ad Nicomach. lib. II. cap. 6. — 48. [illegible] *qui* [illegible].] Plaut. Capt. I. 2. 85. [illegible] Ibidem [illegible]. 89. [illegible] *hac ad* [illegible] *alterum*. — 52. [illegible]] Ut Plaut. Capt. [illegible] 9. 78. *Quasi* [illegible] *legi bus.* — 56. [illegible]] Ita Plautus in Pseudolo, [illegible] Virgil. et alii. — *Mane advenisti* [illegible]] Ms. [illegible] an adverbialiter. — 58. *Ut sis, si vis: nam delirat etc.*] Haec est lectio vett. codd. Apparet autem [illegible] fatuos nonnullos qui hariolarentur, *Sedes* Graecam esse vocem, ἀντὶ τοῦ, ζῶος ἦς, ita ut [illegible] est [illegible] formula, [illegible] verbum: *Ita salvus atque incolumis vivat.* — [illegible] *Peregrinis* [illegible]] Ms. *Peregrinis meretricibus*. — 61. [illegible].] Ms. *Et quod* [illegible]. — 80. [illegible].] A. Gell. lib. XVI. cap. [illegible] 81. [illegible] *afferebantur, propter celebrationem.*] Servius ad Virgil. Aen. XI. vers. 143. *Funereas rapuere faces* [illegible] 82. [illegible] *cremis* [illegible].] Hoc non [illegible] sermonis est. Zeno Veronensis Episcopus, Serm. de Continentia: [illegible] *lacrimas, cur* [illegible] *mortalis* [illegible]? [illegible] pacto [illegible] Petron. [illegible] Cap. III. [illegible] *negrae fidissima ancillae* [illegible] *lugenti* [illegible] *defecerat, positum* [illegible] *renovabat* [illegible] *bus lugenti* [illegible] 88. *Funes* [illegible] *in* [illegible] Ms. Pith. at in P. Daniel. *Funes et ingenium cerei f.* aeque corrupte. Sed vitiosam scripturam exprimere malui, quam ex ingenio parum feliciter quid substituere. Nam quod in vulg. legitur: *Delibuti funes et cerei fomites;* dubito an pro vero accipiendum sit. De hisce autem funalibus Serv. XI. 143. Aeneid. [*Funera* [illegible] *funalibus* [illegible], *sebo et cera circumdatis* [illegible], *quod hic* [illegible] *mortuis* Isidorus Orig. lib. XX. cap. 10. [illegible] *quae* [illegible] *dicta* [illegible] *quos ante usum papyri cera circumdatos habuere* [illegible] *fores* [illegible] *funera dicebantur.* [illegible] *Funalia autem* [illegible] *dicunt quod* [illegible] *hoc* [illegible] *funalia nominabant* [illegible]. Vid. Serv. Aeneid. lib. I. vers. 727. [illegible] Ubi etiam de papyro additur, ut et apud Paul. [illegible] Felicis: *Lumina ceratis* [illegible] *papyris*. [illegible] Ennodius Episc. in Benedict. cerei: *Obram* [illegible] *papyri ad* [illegible] *ignium lympha* [illegible]

Antipater Epigrammat. lib. VI. *[illegible]* [illegible] *Σχοῖνον καὶ λευκὴ [illegible]* [illegible] — 92. *Forma immobilis.*] Isidor. lib. different. — 100. *Post ipsam morituri.*] Referri huc commode potest, quod Servius notat Aeneid. III. 68. *magna supremum voce ciemus.* *Hoc loco dicitur more solemni, id est, tertio Vale: nos te ordine, quo natura permiserit, cuncti sequemur.* Plane ut in vet. inscript. Hispan. *Vale [illegible] o. oppiennae falinis. Nos te ordine quo natura permiserit, te sequemur.* — 101. *Sepulcrum, κατ' ἀντίφρασιν dicimus.*] Ita Ms. alii, *Ut diximus,* quod tamen iam non dixerat: itaque nulla haec esse commentaria vel hinc etiam colligere licet. — 115. *Per rationem.*] Ita Ms. alii *Per rationem.* — 118. *Apparent verum.*] Ms. [illegible] — 124. *Omnibus membris.*] Ms. Bi Pith. Dan. *Omnibus verbis*, fortassis an fuit *nervis*. — 126. *Nulla [illegible]*] Ms. *Ulla [illegible]*

ACTUS I. SCENA II.

1. *Narrationes [illegible]*] Ms. *Narratione peracta.* — 2. *Dave, Davi [illegible].*] Vid. Quinctil. lib. I. cap. 4. de litteris. — 4. *Florentia Hameri.*] Haec vera est lectio in lib. Dan. Alii codices male; *Florentiae honoris.* Locus Lucretii extat lib. I. vers. 125. — 11. *Mirandi locutio.*] Reg. excerpt. *Imitanda locutio.* — 13. *Vultuose agunt.*] Excerpt. R. *Invidiose agunt.* — 15. *Spectat pronunciationem.*] Ni tardius ad manus meas pervenisset Ms. cod. Danielis, sic ex eo edi debuisset: *Hoc, hoc agite spectatores: nunc iam Bromiusiana [illegible]* quae vera est lectio. Locus Plauti extat Prolog. Asinar. vers. 1. — 21. *Trepidantes [illegible].*] Ms. *Trepida [illegible]* — 29. *Auspicatio [illegible].*] Reg. excerpt. et Dan. *Auspiciis [illegible]* de hoc autem ritu, quo leges auspicato rogabantur, vid. Ciceron. Philipp. V. — 34. *Unam affirmationem.*] Ms. *Confessionem.*

ACTUS I. SCENA III.

1. *Mentionem [illegible].*] Ita excerpta Reg. quibus cum in parte congruunt Mss. reliqui. — 13. *Παρώνυμα dicitur.*] Reg. *Paronomasia.* Dan. *ΠΑΡΟΝΟΜΑΣΙΑΙ.* — 21. *Nomina convenientia servorum.*] Bene de his servorum nominibus Helladius in Biblioth. Photii. cuius locum integrum adscribemus: Ὅτι οἱ κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πάλαι ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν, οἷον Σύρον, Κᾶρίωνα, Μύσον, Γέταν, καὶ τὰ ὅμοια. [illegible] [illegible] χρόνου [illegible] Πάμφιλον [illegible] τοῦ τρόπου δὲ Παρμένοντα, καὶ [illegible] ἡμέρας [illegible] τὸν οἰκέτην, [illegible] Νουμηνίον ὠνόμαζον. Vid. Aristophan. in Ranis, et quae notat Donat. ad Act. I. Scen. I. vers. 1. Adelph. Illud

porro antiquitus observabatur, ut Comica nomina duarum syllabarum, Tragica vero plurium essent. Athenaeus id docet, lib. XIV. cap. 4. *Φιλόγελως δὲ ἦν καὶ Δημήτριος ὁ Πολιορκητής, ὥς φησιν Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστοριῶν, ὅς γε τὴν Λυσιμάχου αὐλὴν κωμικῆς σκηνῆς οὐδὲν διαφέρειν ἔλεγεν. ἐξιέναι γὰρ ἀπ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους.* De Tragicis ibidem mox additur. In Comoedia frequentissimus Davus. Philostrat. lib. I. Icon. *Χρῆσθαι γὰρ αὐτῇ* [illegible] *ὁ Αἴσωπος* [illegible] *τῶν* [illegible] *ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.* Horat. de Arte 114. *Intererit multum, Davusne loquatur, an heros.* Et eodem libro 237. *Ut nihil intersit, Davusne loquatur, et audax Pythias, emuncto lucrata Simone talentum.* Dio Chrysostom. [illegible]. Lucian. *Περὶ Ὀρχήσεως.* [illegible] a patria Davum dici autumo. [illegible] vero a Glossario scriptum, *Davus* [illegible] interpretandum illud, *Davus sum, non Oedipus.* [illegible] frequentabatur. Arrian. in Epict. lib. III. cap. [illegible] [illegible] Sedulius in Operis Pasch. *Sive cothurnatae Tragoediae, seu ridiculi Getae Comica foeditate.* Quod Caracallae temporibus adeo [illegible] fuit, ut si quis illud vel scripsisset, vel verbo tenus protulisset, statim is de vita periclitaretur. *Ὥστε* [illegible] *ἔτι ἐχρῶντο.* Xiphilinus in Caracalla. De Phormione Cicero pro Caecina, cap. 10. et ex eo Quinctil. lib. VI. cap. 4. *Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio.* Auson. Epist. XXII. *Canus, comosus, hispidus, trux, atribus Terentianus Phormio.* Parmenonem et Syrum, praeter Terentium, Plautus inducit Bacchidibus IV. 4. 7. *Non mihi placent Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas auferunt heris.* Parmeno *Παρμένων*, *τουτέστι παραμένων.* Dio Chrysostom. Rhodiac. pag. 219. *Ἀνδράποδον μὲν τις ὠνούμενος, εἴ ποτε ἀπέδρα σκόπει, καὶ εἰ μὴ παρέμενεν τῷ πρότερον δεσπότῃ.* Igitur Parmeno, qui non fugitivus: neque de quo dici potest illud Horat. lib. II. Epist. 2. vers. 14. *semel hic cessavit, et (ut fit) In scalis latuit.* Ubi sic Porphyr. *Jam nunc verba sunt quibus mangones utuntur, ut moneant cessatorem esse quem vendidit, hoc est, fugitivum.* Atque hinc verum nominis ratio. [illegible] *Thylacus*.] Sic ex Reg. excerptis restituimus, cum antea corrupte legeretur *Chylacus.* Est autem hic *Thylacus*, ut in Pandecte *Saccus*. l. 44. de manum. testam. *Saccus servus meus, et Eutychia, et Hirena ancillae meae.* Quo quidem nomine ventriosi et vinarii potissimum vocabantur. Antiphanes vetus Comicus apud Athen. Deipn. lib. XII. cap. 13. *τοῦτον οὖν διὰ οἰνοφλυγίαν καὶ πάχος τοῦ σώματος Ἀσκὸν καλοῦσι πάντες οἱ ἐπιχώριοι.* Ut et Alexis quodam in loco testatur: cuius verba in Notis ad Theophrast. notavit vir doctissimus Isaac. Casaubonus.

ACTUS I. SCENA IV.

2. *Abstemius, sobrius.*] Quinct. lib. I. cap. 7. Aul. Gell.

lib. I. cap. 22. Ovid. Metam. lib. XV. 322. *Clitorio quicunque sitim de fonte levarit, Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.*

ACTUS I. SCENA I.

2. *Quod eram nako dictum.*] Ms. *Cum latomachon dicturum.* — 15. *Confringi, impingi.*] Ms. *Infligi, impingi.* — 18. *Conflictus cupatio.*] Ms. *Acquestio.* — 20. *ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ*] Ms. *Ἀπὸ τοῦ ἀέτου.* — 23. *Nam utrumque.*] Ms. *Nam utrumque.* — 35. *Voluntas, non factum, puniunt.*] † Punitur videlicet voluntas in gravioribus delictis. l. 1. ff. ad Leg. Iul. Maiest. l. 1. ff. ad L. Cornel. de sicar. l. 1. De lege Pomp. de Parricid. l. 16. §. fin. ff. de poenis. l. 1. ff. de extraord. cognit. At quod l. 18. ff. de poenis habetur, *cogitationis poenam nemo patitur;* id de levioribus culpis intelligendum est, ut recte in Synopsi Attaliat. Tit. 78. pag. 69. *Τῆς ἐννοίας οὐδεὶς ὑπέχει ποινήν.* — 60. *Iungere dextris.*] Ms. *Iungens dextras.* — 62. *In manum conventionem.*] Cicero et Boetius in Topicis.

ACTUS II. SCENA I.

1. *Pauxillibus, gaudiisque.*] Dan. Ms. *Periculis, gaudiisque.* — *Ne τραγικώτερον fieret.*] Ms. *Ne ΑΘΘΑΤΟΝ.* Quae vox si proba satis esset, non male isti loco aptari posset, pro re quam inviti spectant spectatores; vel aliena a theatro, id est, contra artem et legem scenicam. Sed non facile in animum induco, esse id verbi δόκιμον. Itaque vulgatam lectionem retinere satius est.

ACTUS II. SCENA V.

18. *Tum fieri pavum.*] Haec verissima lectio est, quam Mss. debemus antea nimis quam inepte, *Tum fieri pandum.* Tertullian. de Anima, cap. XXXIII. *Pavum se meminisse Homerus, Ennio somniante: sed Poetis nec vigilantibus credam, etsi pulcherrimum pavum, et quo velit colore vestitissimus etc.* Commentator in Persium, et Horat. lib. II. Epist. 1. et ibid. Acro.

ACTUS II. SCENA VI.

1. *Nullus spectator.*] Ms. *Spectator non senex.* Et post *hoc agit*, non *ait*.

† *Punitur videlicet voluntas.*] Non tam voluntas, quam dolus malus et improbum consilium vel factum, unde dolus malus praesumitur, in Legibus puniri dicitur. *Lex* vero 18. *de poenis* non de culpis levioribus, verum de sola cogitatione, aliis incognita, ac proin de poenae non subiecta, unice intelligenda est. Vid. Bynkersh. V. Amph. III. Obs. 14.

ACTUS III. SCENA I.

11. *Peregrinae, inhonestae.*] Vid. quae notat Is. Casaubonus ad Theophr. Charact. — 12. *Praestamus caeteris animalibus.*] Sallustianum est. — 15. *Iuno Lucina.*] Restitui hic locus in melius potest ex scripto cod. Daniel. hoc modo: *Iuno Lucina Iunonia filia, Graece εἰλείθυια, Latini nixos dicunt. Iuno a iuvando dicta; Lucina ab eo etc.* Phornut. *Δοκεῖ δὲ καὶ πλείστοις ἡ αὐτὴ εἶναι καὶ εἰλήθυια, ἀπαύστως εἱλουμένη καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν. ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι.* De *Nixis* Nonius in voce *Enixae.* et Festus: *Nixi Dii appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parturientium nixibus.* Ut in illo versu. Ovid. lib. IX. Metam. 294. *Lucinam Nixosque pares clamore vocabam.* Et *nixus* sunt *ὠδῖνες.* Virg. IV. 199. Georgicor. Et Rufinus in expositione Symboli: *Apes nescire coniugia, nec foetus nixibus edere omnibus palam est.* Gloss. Philox. *Nixus, ὠδῖνες.*

ACTUS III. SCENA II.

1. *Firmae nuntiabant.*] Ms. *Firme intimabant.* — 3. *Λούσατε αὐτὴν χτισαι.*] Haec est scriptura Mss. codd. Palam vero legi debet vel ἤδιστα, vel, quod Is. Casaubono placebat, τάχιστα, vel quid tale. In versu Lucilii, *Date bibere summo*, divisim legendum censeo: *Date biber e summo. Biber* τὸ πίειν, ut notavit Charisius lib. I. Dein, *e summo*, ut Plautus Asinar. V. 2. 41. *Da puere ab summo.* Conferendus vero cum hoc loco Donati Quinctilian. lib. IX. et Serv. ad illud Virgil. Aen. I. 319. *comam diffundere ventis.* — 4. *Duo verba activa.*] Ms. *Duo verba iniuncta.* — 6. *A matre sanguinolentum.*] Iuvenal. Satyr. VII. 196. *et adhuc a matre rubentem.* Cl. Mar. Victor: in Genes. lib. III. 547. *iussus pueros a matre recentes.* De Sanguinolentis in Rubr. cod. De infantibus exposit. et l. 1. Cod. Theod. eod. tit. l. 2. C. De patrib. qui filios suos distrax. Lactant. lib. VI. cap. 20. — 11. *Fieri potuerit.*] Ms. *Oportuerit.* — 25. *Nec dico, nec facio.*] Sine dubio legend. *Nec dico, nec facio mu. Unde et mutire dicimus etc.* Vid. Charis. lib. II.

ACTUS III. SCENA III.

11. *ΤΩ ΕΛΗΝΙCΜΟΝ.*] Vitiosam scripturam reliquimus, ut cuivis emendandi liberum sit arbitrium. Non multum autem a vero abesse censeo, si legatur *τῷ ἑλληνισμῷ· Μὴ λιτάνευε, μὴ μάχου.* Ut etiam Pithoeus sub codici adscripserat.

ACTUS III. SCENA IV.

13. *Τί δήπειτ' ἀκούσῃ.*] Ms. *ΠΡΟΤΟΝΚΥΜΕ.*

ACTUS III. SCENA V.

5. *ΑΝ ΘΕΟΟ ΦΕΤΓΕΙ etc.*] In Dan. lib. sic erat: *ΑΝΘεΟCΘεΤhΟΚΑΝΑ ΠΟΛεΙΜτατ*, aeque corrupte: tamen Isaaco Casaubono sic legendum videbatur: *Ἔνθεν ἀποφεύγοντα, οὐκ ἂν ἀπολοίμην ποτέ*, vel, *ἐντευθενὶ φεύγων etc.* — 15. *Quibus vultu.*] Nihil hic variant scripti codd. rectius tamen opinor esse: *quibus ultro operae pretium.*

ACTUS IV. SCENA II.

23. *Ne illa tauro paria sint.*] Al. *Parita.* Sed alterum minus vitiosum; quod intelligi de Phalaridis tauro potest. Senec. Controv. 8. lib. V. *Siciliae dicitur fuisse dominus, qui inclusos aeneis tauris homines subiectis urebat ignibus, ut mugitum ederent.* Tertull. de Pall. *Inclusus in Phalaridis tauro hanc vocem emittat.* Iuvenal. Sat. VIII. 82. *admoto dictet periuria tauro.* Lactant. lib. III. cap. 26. *Iam cruces, et ignes, et Phaluridis taurum contemnet.*

ACTUS IV. SCENA III.

1. *Fortuna neque dare, neque.*] Sallustianum hoc est. — 11. *Ex ara Apollinis etc.*] Suid. Ἐστὶ δὲ μετὰ τὴν ὀρχήστραν βωμὸς τοῦ Διονύσου, ὃς καλεῖται θυμέλη, παρὰ τὸ θύειν. Isid. Orig. lib. XVIII. cap. 47. *Pulpitum quod thymele vocabantur.* Iustinian. Novel. V. *et thymeles delectatione.* Vidd. Plutarch. Quaest. Rom. Sueton. in Calig. cap. 54. Vitruv. Architect. V. 6. — *Libero patri Tragoedia.*] Olympiodorus non solum Tragoediae, sed etiam Comoediae praesidem facit Dionysum. Eius haec verba sunt in Platonis Phaedone: Ἔφορος γὰρ πάσης βακχείας (Dionysus scil. nam de illo hic sermo) διὸ οὐ μόνων κωμικῶν ἔφορός ἐστιν, ὡς περὶ ἡδονὰς καταγινομένων, ἀλλὰ καὶ τραγικῶν, περὶ λύπας καὶ θανάτους καταγινομένων, ὡς τὸ εἰκός. Huius opinionis et alii videntur esse. — *Herbenae, redimicula.*] Horat. Carm. IV. 11, 6. *ara castis Vincta verbenis, avet immolato Spargier agno.* — *Verbenae, sunt omnes herbae frondesque.*] Servius in Aeneid. lib. XII. 120. *Abusive verbenas vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus. Terentius: Ex ara sume hinc verbenas: Nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit.* Vera Servium dicere, corruptus apud Donatum Menandri locus indicat.

ACTUS IV. SCENA IV.

15. *Contumeliae genus est.*] Ulpian. l. 15. §. 3. ff. de iniur. et fam. — 40. *Memorem mendacem.*] Apul. Apologet. *Saepe audivi non de nihilo dici: Mendacem memorem esse oportere.* Hie-

ronym. advers. Rufin. *Interim in te dum aliud agis, crimen fortissimum prodidisti, et oblitus es veteris proverbii, Mendaces memores esse debere.* Optat. Milevit. lib. II. pag. 23. *Vulgo dicitur: Memoriam custodem habere oportet mendacem.* Inde Quinctilian. *Mendacia plerumque confutari solent inconstantia sermonis.*

ACTUS IV. SCENA V.

4. *In familiam redeunt.*] Institut. Iustin. lib. III. Tit. II. — 15. *Totum per ἔμφασιν.*] Ἐμφάσεως. — 19. *Pariter positum est.*] Ms. *Pariliter.*

ACTUS V. SCENA III.

4. *Et an una.*] Ms. *Et an unde sit.* — 5. *Sed fiducia.*] *Sed fidentia.* — 25. *Τῆς ἐρωμένης.*] Al. *Τῆς ἐραμένης.*

ACTUS V. SCENA IV.

18. *Amorem in filium.*] Ms. *Filio.* — 28. *Testimonium caecum.*] Graecis ἐκμαρτυρία. Val. Harpocration. *ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων:* ut Donatus, *in caeco absentes personae.* Aristid. *πρὸς Πλάτωνα.* pag. 116. *Οἶμαι γὰρ ἡμῖν ὥσπερ ἀπόντος ἐκμαρτυρίαν εἶναι.* Ita Latini, inter *testes* et *testimonia* distinguunt. In Rescripto D. Hadriani ad Iunium Rufinum. l. 3. §. 3. *ff.* de testib. Hoc autem probationis genus Graeci *πίστιν ἄτεχνον* vocant. Mar. Victorin. in Ciceron. Rhetor. II. pag. 199. — 48. *Nec potest videri datum.*] L. 69. ff. de reg. iur. l. 19. §. 2. ff. de donat.

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Duarum sororum.*] V. C. *Duorum sociorum.* — 12. *Lucilius in secundo.*] Ms. *In septimo.*

IN COMMENTARIUM EUNUCHI.

IN PRAEFATIONEM EUNUCHI.

Proverbia multa.] Legendum arbitror, *Diverbia.* Vid. supra ad Praefationem Andriae.

ACTUS I. SCENA II.

4. *Ignis, effectum frigoris.*] Vid. Alexandr. Προβλήμ. — 87. *Hellanicus auctor.*] Laudatur non semel *Hellanicus* hic ab antiquis. Val. Maxim. lib. VIII. cap. 13. Val. Harpocrat. in ἀλόκη, et alibi. Existimem vero hunc locum ex eius Historia Persica desumtum esse, in qua et de rebus Babylonicis egit, ut apud Stephanum de Urbibus videmus.

ACTUS II. SCENA II.

25. *Romanius Macellus.*] Ita Mss. codd. Al. *Nomanius.* Vid. Varron. de Ling. Lat. Lib. IV. — *Forum cupedinis.*] Apulei. lib. I. Miles. — 26. *Bolonas exercent.*] Arnob. libr. II. *Quid bigarios, salinatores, bolonas, unguentarios.* Gloss. *Bolonae* μεταπράται, καλιγκάπηλοι. Gloss. Isidori: *Bolonae, ipsi cetarii, qui diversa genera piscium emunt.* Papias: *Bolona redemptor cetariarum tabernarum, in quibus salsamenta conduntur, quas tabernas vulgo cetarias vocant.* — *Qui insitia.*] *Isicia* ἰσικοί. Alexand. Trallian. lib. VII. Alex. Aphrod. Προβλημάτων lib. I. Macrob. Saturn. VII. cap. 8.

ACTUS II. SCENA III.

22. *Antiqui enim Graeci.*] Tale quid apud Apollon. Rhodium videre est, lib. IV. — *A singulari gracilis.*] Videtur corrigendum *a singulari gracila.* Sic enim in Terentio legit Val. Probus Institut. lib. II. idque ut novum hoc loco Donatum annotare voluisse puto. Ausonius tamen vulgatam lectionem imitatur. — 39. *Liquet verbum iuris.*] Vid. Ascon. Pedian. contra Verrem. — 85. *Ducimur quo volumus.*] Vid. supra notata ad II. 2. 35. — 87. *Plaustrum perculit.*] Festus in voce *Plancae.*

ACTUS III. SCENA I.

11. *Gadirum habent.*] Ms. *Gandirum*. Sed *Gadir* rectum est, atque ita Priscian. lib. V. Hunc ipsum Sallustii locum laudat Festus Avien. in Orbis terrae Descr. 610. *Gadir prima fretum solida supereminet arce, Attollitque caput geminis inserta columnis. Haec Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni. Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat. Poenus quippe locum Gadir vocat undique septum Aggere praeducto.* Idem in ora maritima: *Hic Gadir urbs est, dicta Tartessus prius.* — 34. *Crissando, ut Lucretius.*] Locus Lucretii extat. lib. IV. vers. 1265. — 36. *A Physicis dicatur.*] Aristot. Animal. lib. VII. cap. 33. Cl. Aelian. de Animal. lib. XIII. cap. 12. Philostratus Icon. de Amoribus: *Οἶσθα γάρ που τὸ περὶ τοῦ λαγὼ λεγόμενον, ὡς πολὺ τῆς Ἀφροδίτης μέτεστιν αὐτῷ. λέγεται οὖν περὶ μὲν τοῦ θήλεος, θηλάζειν τε αὐτὸν ἃ ἔτεκε, καὶ ἀποτίκτειν πάλιν ἐπὶ ταυτῷ γάλακτι. καὶ ἐπικυίσκειν δε, καὶ οὐδὲ εἷς χρόνος αὐτῷ τοῦ τόκου κενός. τὸ δὲ ἄῤῥεν, σπείρει τε ὡς φύσις ἀῤῥένων, καὶ ἀποκυΐσκει, παρ' ὃ πέφυκεν.*

ACTUS III. SCENA III.

9. *In duodecim tabulis.*] L. 1. §. 8. ff. de dolo malo. Vid. Gell. et Fest. — *Lucretius Poeta.*] Locus quem notat est initio lib. IV. vers. 11. seqq. Cui similis alius apud Themist. Orat. ζ. et Auson. Epist. XVII. ad Symmach. *Absynthium meum resipit: et circumlita melle tuo pocula deprehendo.* — 19. *Intendere, est crimen.*] Plaut. Mil. II. 4. 47. *Pergin', sceleste, intendere, atque hanc arguere?* Eodem modo *intrahere, contumeliam intorquere.* Festus.

ACTUS III. SCENA V.

18. *Pecuniae spectatores.*] *Pecuniae spectatores* non sunt, qui alias III. viri monetales aeris, argenti, auri. l. 2. §. 30. de orig. iur. et Inscript. vett. quorum diligentiae erat inspicere, ne quis pecunias publicas conflaturarum adulterinis artificiis imitaretur: ut ait Iul. Firmic. Astr. lib. VI. cap. 31. Sed sunt nummularii, ad quos nummi probandi deferebantur. l. 39. ff. de solut. Apul. Miles. lib. X. *Ne forte aliquis istorum quos offers aureorum, nequam vel adulter reperiatur: in hoc ipso sacculo conditos eos annulo tuo praenota, donec altera die, nummulario praesente, comprobentur.* Ipsum illud in Graecia fuit observatum. unde Menander: *Ἀλλ' ἐπὶ τράπεζαν μὲν φέρειν τὴν προῖχ', ἵνα Εἴτ' ἀργύριον καλόν ἐστι, δοκιμαστὴς ἴδῃ.*

ACTUS IV. SCENA II.

12. *Quinque lineae.*] Lucianus copiose περὶ ἔρωτος. Ovi-

dius: *Visus et alloquium, tactus, post oscula factum.* Vetus Poëta in Anthologia: Εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκούων, Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν, ἀθάνατος δ' ὁ συνών.

ACTUS IV. SCENA III.

24. *Impudica fieri vel solo osculo.*] Velut Phaedromus ait apud Plaut. Curcul. Act. I. Scen. I. vers. 51. *Tam a me pudica est, quasi soror mea sit: nisi Si est osculando quippiam impudicior.* Cui non absimile multum illud Achil. Tatii lib. IV. Ἔτι μένει παρθένος, μέχρι μόνων τῶν φιλημάτων ἐστὶ μοῦ γυνή. Quod bene animadvertens severus ille pudicitiae custos Pub. Maenius tristi exemplo, quod in liberto statuit, puellis omnibus praecepit, non solum virginitatem illibatam, sed etiam oscula ad virum sincera perferenda. Val. Max. lib. VI. cap. 1.

ACTUS IV. SCENA IV.

20. *Lucilius in Satyra Athymnidis*.*] Ita Ms. In Pith. cod. adnotatum erat: *in Satyra Atti. diligens ex f.* Lucilianorum fragmentorum collectores observarunt, in vett. codd. legi, *Athimudi sacei ex facie f.* Unde tamen nil boni extricarunt. — 22. *Adesionem sequor.*] Ms. *Edasiqnium.* — *Ut ex Gallia.*] Ammian. Marcel. lib. XV. cap. 22. *Celsioris staturae et candidi pene Galli.* Vid. Petr. Arbit. 102. Adamant. Sophista l. 2. Isidor. XIX. 23.

ACTUS IV. SCENA V.

6. *Tres μετωνυμίας, Cererem.*] Quinctil. lib. VIII. cap. 6. *Liberum et Cererem pro vino et pane licentius, quam ut fori severitas ferat.* Naevius apud Festum: *Coquus inquit, dedit Neptunum, Venerem, Cererem, significans per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera.*

ACTUS IV. SCENA VI.

30. *Violento civiliter.*] Ulpian. l. 1. §. 2. ff. Quod vi aut clam.

ACTUS IV. SCENA VII.

2. *Dicitur evocatio.*] Duplex *Evocationis*, vel *Evocatorum* genus. De queis hic agitur, ii proprie erant, qui subita aliqua necessitate urgente evocabantur. ut Donatus docet, et ex eo Servius tribus locis. lib. II. Aeneid. ad versum 157. *sacrata resolvere iura.* Lib. VII. 614. *Ipse vocat pugnas.* Et initio lib. VIII. ubi haec dilucide explican-

tur. Altera evocatorum notio de iis intelligenda est, qui semel missione impetrata, denuo ad nomen respondere cogebantur. Dio lib. XLV. *Τὸ τῶν Ἠυκάτων ἢ Οὐοκάτων σύστημα (οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη.* Sallustius in Catil. cap. 59. *Centuriones omnes lectos, evocatos etc.* Falluntur ergo qui haec confundunt. — 6. *Manibulum furum, coqui.*] Coqui pro furibus olim habiti. Plautus Aulular. III. 6. 15. *qui mihi omnis angulos Furum implevisti in aedibus misero mihi: Qui mihi intromisisti in aedibus quingentos coquos.* Idem in Pseud. III. 2. 1. *Forum coquinum qui vocant, stulte vocant: Nam non coquinum est, verum furinum est forum.* — 39. *Alienam rem suam dicere.*] Puta si nullam causam vel titulum possessionis suae dixerit. L. 12. l. 13. princ. ff. de heredit. petit. — 44. *Memores domorum.*] Unde haec exhortatio apud Nicetam Choniat. p. 170. *Ναὶ ἄνδρες, ναὶ συστρατιῶται, οὕτω τέκνα καὶ συλλέκτρους ἴδητε.*

ACTUS V. SCENA II.

7. *Honesta locutio est.*] Sic in Hecyrae Alt. Prol. 9. *Honesta figura.* Et in Phorm. Act. II. Scen. I. vers. 40. *Honesta locutio.* atque ita apud Servium et Non. Marcell.

ACTUS V. SCENA VI.

9. *Licet semel * ut non possit dicere.*] Ms. *Quidem simul uti possit dicere.*

ACTUS V. SCENA IX.

27. *Vir fortis optet quod volet.*] Saepe hoc apud Senecam in Controvers. Quinct. et Calpurnium in Declamationibus et Scholiast. Hermogen. — 49. *Fatui sunt.*] Vid. Martian. Capell.

IN COMMENTARIUM ADELPHORUM.

IN SULPITIO.

Famam rei.] Omnes scripti libb. *Famamque Amoris in sese.* — *Ducet Aeschinus.*] Mss. R. et Pith. *ducit Aeschinus A se vitiatam civem Atticam virginem. Uxorem potitur Ctesipho citharistriam, Exorato suo duro patre Demea.*

IN PRAEFATIONEM.

Cantica mutavit.] Cod. Pith. *Mutatis per scenam modis cantavit.* Dan. *Cantata.* — D. et M.] Danielis cod. *D. et V.* — *Per adoptionem.*] Ms. *Adoptationem.*

IN ARGUMENTUM.

Uxorem non duxit.] Rectius in Ms. *Uxorem ducere et filios procreare noluit.* — *Facetissimam decertationem.*] Ms. *Dissertationem.* — *Paginarum dinumerationem.*] Ut Petron. cap. 80. *ubi ridendas inclusit pagina partes.*

PROLOGUS.

7. *Μικτὸς, Rhintonica.*] Mss. *Μικτὸς, Rithmus.* Sed de Rhintonica in Prolegomenis: *Attellanas a civitate Campaniae, ubi actitatae sunt plurimae: Rhintonicas ab actoris nomine.* Stephanus de Urbib. Ἀνεγράφη καὶ Ῥίνθων ταραντῖνος φλύαξ τὰ τραγικὰ, μεταῤῥυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον. Suid. *Ῥίνθων ταραντῖνος κωμικὸς ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης Ἱλαροτραγῳδίας, ὅ ἐστι φιλακογραφία.* Hic ergo Rhinton Hilarotragoediam introduxit, ut alii Tragicocomoediam; qualis adhuc extat Plauti Amphitruo. — 20. *Furii Pii.*] Ms. Dan. *Furi Pili.* In alio scripto cod. sic erat, in Vita Terentii: *Propter elegantiam studiorum morumque in amicitiam perductus Pub. Scipionis, Laelii Sapientis, Furii Publii.* Idque omnino verius arbitror. — 24. *Imo potius caeterae.*] Ms. *Sed et ceterae.* — *Sed ipsi senes.*] Ms. *Haud ipsi.*

ACTUS I. SCENA I.

5. Ἐνθυμηματικὸς.] Ms. Ἐνδιάθετος. — 8. *Παρα-*

φορᾷ.] Ms. Ἐκ ταναφορᾷ; quod magis placet. — 17. *Figura ipsa.*] Ms. Dan. *Figura ipsa.* unde quid boni elici possit, cogitemus. — 18. *ΕΙΤΑ ΦΙΛΟΣ.*] Vitiosam hanc scripturam sic tentabat restituere N. Casaubonus; Εἶτα φίλης σχοινίῳ ἐμποδούμενον. *deinde amicae vinculo impeditum.* Vel hoc modo: Ἔπειτα φίλον σχοινίῳ (vel γυναίῳ) ἐμποδούμενον (vel συμποδούμενον) ὁλεῖς. Increpatio est eius, qui ducendae uxoris erat auctor. *Itane tu amicum nexu amoris is perditum?* Sequentia satis superque perspicua sunt: Γαμεῖ Πάμφιλος, γαμείτω. καὶ γάρ μ' ἠδίκησέ με. In Pithoeorum codice Iohannis Aurati, Viri clarissimi emendatio adscripta erat: Εἰ τὰ φίλος ἔχοιμι νῦν ἀπόλλυμενον. Et postea: Πάμφιλος γαμεῖ, γαμείτω. καὶ γὰρ ἠδίκησέ με. Pleni sunt Graecorum libri dictis huiusmodi, apud Stobaeum et alios, quae ibi legere satius est, quam hic transcribere. — 48. *Modeste et ἰδιωτικῶς.*] Forte: ἠθικῶς. — 47. *ΚΑΛΛΑΝ ΤΕΘΗΚΗΝ ΑΝ*.*] Quantum ex Donati verbis conicere licet, videtur sane legendum; Καθ' ἀντίθεσιν.

ACTUS I. SCENA II.

7. *Designatores dicti.*] Helen. Acro ad Horat. lib. I. Epist. 7. vers. 6. *Designatorem decorat lictoribus atris.* Seneca de Benef. lib. VI. cap. 38. *An tu Arruntium, et Aterium, et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quae designatores et libitinarios, vota?* Numquid ergo Plauti Poenulus funebrib. ludis acta? Sic enim in Prologo eius Fabulae vers. 19. *Neu designator praeter os obambulet, Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.* Insignis locus Ulpiani, l. 4. §. 1. ff. de his qui notant. inf. *Designatores autem, quos Graeci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram exerceant. Et sane locus iste hodie a principe non pro modico beneficio datur.* Inscriptio vetus: *C. Masieni. C. F. Ouf. Oviculae. Annorum. XXVII. Praeco. Idemq. Dissignator.* — 29. *Odiosum et malae vitae.*] Ms. *Odiosum et molestae vitae.* — 35. *Confessionis genus sit.*] Gerbertus ad Siguinum Senonens. Archiepisc. *Qui enim accusatus ante iudicem tacet, confitetur: et qui iudice iudicante poenae se addicit, confitetur.*

ACTUS II. SCENA I.

9. *Stipulam, aut floccum moverat, aut summum digitum.*] Sic in Sardanapali monumenti inscriptione: Ω ΞΕΝΕ ΕΣΘΙΕ, ΚΑΙ ΠΙΝΕ, ΚΑΙ ΠΑΙΖΕ. ΩΣ Τ' ΑΛΛΑ ΤΑ ΑΝΘΡΩΠΙΝΑ ΟΥΚ ΟΝΤΑ ΤΟΥΤΟΥ ΑΞΙΑ. Quemadmodum enim Terentius, *Huius non faciam;* ita in hac inscriptione, οὐκ τούτου ἄξια. Ad quae verba sic Arrianus, Alexandr. ἀναβάσ. lib. II. Τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι. Di-

lucidius Athenaeus Deipnos. lib. XII. cap. 7. Ὁ πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατος Σαρδανάπαλος, καθ' ὅλον τὸν βίον τιμήσας τὰς ἀπολαύσεις, καὶ τελευτήσας δείκνυσιν ἐν τῷ τοῦ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷον καταγελῶντος ἐστιν ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων. Et Stephan. de Urbib. in voce ἀγχιάλη. Τ' ἄλλ' τούτου οὐκ ἄξια τοῦ ἀποκροτήματος. Aristoph. in Ranis. pag. 166. Γρύζοντες οὐδὲ τουτί. ad quae notat Schol. Εἰκὸς αὐτὸν ἀποκροτοῦντα τῷ δακτύλῳ δεικνύειν τό, οὐδὲ τουτί. Atque hoc Donatus: *Moverat summum digitum.* — 11. *Saepe irae ac lites.*] Ut Alcumena in Plaut. Amphitr. III. 2. 8. *satisfaciat mihi ille, atque adiuret insuper Nolle esse dicta, quae in me insontem protulit.* — 21. *Et maxime proximi.*] Verius puto si legatur: *Et maxime a proximis.* quod ex historiis Graecis scire possumus. — 44. *Absque voluntate.*] Ms. *Et cum voluntate.* — 46. *Colaphizatum.*] Glossar. Κολαφίζομαι *colaficor.* Hieronym. Epitaph. Paulae: *Eam colaphizaret, ne se extolleret.* — 54. *Summae desperatio.*] Ms. *Extra errorem orationis.*

ACTUS II. SCENA II.

4. *Διαφύρει.*] Ms. Τὸ διὰ δυεῖν. — *Pares faciens.*] Ut Petron. cap. 19. *Sic paria composueram.* — 6. *Assentatione.*] Ms. *Assensione caperetur.* — 12. *Servi lenonem.*] Ms. *Suam et lenonis.*

ACTUS II. SCENA IV.

6. *Etiam velle.*] Ms. *Etiamsi vellet.* — 8. *Τῷ ἰδιοτισμῷ.*] Ms. *Τῷ ἀττικισμῷ.* — 13. *De mensae scriptura.*] Nempe pecuniae locandae vel solvendae duplex ratio: aut in foro de mensa, aut domi ex arca. infra Phorm. V. 7. 29. De mensa erat, quam argentarii nummulariive exponebant. l. 4. princ. ff. de edendo, l. 47. §. 1. ff. de pactis, et inde *Mensularii.* d. l. 47. Gloss. *Mensularius,* τραπεζίτης. De arca, quam servi exercebant, vel quicunque alii Kalendariis praepositi. l. 41. princ. ff. de reb. cred. et inde *Arcarii.* Glossae Lat. *Arcarius, dispensator.* l. 41. §. 17. ff. de fideicom. libertat. Qualis ille dispensator Arbitri, cap. 30. *in praetorio aureos dinumerans.* Plaut. Curcul. V. 3. 7. *amici compulerunt, reddit argentum domo.* De *scriptura* vero *mensae:* quia acceptae et erogatae pecuniae probatio scriptura codicibusque maxime continebatur, notato videlicet die et consule. l. 9. §. 2. ff. de edendo. Unde chirographis deperditis, vel incendio exustis, ex inventario, puta scriptura nummulariorum, debitores convenire possunt. l. 57. princ. ff. de admin. et peric. tut. l. 27. §. 1. ff. de furtis. — *Etiam servi illi solvi.*] Ms. *Dicuntur autem et illi servi, qui etc.* — *Debitores potiorum.*] Al. *Debitores preciorum.* — 15. *Exclamationem facere denotatur.*] Ms. *Exclamatione agendi.* —

16. *Hoc verbo.*] Ms. *Hoc verbum.* — 18. *Homo quam plane ....*] V. C. *Planitis dictidat;* al. *Plurima dictat.*

ACTUS III. SCENA I.

1. *Medicum, ut aegrotum.*] *Medicus, ut tutor.* — 8. * *Recitatu.*] Ms. *Restituere.* — 10. *Παρίσταται.*] Ms. *Παρίσταται.*

ACTUS III. SCENA II.

6. *Hominem impurum!*] Ms. *Impium.* — 20. *Amoris indices.*] Tale quid apud Hieronym. in Epistolis.

ACTUS III. SCENA III.

4. *Ducimus enim volentes.*] Ms. *Ducimus etiam orantes.* — *Nugae, quod nihil agant.*] Aliter Hieronym. in Sophoniam cap. 3. Charis. Sosipater lib. I. et II. — 5. *Meritoriam tabernam.*] Glossar. *Meritorium* ξενοδοχεῖον. — 8. *Grex vel bonorum, vel malorum.*] Ms. *Grex vel malorum est, vel levium.* — 9. *Pro ganeo.*] Ms. *Pro gauli.* — 32. *Quod ante pedes est.*] Gabrias Fab. XXII. Νοῦν ἔχεις ἄγαν, βάλτισχε, γῆν οὐ βλέπεις. Nicet. Choniat. Οἱ περιεσκέφθησαν οὐρανὸν, τὰ δὲ ἐν ποσὶ μόλις ἔχουσι διορᾶν. — 50. *Cui contrarium in significatione.*] Ms. *Cui contrarium est idem significans.* — 61. *Emendatio est vultus.*] Apul. in Apolog. de Socrate et Demosthene. Elegans locus Phaedri lib. III. Fab. 8. *Quotidie, inquit, speculo vos uti volo: Tu formam ne corrumpas nequitiae malis, Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.* — *Formae per imaginem resultatio.*] Apul. Apolog. de speculi imagine: *Resultent ad facies suas reduces.* Ideo Lucianus eleganter in Amorib. Ἐσοπτρα τῶν ἀντιμόρφων χαρακτήρων ἀγράφους εἰκόνας vocat. — 69. *Ut allusionem.*] Ms. *Ut ludentem de sua.* — *Ciceronis dictum.*] Fab. Quinctil. lib. VI. cap. 3. *Ne illa quidem quae Ciceroni aliquando, sed non in agendo, exciderunt, ut dixi, quum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret: Ego quoque tibi iure favebo.* Similis fere iocus Varron. de Re Rust. lib. III. cap. 17. *Has pisces nemo coquus in ius vocare audet.* — 84. *Quo indignetur.*] Ms. *Quod indignetur.* — 91. *Super Aeschino.*] Ms. *Sit pro Aeschino.*

ACTUS III. SCENA IV.

11. *Nemo enim moriens.*] Vid. Iacob. Menoch. I. C. Praesump. 5. lib. V. Placid. Lactant. ad Stat. Thebaid. *Aiunt futura sentire morituros.* — *In iure ultima iudicia.*] Ulpian. l. 1. init. ss. Si quis omiss. caus. testam. *Praetor voluntates defunctorum tuetur.*

Paulus I. C. l. 5. ff. Testam. quemad. aper. *Publice expedit, suprema hominum iudicia exitum habere.* † L. 1. C. de Sacrosanct. Ecclesiis. — 30. *Τῷ ἰδιοτισμῷ.*] Ms. Τῷ ἀττικισμῷ. — 38. *Pondus uteri.*] Statius Sylvar. III. 4. 77. *Ferre timent famulae nondum pondera matres.* — 53. *Respondere proprie dicitur, cum lis.*] Verba praetoris apud Ulpian. l. 4. §. 1. ff. de interrogat. in iure. *Qui in iure interrogatus responderit,* l. 1. §. 1. l. 11. §. 5. et seqq. ff. eod. M

ACTUS IV. SCENA I.

13. *Cessare visum.*] Τὸ *Visum* in Ms. deest. — 21. *Lupum vidisse homines.*] Themist. Euphrad. Orat. I. Καὶ τοιαῦτα ἄττα μορμολύκεια, ὥστε τοὺς ἀκούοντας φρίττειν καὶ ἀδημονεῖν, καὶ μικροῦ γίνεσθαι ἀναύδους, καθάπερ φασὶ τοὺς ὑπὸ λύκου προτέρους ὀφθέντας. Ambros. Hexaëmer. lib. VI. cap. 4. *Lupus si prior hominem viderit, vocem eripit, et despicit eum tamquam victor vocis ablatae.* Idem lib. VI. in Luc. cap. 10. *Si quem priores (lupi) hominem viderint, vocem eius quadam naturae vi feruntur eripere. Si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur.* Vid. eundem. Serm. X. Psalm. 118. Cassian. Bass. lib. XV. cap. 1. Ὁ λύκος προορῶν τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέστερον αὐτὸν καὶ ἄφωνον ποιεῖ, ὡς ὁ Πλάτων ἐν ταῖς πολιτείαις φησί. ὀφθεὶς δὲ πρότερος ὁ λύκος, ἀσθενέστερος γίνεται. Locus Virgil. est Eclog. IX. 54. ubi Servius similia refert, et Theocriti Scholiast. ad Idyll. ιδ. — *Pueros ludificantium terrore lupi.*] Ut in hoc dicto vetulae Aesopicae puerum increpantis, Fab. Λύκος καὶ Γραῦς. Παῦσαι τοῦ κλαίειν. εἰ δὲ μή, τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπιδώσω σε τῷ λύκῳ. Hieronym. advers. Pelag. III. *Ne quasi parvulis, tristior quaedam imago monstretur.*

ACTUS IV. SCENA II.

1. *Cicero in Catilinam.*] Ms. *Cicero in Catone.* — 13. *Sed sic ipse egit.*] Ms. *Ut ipse ait.* — 43. *Sallustius: ad Iovis mandem.*] Locus corruptus, cui nec a Ms. auxilium, in quo sic est: *Ad Iovis manaevani.* aeque vitiose. — 44. *Porta dicta.*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. — 45. *Pistrinam, ut sutrinam, et medicinam.*] Plaut. Amphit. IV. 1. 5. *In medicinis, in tonstrinis, apud omnis aedis sacras.* Et in Epidico, II. 2. 14. *Per medicinas, per tonstrinas, in gymnasio, atque in foro, Per myropolia et lanienas, circumque argentarias.* Vid. eundem in Menaechmis.

ACTUS IV. SCENA IV.

2. *Ut, quam significet.*] Ms. *Nisi forte significat, ut sit, ὁ quam.*

---

† *L. 1. C.*] Haec Lex 1. C. est sancti scilicet Constantini, qua lege nulla Christiano nomini fuit damnosior.

ACTUS IV. SCENA V.

23. *Nunc dicit.*] Ms. *Non dum dicit.* — 28. *Graeci dicunt λύεις.*] Variant scripti codd. *HTAIIT eCTOS*, al. *HTAIIIeCTOS*. — 34. *Plena gladiatoria.*] Ib. *Plane gladiatoria.*

ACTUS IV. SCENA VII.

4. *Esurientibus ceteris.*] Ms. *Cunctis.* — 5. *Iracundiam Demeae.*] Ms. *Vel consentiendo mitigare sibi amorem, fieri iracundum Demeam.* — 13. *Virginem, quae [illegible] cum viro.*] Eadem ratione *Puellam* vocat Gell. quae recens peperit. lib. XII. cap. 1. et *virginem maritum* P. Chrysol. qui bona sua primum vendidit. Serm. CXLVIII. *Inducta virgo inducit virginem mox maritum.* Nam et *virginem puerum* dixere investem; et a venereo contactu liberum. Paulinus in Epithalamio Iuliani et Titiae. *Concordes animae casto socientur amore, Virgo puer Christi, virgo puella Dei.* Marcell. Empiricus aliquoties: apud quem et *chartam virginem* legimus, cap. 8. quam Ulpianus l. 52. §. 4. ff. de leg. 3. *chartam puram* vocat. Sed Martial. lib. I. Epigr. 67. *virginem chartam*, non puram intelligit, sed recens scriptam, plane ad Donati mentem; *scrinioque signatas Custodit ipse virginis pater chartas.* Vid. quae Servius notat ad Eclog. VI. vers. 47. *Ah, virgo infelix.* Et Aeneid. XI. vers. 687. *muliebribus armis.* Item Phylargyr. ad Eclog. III. vers. 30. *bino alit ubere foetus.*

ACTUS V. SCENA I.

4. *Ad delicias exprimendas.*] Id propter Laconia lege vetitum erat. Aelianus Var. Histor. lib. II. cap. 5. ἀκούσαντες οἱ ἔφοροι Λακεδαιμονίων, τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας, περιπάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, ἐπέστειλαν αὐτοῖς, Μὴ περιπατεῖτε· ὡς τρυφώντων αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα ἐκπονούντων.

ACTUS V. SCENA IV.

1. *Apud alium et palam.*] Ms. *Apud alium quempiam.* — 17. In versu Accii, *Feras potiuntur.*] Ms. *Siras potiuntur.* Gloss. *Πλέκτη sira.*

ACTUS V. SCENA VI.

5. *Aut, ut existimo.*] Ms. *Aut in Syro nihil.* — 6. *Postquam ipse dixit.*] Legend. *Post quam ipse audivit bis nomine appellatum Getam.*

ACTUS V. SCENA VII.

6. *Hymenaeum.*] Vide Procli Chrestomat. apud Photium, qui

eleganter haec explicat: novissimeque addit Aeolum dialecto Ὑμέναιον dici ἀπὸ τοῦ ὑμεναίειν, τουτέστι ὁμονοεῖν, quod concorditer noviter maritatos semper vivere optarent. vid. locum ipsum, et Serv. Aeneid. lib. I. ad versum 651. *inconcessosque Hymenaeos.* — 10. *Alicuius demacerata.*] Ms. *Non alius demacerata.* — 16. *Tamquam de praesente.*] Ms. *Quasi cum praesente.*

ACTUS V. SCENA VIII.

7. *Modesta apud alios.*] Ms. *Modesta alii.* — 15. *Comicorum senum.*] Cicer. in Laelio 26. *Hodie me ante omnes Comicos stultos senes* etc. Plaut. etiam senibus illam aetatem praescribit, qua scortari desinant. Mercat. V. 4. 57. *Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus, Seu maritum, seu hercle adeo caelibem scortarier, Cum eo nos hic lege agemus.* — 20. *Micio velut insanavit.*] Ms. *Micio velut insanis.* — 21. *Non voto filiorum.*] Ulpian. l. 1. §. 8. π. de ventr. inspic. *Voto liberorum suscipiendorum ducitur.* l. 22. §. 7. ff. Solut. matr. *Procreandae sobolis cupidine.* Enim matrimonii haec erat formula, *Liberorum quaerendorum gratia* etc. Ennius apud Festum in *Quaesere*, *Ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia.* Augustin. Episc. *Liberorum procreandorum causa* dixit. Lib. I. de nuptiis cap. 4. Idem Serm. III. Dom. 3. post Trinit. et ex eo Isidor. de Officiis Eccles. lib. II. cap. 19. *Ipsae tabulae dotales indicant, quod causa Liberorum procreandorum ducitur uxor.* Itaque sic corrigenda D. D. Impp. Marci et Lucii constitutio apud Iohan. Sarisberiens. Epist. LXXXIX. *Confirmamus statum liberorum vestrorum in eo matrimonio quaesitorum.* Hactenus enim corrupte editum *quae* * *vesitorum.* Vid. Val. Max. lib. VII. cap. 7. Gell. lib. IV. c. 3. Athen. dicebant ἐπ' ἀρότρῳ παίδων. Isidorus Pelus. lib. III. Epist. 243. Τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος γυναῖκα, τουτέστι γόνιμον ποιεῖ. διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ἐπ' ΑΡΟΤΡΩι ΠΑΙΔΩΝ ἐλέγετο γίνεσθαι. Iustinus Mart. Apolog. II. Οὐκ ἐγαμοῦμεν, εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ. Vid. Suidas. in Τίμωνι. — 25. *Recte non uxoris cognati.*] Scribend. *Recte. nam uxoris.*

ACTUS V. SCENA IX.

2. *Κυριολογία.*] Ms. *Περισσολογία.* — 4. *Adscribi causas manumissionis.*] Marcian. l. 9. et seqq. ff. de manumiss. et vind. — 5. *Secundum quem apparet.*] Ms. *Sed apparet.* — 18. *Confirmantia παρέλκον.*] Ms. *Confirmantia, cum παρέλκον.* — 22. *Ut alas manumissum.*] Ulpian. l. 14. et passim in Π. Tit. de aliment. et cibar. — 33. *Velis, nolis.*] Ms. *Fas, nefas.* — 36. *Εἰρωνεία.*] Ms. ΠΟΙΚΙΛΙΑ.

IN COMMENTARIUM HECYRAE.

IN PRAEFATIONEM ET ARGUMENTUM.

Haec Fabula Apollodori.] Vid. Sidon. Apoll. lib. IV. Epist. 12. — *Ut mox loquatur cum ipso.*] Rectius Ms. *Et mox cum ipso.*

PROLOGUS.

8. *Quae causa sit nemini.*] Ms. *Hoc est, q. sit vio.*

ALTER PROLOGUS.

1. *Ius gentium est.*] L. 17. ff. de Legationibus. l. 7. ad leg. Iul. de vi publ. leg. 8. §. 1. de divis. rer. Dio Chrysost. *Περὶ νόμου. Τὸν γοῦν παρὰ τῶν ἐχθίστων κήρυκα πεμπόμενον οὗτός ἐστιν ὁ σώζων καὶ διαφυλάττων, παντὸς θώρακος καὶ πάσης ἀσπίδος ἰσχυρότερον αὐτῷ δοὺς ὅπλον τὸ κηρύκειον.* Idem in fine orationis περὶ ἔθους. Livius lib. I. cap. 14. *Post aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant: cumque Laurentes iure gentium agerent; apud Tatium gratia suorum et preces plus poterant. igitur illorum poenam in se vertit. Nam Lavinii, cum ad solemne sacrificium eo venisset, concursu facto, interficitur.* Vell. Patercul. initio lib. II. — 9. *Dicitur ἀντίθεσις.*] Ms. *Ἀνάκλασις.* — 23. *Ab auditorum persona.*] Ms. *A iudicum persona.* — 25. *Etiam gloriosi.*] Ms. *Sed gloriosi.*

ACTUS I. SCENA I.

8. *Mutili dicti sunt boves.*] Rectissime ad mentem Donati Hyginus Fab. CCI. *In quamcunque effigiem vellet transmutaretur, ex albo in nigrum, vel ex nigro in album; in cornutum ex mutilo, in mutilum ex cornuto.* Columella Praefat. lib. I. *Aliter curatur mutilum, et raripilum, aliter cornutum, et setosum.* — 9. *Eximia pecora.*] Vid. Fest. v. *Eximium.* — 17. *Non eam persuasisse.*] Ms. *Non se persuasisse.* — *Emphaticῶς ait.*] Ms. *ΕΝΠΛΑΓΟΠΑΔΗΝ.* — 18. *Secundum φυσιογνωμικούς, difficile deformem reperiri bonum.*] Vid. Aristotel. Polaemon. et Adamant. Physiognomica.

ACTUS I. SCENA II.

3. *Ante πεδοικήν.*] Ita Ms. Hesych. *Πεδοίκους, μετοίκους* vocat. hinc ergo de medela cogitandum. — 97. *Quae familiae debebatur.*] Ms. Instit. lib. III. Tit. 10. de bonor. possess.

ACTUS II. SCENA I.

9. *Ἄτεχνος πίστις.*] Infra IV. 4. 55. V. 1. 16. Marcellin. in Hermog. pag. 298. — 17. *Nisi ad telum.*] Petron. cap. 90. *Ut primum extra teli coniectum licuit consistere.* paullo ante dixerat: *Lapides in Eumolpum recitantem miserunt.* Vid. Instit. lib. IV. Tit. ult. de pub. iud. — 28. *Hoc est, amorem.*] Ms. *Hoc amare.*

ACTUS II. SCENA II.

21. *Esse compulsam.*] Ms. *Esse collapsam.* — 25. *Aurem propiorem.*] Ms. *Aurem propriorem.*

ACTUS III. SCENA I.

1. *Nimis cothurnati.*] Al. *Conturbati.* — 29. *Plenum erat.*] Ms. *Planum erat.* — 41. *Plautus Bacchidibus: Nam et ex.*] Locus corruptus. Plauti verba sic habent: Act. I. Scen. I. 73. *Nam ut in navi vecta es, credo, timida es.* Videtur autem sic legendum: *Num ut in mari vecta es, credo, timida es.* Ergo, *Pavitare, aegrotare: quia sic horruisse visa, ac palpitare venis etc.* — 44. *In vultu prologuium.*] Ms. *Incultum prologuium.*

ACTUS III. SCENA II.

24. *Est μετωνυμία.*] Ms. *Est ὑπαλλαγή.*

ACTUS III. SCENA III.

27. *Foemina, quae leges nesciat?*] L. 11. l. 13. C. de iur. et fact. ignor. l. 8. ff. eod. l. 2. §. 7. ff. de iur. fisci. l. 38. §. 2. et 4. ad L. Iul. adult.

ACTUS III. SCENA IV.

26. *Sine coniunctivo.*] Ms. *Coniunctione.* — *Μυκώνιοι φαλακροί.*] Strabo lib. X. *Τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκωνίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ.* Vid. Plin. lib. XI. cap. 37. Stephan. de Urbib. et Adagiograph.

ACTUS III. SCENA V.

9. *Et propinquitate. Terentius frequentata movetur, ut heredum.*] Ms. *Et ac. p. t. frequentate movent' aut heredum.* — 27. *Dotem relinquere.*] Ἴσ. *Dotem retinere.* — 52. *Dos, pecunia est.*] Plaut. Epid. II. 1. 10. *Pulchra Aedepol dos pecunia est.* Aristenaet. lib. I. Epist. I. *Αὔτικα χρημάτων εἰς προῖκα τῷ σῷ δαήθητι πατρί.* Vid. quae notata Adelph. III. 2. 47.

ACTUS IV. SCENA I.

16. *Septimo mense nasci.*] Pet. Chrysologus Serm. LVI. *Homo saepe mensis decimi despiciens terminum, septimo mense angustas primae domus, et arctati uteri abiisse et deserit mansiones, ut praeliator novus ante sua tempus vicisse gaudeat, quam dependat ipse suam temporis servitutem.* l. 12. ff. de stat. homin. Censorin. de Die natal. A. Gell. lib. III. cap. 16. supr. III. 3. 38. — 20. *Quae minor est.*] Ms. *Quae huius est.* — 21. *Ita non esse certo.*] Ms. *Ita esse.* — 22. *Arbitrum capere.*] Plaut. Amphitr. Argum. 7. *Blepharo captus arbiter.* — 27. *In ingenio.*] Ms. *In genero.* — 32. *Me esse censes.*] Ms. *Perniciosamque censes.* — 36. *Ἰδιωτισμὸς.*] Ms. *Τῷ ἰδιωτισμῷ.* — 41. *Misericordia, animus.*] Ἴσ. *Mitte, animus etc.* — 43. *Respondeatur.*] Ms. *Repandatur.* — 48. *Praetoris edicta et interdicta.*] Petron. Arbit. cap. 13. *Ad interdictum venire.*

ACTUS IV. SCENA II.

30. *Ἄχθος. quid.*] Ms. *Οὕτως quid enim.*

ACTUS IV. SCENA III.

4. *Revocare vult.*] Ms. *Ad se vogare vult.* — 10. *Caute satis.*] Ms. *Acute satis.* — 12. *Consentientes sint, aut dissentientes.*] Ms. *Concordes sint anne discordes.* — 15. *Caput indicant.*] Ita ex Ms. hunc locum emendavimus, aliter Muretus Var. lib. XVIII. cap. 18.

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Aut etiam socrui.*] Ms. *Aut non solum.* sed verius puto, *At etiam socrui.* — 3. *Ipse dicit.*] Ms. *Ipse determinat.* — 4. *Quomodo volebam?*] Ms. *Quando volebam.* — 8. *Odisse Sostratam.*] Ms. *Odisse socrum.* — 16. *Liberi patrem sequuntur.*] Puta, ex iustis nuptiis procreati. Instit. lib. I. Tit. 9. princ. de patr. potest. l. 19. l. 24. ff. de stat. homin. Sic Canuleius Tribun. apud Li-

vium lib. IV. *Patrem sequuntur liberi.* Dio Chrysostom. Orat. ad Apomenses: *Τὸ μὲν οὖν ἀναγκαῖον συνακολουθεῖν τὰ τέκνα τῷ πατρί.* Ex iniustis vero quaesiti matrem sequuntur. §. 12. Instit. de nupt. l. 1. §. 2. ff. ad Municip. l. 5. §. 4. ff. de agnosc. et alend. lib.

ACTUS V. SCENA I.

8. *Id est, quod est.*] Ms. *Quem exerceo scilicet: id est, quod est quaestui mihi.* — 38. *Ἀποσιώπησις.*] Ms. *Κατάπαυσις μεταπαύσεως.**

ACTUS V. SCENA II.

18. *Quod factum est.*] Variant libb. Al. *Falsum est,* Al. *Fictum est.* — 23. *Alia, scilicet.*] Ms. *Hostis est alias inimica.*

ACTUS V. SCENA III.

13. *Capella quaedam est, mire facta.*] Ms. *Myrrae facta.* — 25. *Confugere anhelantem.*] Quinct. lib. I. cap. 6. — 35. *Includere narrationem.*] Ms. *Concludere narrationem.*

IN COMMENTARIUM PHORMIONIS.

IN PRAEFATIONEM.

Fiscus sparteus.] Gloss. *Formio Κόφινος.* ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ, ὡς ὁ Ἡσίοδος. Verba Hesiodi laudantur in Etymol. Magno: *Οἴσεις δὲ ἐν φορμῷ* in voce φορμίσκοι. Basil. Mag. in exercitationib. Φορμὸς ὁ κυλαθίσκος. Ulpian. l. 12. §. 18. ff. de instr. et instr. *formiones, et spongias, et amas, et scopas.* — *Ante actionem.*] Ms. *Ante narrat.*

PROLOGUS.

2. *Magis laedere.*] Ms. *Magis delere.* — 18. *Περιφραστικῶς.*] Ms. *Περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ, qui ese.* — 30. *Nove sic Cicero voluntatem.*] Vulg. *Cicero* deest. — 33. *Suas horas non obtinuerit.*] Etiam in iure *suas horas obtinere* dicuntur actor et reus. Pedian. III. in Verr.

ACTUS I. SCENA I.

1. *Conditionis gentisque.*] Ms. *Conditionis gregisque.* — 5. *Τρόφιμον Graeci.*] Serv. Aeneid. lib. XI. ad vers. 33. *charo datus ibat alumno.* — *Dicere poterant.*] Ms. *Dicere potuerint.* — 6. *Quo parentalia.*] Ms. *Quo denicalia.* — 9. *Demensum.*] Gloss. *Demensum ἀπομέτρημα.* — 11. *Pacem existimaretis.*] Ms. *Parum existimaretis.* — 15. *Eduliae, et poticae.*] Arnob. adversus Gent. lib. III. *Unctionibus superest Unxia, cingulorum Cinxia replicationi: Victa et Potua sanctissimae victui potuique procurant.* Serv. ad Eclog. IV. 63. — *An nutrix? an vera mater?*] Plaut. Menaech. Prol. 19. *uti mater sua Non internosse posset, quae mammam dabat: Neque adeo mater ipsa, quae illos pepererat.* Apud Aristenaet. lib. I. Epist. 6. puella nutricem suam sic alloquitur: *Νὴ τὴν Ἄρτεμιν, ὦ μῆτερ, καί τοι πρὸς τοῦ ἔρωτος φλεγμένη δεινῶς ἐσπούδακα σωφρονεῖν.*

ACTUS I. SCENA II.

8. *Tribus modis debitum.*] Similiter Plaut. Pseud. IV. 7. 50. *Accipe: hic sunt quinque argenti lectae numeratae minae.* — 4. *Creditum non fefellerit?*] Ms. *Condictum non fefellerit?* — 19. *Ἐκίτασιν.*] Ms. *Περίστασιν.* — 41. *Puellae comam ob luctum abstulisse.*] Bene de hoc ritu Theodoretus Quaest. in Deuteron. c. ιγ. *Τινὲς μὲν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν τὰς τῆς κεφαλῆς ἀπεκείροντο τρίχας, καὶ ταύτας προσέφερον τοῖς νεκροῖς. τινὲς δὲ τὰς τῶν γενείων, ἄλλοι τὰς τῶν ὀφρύων· ταῦτα γίνεσθαι ὁ θεῖος ἀπηγόρευσε νόμος.* Artemidor. lib. I. cap. 27. *Ἔθος γὰρ παλαιὸν, ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι.* Ex hac mente quoque dixit Ovid. Metamorph. lib. III. vers. 505. *planxere sorores Naiades: et sectos fratri posuere capillos.* — 52. *Ipse hortari.*] Ms. *Ipse hortator.* — 54. *Ὑπὸ τῆς καταπλήξεως.*] Ms. *Ἀπὸ τῆς καταπλήξεως.* — 66. *Facta ex eo.*] Ms. *Factura ex eo.* — 70. *Principaliter petuntur.*] Ms. *Principaliter expetuntur.* — *Quatuor, quae in sponsis quaeruntur.*] Infra in Phorm. Act. II. Scen. I. *In negotio nuptiarum duabus rebus consuli, rei et famae, hoc est facultatibus dotis, honestatique natalium.* Pertinent huc quae Isidorus scribit Origin. lib. IX. cap. ult. *In eligenda uxore quatuor res impellunt hominem ad amorem: pulchritudo, genus, divitiae, mores etc.* Idem de Officiis lib. II. cap. 19. *Apud veteres in eligendis maritis quatuor ista spectabantur, virtus, genus, pulchritudo, oratio. In foeminis tria; si generosa, si bene morata esset, si pulchra. Nunc autem non genus ac mores, sed magis divitiae in uxoribus placent.* — 72. *Eronem dicimus.*] Alfenus I. C. l. 31. ff. Loc. cond. uti legit ibi Turneb. Adv. XXIV. 2. — 76. *Minorem enim vim habet ea lex.*] Legis virtus est, inquit Modestinus, imperare, vetare, permittere, punire. l. 7. ff. de Legib. Sed minor

vis est legis permittentis, quam vetantis. Cicero de Inventione lib. II. cap. 49. *Leges oportet contendere. * Utra lex iubeat aliquid, utra permittat. nam id, quod imperatur, necessarium: illud, quod permittitur, voluntarium. * Deinde utra lex iubeat, utra vetet. nam saepe ea, quae vetat, quasi exceptione quadam corrigere videtur illam, quae iubet.* Quinctilian. Declam. CCCLXXIV. *Semper potentior lex est, quae vetat, quam quae permittit.* Vid. Cicer. Verrin. II. Mar. Victorin. in Ciceron. de Invent. — 78. *Personam non habes.*] Servi iure civili pro nullis habentur. l. 32. ff. de reg. iur. ideoque nec personam nec caput habere putantur. Iustin. Instit. lib. I. Tit. 16. §. 4. Cassiodor. Var. lib. II. Form. VIII. *Quid facerent inter servos iura publica, qui personam legibus non habebant.* Unde Paschasius Diacon. Rom. lib. de S. S. *Apud nos homines filius patrisfamiliae iuxta patrem, vel servus iuxta dominum personae propriae locum non habet.* Et mox paulo post: *Persona res iuris est, substantia res naturae.* — 81. *Εὐφημία.*] Ms. *Ἐν ὑποκρίσει.* — 97. *Subaudi, venit. Iam non.*] Ms. *Quia veniet. Nam non.*

ACTUS I. SCENA III.

11. In versu Lucilii. *In locum Hispanus.*] Ms. *In locum his pinnis.* indicium veri. Sed totus locus ita legi debet: *ille alter abundans Cum septem incolumis pinnis redit, ac recipit se.* Et recte in partem ita a Scholiaste Iuvenal. laudatur ad Satyr. III. 158. Apuleius in fine Apolog. *Si Philosophiae honorem, qui mihi salute mea antiquior est, nusquam minui, imo contra ubique ei cum septem pennis eum tenui: si haec, ut dico, ita sunt etc.* — 16. *Παράλειψις.*] Ms. *Διαπαρχαρειψις.* — 18. *Nisi ad dominationem.*] In Ms. *Τὸ Ad* desideratur, idque rectius ad phrasin Sallust. — 26. *In metu semper est praesaga mali mens.*] Tale est illud Petron. cap. 125. *Quam male est extra legem viventibus! quidquid meruerunt, semper exspectant.*

ACTUS I. SCENA IV.

2. *Aut ἀναστροφή.*] Longe diversa lectio in Ms. *Tu es corsali saxa peresa.* folium Sybillae. — 35. *Commachinatur.*] Ms. *Vide satin' artifex.* — 53. *Succenturiati dicuntur.*] Gloss. Placidi: *Centurias dicimus partes exercitus, in centenos milites divisas; unde et qui his praesunt, centuriones dicuntur. Ergo succenturiati sunt, non qui in prima, sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria. Tamen instructi etiam ipsi in speculis positi in bello sunt, ut si primi defecerint, isti quos subesse diximus laborantibus primis subveniant; unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus.* Vid. Fest. et Non. Marcell. — *Vim hortantis.*] Ms. *Vim hortationis.*

ACTUS II. SCENA I.

37. *Cum Siculos eorum*] Ms. *Cum Siculis eorum.* Vulg. *Tum si eorum.* — 45. *Duplex μετάθεσις.*] Ms. *Duplex μετάστασις.* — 46. *Notum alteri*.*] Ms. *O cum alteri dictum, qui.* — 49. *Ut cedentibus mos est.*] Ms. *Quod cedentibus moris est.* — 57. *Tubero.*] Sic rectissime hunc locum edidimus, qui antea corrupte admodum legebatur. Tuberonis Historici rerum Romanorum libros laudat Charisius, qui indubie ipsius est, cuius hic auctoritate Donatus utitur. — 83. *Adesse enim dicuntur advocati.*] Vid. infra II. 3. 3. Seneca de Brev. Vitae: *Hic advocat, hic adest.* Idem de Benef. lib. V. cap. 8. *Nemo, quamvis pro se dixerit, adfuisse sibi dicitur; nec statuam sibi, tamquam patrono ponit.* Labeo apud Ulpian. l. 19. §. 1. ff. de donat. *Si tibi adfuero, si satis pro te dedero etc.*

ACTUS II. SCENA II.

1. *Aurem minimo inscalpens digitulo.*] Aurem sive caput minimo digito scalpere χαρακτὴρ existimatur superbi vel mollis hominis. Ammian. Marcell. lib. XVII. cap. 11. de Pompejo. Sed nil potest dici melius, quam quod notatur a Lucani veteri Scholiaste: cuius haec verba sunt lib. VII. *Non tibi vera fides. Duobus,* inquit, *vitiis Pompeius laborabat: nam et favoribus multum gaudebat, ut in primo ipse Lucanus* vers. 132. *famaeque petitor Multa dare in vulgus: totus popularibus auris Impelli. Et vitio superbiae quodammodo tangebatur: nam uno digito caput scalpebat, quod est superbiae indicium, unde de eo in Epigrammate: Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno Scalpit, quid dicas hunc sibi velle virum? Quidam autem luxuriae vitium esse dicunt, uno digito caput scalpere; ut Iuvenal.* Sat. IX. 130. *numquam pathicus tibi deerit amicus, Stantibus et salvis his collibus: undique ad illos Convenient et carpentis, et navibus omnes, Qui digito scalpunt uno caput.* Haec ex antiquissimis scripti codicis membranis. Vid. Seneca lib. III. Controvers. 4. Iulianus Imperat. in Caesarib. *Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ κεκράτηκας Πομπηΐου δακτύλῳ κνωμένου, καὶ τἄλλα ἀλώπεκος μᾶλλον ἢ λέοντος.* Tzetzes Histor. Chil. VI. 37. pag. 100. *Ἔβηττε δὲ, καὶ κεφαλὴν ὑπέκνηθε τὸ πρῶτον.* Et inferius: *Τρίβων κεφαλὴν καὶ συνεχῶς ἐκβήττων.* Nam et crebro tussire signum hominis delicati et fastidiosi. Theophrast. in characterib. Erat etiam iratorum *καὶ τῶν ὑποψοφούντων* nota, aurem vel caput scalpere. Apul. Miles. lib. VI. *Latissimum cachinnum extulit, et qualem solent furenter irati: caputque quatiens, et adscalpens aurem dexteram.* Idem lib. Mil. X. de servo in facinore deprehenso: *Tunc pedes incertis alternationibus commovere: modo hanc, modo illam partem scalpere capitis etc.* Cicero in L. Pison. c. 25. *Perscriptis rationibus, secum ipse, caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit.* Horat. lib. I. Sat. 10. vers. 70. *in versu faciendo Saepe caput scaberet.* — 14. *De alliato moretario.*] Apicius lib. X.

cap. 10. *Condimenta moretaria.* Vid. Moretum Virgilii. — *Intrita.*] Gloss. *Intritum* ἔμβρεχή. Apul. Miles. lib. XI. *Intritum lacte confectum.* — 20. *Pascitur victus.*] In XII. Tabb. *Qui em vinctum habebit, libras singulas farris endo dies singulos dato.* Hoc voluit Ambros. lib. de Tobia cap. 10. *Unum sane est, quod non timere possit is, quia poscere non novit alimenta etc.* — 24. *Parasitus regis est.*] Supr. Eun. II, 2. Aristid. πρὸς Πλάτωνα. pag. 117. Ὅθ᾽ ὅπερ δοῦλος πρὸς δεσπότην, τοῦτο κόλαξ πρὸς τύραννον συμβαίνει. Plauti parasitus in Asinar. V. 2. 69. *Regem perdidi: ex amore tantum est homini incendium.* Vid. Acron. ad illud Horat. lib. I. Epist. 5. vers. 6. *imperium ser.* — 26. *Πλεονασμός.*] Ms. Τῷ ἀρχαϊσμῷ. — 28. *Maturae veniunt, discumbitur.*] Si vera haec lectio, fragmentum erit fabulae deperditae, nam in illis quae nunc extant, non habetur.

ACTUS II. SCENA III.

7. *Sensu discernitur.*] Ms. *Sexu discernitur.* — 18. *Misericordiam odiosa.*] Ms. *Miseriam ociosa.* — 20. *Qualitas iniuriae a dignitate personae.*] Ulpian. l. 7. §. 8. ff. de iniur. et fam. l. 15. §. 44. ff. eod. — *Et in eo quod a vivo fit.*] Ms. *Et quod ad vixit.* — 31. *Et haec auctoritas.*] Γρ. *Est haec.* — 64. *Destruxit, quod serio intendebat.*] Ms. *Destruxit, quod protendebat senex.* — 79. *Et conhibentiae.*] Ms. *Et conventia,* al. *conventionis.* Sed *conhibentia* est conniventia. Ut in Cod. Theod. L. XI. de extraord. sive sord. muner. *Gratiosa conhibentia vel ignobili dissimulatione.* atque ita in vett. diplomatibus aliisque libris non raro scriptum reperitur.

ACTUS IV. SCENA III.

28. *Qui furtim accipit.*] Vulg. *Qui separatim accipit.* — 36. *Καὶ Λάτη ν etc.*] Ms. *Graecum prouerbium spreuit.* eIACOφηTA eydeKYPAS. — 74. *Comicum argentum.*] Plaut. Poenul. III. 2. 20. *Agite, inspicite: aurum est.* *Co. Profecto, spectatores, comicum.*

ACTUS IV. SCENA IV.

28. *Observatum est.*] Ita Ms. Vulg. *Obstetricum est.* — 29. *Hara autem est, in qua pecora includuntur.*] Ms. *Horia autem est locus, in quo inclusa servantur.* — *Rusticus, hircus.*] Ms. *Mysticus hircus, haruga mustellaria fient.* Quam tamen lectionem vitiosam arbitror; integer enim locus Plauti hic est in Mostell. Act. I. Sc. I. vers. 39. *Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis.*

ACTUS V. SCENA II.

15. *Vorsuram facere.*] Seneca de Benef. lib. V. cap. 8. *Dum,*

quod aiunt, vorsura fit, et velut lusorium nomen statim transit. Symmach. lib. II. Epist. 56. *Facio quod solent improbi debitores, qui adhuc alieno aere depressi, cupiunt secundo nexu foenoris obligari.*

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Fors fortuna, est.*] Varro de Latino Serm. lib. V. *Dies Fortis Fortunae appellatus ab Servio Tullio rege, quod in fanum Fortis fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit, Iunio mense.*

ACTUS V. SCENA VII.

29. *Rescribere dicebant.*] Acro in Horat. lib. II. Sat. 8. vers. 76. — 43. *Ius, pro loco.*] Paulus I. C. l. 11. fin. ff. de iust. et iur. — 71. *Alter al[illegible] verbis sauciare.*] Ita Ms. Al. *Alter alterum sauciare.* — 88. *Ad praetoris sellam.*] Val. Maxim. *Id egerunt ne aut sellam ponere, aut ius dicere auderet.* — Ulpian. l. 1. § 6. ff. de postulando. *Refert etiam [illegible] Publium [illegible], Asprenatis Nonii patrem, aversa cella a Bruto destitutum, cum vellet postulare.* Horat. lib. I. Sat. 6. vers. 96. *meis contentus, honestos Fascibus et sellis nollem mihi sumere.*

ACTUS V. SCENA VIII.

8. *Graviter utrumque.*] Ms. *Gnaviter.* — 27. *Παρίστασις.*] Ms. *Praeterea et alias partes adducit ad defensionem.* — 66. *Nihil facetius.*] Ms. *Nihil facilius.*

ARN. HENR. WESTERHOVII

OBSERVATIONES IN DONATUM.

OBSERVATIONES IN ANDRIAM.

PROLOGUS.

1. *Virgilius.*] Locus est Aeneid. III. 715. — 3. *Virgilius.*] Ecl. III. 86. — 4. *Virgil.*] Aeneid. VII. 44. 45. — 4. *Virgilius.*] Aeneid. II. 428. — 5. *Quae ab amantibus.*] Locum vitiosum pronunciat Lindenbruchius, citans e lib. Dan. *Quae amantibus.* Excerpt. Reg. *Quae a manentibus.* Boeclerus in Chrestomath. v. *Abuti* itidem intactum reliquit. Ms. Hulst. et impressi veteres legunt, ut vulgo editur. Placet autem coniectura politissimi, mihique coniunctissimi viri, Abrahami Wielingii, verba corrupta ex siglis ita legentis et restituentis: *Q v o I. Ap. A. Man. s o l. v s v s.* Quod est, *Quoius iure apud alium manente solus usus nobis subministratur.* Et sane firmat hanc lectionem Isidorus de Orig. V. 25. Donati verba, ut solet, sua faciens. Erudite itidem legit vir doctissimus, *quum ea manente salva usus nobis subministratur*, quod optime et rei naturae et huic loco convenit. — *Haec in Top.*] cap. 3. — 7. *In Tusculanis.*] Quid intersit inter *maledictum* et *crimen*, non memini me legisse in Tusculanis Quaestionibus. Nisi forte e memoria laudavit Donatus locum, qui est Tusc. IV. 15. ubi ita Cicero: *Huius igitur virtutis contraria est vitiositas; sic enim malo quam malitiam appellare. Nam* malitia *certi cuiusdam vitii nomen est,*

vitiositas *omnium.* — 8. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 60. — 10. *Ad versus XX.*] In antiquis Codicibus impressis est, *ad versus XII.* Ms. Boecl. et editio Du Boisiana princeps: *Ad versus XII.* — *Qui norit utrum.*] Legendum: *Qui utramvis norit.* Sunt enim verba ipsius Comici. — 11. *Ἀνακόλουθον.*] Ita infra I. 1. 67. et Phaed. IV. 5. 4. *Aegre incepti tamen evaserunt necem.* — 12. *In tempore.*] Videtur ex compendio scribendi ipso ignorantia Librariorum natum illud *tempore*, quum notaret *ipsa re.* Et crediderim sane id voluisse Donatum, in ipsa re non esse stimuli. Unde mox addit, argumentum esse in rebus. Tum aliena est in hoc negotio temporis mentio, ne dicam absurda. — *Prolata oratione.*] Ms. Hulst. *probatione.* an, *proba oratione?* Lindenbruchius ex suo Ms. citat, *probata oratione.* Mihi lectio vulgata tuenda videtur, tanto magis, quod continuo addit Interpres: *Oratio autem est et in cogitatione, et in prolatu.* Quae verba aliter legi salvo sensu nequeunt. — *In poëmate oratio est.*] Ms. Hulst. *Et poëma oratio est.* quomodo et in Excerpt. Reg. et Dan. legi testatur Lindenbruchius. Malim: *ergo et in poëmate.* — 15. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 94. — 16. *Et contaminare attingere est et polluere.*] Ms. Hulst. *contaminare est contingere est et polluere.* rectius, opinor. — *Virgilius.*] Aeneid. III. 61. — 17. *Cicero.*] Catil. II. 3. — 22. *Num quiescere ille dicitur.*] Ms. Hulst. *Non quiescere ille dicitur.* Placet vero observatio Lindenbruchii, ex Ms. citantis: *Nam quiesce ille dicitur.* — *Cicero.*] Verr. I. 12. — *Etiam terret.*] Ms. Hulst. *Liberatus culpa enim respondet.* Non male; nisi quod praestare videtur, *Liber a culpa.* — 23. Uterque codex haec habet: *Malefacta ne noscant sua.*] *Melius, quam si dixisset*, Audiant. Et mox 25. *Geminato F. scribitur.*

24. *Auditores.*] Malim, *Spectatores.* Certe quidem hanc vocem hoc loco habet paraphrasis Guidonis Iuvenalis. — 24. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 71.

ACTUS I. SCENA I.

1. *Auferimus enim ea, quae cum fastidio cernimus.*] Boeclerus in Chrestomathia, v. *Auferre*, merito intempestivam vocat hanc Donati annotationem. Sane enim et res gratae auferuntur. Eun. IV. 3. 19. Phorm. III. 2. 28. Abr. Wielingius existimat, Donatum respicere ad *locum*, non ad *rem.* — *Quia et respectantes properant, et discernit a Sosia.*] Ita vulgo editur, sed perperam. Rob. Stephanus *properant et* mutavit in *properanter.* Omnino crediderim, legendum esse, ut est in Ms. Hulst. et edit. Venet. 1490. aliisque impressis vetustis: *Quia et respectantes properat, et discernit a Sosia.* Ut adeo τὸ *properat* sit transitivum seu ἐνεργητικὸν, et ad Simonem referatur. Eandem lectionem in Mss. suis Lindenbruchius reperit. Quem usum vocabuli quod ignorarent quidam Librariorum, *properant*, substituerunt. Atqui non properasse κωφὰ illa πρόσωπα, indicio est, quod ubi Simo dixisset, *au-*

ferte, continuo respectantibus quasi interminatus addit, *abite*. Codd. Boend. et Du Bois. diserte legunt, *Properat*. sed et ita legit editio Anonym. Sallust. Iug. 105: *Itineris properandi caussa.* Ubi vide Glarean. et Serv. ad Virg. Aen. IX. 401. Ms. Boend. et edit. du Bois. *Deest colloqui, aut verbis.* — 3. *Familiaritas.*] Ms. H. *adulatrix.* Ita et Ms. Lindenbr. — 4. *Partes.*] Ms. Lindenbr. *Species.* rectius. — *Prudentia, iustitia, fortitudo et temperantia.*] Ms. H. *Prudentia, iustitia, patientia et fortitudo.* Sed et in Ms. Lind. legebatur *patientia.* Idem tamen ex Hieronymo, Donati discipulo recenset quatuor virtutes Stoicorum, *prudentiam, iustitiam, fortitudinem et temperantiam*, quod pro vulgata lectione videtur facere. — 6. *Virtutes intelliguntur.*] Ms. H. *Virtutes vitae intelliguntur.* — 7. *Virgilius.*] Aeneid. II. 283. — 8. *Scire.*] Omnino legendum videtur, *dicere*, vel, *scire me.* — *Sallust.*] Bello Iug. cap. 10. — 9. *Virgilius.*] Georg. I. 164. Uterque Codex: *Moderata aequalitas.* Et mox 11. *Non enim dicit.* Et 12. *Beneficiis praerogatum.* Rursus 13. *Et admirabiliter dixit.* Vide Donat. ad Hec. V. 1. 4. — *Iniusto.*] Virgil. Georg. III. 347. — *Sallustius.*] Locus incertus. — *P. C.*] Lindenbruchius citat, *patres plebem.* In Ms. Hulst. est *Patres C.* — 10. *Aut ideo mihi additum est, quia libertus ad aliquid dicitur.*] Haec ab Ms. Hulst. absunt. Lindenbruchius ex Reg. Excerpt. tuetur *ad aliquid.* Malim, *ad aliquem.* Sensus enim esse videtur, libertum dici cum relatione ad Patronum. Ut si dicas, Tiro libertus Ciceronis. — *Virgilius.*] Aeneid. XII. 142. — 11. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 114. — 12. *Beneficium erogatum.*] Lindenbruchius invenit, *Beneficiis praerogatum.* M. Hulst. *Beneficium perrogatum.* Editio Veneta 1490. *Beneficium praerogatum.* Rob. Stephanus edidit ut est in vulgatis, et sine dubio rectius. — 13. *An secundum ius.*] Citat Lindenbruchius L. 6. §. 1. ff. de Alend. et Agnoscend. Lib. et L. 5. pr. ff. de iur. patronat. et L. 2. Cod. de Libert. et eorum Lib. — *Adverbialiter.*] Ita ex Mss. et Excerpt. Reg. citat Lindenbruchius. Alii, *admirabiliter.* quomodo saepius loquitur Donatus. Utraque vox videtur corrupta. — 14. *Quamvis eum manumisisset.*] Lego: *Quamvis iam manumissus esset.* — 17. *Memorem.*] Virgil. Aeneid. I. 4. — 18. *Num male intelligit, qui putat, assimulo, verbum significare.*] Haec manifeste loco mota sunt, subiungenda illis, quae continuo sequuntur.

19. Ms. Boend. et ed. Du B. *Quod verbum promittit, cum dicit.* Ut autem sensus constet, legendum videtur: *Et quod verbum nunc promittit, infra dicit.*

21. *Virgilius.*] Eclog. I. 27. Nisi forte legit Donatus, *Et quae tanta fuit Romam tibi caussa videndi? Et cur simulas igitur?* Virgilii locus ἀπροσδιόνυσος videtur. — 22. *Ab eo, quod praecedit, id quod sequitur.*] Ms. Hulst. *Ab eo, quod sequitur, id quod praecedit.* Idem in Reg. Excerpt. Lindenbruchius legit. Ms. Boend. et edit. Du B. *Ergo ab eo quod sequitur, id quod praecedit, dicit.* — *Quam iustus dolor patri sit, spe decepto.*] Ms. H. *Quam iuste dolent patri sic spe decepto.* Utrum praeferatur, ciccum non in-

terduim. — 26. *Desideramus.*] Forte legendum, *consideramus.* — 27. *Poëta.*] Legendum *Sosia?* Sed proba lectio, si τὸ *Interoidit* ita capias, q. d. caedit et distinguit sermonem. Vide Eun. II. 2. 23. et 34. ubi observante Donato, *Parmeno distinguit longiloquium parasiti.* Quanquam et h. l. idem de *Sosia* sat recte dixisse poterat, utpote distinguente longiloquium Simonis.

29. In Ms. Boend. et edit. Du B. haec sunt: *Adiungant.*] *Alligent, aptent, aut commodent.*

30. *Extra orationem.*] Ms. Hulst. *Extra rationem.* — *Venatum.*] Virgil. Aeneid. IV. 117. — 31. *Praeter caetera.*] Haec explicatione carent, quae excidit scilicet. Reliqua ita legenda: *mediocriter.*] *Ergo non extenuavit rem, sed ad laudem retulit.* — 35. *Crediderit.*] Ms. Hulst. *Duxerit.* Veteres editiones: *Quia filium ad meretricem commeasse narrat pater, non ad corruptelam filii, sed ad obsequium amicorum.* Cum Edd. veteribus consentiunt Codd. Boend. et Du B. — 37. *Commodiorum scilicet.*] Lege omnino: *Commodis eorum, scilicet.* Studia enim *commoda* interpretatur. — 38. *Sallustius.*] B. Iug. cap. 6. — 39. *Migrantes cernas.*] Virgil. Aen. IV. 401. — 40. *Nam.*] Lege, *namque.* — 41. *Hic versus perimproperium est.*] Ita et Rob. Stephanus edidit. nullo sensu. Lege, *Hic versus perimproprius est.* Unde adeo mox sententia παράδοξος dicitur. Sed et ita legit editio Argentinensis. — *Obsequium primum dixisse Terentium.*] An ideo id credidit Donatus, quia Cicero de Amicitia cap. 24. *Obsequium* dixit *verbum Terentianum?* Idem cum Donato credidit Quintilianus, Instit. Orat. Lib. VIII. cap. 3. Verba Quintiliani: *Idem* (Cicero) *putat, a Terentio primum dictum esse obsequium.* Quum autem non videatur Cicero ignorasse, etiam Plautum dixisse *Obsequium*, Bacchid. IV. 10. 7. et dudum ante Naevium, putem *verbum Terentianum* vocasse quia ex sententia hac Terentiana eandem vocem iam tertium repetebat, aliam eiusdem significationis vel nesciens, vel adhibere nolens. Atque haec quidem simplicissima mihi Ciceronis verba interpretandi ratio videtur; quanquam scio, aliter placere hominibus eruditis. — 42. *Virgilius.*] Aeneid. II. 57. — 45. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 255. — 47. *Sed dure in alterum, duriter in nos aliquid facimus.*] Non observata Scriptoribus haec Donati est differentia. Adelph. IV. 5. 28. *Factum a vobis duriter, immisericorditerque.* — 48. *Virgilius.*] Aeneid. VIII. 408. — *Unde Virgilius.*] Aeneid. III. 648. — *Ut Virgilius.*] Georg. II. 472. — 50. *Alter ab undecimo.*] Virgil. Eclog. VIII. 39. — 56. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 296. — *Sallustius.*] Iug. cap. 1. Haec vero, et quae proxime sequuntur, loco mota sunt, referenda ad versum superiorem. — 61. *Subdistingue.*] Ms. Hulst. apertius: *Non, quid symbolam dedit? sed subdistingue quid? ut sit vox quaerentis, quid dicat de Pamphilo.*

63. *Nemo quisquam, non dicitur.* Vide tamen Eun. V. 9. 2. et Hec. I. 1. 10.

67. *Sallustius.*] Fragmentum incerti libri. — 70. *Qui te.*] Vir-

gil. Aeneid. I. 610. — *Vade, ait.*] Virgil. Aeneid. III. 480. — *Plautus.*] Locus est Bacchid. III. 3. 51. Ubi tamen hodie ita legitur: *Fortunatum Nicobulum, qui eum produxit sibi.* — 73. *Quid si taedio multorum filiorum? at unicam.*] Haec, et quae sequuntur, omnino ita videntur legenda: *Quid si taedio multarum filiarum?* ait *unicam. Cum dote summa. Quid si pauper est? ait cum dote summa.* Certe quidem τὸ *ait* est in Ms. H. et quibusdam edd. vetustis.

75. Ms. Boend. et ed. Du B. *Nam desponsa dicitur.*

75. *Iunoni infernae.*] Virgil. Aeneid. VI. 318. — 79. *Mihi ipsi.*] Lege, *mihi ipse.* — 82. *Commodabat.*] Malim, *accommodabat.* Quomodo et Petronium scripsisse crediderim: *Adsidebat aegrae fidissima ancilla, simulque et lacrumas accommodabat lugenti.* Sat vocem tuetur Cl. Burmannus ad Petron. cap. CXI. Adde Barth. ad Thebaid. IV. 75. In Ms. Boend. et edit. Du B. est, *Commendabat.* — 86. *Cicero.*] Orat. pro Ligar. cap. 10. Ms. Boend. et edit. Du B. *In futuram prorupit.* Et mox 88. *In ipsum officium, aut in pompam exequiarum.* — *Et gener.*] Virgil. Aeneid. II. 344. — 88. *In genu.*] Scabra lectio. *Ingenium* citat Lindenbruchius; quod et in Ms. Hulst. est. Integrum locum ita legerim: *Quod a funalibus dictum est aduncis, vel cuneis candelabrorum, quibus delibuti funes et ingentes cerei fomites infiguntur.* Iuvat hanc lectionem Isidorus, Origin. Lib. XX. cap. 10. *Funalia candelabra apud veteres exstantes stimulos habuerunt aduncos, quibus funiculi cera vel huiusmodi alimento luminis obliti figebantur.* — 90. *Virgilius.*] Georg. II. 255. — *Virgilius* Aeneid. XI. 24.

91. Ms. Boend. et edit. Du B. *Extra consuetudinem.* Et, *Unam*, pro, *Quandum.* Rursus 92. *sororia pulchritudine*, Et, *ipsorum quaeque prope monstraverit nobis.*

91. *Pro quadam.*] Lege, *pro quandam*, cum Lindenbr. — 92. *Forma et voltu.*] Et hic duo sunt, *aetas*, et *forma.* Atqui sic edendum fuerat, uti est in Ms. Hulst. et edit. Lind. *Adolescentulam forma et voltu.* Ubi enim *adolescentulam* dixit, aetatem designavit. — *Commissa est.*] Sensus postulare videtur, ut legatur, *communis est.* — *Ex sororis pulchritudine.*] Ms. H. et edd. vetustae, *Ex sororia pulchritudine.* Quomodocunque legas, non videntur haec, et quae de amore Charini, tum Davi laudatione narrantur, esse a manu Donati. Quid enim est *sororia pulchritudo?* Sive enim Chrysidis intelligas, sive Philumenae, nihil ea facit ad pulchritudinem Glycerii. — 93. *Duos versus.*] Sensu haec carent, nisi legas, *duas voces.* Sub. dici queat, vel similes. — 98. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 675. — 100. *Quasi post ipsam morituri.*] Apposite citat Lindenbruchius, quod est in vett. Inscript. *Vale. dulcissime. nos. Te. quo. fata. iusserint. Ordine. sequemur.*

100. *Amoris.* Mallem, *Narrationis.* A Ms. Boend. et ed. Du B. abest.

101. *Virgilius proprie.*] Aeneid. VI. 232. — 103. *Vinceret.*] Ms. Hulst. *Vicerit.* rectius. — *Virgilius.*] Eclog. V. 20. — 106.

Virgilius.] Aeneid. IV. 645. — 108. *Non suspicaretur, dixit.*] Lege, *Non suspicareris, dixit.* — 110. *Non interrogantis, sed mirantis.*] Vere haec Donatus. Unde interrogandi signum tollendum recte monuit Tanaq. Faber, scribendumque, *quid ais!* — 111. *Virgilius.*] Aeneid. II. 314. — 112. *Multo minoris et levioris.*] Ms. Hulst. *Multo maioris vel gravioris.* Et paulo ante, *a minoribus ad maiora.* Ubi vulgo, *a maioribus ad minora.* — 115. *Virgilius.*] Aeneid. II. 407. — *Idem.*] Eclog. IX. 51. — 118. *Ut appareat verum.*] Ms. H. et Lindenbr. *ut appareat eversum.* Et sane melius. — *Incertaque distinctio.*] Atqui modo dixit, *distinguendum, ut per se intelligatur, indignum facinus.* Quis igitur credat, utrumque esse ab eadem manu? — 120. *Plautus.*] Merc. II. 1. 18. Est vero corruptissima Donati lectio, ita restituenda ex ipso Plauto: *Instare factum Simia.* Est ἀρχαϊσμός. — 121. *Quod non sit irascendum, quin iuste irascatur.*] Ms. H. *Quod non sit iracundus, qui iuste irascitur.* Verba erudita, et Donato digna. Edit. Du B. *Quod non sit iracundus, qui iuste irascitur.*

128. Ms. Boend. et edit. Du B. *leghur et nolet.*

129. Ἀμφιβολίαν. Vid. Donat. ad Eun. III. 5. 9.

131. *Falsa.*] Lege omnino, *Falsas.* Dixerat enim, *per falsas nuptias.* — 134. *Omnibus membris.*] Quod Lindenbruchius testatur esse in Ms. idem praefert Ms. Hulst. scilicet, *omnibus verbis.* Scripserit igitur Donatus: *omnibus nervis.* Edit. Du B. *Omni cum conatu.* — 135. *Non enim, inquit, prodest filio amare meretricem.*] Lege: *Non enim illi prodest, filium amare meretricem.* — 140. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 115. — 144. *Ut coquus.*] Nihil ineptius. Neque enim coenam coquere iussus erat. Et *curari* dicitur, quidquid conficiendum suscipitur.

ACTUS I. SCENA II.

1. *Narratione iam habita.*] Ms. Lindenbr. *Narratione peracta.* Ms. Hulst. *Peracta narratione.* — 2. *Dafus, serfus, corfus.*] Rob. Stephanus, *Datus, sertus, cortus.* Ms. Hulst. omittit. — 4. *Significat autem οὕτως sic.*] Atqui id iam dixerat. Sunt igitur verba Interpolatoris. — *Lucretius.*] Lib. I. versu 125. — 7. *Istae exiguitates, asseverationes dicuntur.*] Ms. Hulst. *Istae exiguitatis asseverationes dicuntur.*

9. Ms. Boend. et edit. Du B. *Velut ex ira et senis iracundia.* et 13. *secum vultuose.*

11. *Miranda locutio.*] Ms. Hulst. *Mira locutio.* Quanquam nec miranda locutio, nec mira, si, quod observat Boeclerus in Chrestomathia, τὸ *cogitandi* seorsim sumas. — 13. *Vultuose agunt.*] Lego: *Vultuose aiunt.* — 14. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 379. — 15. *Plautus.*] Asinar. Prol. versu 1.

16. Uterque Codex recte: *pro, Ante haec.*

18. *Virgilius.*] Aeneid. II. 428.

19. Haec disertius explicat ipse Donatus, infra III. 4. 16.

20. *Deest enim, Quaeris?* Si ita scripsit Donatus, videtur illa, *Hoc quid sit?* Simoni tribuisse, aeque atque Davo.

21. *Trepida confessio.*] Ms. Hulst. et Lindenbr. *tepida consensio.* Ms. Boend. et edit. Du B. *Tepida consensio.*

25. In Ms. Boend. et ed. Du B. diserte legitur, *Sic.* Et 28. *Ne quid relinquat inultum iracundiae.*

25. *Fit pronunciatio.*] Lege, *sic prenunciatur.* τὸ *sic* est in Ms. Hulst. Boend. Boil. — *Virgilius.*] Aeneid. II. 670.

28. Boend. et Du Bois. *ne quid relinquat iracundiae.*

29. *Id est firmamentum, per humana et divina.*] Lege, *Et est firmamentum per hum. et div.* — *Auspiciis servatis.*] Ms. Hulst. *auspiciis servatitiis.* quod et Lindenbruchius invenit in Excerpt. Reg. et Ms. Cod. Dan. — *Omina faciebant.*] Lege *omnia faciebant.* Ita est et Ms. Hulst. et editione Rob. Stephani. — 34. *Sallustius.*] In fragmentis. — *Bacchid.*] Atqui hodie non comparent haec Plautina in Bacchidibus. Possint videri excidisse ex Actus IV. Scena IX. ubi multa est mentio iocularis oppidi.

ACTUS I. SCENA III.

1. *Aut et ab altero.*] Ms. Hulst. *Aut et ab altero commendatur.* Antea Ms. Boend. *Magna exspectatione plurimarum rerum imminentium commotiva.* Illa autem, *plurimarum rerum*, etiam sunt in edit. Du B. — *Cicero.*] Verr. I. 26. — 3. *In pessum abit.*] Lego, *pessum abit.* — 6. *Et illud spectat.*] Ms. Hulst. *Ad illud spectat.* — 13. *Cicero.*] Verr. VI, 27. — 15. *Et non credit futura esse, quae dicit.*] Lege, *Et non credit, vera esse, quae dicit.* Ita enim versu 20. *Mihi quidem hercle uon fit verisimile.* Et mox ipse Donatus: *Ut restet aliquid ad errorem, abrogatur fides.* Vetustissimae editiones: *Et non credit esse, quae dicit.* Ms. Boend. *Et non credit esse, quae dicit.* · *Ne verisimilis sit ipsa fallacia totius contemtionis et vilitatis.*] Verba obscura et corrupta. Editio Veneta 1490. *totius contentionis et vilitatis.* nihilo melius. Veneta altera 1512. *contentionis et utilitatis*, tantundem expedit. Malim: *Ne verisimilis sit ipsa fallacia, totius commentae orationis vilitate.* — 18. *Virgilius.*] Aeneid. X. 641. — 21. *Nomina comicorum servorum.*] Vide omnino, quae ad hunc locum erudite notavit Lindenbruchius. — *Thylacus*] (*an Chylacus.*) Non sunt a Donato illa, *an Chylacus.* Lindenbruchius ex Reg. Excerpt. vindicat τὸ *Thylacus.* quod est in Ms. Hulst. notans ventriosum et vinarium.

ACTUS I. SCENA IV.

1. *Iamdudum.*] Virgil. Aeneid. II. 103. — 2. *Quia tendat mentem.*] Sic vero tementum erat dicendum. Solent autem veteres in vocum originibus exponendis turpiter se quandoque dare. Ms. Boend.

Quia vitet mortem. Et 4. *Reddit ad illud, quia vi coacta est.* — 8. *Virgilius.*] Aeneid. III. 42. — *Dum domus.*] Virgil. Aeneid. IX. 448. — 7. *Virgilius.*] Aeneid. V. 805. — *Idem.*] Aeneid. XI. 30. Alii, *exanimi.* Pro hoc versu in Ms. Boend. est ille Virg. Aen. I. 488. *Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.* — *Quid veniant.*] Virgil. Aeneid. I. 522.

ACTUS I. SCENA V.

2. *Cicero.*] Verr. 1. 10. — 6. *Putaverat nuptias.*] Vetustissimae editiones, *paraverat nuptias.* Rob. Stephanus primus, opinor, edidit, *putaverat nuptias et Chremetem mutare sententiam.* Crediderim fere, scripsisse Donatum: *commissurum, putaverat veras nuptias; Sed Chremetem mutare sententiam.* Putat autem falsò, Chremetem mutasse sententiam, quod is demum facit infra III. 3.

6. *Non latuerat Pamphilum, repudiasse Chremetem.* Fortasse legendum, *repudiasse se Chremetem.*

8. *Unde illud est.*] Virgil. Aeneid. II. 434. Lege autem: *divellimur inde, Iphitus et Pelias mecum.* — 10. *Natum esse quenquam.*] Lege omnino, *Non natum esse quenquam.* Vetustissimae editiones tamen, *Irascitur, non natum esse quenquam.* — *Ac per hoc se.*] Verba sine sensu. Ms. Hulst. et editiones Venetae: *Ac per hoc adeo se esse hominem infelicem.* — *Virgilius.*] Aeneid. III. 311. — *Virgilius.*] Eclog. IX. 17. — 16. *Pseudolo.*] I. 5. 38. Ubi tamen nunc legitur: *Itur ad te, Pseudole.* — *Virgilius.*] Aeneid. IX. 423. — *Etiam pauca verba.*] Et Grammatici, quod consistit nomine et verbo, *orationem* dicunt.

17. Ms. Boend. et edit. Du B. *Quod voluit fieri.*

18. *Summam voti.*] Ita post Rob. Stephanum plures ediderunt. Antiquiores, et Ms. Hulst. *Summum voti.* — *Quid peccaverit. Pater praeteriens.*] Ita Rob. Stephanus ediderat. Vetustiores rectius: *quid peccaverit pater.* *Praeteriens.* Illa Donati sunt, hoc Terentii. — *In foro.*] Legendum, *apud forum.* — 19. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 230. — *Sallustius.*] Neque in Bellis, neque in Fragmentis legere me memini. — 26. *Ἀπὸ τοῦ αἰσίου.* Ms. Lindenbr. *ἀπὸ τοῦ δείου.* In Ms. Hulst. desideratur.

28. Ms. Boend. et Du B. *Consisteret.*

32. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 479. — 33. *Utraque.*] Mss. Hulst. et Lindenbr. *utrumque.* — 35. *Hic enim voluntas, non factum damnatur.*] Vide, quae huc ex Iure Civili attulit Lindenbruchius. — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 624. — 36. *Quae me? quae illum?*] Lege, *Quae illum? quae me?* vid. Eun. I. 1. 20. — 44. *Virgilius.*] Georg. III. 258. — 46. *Lacrymabilia.*] Ms. Hulst. addit, *et miserabilia.* — *Virgilius.*] Aeneid. III. 678. — *Alibi.*] Aeneid. IX. 300. — 49. *Virgilius.*] Aeneid. X. 782. — 50. *Terentianae.*] Lege, *Terentio.* — *Virgilius.*] Aeneid. X. 100. — 54. *Quod te.*] Virgil. Aeneid. II. 141. —

56. *Virgilius.*] Aeneid. X. 45. — 57. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 406. — *Alibi.*] Aeneid. IV. 312. — 59. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 317. — 61. *Hoc est.*] Lege: Ad hoc, *Et ad rem tutandam.*

ACTUS II. SCENA I.

1. *Pavoribus.*] Ms. Hulst. *Periculis.* ita et Ms. Dan. Ms. Boend. et edit. Du B. *Adolescentium periculis.* — 2. *Τουγασώτερον.*] Lindenbruchius e Ms. laudat, *ΑΠΟΘΕΑΤΟΝ.* Ms. Hulst. neutrum agnoscit. — *Virgilius.*] Aeneid. IV. 421.

2. *Pervictus.* Fortasse, *Perductus.* pro quo in Ms. Boend. et edit. Du B. est, *Productus.*

2. *Apud forum.*] Haec edenda erant, ut sunt in Ms. Hulst. *Apud forum modo de Davo audivi*] *de loco, apud forum. de tempore, modo. de persona, de Davo.* — 10. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 11. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 415. — 18. *Virgilius.*] Aeneid. I. 325. — 19. *Cicero.*] Orat. pro Ligar. cap. 10. Ubi tamen nunc legitur, *Tu idem fer opem, qui spem dedisti.* — 22. *Inde datum est.*] Lege, *inde natum est.* Ni Mavis, *inde factum est.* — 24. *Cicero.*] Catill. II. 3.

26. Ms. Boend. et edit. Du B. *Utique vitiata, ut esset causa recusandae.* Unde forte legendum: *Quam vellem, Utique vitiatam, ut esset causa recusandi.* Vel: *Ut esset causa recusandi, utpote vitiatam.*

28. *Incute vim.*] Virgilius Aeneid. I. 69. — 30. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 27. — 31. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 664. — *Nunquam.*] Virgilius Aeneid. IV. 334. — *Pseudolo.*] IV. 7. 89. — 34. *Sallustius.*] Catil. cap. 1. Ms. Boend. et edit. Du B. *nuptias recusantis.* — 35. *Qui detur.*] *Qui pro Quemadmodum. Ne mihi. Veteres frequenter ne pro non* dicebant. Haec absunt a Ms. Hulst. nec videntur esse Donati. — 36. *At tu hercle.*] Edendum erat, *at tu hercle haud quicquam.* Ita enim scripserat Donatus, itaque est in Ms. Hulst.

ACTUS II. SCENA II.

1. *Timidus fuit, ut ipse Davus, etiam desperaverit.*] Quis ferat hanc lectionem? Restituo: *Tam timidus fuit, et perturbatus, ut etiam desperaverit.* — 24. *Et bene, continuo ad Chremem, ut si ab utroque hoc fieret, esset vera suspicio Davi.*] Legendum ope Ms. Hulst. *Et bene, continuo; ne si ab utroque hoc fieret, esset vera suspicio.* — 25. *Deceret.*] Ms. Hulst. *decerent.* — *Virgilius.*] Aeneid. I. 701. — 26. *At parum temporis fuisti.*] Ms. Hulst. et editio Veneta 1490. *Ne temporis fieret dilatio.* — 28. *Sallustius.*] In Fragmentis incertorum Librorum.

[illegible]

[illegible] *Virgilius.*] Aeneid. VI. 818. — 12. *Illi nec sexum servavit, ne uxor esse videatur.*] Lectio corrupta; quam sic restituo: *ab illa. Illi* [illegible] *Nec sexum servavit, ne uxor esse videatur.* — 15. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 246. — 26. *Homerus.*] Iliad. A. 255. — *Horatius.*] Carm. I. Od. XII. 25. [illegible]

[illegible] ingenio absurdum fuerit, celare tristitiam. Mox autem pro celanda Ms. Hulst. et edit. Veneta 1490 [illegible] utrumque videtur e margine irrepsisse, quum scripsisset Donatus, quia dixit, sudoris [illegible] *Auribus* [illegible]] Lege, [illegible] Ms. Hulst. *Quid agant.* [illegible] — *Virgil.* Georg. III. 197. [illegible] — Lege [illegible] *explicans* [illegible] Nec alius [illegible] Phorm. [illegible] mana, quum scilicet iniquius se censos nonnulli [illegible] serent, hoc est, [illegible] iniquitatem illam existimarent. Pro: Succensere, potioris [illegible] censere potioris est. Vel, Sic censere potioris est. Possint [illegible] illa, Succensere potioris [illegible] *Virgilius.*] Aeneid. VII. 579. — *Virgilius.*] Georg. III. 519. [illegible] *Virgil.* Aeneid. XII. 674. — 9. [illegible] *magis quam* [illegible] Impressi veteres [illegible] *Virgilius.*] Aeneid. IV. 823. [illegible] *Virgil.* Aeneid. VI. 699. — 18. *Ovidius.*] Ita est in Ms. Hulst. [illegible] *Memini me* [illegible] Sed et illud habet editio Veneta 1490. Lindenbruchius tamen [illegible] lectionem putat *pavum*, ex Mss. scilicet. Citat porro Tertulliani verba de Anima: *Pavum se meminit Homerus, Ennius somniante.* Locus est cap. 33. Dixit autem *pavum* pro *pavonem*. Ms. Boend. et ed. Du B. *Memini, me* [illegible] Sed Hadr. Junius, Animad. Lib. III. cap. 12. [illegible] Pers. Sat. VI. *Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit* [illegible] Vide Donat. ad Phorm. [illegible] 24. [illegible] Ms. Hulst. et ed. Du B. *Memini* [illegible] Videntur itidem verba Ennii [illegible] edit. Veneta [illegible] Sine dubio [illegible] *Virgilius.*] Georg. II. 298. [illegible] Merc. [illegible] *Omnia* [illegible] Vetustiores et Ms. Hulst. [illegible] Legendum [illegible] nino videtur: [illegible] quod amat. Cui quidem dementiae accedit altera, [illegible] quod est peregrina, id [illegible] Nisi interpolatio [illegible] scriptum a Donato: [illegible] *ita loqui videtur*, [illegible]

nolit audiri a sene. — 6. *Virgilius.*] Aeneid. III. 671. — 10. *Compendium facimus.*] Malim, *compendifacimus.* — 13. *Mire utitur.*] Haec inscite repetita sunt ex iis, quae ad vers. 12. satis erudite notata erant. Nec quidquam aliunde subsidii ad meliora reponenda. — 16. *Et in amatore absurdum fuerat, ingenuum celare tristitiam.*] Varie haec leguntur. Triplicem coniecturam facio, legens vel, *ingenuum celare tristitia*, vel, *ingenuam celare tristitiam.* Vel potius, *Et in amatore ingenuo absurdum fuerat, celare tristitiam.* Mox autem pro *celanda* Ms. Hulst. et edit. Ven. 1490. legunt, *occultanda.* utrumque videtur e margine irrepsisse, quum scripsisset Donatus: *quia dixit, subtristis.* Coniectura Consultissimi Viri, Abr. Wielingii. — 17. *Quod ille a summo ad imum opposuit.*] Lege, *proposuit.* Uti mox, *neque contra rependendam propositionis eius.* — [*Succensere potioris est.*] Absunt haec a Ms. Hulst. Et videtur satis pro *succensere* hoc loco alia vox reponenda. Certe enim neque Pamphilus erat potior Simone patre, neque semper potiores succensent. Nisi *potioris est* neutro genere dictum accipias pro, *maioris est*, h. e. inter maiore et potiore adhiberi solitum; quemadmodum mox explicat ipse Donatus. Notum verbum, e censura Romana, quum scilicet iniquius se censos nonnulli indignarentur et succenserent, hoc est, tacite secum iniquitatem illam existimarent. Pro: Succensere, *potioris est*, mallet Eruditiss. Wielingius, *Censere potioris est.* Vel, *Sic censere potioris est.* Possint tamen illa, *Succensere potioris est*, sed a Donato, illa, *Succensere*, [illegible] [illegible] *irasci*, ab altero Grammatico profecta. Neutrum autem satis accuratum. — 19. *Mire ipsum dicere.*] Lego, *Mirum, ipsum dicere.* Sic Ms. Hulst. — 26. *Aut de adventu mulierum.*] Non videtur verisimile. Sint igitur potius Simonis stomachantis verba, et Davum subridicule dicta praetelantis. Neque enim satis cohaereret sermo Simonis, primum mirantis adventum mulierum in scenam, tum convicia servum incessentis de alia re. — 27. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 861.

ACTUS III. SCENA I.

3. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 401. — 6. *Parentes.*] Ms. Hulst. *Parentes.* Ita vet. editio Venet. 1490. et altera 1518. Forte legendum: *Haec sibi fides, suscepti filios legitimos, quod faciunt parentes.* Ms. Bocard. et editio D. B. *Suscepti filii legitimos, faciunt parentes.* Unde nunc per coniecturam effingo: *Suscepti filii legitimi faciunt parentem.* — 11. *Et bene adeo, quia satis demens est, quod amat ex peregrina, id est, ex meretrice.*] Corrupta lectio iam inde ab editione Rob. Stephani. Vetustiores et Ms. Hulst. ita: *Et bene ad eo, quia demens est, quod amat. Ex peregrina, id est, ex meretrice.* Legendum vero omnino videtur: *Et bene adeo, quia ipse demens est, quod amat.* Cui quidem dementiae accedit altera, scilicet quod *ex peregrina, id est, ex meretrice*, [illegible] tollere [illegible] *Ex peregrina. Id est*, [illegible] Haec ita divisa leguntur in Ms. Bocard. [illegible]

servatio nostra confirmatur. vid. Phorm. II. 3. 68. — 12. *Cicero.*] Eadem verba ex incerto opere citat Nizolius; nec Fragmentis leguntur inserta. — 15. *Graece Εἰλείθυια.*] Hinc Ἀνειλείθυια dicitur ἄτοκος γυνή. Erudita hic habet, uti omnia, Lindenbruchius. *Virgil.*] Eclog. IV. 10. *Casta, fave, Lucina: tuus iam regnat Apollo.* — 19. *Nomina ad aliquid.*] Intelligit Relata et Correlata Logicorum. — 21. *Omnia haec.*] Corrupta lectio et mutila. Excidit scilicet nota Donati ad illa: *Ego in portu navigo.* Cuius Notae haec lacinia est.

21. Ms. Boecld. et ed. Du B. *Ex tranquillitate maris.*

ACTUS III. SCENA II.

1. *Firme nunciabant.*] Ms. Lindenbr. *firme intimabant.* Ms. Hulst. *firma intimabant.* Fortasse, *futura nunciabant.* — 3. *Τάχιστα.*] Ita legebat Is. Casaubonus. Alii ἥδιστα. In Mss. erat *u t i s a.* — 4. *Date bibere summo.*] Lindenbruchius malebat: *Date bibere a summo.* Douza ad Lucil. V. 21. *Date bibere ab summo.* — 5. *Virgilius.*] Aeneid. I. 617. — *A matre sanguinolentum.*] Consule Lindenbruchium ad h. l. — 9. *Virgilium.*] Aeneid. XI. 259. — *Carmina.*] Eclog. VIII. 69. — 10. *Esset impersonative dicitur.*] Corrupta lectio, nec Rob. Stephano animadversa. Lege, *opus facto esset. Impersonaliter dicitur.* Mox ἀπὸ κοινοῦ, *puer pariisae dativus casus est.* — 11. *Cum fieri potuit.*] Ms. Lind. *Cum fieri oportuerit.* — 16. *Aulularia.*] III. 6. 22. — *Et Pyrenaeum.*] Lege, *Pirenem*, deleto et. — *Veretur liber, metuit servus.*] Quia uterque et vereri et metuere dicitur passim. — 22. *Idem alibi.*] Haec frustra in Terentio quaeras. Nec de Comoedia deperdita fas est suspicari. An ante haec verba exciderunt nomen et sententia alterius auctoris? Neque id satis audacter dixerim: quae enim continuo sequuntur, Terentiana sunt. Vide Phorm. III. 2. 8. — 23. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 485. — 25. *Sallustius.*] B. Iug. 1. — *Nec dico, nec facio.*] Lindenbruchius ex coniectura: *Nec dico, nec facio mu. Unde et* mutire *dicimus.* Quomodo si Ennii verba legantur, videtur hemistichium esse. Si aliter legas, ἀπροσδιόνυσα sunt. — 29. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 11. — 30. *Ut ille.*] Virgilius Georg. IV. 22. — *Solemque suum.*] Virgilius Aeneid. VI. 641. — 39. *Dispellimur inde.*] Virgilius Aeneid. II. 434. — *Sic audiendum est.*] Ita vulgo, sed perperam, post Rob. Stephanum editur. Ms. Hulst. et editiones veteres: *Hoc subaudiendum est.*

44. Ms. Boecld. et ed. Du B. *In quibusdam tamen est circumventum.*

49. *Pro cur alias, alio tempore.*] Lege et distingue: *Quid alias, pro, cur. Alias, alio tempore.*

ACTUS III. SCENA III.

1. *Virgilius.*] Aeneid. V. 386. Ubi vide Cerdam. — *Virgilius.*]

Aeneid. X. 405. — 6. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 56. — 7. *Veterem.*] Virgilius Aeneid. III. 82. — *Alibi.*] Aeneid. XI. 587. — *Virgilius.*] Eclog. X. 54. — 9. *Iliaci cineres.*] Virgilius Aeneid. II. 431. — *Idem alibi.*] Aeneid. X. 45.

10. In Ms. Boend. et ed. Du B. haec sunt: *Ut me adiuves in hac re, atque. Ipsam petitionem.*

11. *Τῳ ελληνικωΝ.*] Pithoeus et Lindenbruchius suspicabantur legendum esse: τῷ ἑλληνικῷ· Μὴ λιτάνευε, μὴ μάγευ. — 13. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 597. — 24. *Virgilius.*] Aeneid. II. 141. — 47. *Virgilius.*] Georg. I. 24. — 48. Et obscurius *ellum.*] Non sunt haec a Donato.

ACTUS III. SCENA IV.

— 1. *Locus est.*] Editiones vetustae: *Hic est locus.* Ceterum, male huic loco παρασκευὴν τῆς ἐπιτάσεως tribui a Donato, recte Boeclerus observavit. Editio Du B. *ad discretionem mali.* — 3. *Ego te.*] Virgil. Aeneid. IV. 338. — *Heu.*] Verba repetita ex And. I. 1. 74. ubi tamen simpliciter *metui a Chryside* legitur, non etiam *Heu* vel *Hei*, quod nec ipse Donatus ibi agnoscit. — *Cicero.*] Orat. pro Muraen. cap. 1. ubi, *Quae deprecatus sum a Diis immortalibus*, legit Gruterus ex Mss. et edd. vetustissimis. Ascensiana certe quidem editio, anni 1511. eodem modo exhibet.

— 7. Ms. Boend. *Nota est dudum vero: Nam propemodum, i. admodum quandoque etiam significat. iam hoc est propemodum, cuius actus est admodum.* Neque aliter edit. Du B.

— 18. Edit. Du B. *Hanc literam B. iterant.*

— 23. Ms. Boend. et ed. Du B. *Mirifice exaggeravit.*

— 27. *Ne tamen tragicum.* Qui magis hoc tragicum fuerat futurum, quam agmen Thrasonicum in Eunucho? sed neque a ferro abstinet Plautus in Pseud. et Cistell.

ACTUS III. SCENA V.

— 1. *Virgilius.*] Aeneid. I. 216. — 2. *Recte autem veteres, nullo nulli, solo soli declinabant.*] Lege ex Ms. Hulst. *Nullus nulli, solus soli.* — 3. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 339. — 4. *Plautus.*] Leguntur verba in Argumento Asinariae. Creduntur autem Argumenta Fabularum Plautinarum esse a Prisciano. Cui sententiae si accedimus, oportet, Donatus haec non notaverit, utpote duobus fere seculis Prisciano antiquior. Mihi vero non fit verisimile, tam scitum locum insetto interpolatori venisse in mentem. Crediderim ergo potius, Donati adhuc aetate ipsum Plautum etiam Argumentorum auctorem esse habitum, sive is revera fuerit, sive secus. Ms. Boend. et ed. Du B. *Praemium pro virtute.* — *Virgilius.*] Aeneid. IX. 232. — *Alibi.*] Aeneid. XII. 851. — *Virgilius.*] Aeneid. XI. 280. — 5. *Ms. Boeb.*] Isaacus Ca-

Sambonus ita restituit: Ἔνθεν ἀποφεύγειν, οὐκ ἂν ἀπολείπῃ ποτέ. — 10. *Dicimus.*] Lege ex Ms. Hulst. *Ducimus.* — 12. *Cicero.*] Orat. pro Deiot. cap. IX. Ubi nunc legitur: *Quid deinde? furcifer quo progreditur?* — 13. *Dicere.*] Lege, *Dicens.* — 16. *Vultu operae pretium.*] Lindenbruchius rectius esse opinabatur, *quibus ultro operae pretium.* Quid si scripserit Interpres: *quibus ultro poenam meritam pro delictis nostris offerimus.* Ita coniiciebat Doctiss. Wielingius. — *Virgilius.*] Aeneid. XII. 931. — 16. *Virgilius.*] Georg. IV. 443. Editur autem vulgo: *victus In esse redit,* — 18. *Virgilius.*] Aeneid. I. 135.

ACTUS IV. SCENA I.

1. *Cicero.*] Verr. II. 22. — 3. *Et hic gaudeant subauditur.*] Quis credat, haec esse a Donato?

8. Uterque Codex: *In pectoris altitudine.*

23. *Si Pamphilus id dicit.*] Atqui Pamphilus id dicit, neque adeo convenit haec verba tribuere Charino. Malim igitur: *Sic Pamphilus id dicit.* h. e. eo sensu. Illa vero, *si vero coniungitur, pro* fallax *accipitur*, sana non sunt. Legerim, *si vero es iungitur, pro* falsidicus *accipitur.* Neque enim fallaciae, sed mendacii Pamphilus poterat arguere Charinum. Nisi id voluit Donatus, si τὰ *falsus es* tribuantur etiam Charino, valere *fallax es*, neque promissis stetisti. — 25. *Aut ut illud.*] Lege ex Ms. Hulst. *ut est illud.* Certe non diversum quid narrat, sed ἀνακόλουθον exemplum citat. — 31. *Propterea.*] Lege, *praeterea.* — *Merito.*] Immo *immerito.* — 32. *Virgilius.*] Aeneid. II. 132. — 37. *Quando nihil potest esse*] Ms. Hulst. *Quare nihil potest esse.* Unde suspicor legendum, *Quartum nihil potest esse.* Dixit autem *Quartum*, quia tria praecesserant, *instare, suadere, orare.* Editio Veneta 1490. legit *quarto.* In Boend. et Du B. est: *Quarto nihil potest esse.* Ita Cicero dixit, de Senect. cap. 19. *Quae* (mors) *aut plane negligenda est, si omnino extinguit animum; aut etiam optanda, si aliquo eum deducit; ubi sit futurus aeternus.* Atqui tertium certe nihil inveniri potest. Abr. Wielingius τὸ *quando* tuetur, quod h. l. valeat, *quia.* — 39. *Et inter modo non pro mediocri significatione est.* Ita Ms. Hulst. Varie autem haec eduntur. Sed si verum est, quod existimat Gabriel Faërnus, τὸ *interturbat* ex annotatione irrepsisse, possit etiam haec animadversio non esse a Donato, ita sibi parum constat. — *Hunc inter.*] Virg. Aeneid. VII. 30. — 43. *Virgilius.*] Aeneid. II. 535. — *Horatius.*] Epod. V. 1. Ubi Rich. Bentleius defendit, *A ô Deorum quidquid in coelo regit.* — 44. *Virgilius.*] Eclog. III. 1. — 52. *Enixe.*] Virgil. Aeneid. III. 327. legitur et *enixae.* quomodo Henr. Stephanus edidit. — 58. *Consulturo.*] Ms. Hulst. *consulto.* Forte *consulturus*; ut notetur ipse Pamphilus.

ACTUS IV. SCENA II.

5. *Virgilius.*] Georg. IV. 514. — 7. *Virgilius.*] Aeneid. II.

132. — 9. *Hic vacillas.*] Ita Ms. Hulst. et Rob. Stephanus. Sed edd. vetustiores, *Hic exitus.* Editio Parisiensis 1552 integram hanc notam omisit. Utraque autem lectio de mendo suspecta. Malim: *ἄγε*, ut *hic non invenit satis sua sponte.*] *Hic: cerritus. Comprimit Charinum.* Certe quidem *cerritus* pro *insano* usitatum est. Nisi vecors sit iratus.

11. *Aut adverbii particula.*] Conieceram legendum esse, *adverbium*: nunc video ita esse in Ms. Boend. Sic supra IV. 1. 39.

12. *Virgilius.*] Eclog. VIII. 58. — 13. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 97. — 15. *Spiritum revocat sensus.*] Verba sine sensu. Lego, *spiritum revocat sensim.* — 16. *Virgil.*] Aeneid. VIII. 191. — *Idem.*] Eclog. VII. 53. — *Stant.*] Virgil. Aeneid. VI. 300. — 19. *Et fortis.*] Τὸ *et* sensum turbat. Id vult Donatus, Pamphilum, ubi rogasset, *quis videor?* exspectasse, ut Charinus diceret, *fortis.* Mihi aliter videtur. Illa enim, *quis videor?* dolentis potius sunt, quam laudari volentis. *Παράδοξον.* Immo *ἀπροσδόκητον.* nihil enim minus *παράδοξον*, quam binos amatores pariter esse miseros. Exspectabat autem Pamphilus, Charinum aliter responsurum. — 20. *Sed non esse personam Pamphili, ex subiectis ostenditur.*] Atqui non esse personam Charini, ex responso Davi apparet, *Hoc ego tibi profecto effectum reddam*, quod sane Pamphilo dictum, quemadmodum illa, *huic, non tibi habeo*, dicuntur Charino. — 21. *Velut etiam pro se Charinus sentiat, hoc dicit.*] Lege et distingue: *velut etiam pro se Charinus sentiat hoc dici.* — 23. *Sallustius.*] In Fragmentis. Legitur vulgo *parata.* — 24. *Odioso.*] Lege: *odiosis et molestis.* uti mox, *impedientibus.* — 25. *Virgilius.*] Aeneid. V. 271. — *Alibi.*] Aeneid. VI. 337. — *Dicere.*] Sensus postulat, ut vel *dici* legatur, vel *scire*, vel denique *discere.* Ed. Du B. *Non dici velle Davum.* Ms. Boend. *Non dici sibi velle Davum.* quae vera lectio videtur.

ACTUS IV. SCENA III.

1. Ms. Boend. et ed. Du B. *Non temporale, aut mutuum.*

1. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 372. — *Tyrrhenamque.*] Virgil. Aeneid. X. 71. — 3. *Quae ait.*] Aeneid. IV. 600. legitur et *abreptum.* — *Catullus.*] LXX. 8. — 4. *Homericam sententiam.*] Iliad. Z. 429. sensus est: *Hector, sed tu mihi es pater, et veneranda mater, et frater, etiam mihi aetate florens maritus.* — 5. *Cicero.*] Legere me memini, locum non memini. — 8. *Virgilius.*] Aeneid. II. 244. — 11. *Apollinis.*] Vide Lindenbruchium. — *Libero patri Tragoedia.*] Vide Observationes Lindenbr. — *Menander.*] Locus uti corruptus, ita intentatus etiam nunc a Viris eruditis; nisi quod Ioh. Clericus, Vir Cl. ita restituit: *Σκολύφασα σὺ μυῤῥίνας τῆσδ' ἔκτεινε. Evulsos myrteos ramos hac extende.* Propius ad vestigia vetera, opinor, *Ἀπὸ δ' ἑστίας σὺ μυῤῥίνας ἐὰν ἔχῃς, διάτεινε. Ab ara myrteos si habes, extende.* Quem Cnisiam Menander vocat. Ita Ms. Boend. et edit. Du B. —

ΚΟΔΕΞΙΑC Phileleutherus Lipsiensis postquam Clericum exagitasset, ita restituit locum Menandri: *Ἀπὸ δεξιᾶς σοι μυῤῥίνης κλάδους λάβε. A parte dextra sume verbenas tibi.* Philargyrius Cantabrigiensis Clerici causam agens Phileleuthero haec reponit: *Ἀπὸ δ' ἑστίας, σὺ Μυῤῥίνα, σχῆς δυσγενεῖ.* Haec ego non inspexeram, quum primum mederi velle affecto loco inciperem. Neque adeo nunc quidquam muto. Nisi enim et *Arae et verbenarum* fiat mentio, Menandri verba ἀπροσδιόνυσα erunt. Quam vero appositum illud ἑστίας prae δεξιᾶς ad rem praesentem est? Si *Μυῤῥίνα* facias nomen proprium, pereunt herbae sacrae: demum inveniendo δυσγενεῖ vestigia fere nulla sunt. *Κλάδους λάβε* licet senarium iuvent, nullam Menandri auctoritatem praeferunt.

ACTUS IV. SCENA IV.

11. *Plautus.*] Aul. Prol. I. — 14. *Hoc est sensim, et ut senex sentiat, pronunciari potest.*] Verba corrupta. Rob. Stephanus aliquanto melius: *Hoc et sensim, et ut senex sentiat, pronunciare potest.* Ms. Hulst. et editiones Venetae antiquissimae, *Hoc, ut et senex sentiat, pronunciari potest.* Non dubium est, quin scripserit Donatus: *Hoc sensim, et ne senex sentiat, pronunciari patet.* Ms. Boend. cum edit. Du B. *Hoc ut senex sentiat, pronunciari potest.* — 15. *Contumeliae genus est comminatio.*] Lindenbruchius citat Ulpian. l. 15. §. 1. ff. de iniur. et fam. — 16. *Impudenter mulier si facit.*] Edendum erat: *impudenter mulier si facit meretrix.* Utrumque enim respexit Donatus, τὸ *natura* referens ad vocem *mulier*, et τὸ *conditio* ad vocem *meretrix.* — 18. *Adeone ad eum?*] Verba absurda, nec Donato digna. Unde et absunt a Ms. Hulst. et plerisque editionibus vetustis. Nisi legas: *Adeon'*:] Adone, an adeo; *ne* enim est *an.* — 19. *Sed in primo supervacuum est.*] Sensus postulat, ut legatur, *Sed in in primo supervacuum est.*

24. *Et est dictum cum quadam fiducia, et contemtu illius, cum quo sermo est.* Citat Schefferus ad illa Phaed. V. 2. 4. *Cedo, inquit, illum, iam curabo sentiat.* Minus accurate, si quid video. Non enim viatori cum latrone sermo est, sed cum viatore altero, qui depugnans occiderat latronem. — 30. *Persius.*] Sat. IV. 21. — *Plautus.*] Pseud. II. 2. 64. — 33. *Cicero.*] Catill. II. 3. — 39. *Hoc est, ab ebrio separatus, secretus, separatus ab iis qui discernuntur.*] Ita ediderat Rob. Stephanus, Ms. Hulst. et edd. veteres Venetae ad mentem Donati: *Hoc est, ab ebrio separatus. ut* secretus, *separatus ab iis, quae discernuntur.* — 45. Aut *na*] Verba corrupta. Lege: *Aut, anne pro an legitur; aut ah, ne tu omnia?* — 48. *Virgilius.*] Aeneid. X. 581. — 56. *Operatione genita et industria quadam scimus.*] Lege, *operationis, et industria quadam scimus.* — 14. *Virgilius.*] Georg. II. 204. Poterat addidisse Georg. I. 133. 145. et seqq.

ACTUS IV. SCENA V.

2. *Virgilius.*] Aeneid. I. 425. — 5. *Ut si quis dicat.*] Varie haec leguntur, et in Ms. et in edd. vetustis, neutrubi satis expedite. Rob. Stephanus sensum non dispiciens, prius membrum omisit. Dubium nullum est, quin scripserit Donatus: *Ut si quis dicat, Ubi habitat Chrysis? dicatur, Ecce hic, percontatio est. Aut si quis dicat, Cur adulterium commisisti?* sub. similiter percontatio erit. Neque enim ex mente Donati alterum interrogationis exemplum esse poterit. — 8. *Sed magis gemitus significat.*] Lege, *sed magis gemitu significat.*

11. Ms. Boend. et ed. Du B. recte: *Convenit indici futuro.*

13. *Virgilius.*] Aeneid. II. 657. — *Ferte.*] Virgil. Georg. I. 11. — 14. *Cicero.*] Loco incerto. — 15. *Mire dicit me.*] Integrum locum ex Ms. Hulst. ita lege: *Et me, et hospitem, et lites sequi, miri dicit et cum* ἐμφάσει. *me, id est, senem et remotum a litibus. hospitem, id est, peregrinum.* Quae vero sequuntur, *lites sequi, id est, pauperem. totum per emphasin*, itidem in mendo cubant. Fortasse legendum, *lites sequi, id est, hereditatem persequi.* Saltem τὸ *pauperem* locum suum tueri nequit, et a Guidone Iuvenali additur post *me.* Ut sensus sit, *me senem, pauperem, et remotum a litibus.* — 19. *Pariter.*] Ms. Hulst. *pariliter.* — 20. *Quam.*] Videtur legendum, *Quam in me conveniant lites.* Respicit enim dicta versu 15. seqq.

ACTUS V. SCENA I.

1. *Virgilius.*] Aeneid. VIII. 151. Ms. Boend. et edit. Du B. *de fide promissa.* Et mox 4. *fidem promissam.* — 9. *Sallustius.*] B. Iug. cap. 12. — 13. *Compositum.*] Videtur igitur aliter legisse Donatus. Certe quidem in Ms. Hulst. est *detulit.* Si vero *tetulit* legit, qui compositum vocat? qui porro *altius quam decet comicum characterem?* quod et monuit supra ad IV. 5. 13. Plautus certe Amph. II. 2. 84. *Mi vir, et manum prehendi, et osculum tetuli tibi.* Et alibi non semel. — 20. *Credit. aut etsi visus a Myside erat, tamen ignorabatur esse Chremes.*] Editiones Venetae, *Creditur.* Ms. Hulst. *Queritur.* nulla in reliquis verbis varietate. Lego audacter: *Quaeritur: Quid si visus a Myside erat? Tamen ignorabatur esse Chremes.* Nisi τὸ *credit* e seq. versu irrepsisse, atque delendum statuas, quod suspicatur Abr. Wielingius. Coniecturam nostram firmat lectio Ms. Boend. cum interrogationis nota addita.

ACTUS V. SCENA II.

3. *Nam commodum.* Ante haec verba legitur Boend. et Du B.: *potest et commodum esse in homine, sed opportunum malum et adventum habere potest.*

5. *Superaverit.*] Ms. Hulst. *Spreverit.* Quod cum sensu Donati convenit. — *Exclusi.*] Lege, *Elusi.* — 14. *Pro ipso domum Glycerii.*] Ms. Hulst. *Pro ipsa domo Glycerii.* h. e. ante ipsam domum Glycerii. — *Ingeniorum etenim igneus vigor esse videtur.*] Ms. Hulst. *Ingenuorum etenim ingenuus vigor est.* Refert porro τὸ *videtur* ad sequentia, *esse quanti vis pretii.* Hoc recte, illud minus. — 15. *Non ad parvitatem pretii.*] Ms. Hulst. *Ad gravitatem, pretii,* omisso *non.* — 16. *Cicero.*] Act. I. in Verr. 10. — 20. *Plerumque a verberandis, vel indulgentia loquitur, vel mora.*] Rob. Stephanus, quia sensum nullum exputabat, ita edidit: *plerumque a verberandis* * *vel indulgentia loquitur, vel mora.* Id autem velle videtur Donatus; quia Davus supplicium timens dixerit, *audi, obsecro,* sperasse, se mora impetraturum indulgentiam, quod scilicet vel indulgentia, vel mora loquatur a verberandis. Idem igitur Donato est loqui ab aliquo, quod, stare ab aliquo. Nisi ἀντὶ τοῦ *loquitur* legendum fuerit seu *rogatur,* seu *quaeritur,* seu potius *captatur.* — *Collibertos suos.*] Lege, *conservos suos.* — 22. *Ubi enim verbera supra dixit, nunc, occidito.*] Atqui Davus in tota Comoedia id non dixit. Videtur igitur memoria lapsus Donatus. nisi animo obversatae sunt Simonis minae, supra I. 2. 28. — 24. *Virgilius.*] Aeneid. VII. 500. Boend. et Du B. legit: *Nec quicquam tentat, ne quoquam tendat ulterius.* — 27. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 544.

ACTUS V. SCENA III.

7. Ms. Boend. cum edit. Du B. *Nec eum poenitet, nec pudet.*

11. *Vitium mentis dicat esse, non impulsum Dei.*] Ms. Hulst. *Vitio mentis dicat quasi esse impulsum.* Vereor, ut ex mente Donati, cui Amor Deus est. Vide infra versu 25. — 12. *Virgilius.*] Aeneid. II. 602. — 19. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 205. — 30. *Non, adducam.*] Ms. Hulst. *Hunc adducam.* rectius, utrumque enim rogaverat Pamphilus.

ACTUS V. SCENA IV.

4. *Cicero.*] Orat. pro Deiot. cap. 2. — *Sallustius.*] In Fragmentis. — *Cicero.*] Orat. pro Marcello, cap. 3. — 6. *Compositus dolo.*] Ms. Hulst. forte rectius, *compositor doli.* Nisi id voluit interpres, τὸ *paratus* valere et ab aliis subornatum, et ultro compositum ad fraudem. — 7. *Generale fecit.*] Omnino videtur legendum vel *gravem,* vel *graviter.* Et haec illa est δεινότης. *Mire, acriter Critonem aggressus.* Ms. Boend. *Nunc acriter Critonem aggressus.* Et mox, *generalem fecit.* De *Virtute Oratoria* vide Voss. Orat. VI. 7. 28. — 8. *Virgilius.*] Eclog. VIII. 78. Quod vero *circumdata filo* legit Donatus, id passim libri exhibent, *diversa colore.* Vide quae notavit Emmenessius ad h. l.

9. *Dulcedine aliqua tenere, ad persuasionem inducere.* Doctiss. Wielingius, *Ac persuasione inducere.* Ms. Boend. *Dulcedine aliqua re tenere, ad persuasionem inducere.* Forte, *Dulcedine aliqua retinere, et ad persuasionem inducere.*

18. *Non filium, sed amorem in filium.*] Ms. Hulst. et edit. Veneta 1490. *Non filium, sed amorem filii.* Ita scripserat Donatus. — *Pamphilo veniente?*] Varie haec exhibentur. Ms. Hulst. *Pamphilo venienti.* Editio Veneta, *pro Pamphilo veniente.* Non dubito, quin genuinum sit, *Pamphilo praesente.* Neque enim veniebat Pamphilus, sed praesens adstabat. Nisi *Pamphilo* vel *pro Pamphilo venienti*, notet, Pamphilo advocati instar advenienti. — 22. *Horatius.*] Serm. II. 6. 79. — 28. *Cicero.*] Memini me legisse in una Verrinarum. An e memoria laudavit verba Ciceronis, Lib. II. in Verr. cap. 42. *Dicis testimonium tota Sicilia?* An respexit ad illa Orat. pro L. Manil. 11. *Testis est Italia — testis est Sicilia?* — 30. *Accipiendam esse vocem.*] An *arripiendam?* — 32. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 217. — 34. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 783. — 36. *Hic iam redit.*] Ut sensus constet, omnino legendum videtur: *Hic iam redit in gratiam Simo cum filio. Sed quomodo infra dicit, quid restat, pater? An respicit ideo, quia haec iam maior pars reconciliationis est?* — *Virgilium.*] Aeneid. XII. 50. — *Cicero.*] Catil. II. 3. — *Sallustius.*] B. Catil. 52. — *Sallustius.*] Locus incertus. — *Quamvis.*] Lege nunc: *Quantvis Pamphilus respondeat. Nisi forte patrem socerum appellat. Potest enim Chremes et pater videri, ut Turnus apud Virgilium,* Aen. XII. 50. *Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus.* — 37. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 238. — 38. *Plautus.*] Aul. IV. 1. 9. ubi nunc *inducitur* legitur. Cl. Burmannus ad Val. Flacc. Argonaut. II. 109. legit, *Scirpo inducitur ratis.* In Ms. Plautino Boend. est, ut vulgo editur. — 43. *Sallustius.*] Locus incertus. — 48. *Ehe hic admiratio est intentionis.*] Lege: *Admonitio est attentionis.* Abr. Wielingius emendat: *Eho hic advocationis est interiectio.*

ACTUS V. SCENA V.

1. *Post compendium.*] Lege et h. l. et mox V. 6. 1. *per compendium.* Vid. Petr. Diac. de Notis Literarum. Idem vidit Boeclerus. Adde Donatum ad V. 6. 4. et 8.

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Duorum sociorum.*] Constans, quod sciam, Librorum lectio. Lindenbrogius tamen aliique, *duarum sororum.* Intellige Pasibulam, quae eadem cum Glycerio, et Philumenam, filias Chremetis. An quod parum commode socii vocentur Pamphilus et Charinus rivales? Atqui non erant hi rivales. Vide supra II. 1. 33 seqq. Legerim igitur, *duorum procorum.* Vide mox Donatum, ad V. 12.

1. *Post compendium.* Immo, *per compendium.* Sic infra V. 5. 1.

7. *Virgilius.*] Eclog. VIII. 108. — 12. *In secunda.*] Mss. Hulst. et Lindenbr. *in septima.*

14. *Hi versus.* Integra haec Nota abest a Ms. Boend. Vide autem Observationem ad Eun. III. 2. 3.

14. *Inferantur.*] Ms. Hulst. *ferantur.* rectius, nisi maxis, *non inveniantur.* Abr. Wielingius ex coniectura legit, *non inserantur.* Citat autem hos versus Guyetus ex quibusdam exemplaribus sibi visis. In Mss. decem, quorum varias lectiones exhibeo, non reperiuntur, neque in quoquam impressorum codicum, quibus quidem mihi uti contigit. Licet autem et Donati et Eugraphii iudicio spurii sint hi versus numero septemdecim, quia tamen iam tantae sunt antiquitatis, lubet eos adscribere, ut, quisquis tandem illorum auctor sit, quid de Charini nuptiis scripserit, Lectori manifestum fiat. Ita igitur eos exhibet Guyetus: *P. Te exspectabam. est de tua re, quod agere ego tecum volo. Dedi operam, ne me esse oblitum dicas tuae gnatae alterae. Tibi me opinor reperisse dignum te atque illa virum. C h a. Dave, ab perii. de meo amore ac vita nunc sors tollitur. C h r. Non nova istaec mihi conditio est, si voluissem, Pamphile. C h. Occidi, Dave perii. C h r. Sed id quamobrem non volui, eloquar. Non idcirco, quod eum affinem mihi nollem. P. Hem, tace. C h r. Sed amicitia nostra, quae est a patribus nostris tradita, Non aliquam partem studii adductam tradi liberis, Nunc cum copia atque fortuna utrique ut obsequeretur, dedit, detur. P. Bene Factum: abi, atque age gratias homini. C h a. Salvas Chremes amicorum Meorum omnium mihi agissime, quod mihi commodum est, gaudio, Quam id, quod a te expeto, me reperisse, ut habitus antehac fui Tibi animum, quo adeumque applicaris studium exinde ut erit. T'ute existimaveris id ita esse facere ex me coniecturum ex me licet. Alienus abs te tamen quis tu esses, noveras, ita res est. C h r. Gnatam tibi meam, Philomelam uxorem, et dotis sex talenta spondeo.* Verba intricata, et absurda, ne dicam barbara, et quibus intelligendis Oedipo opus sit coniectore, qui Sphingi interpres fuit. Quam igitur nihil minus quam Terentianum stilum sapiant, in iis restituendis et aggeculandis frustra quis operam posuerit. — 17. *Aelii Donati.*] Ms. Hulst. *Donati in Andriam commentum explicit feliciter.* In aliis varie. Quod autem scribit Hieronymus ad Marcellam, Epist. CXXXVIII. *Scire debemus, apud Hebraeos in fine Librorum unum e tribus solere subnecti, ut aut* Amen *scribant, aut* Sela, *aut* Salom, *quod exprimit pacem, unde et Salomon pacificus dicitur: ut et nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere* Explicit, *aut* Feliciter, *aut aliquid istiusmodi;* id infinitis exemplis confirmatur. Ut autem de aliis taceam, est in fine maius Codicis Ms. Lugduno-Batavi, *P. Terentii Afri Comoedia Phormio Calliopio bono Scolastico explicit feliciter.* Alius additum habet: *Calliopius recensui. P. Terentii Afri Comoedia Phormionis Explicit. Amen.* Rursus alius: *Finito Libro sit laus*

et gloria Christo. Ms. autem Bodl. praeter *Explicit* nihil subiungit, idque ter. scilicet: *Publii Terentii Afri Eunuchus explicit.* Rursus, *Terentii Afri Adelphoi explicit.* Tum, *Terentii Afri explicit Hecyra.* De cuius vocis origine civium meorum facile Princeps, Vir Clarissimus, Everardus Otto in Diatriba de Papiniano, cap. XII. §. 6. *Locutio,* inquit, *desumta est a vetusto voluminum evolvendorum more: quae demtis loris, uncisque relaxatis* explicabantur, *adeoque lectoris ad finem usque patebant. Martialis lib. XI. Epigr.* 108. Explicitum nobis usque ad sua cornua librum, Et quasi perlectum, Septiciane, refers. *Inde profecta antiquorum consuetudo, ut completo libro vocem* Explicitus, *dein posterioribus saeculis curtius* Explicit *subiicerent, statimque scriptionem continuarunt.*

OBSERVATIONES IN EUNUCHUM.

PROLOGUS.

3. *Et alibi.*] Lege, *ut alibi.* — 4. *Tum.*] Virgil. Ecl. VI. 61. — *Iam senior.*] Virgil. Aen. VI. 304. — 5. *Existimavit.*] Forte *Existimabit.* — 6. *Inferius nomen.*] Sic Plautus Asin. II. 4. 77. *Pro vestris dictis maledictis poenae pendentur mihi hodie.* Et passim pro opprobrio, dicto aculeato. Apud Nostrum autem manifesto utrobique Participium est, et subauditur *sibi*, uti paullo ante *in se.* Quae vero sequuntur, *supra Nomen significat, infra Participium,* apparet non esse a Donato, sed vel ab Aspero, vel Cornuto, vel denique a quocunque alio. — *In quem.*] Lege omnino, *In me.* Vide Heaut. V. 1. 3. — 7. *Plautus, vertit barbare.*] Scripsit Donatus: *Plautus: Plautus vortit barbare.* Verba sunt Plautina de semet ipso, Trin. Prol. 19. — 9. *Tò αὐτό.*] Erasmus restituit, ἐμφατικῶς. — *An hoc tantum.*] Ms. Hulst. et edit. Venet. 1490. *Ac non hoc, de quo tantum reprehendat.* Verba corrupta, et sensus obscurus, nisi forte legas: *Utrum ergo hoc dicat, quod totam Fabulam transferendo laeserit L. Lavinius, an hoc tantum dicat, non quo reprehendat, sed his signis velit ostendere, quam male vitiose Thesaurum composuisse; ut in Thesauro sit culpa, non in Phasmate?* Ms. Boecl. *Ac non hoc, de quo tantum reprehendas.* — *Hanc Fabulam.*] Non sunt haec eiusdem Donati verba, sed cuiuscunque alterius Interpretis. — 11. *Virgilius.*] Aen. I. 6. — 20. *Matri.*] Virgil. Ecl. IV. 61. — 26. *Non versus.*] Immo quam maxime cum persona Parasiti et Militis in integros eorum loquentium versus. Si aliter accipias, ridi-

cum erit calumniae; ne dicam pudendae. Unde haec Nota vix Donato digna. — 27. *Ut imprudens.*] Credas ex editionibus, esse verba Donati, quum sint ipsius Terentii ex Eun. I. 2. 56. Lege igitur, ut, *Imprudens harum rerum.* — 32. *Virgilius.*] Aen. V. 122.

40. Boend. et Du B. recte legit: *Quia odere non est Latinum in infinitivo modo.*

ACTUS I. SCENA I.

1. *Amphitruone.*] Act. I. Sc. I. 54. — *Virgilius.*] Aen. IV. 534. Citat eadem verba Macrobius Saturn. IV. 6. ita: *En, quid ago?* Quod autem vulgo in Virgilio legitur, *En, quid agam?* Donatus, *Heu, quid agam?* expressit fortasse rectius, ut major ἔμφασις sit vis. Ut mox Dido, *Heu perdita.* — 4. *Ut rogatus rediret.*] Lege, *Ita rogatus rediret.* Et mox, *An ne rogatus quidem.* — 6. *Ἀλληγορικῶς quasi ad alterum.*] Videtur igitur Donatus etiam haec verba tribuere Phaedriae. — 5. *Nescis.*] Virgil. Aen. IV. 541. — *Multum ille.*] Virg. Aen. I. 3. — *Sallustius.*] Catil. 36. ubi nunc vulgo: *Quae prima mortales putant.* *Quae prima mortales ducunt.* Ita Sallust. Jug. 41. — 8. *Non verbis indicans.*] Lege omnino, *Re, non verbis indicans.* Quia vero proxime praecedit *amare*, videtur vox *re* neglectum a Librariis, quasi otiosum. Nisi potius error ortus ex veteri scripturae compendio, *am are*, quod valet *a m a r e r e.* — 10. *Cicero.*] Catil. I. 1. — *Eludere.*] Lege, *Et Eludere.* Rursus neglecta conjunctio ob praecedens *eludet.* — 12. *Non ferre licet.*] Vitiosa lectio. Lindenbrogius edidit, *Non fere licet.* melius. Editio Veneta optime, *facere non licet.* scilicet scriptum fuerat *fre*, unde et *fere* et *ferre* natum, quum notaret *facere.* Ms. Boend. et edit. Du B.: *Quod idem iis togata facere non licet.* — 16. *Ultimam partem posuit.*] Sensus postulat, ut legatur, *Ultimam Rationem posuit.* — 20. *Virgilius.*] Aen. I. 135. — 22. *Virgilius.*] Aen. II. 196. — 23. *Stridenti.*] Virg. Ecl. III. 27. — *Una.*] Virg. Aen. IV. 95. — 25. *Virgil.*] Ecl. VIII. 43. — *Nunc augur.*] Virg. Aen. IV. 376. — 28. *Virgilius.*] Ecl. VIII. 21. — 29. *Sallustius.*] Bello Jug. 1. — *Jam dudum.*] Respicit versus 8. 10. 14. 15. 16. — 35. *Quasi totum capit.*] Immo *intercipi* proprie dicitur, quod capitur antequam ad locum destinatum perveniat. Ita literae dicuntur *intercipi.* Vid. Comment. — *Aulularia.*] III. 6. 22. — *Scateat.*] Lege, *scatet.* — *Corinthiensem fontem et Pyrenaeum.*] Lege, *Corinthiensem fontem Pirenem.* Vid. Taubm.

ACTUS I. SCENA II.

4. *Virgilius.*] Georg. I. 98. — 5. *Virgilius.*] Ecl. III. 66. — *Ignem meretricem accipimus.* Ms. Boend. et edit. Du B. — 8. Ms. Boend. *Quod succensuit adolescens.*

9. *Tolle sane.*] Locus scaber, quem ego Ms. Hulst. et editionum vetustarum ita restituo: *Tolle sane. Et vero ad pronunciandi adiumentum, vultumque dicentis illatum est, ut in verbis non negatio, sed confessio esse credatur.* — *Virgilius.*] Aeneid. IV. 93. — 11. *Vel amandi, vel non amandi scilicet.*] Editio Argentina: *Amandi et non amandi.* Utrumque vero, quod memorat, fieri optat Phaedria, cuius geminum *aut* non facit δίλημμα, sed copulat. Esto igitur sensus alterius versus: ut ego istuc factum abs te aequo animo ferrem, si scirem, illud itidem dolere tibi, ut mihi dolet. — 12. *Sallustius.*] Locus est in Fragmentis. — 17. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 230. — *Alibi.*] Aeneid. VIII. 441. — 25. *Apta ad meretricem loquenti.*] Quin illi poeti servus, qui modo dixerat eadem metaphora, *continea optime.* In quibus sane nihil est, quod ad meretricem spectet. — 30. *Quando.*] Lege, *Quomodo.* —

32. Boend. et Du B.: *domum, patriam, regionem.*

35. *Virg.*] Aeneid. I. 6. — *Et.*] Praecedit in editionibus antiquis: *Quomodo, Et Davo audivi.* — 36. *Simpliciter, qui audivit ingenuam.*] Editiones vetustae: *simpliciter, an audivit ingenuam?* — *Capiendi etc. a. t.*] Ms. Hulst. *capiendi etc. c. a. t. h.* Venetae editiones 1490. et 1512. *capiendi etc. c. a. t. h.* Citatio est verborum incerti auctoris, seu potius verba otiosa. — 46. *Sine puella, et munerum causa.*] Ms. Hulst. *sine puellae et munerum causa.* — 50. *Plautus.*] Asinar. Prol. 1. — 52. *Meruerat.*] Lege, *meruerit.* — 53. *Et stabulo.*] Virgil. Georg. III. 184. — 57. *Non dictum.*] Lege, sensit. *Non dictum, sed quasi celatum.* —

62. *Deliniret.*] Ms. Boend. optime, *deliret.*

63. *Eum, quam amet, et nolit, virginem dono dare.*] Varie haec leguntur. Sensus omnino videtur esse, *eum* (militem) *dono dare virginem, quam amet, et* (dare) *nolit.* Nisi si forte sensus ita solvendus est: *Et dare nolit.* Aut, *Ei, quam amet et velut sui virginem dono dari.*

67. Ms. Boend. et Du B.: *Restituimus his, quibus nos volumus. Reddimus his, qui nos volunt.* Ergo *restituimus volentes, reddimus volentibus.* —

68. *In necessariis.*] Quae hic sunt in impressis veteribus, solo non sunt. Fortassis legendum, *in rebus seriis.* Ms. Boend. et editi veteres: *Ne in necessariis inopem videretur in necessariis interponi nos licet audientis nomen.* — 69. *Quia parantur ubi nun.*] Editiones Venetae: *Quid paranter et aliena.* — 72. *Et satis blande, mihi respondeo dixit, tanquam qui debeas amoris vicem.*] Omnino legendum videtur: *Et satis blande, mihi, dixit, tanquam cui debeas amoris vicem.* Quanquam integer Senarius videtur τὸ *mihi* respuere. — 83. *Aut si, nunq ubi, legimus.*] Verba obscura et depravata. Scilicet scripserat Donatus, *nunc ubi, numquid alicubi.* Mox vero seu Asper, seu Cornutus, seu quicunque alius Interpres legens, *non ubi,* quod est in quibusdam Libris scriptis et editis, addidit: *Aut si nunc ubi legimus, erit adverbium temporis, ut sic ubi, si quo in loco,*

qua in re. — 84. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 85. *Quod qui acceperit, non ausus fuerit postulare.*] Editiones Venetae: *Quod quae acceperit, non ausus fuerit postulare.* — *Rem parvi pretii.*] Sensus postulat, ut legatur, *Rem quantivis pretii.* — 87. *Atque aerumnas sibi difficilium munerum dicat imposuisse.*] Τὸ *Atque* et *dicat* non est in edd. vetustis, sed ita, *Vide, ut exhibeat, aerumnas sibi difficilium munerum imposuisse meretricem.* — ΘCOCeIN.] Lindenbruchius exhibet, ΘCOCeIN hNHN ΓηNeN KeKANΔPOC. Locus uti corruptus, ita intactus, quod sciam. Abr. Wielingius suspicabatur, scripsisse interpretem: ὁ σώζων σώμη γυναικῶν, κίναιδος. En meum symbolam: ὅσα ἐν σώμῃ γυνῆς τε καὶ ἀνδρός. — [91. *Virgilius.*] Aen. IV. 217. — *Per invidiosam prolationem.*] Lege ex edd. Venet. et Argent. *per invidiosam exprobrationem.* — 92. *Cicero.*] In Verr. III. 34. — *Atque ibi* Hottom. — *Non dicit qua, hoc est, ex re.*] Edd. Venetae, *Non dicit, quia hoc est ex re.* Videtur legendum: *Non dicit qua, quia hoc est ex re.* Scilicet non erat *ex re* Thaidis, speciatim dicere coram exulcerato Phaedria, *qua re* id quod cupiebat, fieri posset maxime, scilicet Phaedria excludendo, Thrasone admittendo. Nisi legas: *hac re. Non dicit qua hoc est ex re.* — *Verumtamen scit meretrix, contentione quadam negari.*] Ita editiones, quas vidi, omnes. Suspicor scripsisse Donatum: *Verumtamen.*] *Scit meretrix, contentione quadam levari.* Quam lectionem, nisi fallor, firmant sequentia. — 96. *Agit.*] Lege, *ait.* Neque enim agit, neque actura est, sed se facturam ait. — 98. *Quod verbo complectitur.*] Edd. Venetae, *amplectitur.* Sensus constabit, si iunctim legas, *quod verbo complectitur, completam sententiam enunciationem.* — 99. *Virgilius.*] Aen. IV. 314. — 102. *Obtinere.*] E memoria laudavit versum 71. Lege, *habere.* — 109. *Ob retentionem muneribus.*] Lege, *aut retentis muneribus.* — 112. *Virgil.*] Aen. IX. 94.

114. *Voluntatis, atque animi et obsequii.*] Ita Ms. Bocnd. et ed. Du B.

115. *Nam illam nunc animum vult esse, non corpus.*] Malim, *nam illam nunc animum vult esse, nunc corpus.* In editis antiquis, *dixit esse.* — 122. *Virgilius.*] Aen. IX. 94. — 126. *Futurum actum promittere voluit: non quo aliquis gestus sit expectantis.*] Scriptura corrupta, cui a libris nullis quidquam medelae. Coniiciebam legendum esse: *Venturum actutum promittere noluit: neque aliquis gestus est exspectantis.* Quam coniecturam haud displicituram Criticorum nationi spero.

ACTUS II. SCENA I.

1. *Et id fuerit magis, et odiose nimis.*] Lectio depravata. Restituo ex coniectura: *Et id facete magis, et odiose minus.* — 5. *Adversus.*] Immo *aversus*, a Phaedria scilicet ad spectatores. Quod et Lindenbruchius vidit.

3. *Mandat.* Malim, *Mandat*, vel *Mandatur.*

5. *Pronomini quod.*] Edd. veteres, *Pronomini qui.* — 7. *Iubeone inquit? responderet ei Chaerea.*] Rob. Steph. *respondere Chaerea.* Lege et distingue: *Iubeone? inquit. Respondet ei Chaerea.* Vel cum Ms. Hulst. *Respondente Chaerea.* Editio Du B. *Respondente Chaerea.* — 10. *Trinummo.*] III. 1. 6. — 11. *Et ideo hunc putant non censere, quia ipse desiderat fieri.*] Lege ex Ms. Hulst. *Et ideo hunc putas non censere, quia ipse desiderat fieri.* ut habet etiam Boend. et ed. Du B. — 14. *Ab inimicis fiunt.*] Lege, *ab invitis fiunt.* — 21. *Si et hic stolidus est?* Sensus postulat, ut legatur, *Si et hic stolidus esset?* — *Tam valuit dicere.*] Edd. Venetae: *Tam valuit dicere.* Recte. — 22. *Pardeitt persona et militis.*] Citat verba Prologi. Legendum igitur, *Parasiti personam inde ablatam et militis.* — 24. *Virgilius.*] Aen. I. 691. — *Virgilius.*] Aen. V. 542.

25. *Decrepiti sunt divi.* Vide Donat. ad Adelph. II. 3. 11.

ACTUS II. SCENA II.

1. *Et intelligentem malum.*] Editiones veteres: *Et in intelligentem malum.* — *Quid praestat stulto intelligens.*] Addendum ex veteribus Codicibus: Alii: *Stulto intelligens quid interest.* Quomodo edidit Lindenbruchius. — 5. *Homerus.*] Odyss. T. 360.

6. Ms. Boend. recte: *Ad decus, et ad turpitudinem.*

8. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 399. — 10. *Virgilius.*] Aeneid. II. 79. — *Sallustius.*] Iug. I. — *Plautus in Epidico.*] I. 1. 8. sed legitur nunc: *Corpulentior videre atque habitior.* — 12. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 695. — *Cicero.*] Catil. I. 3. — 21. *Plautus in Rudente.*] Act. V. Sc. II. 44. ubi hodie legitur: *Prpin tu vel atar, vel agea.* — 22. *ΡΟΠΟΚΑΡΗC * hic inducens.*] Editiones Venetae non agnoscunt Graecam vocem. Primus, quod sciam, locum affectum tento. Suspicabar igitur, scripsisse Interpretem: *ΡΥΠΑΡΟΝ ΚΕΡΔΟC sic inducens.* Sane enim illiberalem vitam honestiore nomine tegens sordidum quaestum inducit, i. e. tegit, obliterat.

25. Lege ex Boend. Cod. *Qui accipiendi sint Cupediarii.* Sic etiam ed. Du Boi.

26. *Bolonas exercent.*] Hi et universos retis iactus simul vendunt. *Bolos* iactus. — *Qui insitia et farcimina faciunt.*] Festo *Fartores* etiam dicuntur *Nomenclatores*, quod clam velut infarcirent nomina salutatorum in aurem candidati. — 27. *Nanciscor.*] In Edd. Venetis est *manticinor*, quod videtur positum pro, *clam argento emungo, suppilo.* Voce a *mantica* derivata. Plautus Capt. IV. 2. 116. *Nam hercle, nisi manticinatus probe ero, fusti pectito.* Ubi alii *mantiscinatus, manticulatus* legunt; Salmasius *pantibinatus.* Iidem Libri pro *expendo* legunt *impendo.* *Nanciscor et expendo.* Liber Ms. Boend. et Du B. *Manticinor et impendo.* — 30. *Donat.*] Virg. Aeneid. V. 262.

32. *Pythagorica, Platonica.* Pro eo Doctissimus Wielingius

malit, *Pythagorici*, *Platonici.* quando subaudiendum erit, *Habent nomina ex ipsis Philosophis*, *Pythagora et Platone.* Si lectionem vulgatam tuemur, *Disciplina* subaudiendum est.

33. *Non hoc intulit.*] Integra haec nota ex verbis proxime praecedentibus est repetita. — 35. *Ducitur quis ad supplicium, deducitur ad laetitiam.*] Aut haec non sunt a Donato, aut illa, quae notat infra II. 3. 85. *Abducimur, unde volumus; ducimur, quo volumus.* Et sane promiscue usurpantur *ducendi, abducendi, deducendi* verba. Sic supra II. 1. 23. et mox versu 51. — 38. *Virgilius.*] Ecl. III. 102. — 40. *Nam stat, cui ingredi non licet.*] Lego: *statur, cum ingredi non libet.* Cuius lectionis vestigia sunt in edd. vetustissimis. Et quia ex menti Donati facete dixit Parmeno, *statur*, ea vox explicanda erat, et ratio, quamobrem facete dictum videretur, addenda. Et quidni liceret Parmenoni ingredi, iusso dona deducere ad Thaidem? — 42. *Ut sequerer se.*] Lege, *ut sequerere sese.* Verba Pythiae ad Chremetem, infra IV. 5. 9. — 43. *Et pro eo, quod est dolere cogo.*] Edd. Venetae: *et u r o pro eo, quod est, dolore angor.* Lege *ango*, et habebis scripturam Donati. *Dolere cogo.* Ms. Boend. *Et u r o pro eo quod est dolore angor.* Francisci Iureti emendationem, *Dolore coquo*, laudat Barthius ad Stat. Thebaid. II. 300. — 61. *Ex eo quantum licere oportuit, ostendit, *quam misera nihil liceat Parmenoni.*] In Edd. vetustiss. sine lacunae signo, *nihil illi liceat.* Legerim: *Ex eo, quantum licere oporteat, at quam misero sibi nihil liceat, ostendit Parmeno.* — 64. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 67. *Virgilius.*] Aen. I. 669. — 60. *Virgil.*] Aen. IX. 375.

ACTUS II. SCENA III.

5. *Virgilius.*] Aeneid. V. 767. — 7. *Ingreditur.*] Forte, *ingredietur*, uti mox, *firmabuntur*, et *ducet.* — 8. *Utrum senex, an Chaerea?*] Alias res egit Donatus, haec scribens, si modo haec sunt a Donato. Manifeste enim de Chaerea sermo est. — 9. Prae, *ex comparatione significat.*] Sensus obscurus. Lego: Prae *et comparationem significat.* mox: *prae illis, ut illa sunt.* — *Dabit.*] Virgil. Aeneid. XII. 453. Ubi hodie legitur, *ruinas.*

10. Lucilii locum legit Ianus Dousa: *At te Di senium*, subaudiens, *perdant*; Franciscus filius: *At Di te perdant, senium atque insulse Poëta.*

12. *Virgilium.*] Aeneid. V, 389. — 14. *Dum.*] Virg. Aeneid. IV. 336. — *Ergo oblitus mei, insanus.*] Sic Phaed. IV. 25. 35. *Dum sanitas constabit, pulcre meminero.* — 15. *Si leniter.*] H. e. si demta aspiratione, seu litera *h.* Promiscue autem in Libris vetustis scriptum reperias *Hem*, et *em.* Quanquam et *em* dixerunt pro *eum.* Festus: *e m pro e u m, ab eo quod est i s.* Positque id videri velle Donatus, quando legendum sit: *C h. A m o. e m n u n c, P a r m e n o, t e o s t e n d a s, q u i v i r s i e s.* Vix autem verisimile, Terentium *em*

dixisse pro *eum.* Quare placet lectio doctiss. Wielingii: *Si in legisse.* — 16. *Saepe pollicitum se.*] Integrum locum ita lego: *Saepe pollicitum esse.*] *Ut necesse sit praestare ea, quae promiserit.* Edit. Argent. *Saepe.*] *Necesse est eum praestare, qui promisit; magis necessarium, qui saepe promisit.* — *Qui pollicitus sit tantum.*] Lindenbr. *Quid pollicitus sit tantum.* Edd. veteres: *Quod pollicitus sit tantum.* Ms. Boend. et ed. Du B. *Quod pollicitus sit.* Et mox 17. *Plus est probasse quod promiserit.* Rursus 19. *Hoc, quod dicebas, inquit, de tuhore esse.* — 17. *Plus est promiserit.*] Lego: *plus est promisisse.* Vel, *plus est probasse, quod promiserit.* Ut Lindenbr. edidit. — 18. *Sic dicit anus * quae et acceperit beneficium.*] Ita impressi omnes. Nisi quod vetustissimi non habeant lacunae indicium. Ms. Hulst. *Sic dicit an is qui et acceperit beneficium.* Suspicabar, scripsisse Interpretem, *sic dicit, annuens ei, qui acceperat beneficium.* Quam lectionem iuvare videtur lectio Librorum veterum, *cum in collatum ad te.* — 21. *Virgilius.*] Georg. II. 89. — *Sallustius.*] Locus incertus. — 22. *Alae in modum.*] Ms. Hulst. *Athletico modo* — *Ne diceret * eas studens illas demissis humeris, et vinctum pectus, ut graciles sient.*] Haec absunt ab edit. Argent. Et parum sani habent. — *A singulari gracilla.*] Quis id nescit? Quum vero Donatus ea notare soleat, quae rarius occurrunt apud auctores, crediderim, eum legisse, *gracilla e,* et scripsisse, *A singulari gracilla venit haec declinatio.* Coniecturam firmant testimonia Probi et Non. Marcelli.

22. Gifanius in Ind. Lucret. ad v. *Gracilitas* ait, se nescire quid sibi velit Donatus ad hosce tres versus.

23. *Namque.*] Virgil. Aeneid. I. 318. — *Laus in virginem.*] Immo vituperium, ex sententia matrum.

24. *Curatio medicinae.* Immo *Curatio* etiam ad negotia refertur.

26. *Virgilius.*] Ecl. III. 6. — 32. *Phrygiae.*] Virg. Aeneid. III. 6. — *Terribili.*] Virg. Aeneid. VII. 667. ubi nunc legitur, *cum dentibus albis.* — *Alma.*] Virg. Aeneid. I. 618. — 34. *Propter hoc quod patior.*] Videtur Donatus illa: *Quid hoc est sceleris?* tribuisse Chaereae, et ad ea notasse: *propter quod hoc patior.* Et continuo: *non enim scelus dicit a sene commissum.* — 36. *Plautus.*] Menaechm. I. 2. 1. Adde Lexic. Plaut. Parei. v. *Ni.* — 37. *Quod incredibile est.* Editiones vetustissimae: *quod incredibile est* [illegible], *tardiorem amorem fuisse in incessu virginis.* — 39. *Sallustium.*] In Fragmentis.

39. *Negotii simplicitate.* Fortasse legendum, *negotii implicitate,* i. e. implicatione.

44. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 1.

44. *Labra asinorum proprie dicuntur.* Amplissimus Vir, Corn. Bynkershoekius in literis ad me datis *simorum* legit. Dixerunt autem et *Labia, ae.* Sic Naevius in Praecone Posteriore: *Ergo dedita opera te, pater, solum foras Seduxi, ut ne quis esset testis tertius Praeter nos, tibi quum tunderem labeas lubens.* Ibid. *Alii Labia inferiora,* et

Labra *superiora*. Verrius Flaccus, teste Charisio, ita distinguit; modica esse *Labra*, *Labia* immodica, et inde *Labeones* dici.

56. *Vel pulchram esse, quia et ipsa dixerat.*] Lectio corrupta. Restituo: *vel puellam esse, de qua ipse dixerat.* Vide supra II. 1. 25. Nisi mavis, *pulchram esse, quia de ipsa dixerat.* Vel, *quia et ipse dixerat.* — *Lucanus.*] II. 23. — 58. *Ut ducturus est.*] Edd. Ven. *ut ducturus est.* Utrumque corrupte. Lego: *et iturus est.* Vid. Donat. ad vers. 60.

64. Ms. Boend. *Curiositatem addidit ita.* Post quae verba lacuna est. Neque sane lectio vulgata commodum sensum efficit. Nec, quid illa, *huic quoque detracturus*, sibi velint, exputare queo. Nisi quod existimat Doctiss. Wielingius, subaudiri oportere, *nomen Chaereae, ubi ad Thaidem ducturus est.*

65. *Virgilium.*] Aeneid. I. 591. — 67. *Et est causa, an verisimile sit.*] Nisi *causa* valeat, quaestio, legendum videtur, *ut verisimile sit.* quomodo coniiciebat Eruditiss. Wielingius. — 72. *Vide Terentium.*] Videtur scriptum fuisse: *Vide, T. artificium.* h. e. *Vide Terentii artificium.* — 73. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 94. — *Ista quidem.*] Virgil. Aeneid. XII. 808. — 78. *Non semel.*] Lege: *Non simul ostenditur, quid futurum sit.* Sic ad vers. 75. *Non simul effudit hoc bonum.* — 83. *Cicero.*] Locus incertus. — *Migrantes cernas.*] Virgil. Aen. IV. 401. — 85. *Abducimur.*] Vide supra II. 2. 35. — *Deest, cito.*] Lego, *id est, cito.* Vel, *deest tantum.* Ut integrum sit, *Tantum, quantum potes.* — 87. *Parmenone.*] Lege: *Parmenonem, Parmenona ipso dicerte cognoscimus.*

89. Ms. Boend. *Intertunsa fustibus.* Et mox, *Eius granum saxo comminuunt.* quae etiam ed. Du B. lectio est.

90. Ms. Boend. *Exemplum promittitur.* mox, etiam in ed. Du B. *tractans id faciendum, ut ad domum meretriciam deducatur.* Et, *ut defendatur quod licitum est.*

91. *A persona eius, cui fit.* Ita est in Ms. Boend. et ed. Du B.

92. *Sallustius.*] B. Iug. 49. Ubi nunc legitur: *Quum interim Metellus, ignarus hostium, monte degrediens cum exercitu conspicitur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet.*

93. Cod. Boend. ut ed. Du. B. legit: *Nunquam defugiam auctoritatem.*] *Pro, Non. ut: Nunquam hoste moriemur inulti.* Tum sequuntur ea, quae habet lectio vulgata.

ACTUS III. SCENA I.

3. *Aliae παρέλκετα, id est, productionis locus est.*] Si ita legas, quomodo nunc vulgo editur, posteriora illa, *id est, productionis locus est*, a recentiore manu videntur inserta. Editiones autem Venetae plane aliam lectionem exhibent, ita: *versio. Aliae αὐξήσεως, ut nunc productionis locus est.*

4. Boend. Ms. et ed. Du B.: *Nunc militaribus dictis tangit militem parasitus.*

5. *Audire vocem visa sum modo militis.*] Atqui in his verbis iniuriosae tantum, non etiam honorificae appellationis exemplum est. Addidit igitur Donatus: *Atque eccum. salve, mi Thraso.* — *Non dabitur.*] Virgil. Aeneid. VII. 313. — 9. *Vectus equo.*] Virgil. Aeneid. XII. 651. — 10. *Sal, neutraliter condimentum est, masculini, sapientia.*] Festus laudans hunc Terentii locum, *masculini generis est,* inquit, *non neutri, nec ab hoc accusativo nominativus esse potest, hoc sale.* Masculino tamen genere etiam pro *condimento* usurpatur. Scripsit autem Donatus *masculine*, non *masculini.*

11. *Intelligis.* Immo, *Possides.* Sic Heaut. IV. 3. 32.

11. *Sallustius.*] In Fragmentis. Legitur et *Gaddir.* Et citat Priscianus Instit. Lib. V. — 12. *Magis ridebis, si consideres, militem notum esse, qui.*] Quia sensum perfectum non videbant in his verbis, lacunae notam adiecerunt, quae nulla apparet in Libris vetustissimis. Mihi Donatus nihil addidisse videtur, sed rem dictu turpem suppressisse, quam et Gnatho mox tangit versu 15. Quia vero in quibusdam impressis est *motum*, et mox sequitur, *sub obtentu militis*, Doctiss. Wielingius coniiciebat legendum esse, *militum morem.* Quomodo *more militari* dixit supra II. 3. 90. — *Virgilius.*] Aeneid. IX. 278. — 15. *Grate expressit.*] Ita dixit, uti infra III. 5. 56. *Grate explicata narratio est.* Unde *Graece*, quod est in antiquis Libris, barbarum est. Abr. Wielingius: *Graviter expressit stulti insaniam militis.* — 17. *Solam.*] Virgil. Aeneid. IV. 421. — 19. *Maxime cum milite.*] Languent verba haec, nisi legas, *maxime cum illo milite.* Quare et *notam militem* dixerat supra ad versum 12. — 22. *Aut plus est misere, quam impense.*] Sensus postulat, ut legatur, *Aut plus est impense, quam misere.*

23. Cod. Boend. et ed. Du B.: *Qui et maiores sunt.*

25. *Virgilius.*] Aeneid. I. 140. — 26. *Immodica laudatione vertit.*] Scripserat Donatus: *pulchre meherble dictum, et sapienter. papae! immodica laudatione evertit.* Neque enim in τῷ *pulchre* est immodica laus, nisi addatur et *sapienter*, et *papae.* Tum prius *e* in *evertit* videtur absorptum per compendium scribendi, *laudatione*, cuius vocis posterior litera valet geminum *e*. Est igitur *evertit*, pervertit, corrupit. Sic infra ad vers. 56. fin. — 32. Ὑπερβολῇ.] Locus depravatus. Fortasse legendum: ὑπερβολῇ *haud superflua utitur, ut sensus sit, tantum non millies.* Et *convenit, stultum eundem et immemorem esse, cui intelligentia non est.* Certe postrema illa: *cui intelligentia non est*, leguntur in Venetis et Argentina, quae nullam lacunae indicium notant. — 34. *Dum multa.*] Restituo audacter: *Dum vult ad dictum suum pervenire, fateatur interim, quam contemtus sit atque derisus.* — *Libro 4.*] Haec non sunt in Libris antiquis, videnturque ex Lindenbruchii observationibus irrepsisse in contextum. Idem accidit infra Sc. III. 8. Observat Franciscus Dousa,

legendum esse, *Lucilius*, cuius verba Lib. XI. sunt: *Crissabit, ut si frumentum clunibu' vannat.* Scriptum forte fuerat, *L.* vel, *Luc.* — 36. Lepus *pro infamia multa ponitur.*] Ms. Hulst. *ob multa.* Malim: *Lepus pro infami ob multa ponitur.* — 36. *Horatius.*] Serm. II. 4. 44. ubi Cl. Vir, Rich. Bentleius *foecundae* tuetur. — *Vel quod illum sic fugiant omnes, constituas: ut hunc libido effeminata.*] Lectio corrupta, cui nihil praesidii ex Codd. veteribus. Et Erasmus in Adag. verba haec intacta reliquit, citans tres reliquas Donati rationes. Mollitiem respici manifestum est, de qua multa Physicorum filii, et Pierius Valerianus Hieroglyph. XIII. 4. Coniiciebam autem, scripsisse interpretem: *Vel quod, si illum ligariunt homines, conciliatur tunc libido effeminata.* — 40. *Tam festiva.*] Edd. veteres: *Eum nec non infestat.* Locus hiatu et corruptis vocibus laborans. Restituo ex coniectura: *libero.*] *Tam non incessit, ut etiam misereri inimicorum vacet.* Quin enim τὸ *libera* non minus quam *imprudenti* interpretatus sit, dubium nullum est. Tum poterat videri Gnatho incessere Rhodium illum adolescentulum, vocando *liberum*, i. e. procacem: id vero tantum abesse ait Donatus, ut etiam misereatur. — 41. *Male facit.*] Lege, *male dicens.* Ex coniectura Doctiss. Wielingii. Nisi verba haec: εἰρωνικῶς. *Parmeno hic male facit* loco suo mota statuas. Certe quidem optime adduntur Notae Donati ad III. 2. 10. — 42. *Plautus*, Mil. I. 1. 74. ubi nunc legitur, *Latrones, ibus dinumerem stipendium.* — 57. *Hac sententia tollitur militi, quod recte senserat.*] Credebam τὸ *tollitur* h. l. valere, aufertur, eripitur. Sed sollicitat lectionem Doctiss. Wielingius, substituens, vel, *Haec sententia tollitur militi*, h. e. fertur. Quomodo Phaed. III. 13. 13. *Tunc illa talem sustulit sententiam.* Vel, *Hac sententia tollitur miles*, h. e. laudatur vel intumescit.

ACTUS III. SCENA II.

1. *Omnes sensus.*] Abr. Wielingius: *Omnes sensus visa dicuntur, ab eo, qui est certissimus, oculorum.* Ut intelligatur *certissimus sensus*, non, *certissimum visum.* Cic. III. 41. de Orat. *Facilius ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculi feruntur.* — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 257. — 2. *Quia secum.*] Lectio satis proba. Editiones tamen vetustae: *Quasi nomen militis apud illum non honestum sit, Thraso.* vid. Donat. ad Adelph. II. 2. 3. — 3. *Infert.*] *Inferre* Donato valet *subiungere.* Sic And. V. 6. 14. — *Cicero in Catilinam.*] Orat. I. cap. 8.

5. *Merito tuo.*] Boend. et edit. Du B. *tum praecipue merito tuo.*

5. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 664. — 6. *Et debet esse.*] Edd. Venetae: *Qui et debet esse.* Dixit autem: cum peioris conditionis sit, non quod Gnatho liber, Parmeno servus esset, sed quod hic non eadem, qua ille, gratia valeret apud Thaidem; atque adeo versutior fingendus, ad Thaidis gratiam sibi conciliandam, pulso Gnathone.

8. Ms. Boend. et edit. du B. optime, *Mira*, *Nunc exeam*,

quasi iam prope accessurae, quippe qui iam dudum procul steteris ibi videlicet.

10. *Si dixerit militem.*] Edd. Venetae: *si dixit ad militem*, et mox, *si ad amicum.* Fortasse legendum: *Si dicat* militem, *laedit praesentem; si dicat* amicum, *laedit Parmenonem.* — 13. *Sallustius.*] Uterque locus in Fragmentis est. Sed alter ita legendus: *Caius adversa voluntate, colloquio militibus, permisso, corruptio facta paucorum, et exercitus Sullae datus est.* Ubi *adversa* valet, animadversa. Vide Douzam ad h. l. — 18. *Et hoc est, quod facis.*] Editi veteres: *Et hoc est quod facit supra.* Lego: *Et hoc est, quod Phaedria ait supra.* Vide II. 1. 8. Scilicet ex *Ph. ait* natum *facit.* Abr. Wielingio placebat, *Huc est quod facit.* — *Siculo.*] Virg. Aen. VII. 289. ubi vulgo editur, *Pachyno.* — 19. *Mire.*] Legendum ex veteribus vestigiis: *Mire, postquam Eunuchum dixit, tibi intulit. q. d. Eunuchum dixti velle te, Eunuchum tibi repperi.* — 20. *Virgilius.*] Aeneid. IX. 255. — 21. *Virgilius.*] Aeneid. I. 591. — 25. *Horatius.*] Carm. III. 8. 5. — 26. *Virgilius.*] Ecl. III. 8. — 29. *Sallustius.*] Locus incertus. Paullo ante cod. Boend. et ed. Du B. *insigne felicitatis*, et mox, *fortuna places.* — 40. *ΑΠΟΡΩΤΗΘΕΣ.*] Sensus postulat, ut legatur: *ΑΠΟ ΚΟΙΝΗ τοῦ ΕΣ.* — *Quomodo pro postremo post.*] Ms. Hulst. *Quomodo* post *pro* postremo. — 51. *Ciceronis.*] Verr. IV. 2.

ACTUS III. SCENA III.

1. *Inconsequens.*] Editio Argentina, *inconveniens.* — 2. *Virgilius.*] Aeneid. III. 685. quod vero *lasti* vulgo editur, legendum est *lethi.* i. e. mortis. — *Plautus.*] Epid. IV. 2. 16. — 9. *Et dolare fabri, lignum est ascia caedere.*] Editio Argentina: dolare *fabri lignarii est, ascia caedere.* Libri Veneti: *ascia scindere.* Ms. Boend. *Ascia scindere.* — *Initio Libri* 4.] Haec verba neque Ms. neque editiones vetustissimae agnoscunt, videnturque ex Lindenbrogii observationibus irrepsisse in contextum. Verba autem Lucretii Lib. IV. versu 11. seqq. sunt: *Nam veluti pueris absinthia tetra Medentes Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, flavoque liquore; Ut puerorum aetas improvida ludificetur Labrorum tenus, interea perpotet amarum Absinthi laticem, deceptaque non capiatur.* — 21. *Utramque esse primaevam.*] Si id credidit Donatus, et sororem Chremetis, et Thaidem esse maiorem natu ipso Chremete, errare videtur. Unde enim conficitur, Chremetem nondum sexdecim annos fuisse natum? Legerim itaque, *utcunque esse primaevam.* Ms. Hulst. corrupte, *utraque esse primae.* — 23. *Aut hoc moraliter (nam cui hoc imperat?) aut eum quo hoc agit.*] Parenthesi etiam postrema verba includenda esse: monet Abrah. Wielingius. Possit et integra nota fortasse ita ordinari? *Aut.*] *Hoc moraliter. nam cui hoc imperat? aut eum quo hoc agit?* — 25. *Vide quantum.*] Et haec nota distinctione et lacuna laborat. Scripsit Donatus: *Ego sum Chremes.*] *Vide, quantum liber, ut varia sit*

huius rusticitas, Ego sum Chremes, a faceta meretricis disciplina, O capitulum lepidissimum. Nam rusticum esse, statim magis apparebit, ubi dixerit, Rus eo, et, dico ego mihi insidias fieri. O capitulum lepidissimum.] Ὑποκορισμὸς σὺν κομψῷ. — 31. *Bacchiali.*] Editi vetustiores, *Bacchanali.*

ACTUS III. SCENA IV.

2. *Menaechmis.*] III. 2. 20. ubi vulgo legitur: *Minore nusquam bene fui dispendio.* — 8. *Ignotam.*] Quae ipsum ignorabat. — *Qui nondum amico narrat.*] Doctiss. Wielingius legit, *cui nondum amicus narrat.* Editiones veteres exhibent, ut edidi. — 10. *Suspensi.*] Virgil. Aeneid. II. 114.

ACTUS III. SCENA V.

4. *Crimen.*] Lege omnino, *discrimen.* Abr. Wielingius. — 5. *Dicitur.*] Edd. Venetae, *dicit.* Fortasse legendum, *ducitur.* In Boend. et edit. Du B. est, *dicit.* malim, *ducit.* — 7. *Virgilius.*] Georg. I. 387. — *Cicero.*] In Pisonem 12. — 9. *Plautus.*] Curc. Act. III. versu 85. ubi nunc legitur: *Inibis a me solidam et grandem gratiam.* — 15. *Ablatum.*] Legendum ex Libris vetustis: *nomen oblatum est.* Cod. Boend. et edit. Du B.: *nomen oblatum est: ut appareat, quam noverit, et quem possit exsequi, quae dicentur.* — *Quam possibile sit.*] Editiones annorum 1481. 1490. aliaeque vetustae: *Quam possit.* Sed et ita Lindenbr. edidit. — 23. *Specta singula.*] Editiones Venetae: *Specta singularem et miram virtutem Poëtae.* Liber Boend. et Du B.: *Specta singularem et miram virtutem Poëtae.* — *Apud Thaidem convicium.*] Robertus Stephanus de mendo suspicatus ante hanc vocem expressit lacunae signum * Fortasse legendum, *et occasionem vitii.* Certe Donatus ad versum 83. quasi iam mentione facta de occasione vitii, dicit: *quae sub vitii huius occasione naptura est.* Nisi cum Doctiss. Wielingio legas, *et apud Thaidem convicium.* Et mox ad versum 33. *sub officii huius occasione.* — 30. *Edicimus.*] Locum integrum ita lego: *Edicimus, cum iubemus vel iura dicimus. Edicta enim Praetoris sunt.* — 36. *Amorum.*] Quia *parsimoniam* et *dignitatem*, crediderim scripsisse Interpretem, *adversus omnium pudicitiam orum.* quod valet, *pudicitiam morum.* Ubi pudicitia notat honestatem, mox vero specialim castitatem. — 37. *Parvi propositi.*] Lego ex Libris vetustis, *parvo propositi.* i. e. amoris non propositi parvo pretio. Ita et Lindenbr. In Cod. Ms. Boend. et ed. Du B.: *Parvo propositi.* nisi forte legendum, *parvi pretii,* vel, *parvo pretio.* subaudi *venalis,* quod mox sequitur. Sic And. I. 1. 49. — *Addiderat.*] Libri Veneti: *addidit ad avaritiam meretricis.* Utcunque, τὸ *addiderat* non videtur a Donato dictum. — 39. *Hunc ergo.*] Virgil. Aeneid. XII. 680. — 40. *Peccatoria.*] Hanc vocem non agnoscunt vetusti Codices. Malim, *cum exempla*

scelerum offerant. — *Non pro Iove aurum.*] Lege ex edd. vetustis, *an pro Iove aurum.* — 47. *De Ennio.*] Hic ita Annal. Lib. II. *Contremuit templum magnum Iovis altitonantis.*

45. Forte legendum: *Συνταξία, qua solet, utitur.*

45. *Qua solet, utitur.*] Libri veteres, *Συνταξίᾳ, quia his separatim utitur.* — 46. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 1. — 48. *Quasi satisfacientis est.*] Abrah. Wielingius coniiciebat legendum: *Quasi satisfacientes.* Possit tamen retineri lectio vulgata, si pro *relinquant* substituas *relinquat*, quod est in edd. Venetis. — *Namque.*] Virgil. Aeneid. II. 67.

49. Legendum ex cod. Boend. et ed. Du B.: *Convicium iocunde facere.* nisi mavis, *Convicium iocularium.*

53. *De oculis.*] Libri Veneti: *proprie de oculis.* Cod. Boend. et edit. Du B.: *Et hoc tamen proprie de oculis dicitur.* — 59. *Discum.*] Inepte repetita vox, neque in editis vetustissimis lecta. Tum *Discus* nominandi casus est.

ACTUS IV. SCENA I.

1. *Et eo magis.*] Lege ex Ms. Hulst. *Ut eo magis.* — 3. *Instanter.*] Diserte et pluribus verbis. Dicit enim et *Chremes*, et *adolescens*, et *frater virginis.* Malebat tamen Eruditiss. Wielingius: *incidenter admonet.*

6. Ms. Boend. et ed. Du B. *Et simul est hic relictus locus.*

8. *Virgilius.*] Aeneid. V. 236. — *Similis est, mansit, passus est. Sic Chremes mansit, immoratus est, conviva necessitate discessit, accipiendus est.*] Verba corrupta. Forte legendum: *Simul et mansit, passus est se retineri. Mansit.* i. e. *moratus est, nec statim discessit, conviva accipiendus.* Abr. Wielingius: *Immoratus est convivio, nec statim discessit.* Ms. Hulst. sed et editio Travisiana anni 1481. et Venetae annorum 1490. et 1512. omittunt. — 9. *Et totum crimen.*] Editiones Venetae non agnoscunt τὸ *Et*, quo omisso sensus clarior est. — 10. *Supra.*] III. 1. 50. seqq. — *Quia non est aptum militi.*] Libri Veneti: *quia non aptum militi.* Utraque lectio corrupta. Restituo audacter: *Quia non est apud militem.* Non poterat igitur provocari ex conclavi aedium Thrasonis, sed arcessenda erat ex aedibus Thaidis, cui iam dono erat data. Forte scriptum fuerat, *quia non est aput mil.* — 11. *Non respondit.*] Vel *reponit* legendum, vel *respondet.* — 12. *Cantando.*] Virgil. Ecl. III. 25. — *Virgilius.*] Aeneid. XII. 558. — 13. *Ne aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret.*] Abr. Wielingius legit: *Ne aurum pro virgine, quam retinebat, amitteret.* Guido Iuvenalis Donati imitator, *Ne amittat aurum, quod tenebat.* Fortasse scripsit Interpres: *Ne aurum per iurgium, quod renuebat, amitteret.* — 14. *Unde ex Quod.*] Linacer Lib. VI. minus durum fore dicit, si verbum *Scio* per parenthesin legatur, vel *Quod* bis subaudiatur. Prius placet. Idem observat, τὸ *Unde* nusquam subaudiri.

ACTUS IV. SCENA II.

1. *Et importune redit.*] Edd. Venetae: *Sed importune redit.* Init. In Boend. et Dn. B., *sed importune redit.* — 4. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 332. — 13. *In Bacchidibus.*] I. 2. 67. — 14. *Plautus.*] Locus incertus. — *Addit.*] Virgil. Ecl. VI. 20.

ACTUS IV. SCENA III.

3. *Longiore mora.*] Lectio suspecta. Malim vel *mora*, vel *rixa*, vel forte *luctu*. Hoc placebat Doctissimo Wielingio. — 6. *Mutanti hominis.*] Recte Boeclerus acumen hoc Grammaticale ineptias vocat. Melius Eugraphius: *Venefico, scelerata, malo.* — *Virgilius.*] Aeneid. I. 688. — *Et.*] Aen. I. 749. — 7. *Coram amicis.*] Cum opposita sint, *absente* et *coram*, suspicabar, scripsisse Donatum, *clam nobis.* — 8. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 11. *Urbem.*] Virgil. Aen. I. 573. — *Quidam.*] Haec non Donati, sed manifesto alterius Interpretis verba sunt. 13. *Eo quod tentaret mentem.*] Idem dixit ad And. I. 4. 2. — *Virgilius.*] Georg. II. 93. — *Bene, non ebriam.*] Integer locus ita expressus in Codd. Venetis: *Bene ea non ebriam esse in maledictum verbum probat: quasi vero temulenta esse infelicitatis sit, procul dubio: quia non negabat se esse ebriam: sed non vino, verum malo alieno male intelligi.* Verba interpolata et corrupta, quibus a Ms. nihil praesidii. Abr. Wielingius legit ex coniectura: *Bene; nam ebriam esse in maledictum vertit; quasi vero non temulentam esse, felicitatis sit.* Guido Iuvenalis non videtur legisse verba priora; ita enim paraphrasi: *Utinam illi, qui mihi male volunt, sic sint ebrii, ut ego sum. quasi diceret, non nego me esse ebriam, at non vino, sed malo et indignatione.* Si autem conferas ea, quae infra ad IV. 4. 36. dicit, dubites, an posteriora haec verba sint a Donato. — 14. *Et ordo est: Quid istuc tam monstri fuit?*] Immo ordo est: *Quidnam istuc monstri fuit.* Atque ita est in Codd. Venetis. — 15. *Honestius apud puellam, quam si vitiare dixisset.*] Atqui ipsa Pythias modo dixeret, *vitiavit.* — *Eo potest videri aliquid nutu significare.*] Id Boeclerus recte περίεργον vocat. Certe contraria sunt superioribus. — 18. *Nescias.*] Lego cum Doctiss. Wielingio: *Nescias, utrum fugam eius queratur, an culpam.* — 24. *Quod audivisse se dudum.*] Lego: *quod audivisse se dicit.* — *An tu hoc unum, non erit coniunctio, sed nomen?*] Inepta interrogatio et clarissimae sententiae obscuratio. — *Cicero.*] Pro S. Rosc. Amer. 21.

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Non dubitet.*] Sensus postulat, ut legatur, *Non tantum non dubitat.* — 2. *Plautus in Amphitruone.*] I. 1. 182. — 4. *Plautus in Trinummo.*] III. 2. 89. legendum autem, *concilium.* — 5. *Fami-*

liare est iratis.] Exempla vide Andr. V. 3. 5. seqq. et Phorm. V. 8. 22. — 6. *Ut supra.*] In Venetis praemittuntur illa, quae dicta ad versum 4. *Nam liberi vestem habebat, utpote Chaereae: servi vero atque Eunuchi deposuerat.* quae supra omittuntur. — 8. *Credidit.*] Rectius, *credit,* et mox, *obiicit.*

14. Liber Boend. et Du B.: *Non est in domo Thaidis, quia fugit.*

20. *Lucilius.*] Varie haec leguntur. Ms. Hulst, *Athymidi facti.* Editio Veneta, anni 1490. *Lucil. in Saty. Athinidi sacci ex f. f. l. delegerit.* Altera, anni 1510. *Luci. in Saty. Atinidi Sacci ex fakie delegeris.* Ms. Lindenbruchii: *Lucilius in Satyra Athymnidis* * in codice Pithoei adscriptum erat: *In Satyra Atti. diligens* las *fl.* Rob. Stephanus, quia nihil expediebat, edidit: *Lucilius in Satyra * ex facie florem delegeris.* Citat Dousa ex incerto Satyrarum Libro, vers. 125. ex. Ms. Rodolphi Snellii: *Ex facie florem delegens.* Ms. Boend. *Athimadi succi.* An scripsit Lucilius, *Ac thymini succi ex facie florem delegeris?* — 21. *Lucretius.*] III. 384. *neque aranei tenuia fila Obvia sentimus, quando obretimur euntes; Nec supera caput eiusdem cecidisse vietam Vestem.* — *Mollitia.*] Antiqui Codices, *mollitia.* — *Utrum senex.*] Lego, *Utrum vero senex.* — 22. *Οὖτος.*] Robertus Stephanus edidit: *φαλακρὸς ἐστὶ τὸ χρῆμα* haud scio, an rectius. — 23.] Verba sunt versu 174. sensus est: *gaudeo, quod felix perceceperit Socrates.* — 24. *Cicero.*] Locum non invenio, nisi quod similia quaedam leguntur ad Heren. III. 10. sed quae parum illustrandis Pythiae verbis faciunt. — 33. *Solo.*] Virgil. Aen. III. 133. — 36. *En ego.*] Virgil. Aen. VII. 452. — *Pulsus ego?*] Virgil. Aen. XI. 392. — 39. *Ad se versum dicit istuc.*] Vel legendum, *Ad se verso dicis istuc,* vel, *Ad se versus dicis istuc.* — 42. *Hoc ipso, quod praesto est.*] Edd. Venetae: *de Eunucho dici hoc ipsum, qui praesto est.* — *Hoc totum.*] Videtur igitur credidisse Donatus, illa *vae mihi* etiam a Phaedria esse dicta. — 48. *Ab eis sic dicta.*] Verba sine sensu. Suspicabar scripsisse Interpretem: *Et est deploratio Atticis sic dicta,* sub. *σχετλιασμός.* Quamvis et pro *ab eis sic* posset videri substituenda vox Graeca, deplorationem notans. Vel legendum, *a miseria* *σχέτλιος,* etiam primo miserum notat; vel saltem subaudiendum *servis, et muneris, quorum conditio est misera.* Prius tamen clarius videtur.

49. Ms. Boend. et Du B.: *Quemadmodum defendatur animose.*

51. *Deest magis.*] Quin nihil deest; post *tam* enim infertur *quam.* Neque adeo haec videntur scripta a Donato. — 54. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 695. — *Vultuque isto cognoscat.*] Edd. Venetae rectius: *vultuque ista cognoscat.*

ACTUS IV. SCENA V.

1. *Plautus.*] Pseud. V. 1. 6. — *Virgilius.*] Georg. II. 94. — 6. *Quam * sic ante dictum est.*] In Edd. Venetis nullum lacunae indi-

cium. Legerim autem: quamvis apte dictum est. — Auspicatione verborum.] Hanc interpretationem frigidam et affectatam vocat Erasmus in Adag. Quae frigidam pinam non tenent. Ita Liber Ms. Boend. et edit. Dan. R. — Multa.] Veneti Codices, multo. — 9. Virgilius.] Aeneid. V. 751.

ACTUS IV. SCENA VI.

1. Concita.] Edd. antiquiss. concitata. — Affuit.] Virgil. Aeneid. X. 146. — Sine * nullis.] Lacunae indicium nullum in vetustis editionibus. Fortasse legendum: sint, nil est. Abr. Wielingius reponit: minus terror nullis. Forte scripsit Donatus: Quasi dicat, sine; video minas illius. — 8. Et alia, quibus interfuit.] Legendum omnino cum Codd. vetustis: Et alia, quibus non interfuit. — 10. Quod ex fastu meretricio expectabatur.] Lectio suspecta. Restituo ope Codicum veterum, Quod ex astu meretricio spectatur. Certe quidem fastus nullum hic locum habere videtur. Astus autem in eo consistit, quod, Donato observante, non inquit, ut me dignum est, sed, ut teque illaque dignum est. — 12. Sallustius.] Iug. cap. 110. Verba sunt Bocchi ad Sullam, quae nunc ita leguntur: Arma, viros, pecuniam, postremo quidquid animo libet, sume, utere: et quoad vives, numquam tibi redditam gratiam putaveris: semper apud me integra erit. Editiones Venetae legunt, imputaveris. — 13. An quia iam diu dum quaesitum sit?] Guido Iuvenalis reliquias Donati exhibens, haec omisit; forte quod viderentur aliunde assuta. Sunt autem in editis antiquis, quas vidi, omnibus. — 15. Fratel(quercus)] Uterque Venetus: [illegible] — 18. Plautus in Trinummo.] II. 1. 26. ubi nunc legitur: apage sis, nimis: non placeo: nihil ee usor. — 21. Quam * postquam tamen ipsa non eloquitur.] Integrum locum ita ordino: Post quam tu ipsa non eloquitur, quid efficiatur ex eo quod ait: Peregrinus est, minus patens quam tu. Tamen bene sic dixit. — 23. Fugant.] Veteres Libri, Fugiendi. — Ex huius verbis.] Malim: Ex hisce verbis. — Utrum advenientis.] Nihil opus erat hac interrogatione in re clarissima. De Adrecidis sermo est. — Virgilius.] Aeneid. IX. 94. — 31. His verbis Chremetis demonstravit.] In Edd. Venetis est: His verbis Chremes demonstravit. Legendum omnino videtur: His verbis Thais demonstravit. Scilicet cum scriptum esset Th., Librarii legerunt Ch. — Liberaliter.] Malim, illiberaliter.

ACTUS IV. SCENA VII.

1. Inclinata chlamyda.] Quid est, chlamys inclinata? Legerim ex edd. Venetis: Undanti chlamyde. Quo ipso notatur militis corpus succussantis, et ridicule fastuosi et truculenti ingressus. Iuvat lectionem locus, Plauti Epid. III. 3. 54. Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicor, Suam qui undantem chlamydem quassando facit? Itidem de

Milite. Ad quem locum videsis H. Iun. Ms. Boend. et ed. Dir. B. *undanti chlamide.* Et mox: *contumeliam. Proprie, non ut miles, sed ut nequam.* — *Contumeliam vero proprie, et ut miles. Sallustius: Ne qua contumelia.*] Haec ita exhibent Libri Veneti: *Contumeliam. Proprie. non ut miles, sed ut nequam.* Quae vera videtur lectio. — 2. *Vel quia nihil.*] Nihili observatio. Lego ἀπὸ κοινοῦ: *Mori me satius est. Vel quia miles, vel quia amator.* — *Et hoc.*] Non habet quo referatur *Et.* Unde merito abest a Venetis. — *Virgilius.*] Aeneid. VII. 693. illa vero, *Ipse vocat pugnas: sequitur tum caetera pubes.* leguntur Aeneid. VII. 614. unde in Edd. Venett. praemittitur, *Et alibi.* — 3. *Debet.*] Integrum locum ope Codd. veterum ita restituo: *Debet hic esse vociferatio vana, ad hoc, ut verbo miles cum quodam motu ingenti, et per immanes minas, sine ulla vi rerum, unaque comminatione velle videatur aedes expugnare; cum feris sit meretrix.* — 4. *Nam Donax ab arundine.*] Pollux IV. 9. Καὶ Δόνακα δέ τινα ὑπολύριον οἱ κωμικοὶ ὀνόμαζον, ὡς καλὸν αὐλὸν, χαρίεντα ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις. Quamquam in plerisque Codd. est *Dorax.* — *Agmen cum vecti vult venire in medium.*] Legerim: *Donacem cum vecti vult venire in medium agmen.* — 6. *Quotiens locus affuit, id est, convivium est constitutum.*] Si haec sunt Donatiana, legerim: *Quotiens et locus dictus, et tempus convivio constitutum affuit.* Ms. Boend. *Vel quotiens convivium est institutum.* — 10. *Plautus in Epidico.*] Seu excidit ex Epidico locus, seu memoria lapsus erravit Donatus. — *Sola mihi.*] Virgil. Aeneid. III. 138. — 13. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 14. *Pro sine dubio rectum est.*] Non stant haec continuo iungenda verbis Chremetis, quibus vel subiunxit Donatus, *pro, sine dubio;* vel ἀπὸ κοινοῦ fuerat scriptum, *Nimirum rectum est, pro, sine dubio rectum est.* Nisi ordinem verborum turbatum ita restituas: *Nimirum consilium illud rectum est. Pro sine dubio rectum est.* Et nova locutio et superiori similis: *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.* — 15. *Bene hoc elρωνικῶς dictum est.*] Immo minime εἰρωνευομένη dicit Thais: magnum nebulonem esse militem. Neque aliter sensisse putem Donatum. Qui quum iunctim legisset et interpretatus esset illa Thaidis: *Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est,* quivis alter Interpres subiunxit divisim, *Sane. Id est nimis, vel valde: absolutum inquam rectum est de occludendis aedibus. Bene hoc elρωνικῶς dictum est.* — 16. *Dubitandi est.*] Edd. vetustae: *Dubitantium est.* Ms. Hulst. *Dubitantis est.* Malim, *dubitant, a quo dictum sit.* Ubi enim de aliis dixisset, ipse mox suam sententiam addit, dicens: *Ego sane hoc militem puto dicere.* — *Sed sagittam.*] Lectio interpolata. Lego: *Sed fundam, qua nimirum e longe iactatur.* — 17. *Nos prius introducam.*] Legendum: *Hos prius introducam.* Verba sunt Thaidis, supra III. 2. 69. — 19. *Plautum.*] Mil. I. 1. 68. sed legendum: *Nimia est miseria pulchrum esse hominem nimis.* — 23. *In contemptionem personae militis interrogantis.*] Enimvero absurde: maxima distinc-

tio vulgo ponitur post [illegible] *interrogantem.* quod nec Rob. Stephanus, nec Lindenbrogius [illegible] animadvertisse. Legendum iunctim: *In contemptionem personae militis, [illegible] interrogare voluit,* quam per inductionem [illegible] Eidd. Venetae aliter: *In contemptionem personae militis, qua per interrogationem potius, quam per inductionem illum [illegible] voluit.* Vid. Donat. ad II. 2. 42. — 25. *[illegible] velle militi reconciliare.*] Malim cum Codd. veterum: *Eam velle militi reconciliari.* [illegible] *Virgilius.*] Aeneid. XI. 524. — 26. *Cicero.*] [illegible] *Respondit illa, [illegible] Libenter, [illegible] fontarum.* — *Pro [illegible] reposcentis.*] Malim *Per [illegible] reposcentis.* — *[illegible]*] Virgil. Eclog. II. 65. — 29. *Hoc [illegible]* *Illud militi.*] Immo, *hoc militi,* *illud parasito.* Unde [illegible] recte. [illegible] parasito, sed militi [illegible] — 33. *Apud [illegible].*] Hind. A. 169. Est autem [illegible] magis invidus, quam ut impurus notatur. — 34. [illegible]] Codd. Veneti, [illegible] — *Stetit [illegible]*] Virgil. Aeneid. IX. 678. — 35. *Post productionem.*] Libri Veneti: *[illegible] productione.* — 37. *Hoc lentius ... Thaidi Chremetis.*] [illegible] *ad Thaidem Chremes,* quomodo est in Codd. Venetis, [illegible] Cod. legit Ritius. Etiam Hadr. Iunius in Appendice Animadversionum monet legendum esse: *Hoc lentius ad Thaidem Chremes.* Et sane in Ms. Boend. diserte legitur: *Hoc lentius dixit ad Thaidem Chremes.* — 39. *Virgilius.*] Aeneid. XI. 515. Barth. Advers. XIII. 7. — *Dulcia furta.*] Virgil. Georg. IV. 346. — *Quae quis.*] Virgil. Aeneid. VI. 568. [illegible] *[illegible].*] Videtur, esse verba vete[illegible] — 43. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 882. — 44. *[illegible].*] Edd. Venetae: [illegible] — *Milites hi fortiter pugnant.*] Lege ex Codd. [illegible]: *Milites vix fortiter pugnant.* In Boend. est: *[illegible]* [illegible] *[illegible]* — *Plautus.*] Trin. IV. [illegible] 122. Ubi [illegible] legat, ut recte vulgo editur: *Quanquam [illegible] cupis, [illegible] hic,* quam [illegible] apparet [illegible] esse [illegible]

3. [illegible] ubi tamen [illegible] *alias dixit;* Sensus postulat, ut legatur: *Et non alias [illegible] aliam.* — [illegible]: *Adhuc irrisor es.* Abr. Wielingius hic lacunam esse conicit, et verba haec, *Quasi illa [illegible]* [illegible] Boend. et Barth. *virgo vitiata esse cognoscitur.* [illegible] 2. *En ego victa.*] Virgil. Aeneid. VII. 452. Est error in Donato [illegible] Scilicet ibi Turnus [illegible] *te victa situ, verique effoeta senectus,* Alecto contra: *En ego victa situ,* quam [illegible] *effoeta senectus.* — *Nova est haec interrogatio.*] Amplius hoc, interrogandi [illegible] — Vid. Codd. ad Phaedr. III. [illegible] 4. *Haec omnia [illegible] significant.*] Constans lectio etiam Codd. veterum, nisi quod [illegible] significaverunt. Habebat autem sensum. [illegible] Unde Abr. Wielingius [illegible] *vixam fuisse,* vel [illegible] legit. Nisi malis, *vitiatam esse.* — *Nec tacui demens.*] Virgil. Aeneid. II. 94. — *Heu, quid nam obticesse?*] Immo, *Ehem, quid nam obticuisti?* Vid. Phorm. V. 8. [illegible] — *Cupassium.*] Lego ex Codd. vetustis, [illegible] Boend. et

editio Du B.: Minus recte pronunciandum. — Et nimis obliviosae sunt dominarum.] Quam obliviosae sunt] Exemplar Venetum: Quae obliviosae sunt dominarum. — 12. Et caetera.] Ad extera? Quo convicio utitur Plautus Pseud. I. 2. 82. Quamquam familiare Donato scribere et caetera. — 14. Supra non meminit.] Immo vero meminit supra III. 2. 56. — Sed divertat, tamen hoc prius videamus.] Lege, Sed diverat tantum: Hoc prius videamus. — 20. Iube enim vellia significat.] Lege, Iubere enim velle significat, quomodo est in Libris Venetis. — Deest, vide.] Immo deest, Tantum. — 22. Non est impudens, inquit, non est, nisi similis impudenti.] Verba interpolata et corrupta, quae paullo melius in Edd. veteribus leguntur. Scripserat Donatus: Th. Mihi est. Non est impudens, inquit. Illa vero, Nisi similis impudenti, Grammaticaliter quidem attemnisse videtur, interpretaturus scilicet vocem Si non. Ergo hoc est etiam Pythiae tribuit, concludens. Senous autem aliter: Vide impudentiam, vide aspectum, quemadmodum incedit. Os ergo impudentis videtur cum aspiciat venire. Et quasi aliquid incredibile dixerit, ita subiungit, Non esse? quasi negas esse. Quod dixerit? Et hoc ut confirmet, adiungit, Cum agitur tanta confidentia? neque incedit? Edit. Du B. Non est.] Non est impudens, inquit [illegible]

ACTUS V. SCENA II.

5. Doces, velocitar.] Potius deest, Tantum sine. 6. Viam publicam.] Edd. Venetae: Angiportus ergo est via publica. Ita et Ms. Hulst. Doctiss. Wielingius reposuit: Angiportum dicebant vicum parvum, vel viam non publicam. Codd. Boecl. et Du B.: Angiportus ergo est via publica. — 12. Ex ante figuras recte abest a Codd. antiquis. — 18. Alibi aliter, dominum dixit extra noxam.] Edd. Venetae: Sic alibi dictum est, Dominum in aliquas eum esse noxam. Locus est Heaut. II. 3. 57. ubi tamen varie legitur [illegible] 19. Et non alias dixit.] Sensus postulat, ut legatur: Et non alias dixit, sed aliam. — At hic inquit es.] Ms. Hulst. et Veneti: Adhuc irrisor es. Abr. Wielingius hic lacunam esse conicit, et verba haec, Quasi illa Chaereae dixerit, et hic irrisor est, et fugiendus, reiicit in finem versus, quae notavit Donatus ad versum 21. — 20. Vagantibus.] Virgil. Aeneid. IV. 673. — Virgilium.] Aeneid. III. 233. — 23. Subaudiatur, vitro.] Lectio corrupta. Scripsit Donatus: Quod ita vero abeamus, subauditur. Ἡμῶν autem εἰρωνικῶς pronunciandum est. — 25. Legitimum] Abr. Wielingius legit Licitum. Ita Paullus L. 144. D. de Reg. Iur. Non omne, quod licet, honestum est. Et Claudian. IV. Cons. Honor. 266: Sed comprime motus: Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit, Occurrat, mentemque domet respectus honesti. — Ab accidentibus.] Edd. Venetae: A succedentibus. — Ex domo meretricia scilicet.] Veteres editiones addunt, Et contra meretricia. — Ne videatur irrationabilis esse audacia illa ingenui a Poeta inducta esse.] Libri

antiquis: *Ne videatur inaestimabilis audacia illa cuius a Poëta inducta est.* — 26. *Ut appareat.*] Nullus in subiectis sensus, ita varie et corrupte leguntur. Restituo ex coniectura: *Ut appareat, quod, etsi maxime digna pati sit, ut meretrix, non tamen pati digna a tali.* — 27. *Aut alter dignus.*] Mala lectio. Melior illa edd. veterum: *aut ex tari dignus alter indignus, aut caetera.* — 28. *Res sunt.*] Libri Veneti: *Transeat, aut quod dicat, non audet Thais, ostendat adolescenti coniecturis.* — 36. *Descendo.*] Virgil. Aeneid. II. 632. — *Hinc.*] Virgil. Aeneid. III. 715. — *Sallustius.*] In Fragmentis. Vide Donatum. — 37. *Evenire subauditur.*] Libri veteres: *Ut eveniat, itaut non sit gratia, ut ex eo causa principio complectur magna familiaritas.* — *Et, volo, evenire subauditur.* — 38. *Utrumque enim accipi potest.*] In Edd. antiquis additur *an, quaeso, nullum?* Verba Donato indigna. Sensus est: *Quaeso, ut in eam partem accipias.* — *Unum hoc scito.*] Ad haec verba non notavit Donatus ea, quae proxime sequuntur, sed ad Thaidis *Scio*, etc. 41. *Inimicis non sum, quantum putas.*] Lego *Tam inimicis hoc illum, quam tu putas.* — *Non libenter.*] Virgilius Aeneid. I. 562. — 55. *Egregiam.*] Virgilius Aeneid. IV. 93. — 58. *Volens, ut recogitet*] Lego: *volens, ut ne cogitet.* — 60. *Ille non.*] Virgil. Aeneid. XI. 736. — *Vereturque bella et ingens facinus.*] Edd. Venetae: *Verentis et ingens facinus.* — *Magnam dabit.*] Tò *magnam* ex proxime praecedentibus repetitum. Locus est apud Virg. Aen. XII. 453. *dabit ille ruinas Arboribus, stragemque satis.* Quae posteriora verba etiam sunt in Edd. Venetis.

69. *Molesto vultu.*] Forte *moesto vultu.* Ibid. Boend. et edit. Du B.: *qui fuit artificiosissimus Poëta.* Et mox: *permittis Pythiam.*

69. *Egregiam.*] Virgil. Aeneid. IV. 93. — *Phaedriam.*] Omnino legendum *Pythiam:* quemodo et editiones Venetae, Tarvisiana, Argentina, exhibent. Unde et mox Donatus: *Relicta est Pythias, ut undique castas.*

ACTUS V. SCENA III.

2. *Cicero.*] Verr. IV. 8. — 3. *Plautus.*] Casina. Graex versu 7. — 4. *Virgilianum.*] Aeneid. IV. 641. ubi nunc legitur: *Sic ait, illa gradum studio celerabat anili.* — 6. *Magna.*] Quia vero Sophrona nutrix memoriter cognoscere digna dicitur, suspicabar scripsisse Donatum: *Magna sunt signa, in quibus anilis memoria non errat.* — 12. *Defatigare*] Ms. Hulst. *Interrogate*, unde coniiciebam legendum esse, *interturbare.* Sub placide incedentem et otiosum. — *Post eum.*] Editio Argentina: *Prius dicit et ita intro.* Melius.

ACTUS V. SCENA IV.

4. *Cicero in Catilinam.*] II. 11. — 5. *Difficillimum, quia virginem.*] Abr. Wielingius legit: *Difficillimum, quia a me-*

meretrice avara: *Callidissime*, *quia virginem*, *quam amabat.* — 11. *Cito cognovisse.*] Edd. Venetae non agnoscunt *cito.* — *Sed id ad illecebram fuit*, *quod cognitus est cito.*] Lego: *Et id ad illecebram fuit*, *quod cognovit cito.* Loquitur Donatus ex sua, neque ex Parmenonis mente. In Ms. Halst. nullum est lacunae indicium; sed neque in Codd. Venetis. Primus, opinor, Rob. Stephanus ita expressit. Abr. Wielingio *cognitus est* active sumitur, legenti: *Sero enim cognovisse obfuit: sed ad illecebram fuit*, *quod cognitus est cito.* — 13. *Nec omnia per comparativum gradum.*] Corrupta lectio. Integram notam sic restituerim: *Nec omnia per comparativum gradum.* — *Bona varietas.* Nam haec omnia per magis adverbium profert: *Nec magis* [illegible] *nec magis* [illegible]. *Haec omnia per comparativum gradum*, [illegible] *composite aut eleganter* [illegible] *fuit minus* [illegible] Donatus [illegible]. Ubi si [illegible] non legitur. Sed et Valla, teste Rivio, in aliis legebat. [illegible] Sallustius, milites Romanos ante Metelli adventum in Numidia [illegible] rationem, neque [illegible] sollicitos. —

ACTUS V. SCENA V.

1. In cod. Boend. et edit. D. B. est: *nihil probis humanis consilium.*

Sallustius.] Catil. 15. — *Plus est.*] Lectio suspecta. Ms. Halst: *Plus est*, *miseret* [illegible] *adolescentis Pythiam*, *quam* [illegible]. Abr. Wielingius ex coniectura: *Plus est miseret adolescentem dictu Pythiam*, *quam tristi ei.* Vid. ad vers. sequ. 11. — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 162. — 5. *Quid loquitur.*] Ms. Halst. *An*, *quod loquitur? an*, *quam ostentat ex vultu?* Rectius. Lege cum Ms. Boend: *Sed apparet ex vultu Pythiae*, *turbam dicere*, *ut in Andria.* — 11. *Perturbatur.*] Lego ex Codd. Venetis: *Perturbatus Parmeno* [illegible] *negare potuit*, *nec consentire voluit.* — 12. *Hoc inventum est*, *quod daretur ad nobilem.*] Lectio corruptissima. Restituo ex coniectura: *Hoc inventum est*, *quo declararetur adeo nobilem.* Supra, vers. 10. vel, *Adeo nobilem*, ex I. 2. 104. Mallet tamen Abr. Wielingius: *Quod daretur ad nobilem.* Vid. Cai. [illegible] 1. D. [illegible]. Nunc confidenter lego: *Hoc inventum est*, *quo declararetur*, *adeo nobilem.* Vid. supra, I. 2. [illegible] — *Nimis callide.*] Edd. veteres: *Nimis callide.* — 18. *Causa finalis.*] Lego: *Causa finalis alia.* Controversia. — 19. *Supplicis personae.*] Lindenbr. et Codd. veteres: *simplicis personae.* quae vera videtur lectio. Cum enim dolo omnem hanc scenam instruxisset Pythias, candorem et simplicitatem morum verbis vultuque praefert. Boeclerus. — 21. *Hiccine eras?*] Edd. Venetae: *Hoccine eras?* Utrumque perperam. Locus est Phorm. V. 8. 23. ubi Nausistrata Chremeti insultans: *Hiccine* [illegible] *iste* [illegible] *fecit* [illegible]

crebrae et molestiae. Quid? Lentio haeccine erat ea, quae nostros fructus minuebat, vilitas? Nisi forte respexit locum, qui est Phorm. V. 7. 58. *Hoc sunt te erat?* — *Quam bene providet Pythias!*] Legendum omnino: *quam bene providet Parmeno!* Nisi forte non Parmenoni, sed Pythiae tribuit Donatus illa: *Ne quam in illum Thais vim fieri sinat.* quod Boeclerus existimat. — 25. *Choragii est administratio, ut opportune in proscenium*] Lego: *Choragi fit artificio, ut opportune in proscenium veniat senex.* Vid. ad vers. 22. et non ad V. 6. — 26. *Hoc non esset verisimile.*] Scriptura depravata. Corrigo ex coniectura: *Dicam huic; an non? dicam hercle. Hoc non esset verisimile, nisi dubitasset. quod ad Chaeream pertinet, non dubitat: quod ad se ipsum pertinet, dubitat.* Confirmant hanc lectionem ea quae proxime sequuntur. Atque ita fere est in edd. antiquis, omissis tantum *non dubitat.*

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Ampsanum, quod Auctis senis nomen apud Terentium non est.*] Apposuerint igitur Grammatici veteres *Eucheis nomen*; quod observant Boeclerus et Georg. Fabricius. Nec in Cod. Bembino expressi Faernus memorat. — *Et vide.*] Ordo verborum videtur turbatus. Restituo ex coniectura: *Et vide, omnes villas contigue suburbanas esse, et hanc causam fuisse cur non ad villam diverterit. Commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit.* — 5. *Nove: non dici praestolare, sed quem, dixit.*] Eandem differentiam etiam Eugraphius notat. Sed qui *nove* dixit, quod toties ante eum Plautus? Vide Casin. III. 3. 15. *Te, eccastor, praestolabar.* — *Tullius in Catilinam.*] I. 9. — 7. *Virgilius.*] Aeneid. II. 774. — 8. *Plautus in Trinummo.*] V. 2. 53. — *Sallustius.*] In Fragmentis. Videtur autem legendum: *Satin' salvae?* Sub. res sunt. — *Agerentur.*] Lego: *Augerentur.* — 9. *Sed merito.*] Videtur legendum, *sed necessario.* Scriptum fuerat *necrio*, unde natum *merito.* — *Licet simul * ut non possit dicere.*] Ita post Rob. Stephanum plures ediderunt. Ms. Hulst. *Quid et simul ut possit dicere.* Ms. Lindenbr. *Quidem simul ut possit dicere.* Editi veteres exhibent ut edidi, sed sine lacunae signo. Videtur autem τὸ *ita* excidisse post *quia;* ut sensus sit: *sed necessario, quia ita perturbatus est, licet simulet, ut non possit dicere.* — 15. *Non.*] Haec vox recte abest ab Edd. Venetis. Tarvisiana et Argentina. — 16. *Ostendat.*] Lege, *ostendant*; ex Codd. antiquis. — 21. *Unde ductor ipse sceleratus.*] Depravata lectio. Restituo ex Edd. veteribus: *Bene, ille ductor ipse illetur.* — 23. *Strictim.*] Lege, *strictum*, ex Ms. Hulst. Boend. et Edd. Venetis et Du B. Sic mox ad versum 24. *constrictum Chaeream* dicit; et infra V. 7. 9. *constrictum filium.*

ACTUS V. SCENA VII.

1. *Vix loqui possit.*] Lego, *vix loqui potest.* — 6. *Ex huius verbis ostendit.*] Lego, *Ex huius verbis ostenditur.* — *Hic verbum est aptum.*] Edd. Venetae: *Hoc verbum est aptum.* — 8. *Et redis.*] Lego, *sed redit.* — 10. *Qui fatigat alterum.*] Lego ope Codd. veterum: *Qui fatigat alterum risu.* — 12. *Quantum hic operae fiat.*] Ex memoria laudat verba Chremetis, Heaut. I. 1. 20. ubi *operis* legitur, etiam apud ipsum Donatum. — *Plautus in Truculento.*] Locus corruptissimus. Ita Plaut. II. 6. 52. *Poenitetne te? quot ancillae sunt iam? Quine etiam super adducas, quae mihi comedint cibum?* Illa autem *nimis prumpere* * ne edenda quidem fuerant, quum sint initium verborum, quae continuo explicantur, *ni misarum insuper etiam patri indicares.* Unde et desunt a Ms. Hulst. — 13. *Indicium dicitur.*] Sic Asconius in Divin. cap. 11. *Index est autem*, inquit, *qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* — *An miseros.*] Virgil. Aeneid. X. 89. — 15. *Culpam patientibus.*] Quid est, *culpam pati?* Lege igitur, *obstupentibus ac culpam fatentibus.* Atque ita vel in Donato legit, vel restituit Guido Iuvenalis. — 18. *Tum nimium.*] Sensus verborum paullo obscurior. Suspicabar, scripsisse Interpretem, *Tuum nimium.* Nisi forte illustrans dixit, *Tum nimium*, ut sensus sit, *Si quidem istuc impune habueris, tum nimium lepidum tibi videatur.* In Ms. Boend. et editis vetustis est, *Tamen nimium.* — 23. *Plautus.*] Bacchid. IV. 8. 46. vera lectio est: *Si tibi est machaera, et nobis veruina est domi: Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, Confossiorem soricina naenia.*

ACTUS V. SCENA VIII.

3. *In quas.*] Videtur delendum esse *in.* — *Suppeditent.*] Valet, *suppetunt.* — *Ipsum.*] Edd. Venetae et Argentina, *ipse*, sub. Hercules. Barthius ad Stat. Thebaid. X. 643. *ipsi* legit, sub. Herculi. Mox Ms. Boend. et edit. Du B. *cum sagittis.* — 4. *Aliam partem corporis diceret verberari.*] Edd. Venetae: *Aliam partem corporis, ut alibi, diceret verberari.*

ACTUS V. SCENA IX.

4. *Instruatur.*] Edd. Venetae: *instruantur.* — 5. *Et est figura ἀρχαϊσμός.*] Linacer VI. potius dicit esse Hellenismum, cum sermo talis sit familiaris Graecis. — 8. *Horat.*] Carm. I. 5. 5. — 13. *Neque.*] Ita in Mss. et editis. Mallem tamen cum Abr. Wielingio, *ne quidem.* — 14. *Periisse.*] Scriptum fuerat, *periise*, i. e. *periisse se.* — *Cicero.*] Locus incertus. — 20. *Deest enim, gaudeo.*] Lectio suspecta, quam cum verbis proxime sequentibus ita ordino: *Deest enim, audio. Ph. Gaudeo. Ch. Satis credo.* Sic dici a gratulantibus solet.

Eruditione. Wielingius pro agentibus legit egentibus. — 23. Virgilius] Ecl. II. 1. — Sapientes spe maxime ad amorem sequuntur.] Malim: Sapientes temperatione ad amorem sequuntur. — 25. *Afflicta et lassa.*] Abr. Wielingius, *afflicti et lassi*. Forte, *ab afflicto et lasso*. — *Non enim p a r i a dixit.*] Dixit vero *p a r a*. Scilicet, Donatus explicaturus erat *a l i q u a*, vel scripsit, *Non enim pari dixit*, vel, *Non enim i m p a r t e dixit*. Est autem *par* ICtis simpliciter *pari aeque* seu aequalis. Iulian. L. 19 ff. de Hered. Instit. Ulpian. Instit. Tit. XXIV. 25. Idem L. 164. de Verb. signif. Illa vero, *ut aeque*. Denique Wielingius legit, *ut non aequa*. — 26. *Asseveratione*] Codd. vetusti: *Et asseveratione*. — *Perficio.*] Edd. Venetae et Argentina, *perficere*.

27. Distinctio haec Donati vana est. Vide supra II. 3. 60. 61. 63 et 66. Codex Boend. et ed. Da. B.: *Omnia ergo concitate pronunciavit.*

27. *Ut alibi.*] Videtur locus integer cum nomine auctoris excidisse. — 30. *Ad coenandum.*] Lege, *ad conandum*. Neque enim de opera, sed de conatibus in magnis rebus suscipiendis sermo est. — *Accingunt.*] Virgil. Aeneid. II. 235. — 31. *Sine timore.*] Malim, *sine honore*. — 33. *Est ab * ea subaudiendum est.*] Ms. Hulst. *Esse ab ea, subaudiendum est*. Unde omnino videtur restituendum, *Esse debere, subaudiendum est*. Confirmat coniecturam meam Guido Iuvenalis, cuius haec verba: *F r a t r e s. i. e. conflata. N o b i s. i. e. nostra amborum clementia. Ph. S c i n'? i. e. scisne. Q u a m. i. e. quantum. F r a t r e s, i. e. confessus esse debemus nobis.* — 35. *Interdum hortantis est.*] Lego et distinguo: *Interdum hortantis est sic, nunc correctionem significat.* — 38. *In os praesens.*] Libri veteres: *non praesens.* — *Non ad se vocat.*] Videtur igitur Donatus legisse, *haud*. — 42. *Cicero pro Caelio.*] Cap. 8. Adscribam integrum locum, ut discrimen appareat. *Si mihi ad haec acute, arguteque responderis, tum quaeram denique, ex quo iste fonte Senator emanet. Nam si ipse orietur, et nascetur ex sese; fortasse, ut soleo, commovebor. Sin autem, ut rivulus, arcessitus, et ductus ab ipso capite accusationis vestrae, laetabor.* Vide omnino Turneb. Advers. XXVII. 23.

44. *Bonorum ciborum edax es.* His verbis vel explicuit illa, *b e n e l i b e n t e r v i c t i t a s*, vel manifesto erravit, faciens Terentium bis idem dicere, cui illa, *c u m i l l a l i b e n t e r v i v i s*, de consuetudine Phaedriae cum Thaide dicta sunt.

46. *Suppeditari.*] Malim, *suppetere*. — *Accingunt.*] Virgil. Aeneid. II. 235.

49. Ms. Boend. *Sed superiora velant plurimum.* Mox. *cum quadam vultus improbitate pronunciandum.*

49. *In Venerem.*] Sic Plaut. Cas. V. 2. 12. Quintil. Instit. VI. 3. *Interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset? Tardum fuisse respondit.* — *Pendetque.*] Virgil. Aeneid. IV. 79. — *Multa.*] Virgil. Aeneid. IV. 3. — 51. *Deest vel abest.*] Ita Rob. Ste-

phantum. Ms. Hulst. et Edd. vetustae adducunt me in suspicionem, legendum esse, *Dicet, si est, vel, habet.* — 53. *Illos.*] Virgil. Aeneid. III. 858. — 56. *Subaudiamus, et sum hic.*] In his nullus sensus. Unde et editio Argentina omisit. Ms. Hulst. nihil expedit, legens, *subaudiamus et eum, qui hic.* Coniiciebam, scripsisse Donatum: *subaudi, assum, elixum.* Scilicet, imperitus Librarius non capiens illa, *subaudi, assum,* posteriorem vocem transpositione literarum annectens priori, inde effinxit, *subaudiamus.* Pari ratione sic *elixum* deformatum in *hic sum*, et, *sum hic.* Similis iocus apud Plautum Mostell. V. 1. 66. *Iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.* Verba senis interminantis servo. Respondet servus per iocum: *Ne faxis: nam elixus esse, quam assus, soleo suavior.* Et Poen. I. 2. 67. *Milphio, heus! Milphio, ubi es? Mi. Assum apud te, eccum. Ag. Ego elixus sis volo.* Approbabit se mea coniectura, spero, si et a parasito, et de milite comedendo verba dicta cogites. Id igitur vult Donatus, integrum verborum Gnathonis sensum fuisse: *At ego pro isthoc, Phaedria, et tu, Chaerea, hunc seu assum seu elixum comedendum et deridendum vobis propino.* — 58. *Dignus est.*] Crediderim, Donatum iunxisse et Chaereae et Phaedriae verba, ita: *Ch. Placet. Ph. Dignus est.* Quae utraque, observante Antesignano, de industria Poëtae duplicem videntur sensum continere; atque alio sensu a Thrasone, alio a Gnathone et spectatoribus intellecta. Sic enim intelligere potuit Thraso, modo clariore voce prolata sint, *placet, ut Thraso recipiatur;* et, *dignus est, qui recipiatur.* Gnatho vero et spectatores hoc sensu, *placet, ut comedatur et derideatur;* et, *dignus est, quem comedendum et deridendum nobis propines.* — 59. *Figura ἀμφιβολογία.*] Editi veteres, Figura *Διλογία*: quae vera videtur lectio, tanto magis, quod mox dicet, *Et hoc ἀμφίβολον.* Ms. Boend. *Figura Dilogia.* — 64. *Hunc ego comedendum et deridendum vobis propino.*] Haec non agnoscunt Editiones Venetae, sed pro iis legunt: *Hoc ego credo, et censeo.* Crediderim ferme, utrumque esse a Donato. Etiam Ms. Boend. *Hoc ego credo, et censeo.*

OBSERVATIONES IN CALPHURNIUM AD HEAUTONTIMORUMENON.

PROLOGUS.

1. *Cic. in Divinat.*] Integra Ciceronis verba in Q. Caecilium Divinat. cap. 15. sunt: *Vt in Actoribus Graecis fieri videmus: saepe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat; sic faciet Allienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest.* Ad quae verba ita Asconius Pedianus: *Comoedia quinque Actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quae saepius Actu regreditur: secundarum et tertiarum, quae minus minusque procedunt. Terentius in Phormione: Quia, primas partes qui aget, is erit Phormio.* Forte legendum: *in Actum regreditur.* — 11. *Liceat.*] Rectius in Ms. et editis vetustis, *Licet.* — 20. *Habet.*] Ms. et edit. Argent. 1499. *Habebat.* Ideo verius, quia non Prologi, sed Calphurnii verba sunt. — 23. *Quinctilianus.*] Instit. Orat. I. 10. Ad quem locum vide quae notarunt Pareus et Almelovenius. — *Apud Aristophanem.*] Locus est *Ἱππ.* 188. *ΑΛ. Ἀλλ' ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέν τοι κακὰ κακῶς. At ego, o bone, neque Musicam didici, Praeterquam literas, et male quidem has malas.* Ubi Scholia: *Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι.] Ὅτι μουσικὴν τὴν Ἐγκύκλιον παιδείαν φησί. Γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Δεῖ δὲ τοὺς διερχομένους διὰ γραμμάτων παιδεύεσθαι, ἡ γὰρ παιδεία τοὺς ἀτόπους ἐκτρέπει λογισμούς.* — 37. *Meretrices.*] Editiones Venetae annorum 1490. et 1512. Tarvisiana, 1481. Argentina, 1499. melius: *meretrices procaces.* — 45. *Plautus in Prologo Asinariae.*] Versu 2. ubi nunc legitur, *Gregique huic.* — 46. *Assensum auditorum.*] Edit. Argent. 1499. *Assensum adiutorium.* — 48. *Horat.*] Lib. II. Epist. I. 81. ubi editiones praestantiores recte: *ea cum reprehendere coner.*

ACTUS I. SCENA I.

1. *Omnino.*] Lego ex antiquis edd. quibusdam, *oratio.* Vel potius: *omnino senilis prolixitas.* — 11. *Omnium.*] In Ms. et edd. vetustis est *Ioium*, quod valet h. l. *omnium*, quemodo solus exhibet Rob.

Milite. Ad quem locum videsis H. Iun. Ms. Boend. et ed. Du B. mundanti chlamide. Et mox: *contumeliam. Proprie, non ut miles, sed ut nequam. — Contumeliam vero proprie, et ut miles. Sallustius: Ne qua contumelia.*] Haec ita exhibent Libri Veneti: *Contumeliam. Proprie. non ut miles, sed ut nequam.* Quae vera videtur lectio. — 2. *Vel quia nihil.*] Nihili observatio. Lego ἀπὸ κοινοῦ: *Mori me satius est. Vel quia miles, vel quia amator.* — *Et hoc.*] Non habet quo referatur *Et.* Unde merito abest a Venetis. — *Virgilius.*] Aeneid. VII. 693. illa vero, *ipse vocat pugnas sequiturque tum cetera pubes.* leguntur Aeneid. VII. 614. unde in Edd. Venett. praemittitur, *Et alibi.* — 3. *Debet.*] Integrum locum ope Codd. veterum ita restituo: *Debet hic esse vociferatio vana, ad hoc, ut verbo miles cum quodam metu ingenti, et per immanes minas, sine ulla vi rerum, vanaque comminatione velle videatur aedes expugnare; cum feris sit meretrix.* — 4. *Nam Donat ab arundine.*] Pollux IV. 9. Καὶ Δόνακα δέ τινα ὑπολέγουσιν οἱ κωμικοὶ ὀνομάζοντες, ὥσπερ κάλαμον ὄντα, καλάμινον ὑποκείμενον ταῖς θύραις. Quamquam in plerisque Codd. est *Dorax.* — *Agmen cum vecti vult venire in medium.*] Legerim: *Donacem cum vecti vult venire in medium agmen.* — 6. *Quotiens locus affuit, id est, convivium est constitutum.*] Si haec sunt Donatiana, legerim: *Quotiens et locus dictus, et tempus convivio constitutum affuit.* Ms. Boend. *Vel quotiens convivium est institutum.* — 10. *Plautus in Epidico.*] Seu excidit ex Epidico locus, seu e memoria laudans erravit Donatus. — *Sola mihi.*] Virgil. Aeneid. III. 138. — 13. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 14. *Pro sine dubio rectum est.*] Non stant haec continuo iungenda verbis Chremetis; quibus vel subiunxit Donatus, *pro, sine dubio*; vel ἀπὸ κοινοῦ fuerat scriptum, *Nimirum rectum est*, *pro, sine dubio rectum est.* Nisi ordinem verborum turbatum ita restituas: *Nimirum consilium illud rectum est. Pro sine dubio rectum est.* Et nova locutio et superiori similis: *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.* — 15. *Et hoc εἰρωνικῶς dictum est.*] Immo minime εἰρωνευομένη dicit Thais magnum nebulonem esse militem. Neque aliter sensisse putem Donatum. Qui quum iunctim legisset et interpretatus esset, illa Thaidis: *Sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est*, quivis alter interpres subiunxit divisim, *Sane. Id est nimirum. Vel valde consilium inquam rectum est de occludendis aedibus. Et hoc εἰρωνικῶς dictum est.* — 16. *Dubitandi est.*] Edd. vetustae: *Dubitantium est.* Ms. Hulst. *Dubitantis est.* Malim, *dubitant, a quo dictum sit.* Ubi enim de aliis dixisset, ipse mox suam sententiam addit, dicens: *Ego sane hoc militem puto dicere.* — *Sed sagittam.*] Lectio interpolata. Lego: *Sed fundam, qua nimirum a longe iactatur.* — 17. *Nos prius introducam.*] Legendum: *Hos prius introducam.* Verba sunt Thaidis, supra III. 2. 89. — 19. *Plautum.*] Mil. I. 1. 68. sed legendum: *Nimia est miseria pulchrum esse hominem nimis.* — 23. *In contemptionem personae militis interrogantibus.*] Enimvero absurde minime distinc-

antiqui: *Ne videatur inexcusabilis audacia illa, quae a Poëta inducta est.* — 26. *Ut appareat.*] Nullus in subiectis sensus, ita varie et corrupte leguntur. Restituo ex coniectura: *Ut appareat, quod, etsi maxime digna pati sit, ut meretrix, non tamen pati digna a tali.* — 27. *Aut alter dignus.*] Mala lectio. Melior illa edd. veterum: *aut alteri digni, alter indignus, aut contra.* — 28. *Res sunt.*] Libri Veneti: *Transeat; aut, quod dicere non audet Thais, ostendat adolescenti coniecturis.* — 36. *Descendo.*] Virgil. Aeneid. II. 632. — *Hinc.*] Virgil. Aeneid. III. 715. — *Sallustius.*] In Fragmentis. Vide Dousam. — 37. *Evenire subauditur.*] Libri veteres: *Ut aeterna inter nos sit gratia, ut ex malo principio compleatur magna familiaritas.* — *Et volo, evenire subauditur.* — 38. *Utrumque enim accipi potest.*] In Edd. antiquis additur: *An, quaeso, mixtum?* Verba Donato indigna. Sensus est: *Quaeso, ut in eam partem accipias.* — *Unum hoc scio.*] Ad haec verba non notavit Donatus ea, quae proxime sequuntur, sed ad Thaidis *Scio.* — 41. *Immitis non sum, quantum putas.*] Lego: *Tam immitis non sum, quam tu putas.* — *Non obstes.*] Virgilius Aeneid. I. 567. — 55. *Egregiam.*] Virgilius Aeneid. IV. 93. — 58. *Volens, ut recogitet*] Lego: *volens, ut ne cogitet.* — 60. *Ille non.*] Virgil. Aeneid. XI. 736. — *Vereturque bella et ingens facinus.*] Edd. Venetae: *Ferenti et ingens facinus.* — *Magnam dabit.*] Τὸ *magnam* ex proxime praecedentibus repetitum. Locus est apud Virg. Aen. XII. 453: *dabit ille ruinas Arboribus, stragemque satis.* Quae posteriora verba etiam sunt in Edd. Venetis.

69. *Moesto vultu.*] Forte: *moesto vultu.* Ibid. Boecl. et edit. Du B.: *qui fuit artificiosissimus Poëta.* Et mox: *permittit Pythiam.* — 69. *Egregiam.*] Virgil. Aeneid. IV. 93. — *Phaedriam.*] Omnino legendum *Pythiam*: quemodo et editiones Venetae, Tarvisiana, Argentina, exhibent. Unde et mox Donatus: *Reliqua est Pythias,* ubi multum cautius.

ACTUS V. SCENA III.

2. *Cicero.*] Verr. IV. 8. — 3. *Plautus.*] Casina. Grex versu 7. — 4. *Virgilianum.*] Aeneid. IV. 641. ubi nunc legitur: *Sic ait. Illa gradum studio celerabat anili.* — 6. *Magna.*] Quia vero Sophrona nutrix memoriter cognoscere signa dicitur, suspicabar scripsisse Donatum: *Magna sunt signa, in quibus anilis memoria non errat.* — 12. *Defatigare*] Ms. Hulst. *Interrogare*. unde coniiciebam legendum esse, *interturbare.* Sub. placide incedentem et otiosum. — *Post eum*] Editio Argentina: *Prius dicit et ita intro.* Melius.

ACTUS V. SCENA IV.

4. *Cicero in Catilinam.*] II. 11. — 5. *Difficillimum, quia virginem*] Abr. Wielingius legit: *Difficillimum, quia a me-*

meretrice avara. O c c i s s i m u m, *quia virginem, quam amabat.* — 11. *Olo cognovisse.*] Edd. Venetae non agnoscunt *ego, cito.* — *Sed id ad illecebram fuit, quod cognitus est cito.*] Lego: *Es ad illecebram fuit, quod cognovit cito.* Loquitur Donatus ex sua, neque ex Parmenonis mente. In Ms. Hulst. nullum est lacunae indicium; sed neque in Codd. Venetis. Priores, opinor, Robo Stephanus ita expressit. Abr. Wielingio *cognitus est* active sumitur, legenti: *Sero enim cognovisse obfuit: sed ad illecebram fuit, quod cognitus est cito.* — 13. *Nec omnia per comparativum gradum.*] Corrupta lectio. Integram notam ita ordinaverim: *N e c m a g i s d o m p o s i t u m q u i d q u a m.* — *Bona varietas.* Nam haec omnia per magis adverbium profert: *N e c m a g i s c o m p o s i t u m q u i d q u a m, n e c m a g i s e l e g a n s.* *Haec omnia per comparativum gradum, more suo, ut alibis, compositius aut elegantius.* [illegible] *Hoc n e m o f u i t m i n u s i n e p t u s*, [illegible] Donatus [illegible] *Sallustius* [illegible] Ubi si [illegible] non legitur. Sed et Valla, teste Rivio, in aliis legebat. quasi id voluerit Sallustius, milites Romanos ante Metelli adventum in Numidiam praecipua [illegible] rationem, nec de [illegible] fuisse sollicitos. —

ACTUS V. SCENA V.

1. In cod. Boend. et edd. Du B. est: *nihil prodit humanum consilium.*

Sallustius.] Catil. 13. *Plus est.*] Lectio suspecta. Ms. Hulst.: *Plus est, miserett tum adolescentem Pythiam, quam traspi.* Abr. Wielingius ex coniectura: *Plus est miseriae adolescentem dicere Pythiam, quam tristi ei.* Vid. ad versum seq. 11. — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 162. — 5. *Quae loquitur.*] Ms. Hulst. *An, quae loquitur? an, quam ostentat ex vultu?* Rectius. Lege cum Ms. Boend. *Sed apparet ex vultu Pythiae, turbam dicere, ut in Andria.* — 11. *Perturbatur.*] Lego ex Codd. Venetis: *Perturbatus Parmeno nec negare potuit, nec consentire voluit.* — 12. *Hoc inventum est, quod daretur ad nobilem.*] Lectio corruptissima. Restituo ex coniectura: *Hoc inventum est, quo declararetur a p p r i m e n o b i l e m.* Supra versu 10. vel, *A d e o n o b i l e m*, et I. 2. 124. Mallet tamen Abr. Wielingius: *Quod daretur ad nobilem.* Vid. Cai. in L. 1. D. de [illegible]. ut. Nunc confidenter lego: *Hoc inventum est, quo declararetur, a d e o n o b i l e m.* Vide supra, I. 2. [illegible] — 16. *Nimis gallide.*] Edd. veteres: *Minus callide.* — 18. *Consuetudinis.*] Lego: *Consuetudinis alia*, i. e. Controversia. — 19. *Supplicis personae.*] Lindenbr. et Codd. veteres: *simplicis personae.* quae vera videtur lectio. Cum enim dolo omnem hanc scenam instruxisset Pythias, [illegible] et simplicitatem morum verbis vultuque praefert. Boeclerus. — 21. *Hiccine eras?*] Edd. Venetae: *Hoccine eras?* Utrumque perperam. Locus est Phorm. V. 8. 23. ubi Nausistrata Chremeti insultans: *Hic a c c i p i e*, inquit, *e x c u s a t i o n e s*

crebrae et maiores. Utinam Zanthi! haeccine erat ea, quae nostros fructus minuebat, vilitas? Nisi forte respexit locum, qui est Phorm. V. 7. 52. *Hoc nunc te erat?* — *Quam bene providet Pythias!*] Legendum omnino: *quam bene providet Parmeno!* Nisi forte non Parmenoni, sed Pythiae tribuit Donatus illa: *Ne quam in illum Thais vim fieri sinat.* quod Boecletus existimat. — 25. *Choragii est administratio, ut opportune in proscenium*] Lego: *Choragi fit artificio, ut opportune in proscenium veniat senex.* Vid. ad vers. 22. et mox ad V. 6. — 26. *Hoc non esset verisimile.*] Scriptura depravata. Corrigo ex coniectura: *Dicam huic, an non? dicam hercle.* *Hoc non esset verisimile, nisi dubitasset. quod ad Chaeream pertinet, non dubitat: quod ad se ipsum pertinet, dubitat.* Confirmant hanc lectionem ea quae proxime sequuntur. Atque ita fere est in edd. antiquis, omissis tantum, *non dubitat.*

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Hinc fandum, quod huius senis nomen apud Terentium non est.*] Apposuerint igitur Grammatici veteres Laches nomen; quod observant Boeclerus et Georg. Fabritius. Nec in Cod. Bembino expressum Faernus memorat. — *Et vide.*] Ordo verborum videtur turbatus. Restituo ex coniectura: *Et vide, omnes villas commodas suburbanas esse, et hanc causam fuisse cur non ad villam diverterit.* Commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit. — 5. *Nove: non dixi praeterea solare, sed quem, dixit.*] Eandem differentiam etiam Eugraphius notat. Sed qui *nove* dixit, quod toties ante eum Plautus? Vide Casin. III. 3. 15. *Te, coactor, praestolabar.* — *Tullius in Catilinam.*] I. 9. — 7. *Virgilius.*] Aeneid. II. 774. — 8. *Plautus in Trinummo.*] V. 2. 53. — *Sallustius.*] In Fragmentis. Videtur autem legendum: *Satin' salvae?* Sub. res sunt. — *Angerentur.*] Lego: *Augerentur.* — 9. *Sed merito.*] Videtur legendum, *sed necessario.* Scriptum fuerat *necrio*, unde natum *merito.* — *Licet simul * ut non possit dicere.*] Ita post Rob. Stephanum plures ediderunt. Ms. Hulst. *Quid et simul ut possit dicere.* Ms. Lindenbr. *Quidem simul ut possit dicere.* Editi veteres exhibent ut edidi, sed sine lacunae signo. Videtur autem τὸ *ita* excidisse post *quia*; ut sensus sit: *sed necessario, quia ita perturbatus est, licet simulet, ut non possit dicere.* — 15. *Non.*] Haec vox recte abest ab Edd. Venetis. Tarvisiana et Argentina. — 16. *Ostendat.*] Lege, *ostendant*; ex Codd. antiquis. — 21. *Unde ductor ipse sceleratus.*] Depravata lectio. Restituo ex Edd. veteribus: *Bene, dicit ductor ipse illectus.* — 23. *Strictim.*] Lege, *strictum*, ex Ms. Hulst. Boend. et Edd. Venetis et Du B. Sic mox ad versum 24. *constrictum Chaeream* dicit; et infra V. 7. 9. *constrictum filium.*

ACTUS V. SCENA VII.

1. *Vix loqui posse.*] Lego, *vix loqui potest.* — 6. *Ex huius verbis ostendit.*] Lego, *Ex huius verbis ostenditur.* — *Hic verbum est aptum.*] Edd. Venetae: *Hoc verbum est aptum.* — 8. *Et redis.*] Lego, *sed redis.* — 10. *Qui fatigat alterum.*] Lego ope Codd. veterum: *Qui fatigat alterum risu.* — 12. *Quantum hic operae fiat.*] Ex memoria laudat verba Chremetis, Heaut. I. 1. 20. ubi *operis* legitur, etiam apud ipsum Donatum. — *Plautus in Truculento.*] Locus corruptissimus. Ita Plaut. II. 6. 52. *Poenitetne te? quot ancillae sunt iam? Quine etiam super adducas, quae mihi comedint cibum?* Illa autem *nimis prumpere* * ne edenda quidem fuerant, quum sint initium verborum, quae continuo explicantur, *ni (nisi) earum insuper etiam patri indicares.* Unde et desunt a Ms. Hulst. — 13. *Indicium dicitur.*] Sic Asconius in Divin. cap. 11. *Index est autem,* inquit, *qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita.* — *An miseros.*] Virgil. Aeneid. X. 89. — 15. *Culpam patientibus.*] Quid est, *culpam pati?* Lege igitur, *obstupentibus ac culpam fatentibus.* Atque ita vel in Donato legit, vel restituit Guido Iuvenalis. — 18. *Tum nimium.*] Sensus verborum paullo obscurior. Suspicabar, scripsisse Interpretem, *Tuum nimium.* Nisi forte illustrationis dixit, *Tam nimium*, ut sensus sit, *Si quidem istuc impune habueris, cum nimium lepidum tibi videatur.* In Ms. Boend. et editis vetustis est, *Tamen nimium.* — 23. *Plautus.*] Bacchid. IV. 8. 46. vera lectio est: *Si tibi est machaera, et nobis veruina est domi: Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris, Confossiorem soricina naenia.*

ACTUS V. SCENA VIII.

3. *In quas.*] Videtur delendum esse *in.* — *Suppeditans.*] Valet, *suppetiens.* — *Ipsa.*] Edd. Venetae et Argentina, *ipse*, sub. Hercules. Barthius ad Stat. Thebaid. X. 643. *ipsi* legit, sub. Herculi. Mox Ms. Boend. et edit. Du B. *cum sagittis.* — 4. *Aliam partem corporis diceret verberari.*] Edd. Venetae: *Aliam partem corporis, ut alibi, dicenet verberari.*

ACTUS V. SCENA IX.

4. *Instruatur.*] Edd. Venetae: *instruantur.* — 5. *Et est figurae ἀρχαϊσμός.*] Linacer VI. potius dicit esse Hellenismum, cum sermo talis sit familiaris Graecis. — 8. *Horat.*] Carm. I. 5. 5. — 13. *Neque.*] Ita in Mss. et editis. Mallem tamen cum Abr. Wielingio, *ne quidem.* — 14. *Periisse.*] Scriptum fuerat, *periise*, i. e. *perüsse se.* — *Cicero.*] Locus incertus. — 20. *Deest enim, gaudeo.*] Lectio suspecta, quam cum verbis proxime sequentibus ita ordino: *Deest enim, audio. Ph. Gaudeo. Ch. Satis credo. Sic dici a gratulantibus solet.*

Eruditius. Wielingius pro *agentibus* legit *vicibus*. — 23. *Virgilius.*] Ecl. II. 4. — *Sapientes saepe maxime ad amorem seguntur.*] Malim, *Sapientes temperatione ad amorem seguntur.* — 25. *Afflicta et lassa.*] Abs Wielingius, *Afflicti et lassi.* Forte, *ab afflicto et lasso.* — *Non enim pari dixit.*] Dixit vero *pari.* Scilicet, Donatus explicaturus *aliquam*, vel scripsit, *Non enim pari dixit*, vel, *Non enim in parte dixit.* Est autem *par* ICtis simpliciter *pari aequo* seu aequalis. Iulian. L. 19 ff. de Hered. Instit. Ulpian. Instit. Tit. XXIV. 25. Item L. 164 de Verb. signif. Illa vero, *ut aequa*, Donatus. Wielingius legit, *ut non aequa.* — 26. *Asseveratione.*] Codd. vetusti: *Et asseveratione.* — *Perficis.*] Edd. Venetae et Argentina, *perficeris.*

27. Distinctio haec Donati vana est. Vide supra II. 3. 60. 61. 63 et 66. Codex Boend. et ed. Du B.: *Omnia ergo* [illegible] *pronunciavit.*

27. *Ut alibi.*] Videtur locus integer cum nomine auctoris excidisse. — 30. *Ad coenandum.*] Lego, *ad conandum.* Neque enim de opera, sed de conatibus in magnis rebus suscipiendis sermo est. — *Accingunt.*] Virgil. Aeneid. II. 235. — 31. *Sine timore.*] Malim, *sine honore.* — 33. *Est ab * ea subaudiendum est.*] Ms. Hulst. *Esset ab ea, subaudiendum est.* Unde omnino videtur restituendum, *Esse debere, subaudiendum est.* Confirmat coniecturam meam Guido Iuvenalis, cuius haec verba: *Fratus.* i. e. *conflatus. Vobis* i. e. *vestra amborum sententia. Ph. Scin'* i. e. *scisne? Quam.* i. e. *quantum. Fretus,* i. e. *confisus esse debuisse vobis.* — 35. *Interdum hortantis est.*] Lego et distinguo: *Interdum hortantis est: nunc correctionem significas.* — 38. *In os praesens.*] Libri veteres: *non praesens.* — *Non ad se vocat.*] Videtur igitur Donatus legisse, *hau* [illegible] — 42. *Cicero pro Caelio.*] Cap. 8. Adscribam integrum locum, ut sententia appareat. *Si mihi ad haec acute, arguteque responderis, tum quaeram denique, ex quo iste fonte Senator emanet. Nam si ipse oriretur, et nasceretur ex sese; fortasse, ut soles, commovebor. Sin autem, ut rivulus, arcessitus, et ductus ab ipso capite accusationis vestrae,* [illegible] Vide omnino Turneb. Advers. XXVII. 23.

44. *Bonorum ciborum edax es.* His verbis vel explicuit illa, *bene libenter victitas*, vel manifesto erravit, faciens Terentium bis idem dicere, cui illa, *cum illa libenter vivis*, de consuetudine Phaedriae cum Thaide dicta sunt.

46. *Suppeditari.*] Malim, *suppetere.* — *Accingunt.*] Virgil. Aeneid. II. 235.

49. Ms. Boend. *Sed superiora velant plurimum.* Mox. *cum quadam vultus improbitate pronunciandum.*

49. *In Venerem.*] Sic Plaut. Cas. V. 2. 12. Quintil. Instit. VI. 3. *Interrogatus, quid sentiret de eo, qui in adulterio deprehensus esset? Tardum fuisse respondit.* — *Pendetque.*] Virgil. Aeneid. IV. 79. — *Multa.*] Virgil. Aeneid. IV. 3. — 51. *Deest vel abest.*] Ita Rob. Ste-

phantur. Ms. Hulst. et Edd. vetustae adducunt me in suspicionem, legendum esse, *Dicet, si est, vel, habet.* — 53. *Illos.*] Virgil. Aeneid. III. 353. — 56. *Subaudiamus, et sum hic.*] In his nullus sensus. Unde et editio Argentina omisit. Ms. Hulst. nihil expedit, legens; *subaudiamus et eum, qui hic.* Coniiciebam, scripsisse Donatum: *subaudi, assum, elixum.* Scilicet, imperitus Librarius non capiens illa, *subaudi, assum,* posteriorem vocem transpositione literarum annectens priori, inde effinxit, *subaudiamus.* Pari ratione tò *elixum* deformatum in *hic eum,* et, *sum hic.* Similis iocus apud Plautum Mostell. V. 1. 66. *Iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.* Verba senis interminantis servo. Respondet servus per iocum: *Ne faxis: nam* elixus *esse, quam* assus, *soleo suavior.* Et Poen. I. 2. 67. *Milphio, heus! Milphio, ubi es? Mi. Assum apud te, eccum. Ag. Ego elixus sis volo.* Approbabit se mea coniectura, spero, si et a parasito, et de milite comedendo verba dicta cogites. Id igitur vult Donatus, integrum verborum Gnathonis sensum fuisse: *At ego pro isthoc, Phaedria, et tu, Chaerea, hunc seu assum seu elixum comedendum et deridendum vobis propino.* — 58. *Dignus est.*] Crediderim, Donatum iunxisse et Chaereae et Phaedriae verba, ita: *Ch. Placet. Ph. Dignus est.* Quae utraque, observante Antesignano, de industria Poëtae duplicem videntur sensum continere; atque alio sensu a Thrasone, alio a Gnathone et spectatoribus intellecta. Sic enim intelligere potuit Thraso, modo clariore voce prolata sint, *placet, ut Thraso recipiatur;* et, *dignus est, qui recipiatur.* Gnatho vero et spectatores hoc sensu, *placet, ut comedatur et derideatur;* et, *dignus est, quem comedendum et deridendum nobis propines.* — 59. *Figura ἀμφιλογία.*] Editi veteres, Figura *Dilogia:* quae vera videtur lectio, tanto magis, quod mox dicet, *Et hoc ἀμφίβολον.* Ms. Boend. *Figura Dilogia.* — 61. *Hunc ego comedendum et deridendum vobis propino.*] Haec non agnoscunt Editiones Venetae, sed pro iis legunt: *Hoc ego credo, et censeo.* Crediderim ferme, utrumque esse a Donato. Etiam Ms. Boend. *Hoc ego credo, et censeo.*

OBSERVATIONES IN CALPHURNIUM AD HEAUTONTIMORUMENON.

PROLOGUS.

1. *Cic. in Divinat.*] Integra Ciceronis verba in Q. Caecilium Divinat. cap. 15. sunt: *Vt in Actoribus Graecis fieri videmus: saepe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat; sic faciet Allienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest.* Ad quae verba ita Asconius Pedianus: *Comoedia quinque Actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quae saepius Actu regreditur: secundarum et tertiarum, quae minus minusque procedunt. Terentius in Phormione: Quia, primas partes qui aget, is erit Phormio.* Forte legendum: *in Actum regreditur.* — 11. *Liceat.*] Rectius in Ms. et editis vetustis, *Licet.* — 20. *Habet.*] Ms. et edit. Argent. 1499. *Habebat.* Ideo verius, quia non Prologi, sed Calphurnii verba sunt. — 23. *Quinctilianus.*] Instit. Orat. I. 10. Ad quem locum vide quae notarunt Pareus et Almelovenius. — *Apud Aristophanem.*] Locus est *Ιππ.* 188. *ΑΛ. Ἀλλ' ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μέν τοι κακὰ κακῶς. At ego, o bone, neque Musicam didici, Praeterquam literas, et male quidem has malas.* Ubi Scholia: *Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι.*] *Ὅτι μουσικὴν τὴν Ἐγκύκλιον παιδείαν φησί. Γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Δεῖ δὲ τοὺς διερχομένους διὰ γραμμάτων παιδεύεσθαι, ἡ γὰρ παιδεία τοὺς ἀτόπους ἐκτρέπει λογισμούς.* — 37. *Meretrices.*] Editiones Venetae annorum 1490. et 1512. Tarvisiana, 1481. Argentina, 1499. melius: *meretrices procaces.* — 45. *Plautus in Prologo Asinariae.*] Versu 2. ubi nunc legitur, *Gregique huic.* — 46. *Assensum auditorum.*] Edit. Argent. 1499. *Assensum adiutorium.* — 48. *Horat.*] Lib. II. Epist. I. 81. ubi editiones praestantiores recte: *ea cum reprehendere coner.*

ACTUS I. SCENA I.

1. *Omnino.*] Lego ex antiquis edd. quibusdam, *oratib.* Vel potius: *omnino senilis prolixitas.* — 11. *Omnium.*] In Ms. et edd. vetustis est *oium*, quod valet h. l. *omnium*; quomodo solus exhibet Rob.

Stephanus. — 15. *Iam mane novum.*] Virg. Georg. III. 325. — *Iam clarum.*] Pers. Sat. III. 1. — 16. *Fundum vero vocat.*] Lege omnino, *Fundum Varro vocat.* Versum autem hunc etiam in Fragmentis Ciceronis expressum, Vossius in Etymolog. Laureae Tullio tribuit. — 20. *Virgil. in Bucol.*] II. 34. — *Cicero ad filium.*] Off. I. 1. — 21. *Virgilius.*] Aeneid. VIII. 415. — 22. *Aut paterfamilias, aut imperator.*] Mss. et edd. vetustae his *ut.* Malim, *ut paterfamilias, aut imperator.* — 23. *Cicero.*] Off. I. 9. — 23. *Sallustius.*] Bello Catil. I. — 33. *Nec tacui demens.*] Virgil. Aen. II. 94. — 54. *Cicero.*] De Invent. II. 50. Legendum autem: *Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, compararetur.* — *Livius Lib. I. ab Urb. cond.*] Cap. 3. Non mirum autem, Livium h. l. *Tantisper* sine *Dum* esse usum, scribit enim: *Tantisper tutela muliebri (tanta indoles in Lavinia erat) res Latina et regnum avitum, paternumque puero stetit.* — 59. *Horatii.*] Arte 173. — 72. *Sedeant.*] Virgil. Aen. XII. 15. — *Iam pridem.*] Virg. Aen. I. 722. — 73. *Horat.*] Serm. I. 4. 86. — 92. *M. T. in Frumentaria.*] Locus incertus. — 99. *Cicero.*] Locus incertus. Superiora autem de notione τοῦ *Liberi*, e Gellio expressa II. 13. Adde Notas. — 111. *Apud Sallustium.*] Refert ex Sallustio Priscianus Instit. Grammat. Lib. X. haec verba: *Curionem* quaesivit, *ut adolescentior, et populi suffragiis integer, aetati concederet Mamerci.* Ad quae verba notat Douza in Fragmentis Sallustii: *Neque illud praetermittendum,* Quaesivit, *in hoc Fragmento pro rogavit, obsecravitque positum esse, ab antiqui verbi formatione,* Quaeso, Quaesere, *ne quis praeteritum istud a* Quaero *derivandum, rei similitudine deceptus, falso porro sibi persuadere insistat, quod a mente Historici nimis quam alienum fuerit. Neque alio referendum exemplum Phocae; qui* Quaesere *apud Tullium et Sallustium nostrum lectum esse, diserte notavit, Quod alii, quo referrent, ignorantes, verbum istud, ut Fragmentum inter incerta Crispi inscite posuerunt.* Haec Douza. Et sane Phocas Capite de Quarta Coniugatione ita scribit: *Defectiva in modis sunt haec:* Quaeso, *quod primam personam habet indicativi modi duntaxat, licet* Quaesere *lectum sit apud Sallustium et Tullium.* Exscripserit igitur alter ex altero. *Tullium.*] Is Fam. XI. 3. *Deos quaesumus,* dixit. Unde itidem *Quaesere* Latini dici pro rogare, Calphurnius autumat.

ACTUS I. SCENA II.

7. *Nam non Latine dicitur, Audivi, quod in Asia est.*] Idem existimarunt Franc. Sanctius, et Ioh. Fred. Gronovius, quos multis Auctorum exemplis refutat Iac. Perizonius ad Sanct. Min. III. 14. 16. ita tamen, ut nemini auctor sit, iis locutionibus temere vel passim utendi. — *Cicero in Epistolis.*] Fam. II. 9. Qui locus nunc editur: *Voluptatem animi nimiam.* — 18. *Virg.*] Ecl. X. 46. — *Huiusmodi locutio parum Latinis usui est.*] Immo vero usitatissimum Latinis est,

verbum substantivum addere infinitivo. Vid. Sanct. Min. IV. 4. ibique Periz. — 32. *Varro*.] Verba Varronis: Scortari est saepius meretriculam ducere; quae dicta a pelle. Id enim non solum antiqui dicebant *scortum*, sed etiamnunc dicimus *scortea* ea quae ex corio et pelle sunt facta. Inde in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus, *Ne quid scorteum adhibeatur*, id est, ne morticinum quid adsit. In Atellanis licet animadvertere, rusticos dicere, se adduxisse pro scorto pelliculam. — *Scortea*.] Festus ita: *Scortea* id est pellea testium arietinorum, ab iisdem scorteis pellibus idem Verrius dictas esse ait. — *Nonius*.] Verba Nonii Marcelli: *Convivant* pro Convivantur: Pomponius Munda: Si Calendis convivent, Idibus coenant foris. Ennius Sat. Lib. I. Malo hercle suo magno convivat, sine modo. — 36. *Cicero ad Trebatium*.] Fam. VII. 8. — 37. *Quicquid hoc hominis est?*] Lege: *Quid hoc hominis?* Videntur verba desumta ex Enn. III. 4. 8.

ACTUS II. SCENA I.

4. *Apud Sallust. in Catil.*] Cap. 7, ubi vulgo *habebat* legitur. — 15. *Virgilius*.] Aen. I. 536. — *Pompeius*.] Integer locus ex Sexto Pompeio Festo desumtus. — 16. *Inde dies religiosi*.] Abr. Wielingius transpositione vocum et levi immutatione ita ordinat: *Inde dies religiosi, infames, vel infausti dicti ex contrario casu, quos propter ominis diritatem relinquam.* Videtur autem Calphurnius sua exscripsisse e Nonio Marcello. Ita ille: *Religiosos quoque dies infames vel infaustos lib. undecimo Commentariorum Grammaticorum Nigidius appellavit. M. Tull. ad Atticum: Non maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae, quam urbis captae, quod hoc malum ex illo; itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Vid. Cic. Att. IX. 5. Idem Nonius Terentii locum laudat. Sed et *Lucil. lib. XXVIII. Anno vertente dies tetri, miseri ac religiosi.* Adde omnino Festum. In priori igitur membro nihil sollicitaverim: Posteriora vel corrupta, vel interpolata videntur, seu *nominis diritatem* legas, seu *ominis*, quod equidem malim. A Ms. et editis nihil praesidii.

ACTUS II. SCENA II.

4. *Patria, aetate.*] Ms. *Patria, sexu, aetate.* — *Iuvenal.*] Sat. VI. 240. — 5. *Virgil.*] Aen. II. 274.

ACTUS II. SCENA III.

13. *Virgilius.*] Aeneid. I. 396. — 18. *Ecce hic.*] Lege, *Ecce hunc.* — *Ecce hic.*] Lege, *Ecce hanc.* — *Esse deceptum.*] Lege, *Esse se deceptum.* — 20. *Quia nondum appulerat.*] Ita in omnibus Libris. Abr. Wielingius ex coniectura legit, *Quia nondum appellaverat.* Forte, *Quia nondum apparuerat.* Loquitur enim tanquam de absente,

et nondum visa, etsi superis quasi praesentem allocutus esset. — 22. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 309. — 33. *Virgilius.*] Georg. I. 260. — *Liv.*] Lib. I. 1. — 49. *Virgilius.*] Aeneid. I. 484. — 54. *Virgilius.*] Aeneid. III. 216. Vulgo *Proluvies.* Sed et Nonius *Illuvies* legit. — 57. *Sueton. in Caesare.*] Cap. 81. Legendum autem: *adessent.* — 58. *Gamagogas.*] Forte, *Gynaecogogos.* — 59. *Arte Amandi.*] I. 351. Vide Comment. — 60. *Virgilianum.*] Georg. IV. 562. — 65. *Apuleius.*] Metam. Lib. I. sed lege: *in lacrimas.* — 70. *Optime.*] Ita cum Ms. editi omnes, praeter Argent. ubi legitur, *opotie*, quod videtur correptum ex *oportune.* Restituo ex conjectura: *novas res necopine audientis.* — 85. *Cum uno.*] Doctiss. Wielingius ex verisimili coniectura legit, *Conventio.* — 90. *Per eum dubitare.*] Edit. Venet. 1512. *Per eam dubitare.* Unde fortasse legendum: *perperam dubitare*, i. e. sine ratione. Abr. Wielingius malebat: *Per quod eum dubitare videbat.* — 106. *Trepide Syrum revocari.*] Ita Libri omnes. Legendum sine dubio, *Trepide Syrum revocat;* nisi malis, *revocavit.* — 113. *Horatius.*] Lib. I. Epist. XVIII. 84. — 115. *Cicero.*] In Verrem IV. 12. Legendum autem: *Minus clarum putavit fore, quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum.* — *Δεικτικῶς haec dixit.*] Lege: *Δεικτικῶς huic dixit.* — 122. *Virgilius.*] Aeneid. IV 535. Sed locus videtur ἀπροσδιόνυσος. — 126. *Ovidius.*] Amor. III. 4. 17. — 131. *Quinctilianus.*] Instit. VIII. 3. Alii, *Apellabant.* — *Mulier quaerans drachmam.*] Respicit Parabolam, quae est in Evang. Lucae XV. 8. ubi *σαροῖ* vertendum erat *everrit.* Quo fere sensu *fanum eversum atque extersum* dixit Cicero, Verr. II. 21.

ACTUS II. SCENA IV.

2. *Virgilius.*] Aeneid. V. 344. Legendum autem: *in corpore*, quomodo et Ms. et editi vetusti, praeter Lindenbr. — 8. *Nec regna.*] Verba sunt Senecae in Agamem. V. 259. *Nec regna socium ferre, nec taedae sciunt.* — 9. *Amator fingere potest, Amens vere amat.*] Repetita haec e Donato ad And. I. 1. 49. Confer Eun. I. 2. 68. — *Virgilius.*] Aeneid. I. 16. — 15. *Proprie calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem.*] Et haec repetita e Donato, ad Eun. I. 1. 34. — 20. *Ovid.*] Heroid. I. 4. — 22. *Cic. Quamprimum adveniens dedit.*] Coniicio: *Sic: Quod principium adveniens dedit.* quae verba sunt Parmenonis, Eun. III. 2. 4. Abr. Wieling. *Cic. Quam poenam adveniens dedit.* — 23. *Et animus.*] Lego, *Ut animus.* — 27. *Perii.*] Legitur haec vox h. l. in Ms. et vetustissimis editis, sed recte omissa est a Lindenbruchio; est enim fugitiva e superioribus, ubi Guido Iuvenalis ille, *Perii misera* Antiphilae tribuens, *prae nimio amore*, inquit. Sic mox ad III. 1. 11.

ACTUS III. SCENA I.

1. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 61. — 11. *Alterum tantum esse*

versum.] Abr. Wielingius ex coniectura, *Alterum tamen esse verum.* — *Sallust. in Catilin.*] Cap. 8. — *Virgil. Georg. lib. 2.*] Versu 177. — 18. *Servius Sulpicius ad Ciceronem.*] Fam. IV. 5. — 23. *Cicero.*] In Verrem II. 30. — *Quinctilianus.*] Instit. I. 5. ubi vide Adr. Turnebum et P. Burmannum. — 30. *Satyrici.*] Iuvenal. Sat. III. 60. — 33. *Cibus.*] Integra haec Nota cum proxime sequenti repetita est e Donato, ad And. I. 1. 48. — *Virgilius.*] Aeneid. III. 649. — 39. *Quod duo quae inter se.*] Abr. Wielingius expungit *ad quae.* — 43. *Satrapae a Graecis.*] Immo a Persis. vid. Comment. — 48. *Plautus.*] Menaechm. II. 2. 29. Gronovius. — 51. *Plinius.*] Hist. Nat. XIV. 20. — *Persius.*] Sat. II. 10. — *Persius.*] Sat. IV. 29. — 56. *Sallustius in Iugurth.*] Cap. 85. — 62. *Nam subest temperamentum.*] Repetita haec e Donato ad And. II. 6. 16. — 71. *Virgilius.*] Aeneid. II. 148. — *Sallustius.*] In Fragmentis legitur: *Pactione amisso Publio legato.* — 72. *Ovidius.*] Fast. I. 414. — 74. *Virgilius tertio Georg.*] E memoria laudavit locum, qui est Aeneid. VIII. 326. — 76. *Putamus instantia.*] Haec repetita e Donato, ad Eun. IV. 2. 4. — *Cicero.*] Orat. pro Ligar. cap. 10. — *Cicero ad Herenn.*] Lib. III. cap. 2. — 83. *Redditur cupientibus.*] Confer Donat. ad Eun. I. 2. 67. — 84. *Nonius.*] Is in v. *Occasita* citat Ennium: *salvete optima corpora, Cette manus vestras, measque accipite.* Fragmentum est e Medea. Unde reliqua petita sint, non liquet. Nisi forte Calphurnii verba sunt: *Et iunctis manibus confirmatur foedus.* — 94. *Boëthius.*] Commentario IV. in Ciceronis Topica, pag. 74. edit. Basil. 1541. — 98. *Cic. Libro primo Officiorum.*] Cap. 9.

ACTUS III. SCENA II.

10. *Plinius Lib. 10. Nat. Hist.*] Cap. 8. — *Plinius de ebrio inquit.*] Nat. Hist. XIV. 22. — 11. *Nam facetus est.*] Repetita haec e Donato, ad Eun. III. 1. 37. — 28. *Quidam de officiis scribentes.*] Abr. Wielingius legit: *Quod quidam de officiis scribentes.* Posset vero vulgata lectio manere, si praecedentia, *Ipsum fallere in tempore*, non subaudiantur ad verba Chremetis, sed tantundem valeant, ac si scripsisset Interpres, *Fallere in tempore.* quod equidem malim.

ACTUS III. SCENA III.

8. *Virgilius.*] Ecl. VIII. 41. — 16. *Cicero in II. de Oratore.*] Cap. 4. — 19. *Utilis et necessarius.*] Repetita haec e Donato, ad Eun. IV. 7. 46. — 39. *Incipere et inceptare.*] Et haec Donati sunt ad Eun. V. 8. 1. — 45. *Cic. in VI. in Antonium.*] Cap. 5.

ACTUS IV. SCENA I.

1. *Pauca verba.*] Haec repetita e Donato ad And. I. 5. 16. —

3. *In hac.*] Lego, *In hoc*, vel, *in hac re.* — 9. *Virgilius in Bucolicis.*] VII. 7. — 14. *Iuvenalis.*] Sat. VI. 68. — 25. *In Epistolis Cicero.*] Fam. III. 2. Edit. Ascens. *A se provisum.* Alii omittunt *A se.* Vide Interpp. — 26. *Sallustius.*] In Fragmentis. — *Virgilius.*] Aeneid. I. 251. — *Virgilius.*] Aeneid. XII. 15. — *Virgilius.*] Aeneid. I. 252. — 42. *Ovid. Fastorum secundo.*] Immo Fast. III. 12. Legendum autem: *Sacra lavaturas mane petebat aquas.* — 50. *Interierat ad quaerendas puellas domum eius.*] Res postulat, ut legatur: *Interierat ad quaerendam puellam nomen eius.* Sub. [illegible] — 80. *Non potest credere, perisse anum.*] Ergo ex sententia Calphurnii illa, *Si moreretur*, supra versu 99. non de [illegible], sed de anu intelligenda.

ACTUS IV. SCENA II.

1. *Sallustius.*] Catil. 61. — *Virgilius.*] Aeneid. II. 569. — 10. *Aliquamdiu perfecta.*] Lego, *Aliquandiu perspecta.*

ACTUS IV. SCENA III.

3. *Et deditio in hoste fieri solet.*] Repetita haec e Donato, ad And. V. 3. 26. — *Si Frugalis non exstat, unde descendat, vide tu.*] Ridiculum est, dubitare velle, an *Frugalior* descendat a *Frugalis*, si vel maxime is positivus non legatur. — 11. *Animus animi est, Amator vero corporis.*] Haec Donati sunt, ad And. IV. 3. 3. — 14. *A. Gellius.*] Lib. I. cap. 3. — *Virgilius.*] Aeneid. IV. 93. — 27. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 379. — 36. *Secundum Donatum.*] Vide ad And. I. 4. 3.

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Cicero.*] In Fragmentis. — *Plautus.*] Rud. II. 3. 46. — *Promissio et Pollicitatio eandem vim habent.* Repetita haec e Donato, ad And. II. 3. 27. — 6. *Virgilius.*] Aeneid. I. 136. — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 20. — 8. *Virgilius.*] Aen. IX. 94. Vide Donat. ad Eun. I. 2. 112. — 9. *Virgilius.*] Ecl. I. 83. — *Varronis.*] R. R. 1. 2. Villicus *agri colendi causa constitutus atque appellatus a* villa, *quod ab eo in eam* convehuntur *fructus*, et evehuntur, *cum veneunt.* — 11. *Iuvenalis.*] Sat. I. 52. — 12. *Nam inceptare.*] Confer Donatum ad Eun. V. 8. 1. — *Virgilianum.*] Georg. I. 335. legitur autem: *Hoc metuens, coeli menses, et sidera serva.* — 16. *Martial.*] XI. 92. 2. — 25. *Damnum, rei est: malum vero, hominis.*] Haec Donati sunt ad And. I. 1. 116. — 26. *Non possumus nescire.*] Eadem haec notavit Donatus ad Eun. IV. 4. 54. — *Virgilius.*] Aen. XI. 695.

ACTUS IV. SCENA V.

9. *Secundum Donatum.*] Ad And. III. 3. 48. — 10. *Donatus*

illud Terentianum exponens.] Eun. IV. 5. 8. — 27. *Petimus aliquid precario.*] Haec Donatus notavit ad And. II. 6. 11. — 28. *Nam prorsus est patre verum.*] Donat. ad Eun. II. 3. 14. — 31. *Spondet pater puellam.*] Verba Donati ad And. I. 1. 75. — 32. *Quinctil.*] Forte respexit locum, qui est Inst. VII. 4. — 33. *Virgilius.*] Aeneid. I. 78. — 55. *Proprie verbum convenit gladiatoribus.*] Haec repetita a Donato, ad Eun. V. 4. 6. — *Cicero in Catilinam.*] II. 11.

ACTUS IV. SCENA VI.

2. *Vel, modo non est disiunctiva particula.*] Verba Donati ad And. III. 2. 9. — *Virgilium.*] Aeneid. XI. 259. — 7. *Quasi de magno facinore.*] Vid. Donat. ad Eun. V. 8. 1. — 9. *Carnifex est, qui carnes ex homine facit.*] Integer hic locus descriptus e Donato ad Hec. III. 4. 27. — *Virgilius.*] Georg. IV. 255. Legitur, *tum.* — *Virgilius.*] Aeneid. VI. 481. — 11. *Virgilius.*] Aeneid. VI. 664. — *Idem.*] Aeneid. IV. 334. — 19. *Iuvenalis.*] Sat. I. 170. lege autem: *Experiar, quid concedatur in illos.*

ACTUS IV. SCENA VII.

1. *Raro alibi.*] Contraria exempla Plautus, Cicero, alii suppeditant. — 2. *Hic adiectio in primo posita est loco.*] Locus hic repetitus est e Donato ad And. I. 2. 26. — 10. *Haec pluraliter pro Hae.*] Vide Donatum ad Eun. III. 5. 34.

ACTUS IV. SCENA VIII.

3. *Virgilius.*] Ecl. VIII. 41. — 7. *Scire eos convenit.*] Verba Donati ad Eun. II. 2. 6. — 23. *Conveni tecum.*] In Evang. Matthaei XX. 13. habet Versio vulgata: *Nonne ex Denario convenisti mecum?* Quem locum sine dubio respexit Interpres. — *Cicero ad Lentulum.*] Fam. I. 9. — 33. *Sciens est.*] Ita Donatus ad Eun. I. 1. 27.

ACTUS V. SCENA I.

1. *Desponsabitur.*] Forte, *desponsatur*, uti continuo ante, *detegitur.* — *Dum videt.*] Forte, *dum videt.* — 6. *Obtundit; qui saepe repetendo aliquid dicit.*] Haec et quae sequuntur, Donati sunt ad And. II. 2. 11. — 13. *Assimulare.*] Ms. *assimulate.* rectius. — 16. *Veterator. Vetus est in astutia.*] Verba Donati ad And. II. 6. 26. — 21. *Virgiliana.*] Ecl. III. 2. — 27. *Haec est quarta amoris linea.*] Vide Donatum ad Eun. IV. 2. 12. — *Loqui.*] In Libris vetustis rectius est, *colloquii.* — 29. *Cicero autem in De Oratore.*] II. 86. — *Valerius.*] I. 8. 7. in Extern. — 36. *Cicero in Lib. de Orat.*] I. 56. — 40. *Virgilius.*] Ecl. III. 8. — 46. *Virgilius.*] Aeneid. I. 135. — 48. *Vir-*

phantus. Ms. Hulst. et Edd. vetustae adducunt me in suspicionem, legendum esse, *Dicet, si est, vel, habet.* — 52. *Illos.*] Virgil. Aeneid. III. 353. — 56. *Subaudiamus, et sum hic.*] In his nullus sensus. Unde et editio Argentina omisit. Ms. Hulst. nihil expedit, legens, *subaudiamus et sum, qui hic.* Coniiciebam, scripsisse Donatum: *subaudi, assum, elixum.* Scilicet, imperitus Librarius non capiens illa, *subaudi, assum*, posteriorem vocem transpositione literarum annectens priori, inde effinxit, *subaudiamus.* Pari ratione se *elixum* deformatum in *hic sum*, et, *sum hic.* Similis iocus apud Plautum Mostell. V. 1. 66. *Iam iubebo ignem et sarmenta, carnifex, circumdari.* Verba senis interminantis servo. Respondet servus per iocum: *Ne faxis: nam* elixus *esse, quam* assus, *soleo suavior.* Et Poen. I. 2. 67. *Milphio, heus! Milphio, ubi es? Mi.* Assum *apud te, eccum. Ag. Ego* elixus *sis volo.* Approbabit se mea coniectura, spero, si et a parasito, et de milite comedendo verba dicta cogites. Id igitur vult Donatus, integrum verborum Gnathonis sensum fuisse: *At ego pro istoc, Phaedria, et tu, Chaerea, hunc seu assum seu elixum comedendum et deridendum vobis propino.* — 58. *Dignus est.*] Crediderim, Donatum innuisse et Chaereae et Phaedriae verba, ita: *Ch. Placet. Ph. Dignus est.* Quae utraque, observante Antesignano, de industria Poëtae duplicem videntur sensum continere; atque alio sensu a Thrasone, alio a Gnathone et spectatoribus intellecta. Sic enim intelligere potuit Thraso, modo clariore voce prolata sint, *placet, ut Thraso recipiatur;* et, *dignus est, qui recipiatur.* Gnatho vero et spectatores hoc sensu, *placet, ut comedatur et derideatur;* et, *dignus est, quem comedendum et deridendum vobis propines.* — 59. *Figura ἀμφιβολία.*] Editi veteres, Figura *Διλογία*: quae vera videtur lectio, tanto magis, quod mox dicat, *Et hoc ἀμφίβολον.* Ms. Boend. *Figura Dilogia.* — 61. *Hunc ego comedendum et deridendum vobis propino.*] Haec non agnoscunt Editiones Venetae, sed pro iis legunt: *Hoc ego credo, et censeo.* Crediderim ferme, utrumque esse a Donato. Etiam Ms. Boend. *Hoc ego credo, et censeo.*

OBSERVATIONES IN CALPHURNIUM AD HEAUTONTIMORUMENON.

PROLOGUS.

1. *Cic. in Divinat.*] Integra Ciceronis verba in Q. Caecilium Divinat. cap. 15. sunt: *Vt in Actoribus Graecis fieri videmus: saepe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, quum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat; sic faciet Allienus: tibi serviet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quam potest.* Ad quae verba ita Asconius Pedianus: *Comoedia quinque Actus habet, hoc est, quinquies ducitur in scenam. Est ergo persona primarum partium, quae saepius Actu regreditur: secundarum et tertiarum, quae minus minusque procedunt. Terentius in Phormione: Quia, primas partes qui aget, is erit Phormio.* Forte legendum: *in Actum regreditur.* — 11. *Liceat.*] Rectius in Ms. et editis vetustis, *Licet.* — 20. *Habet.*] Ms. et edit. Argent. 1499. *Habebat.* Ideo verius, quia non Prologi, sed Calphurnii verba sunt. — 23. *Quinctilianus.*] Instit. Orat. I. 10. Ad quem locum vide quae notarunt Pareus et Almelovenius. — *Apud Aristophanem.*] Locus est *Ἱππ.* 188. *ΑΛ. Ἀλλ' ὦ 'γάθ', οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι, Πλὴν γραμμάτων, καὶ ταῦτα μὲν τοι κακὰ κακῶς. At ego, o bone, neque Musicam didici, Praeterquam literas, et male quidem has malas.* Ubi Scholia: *Οὐδὲ μουσικὴν ἐπίσταμαι.*] *Ὅτι μουσικὴν τὴν Ἐγκύκλιον παιδείαν φησί. Γράμματα δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα. Δεῖ δὲ τοὺς διερχομένους διὰ γραμμάτων παιδεύεσθαι. ἡ γὰρ παιδεία τοὺς ἀτόπους ἐκτρέπει λογισμούς.* — 37. *Meretrices.*] Editiones Venetae annorum 1490. et 1512. Tarvisiana, 1481. Argentina, 1499. melius: *meretrices procaces.* — 45. *Plautus in Prologo Asinariae.*] Versu 2. ubi nunc legitur, *Gregique huic.* — 46. *Assensum auditorum.*] Edit. Argent. 1499. *Assensum adiutorium.* — 48. *Horat.*] Lib. II. Epist. I. 81. ubi editiones praestantiores recte: *ea cum reprehendere coner.*

ACTUS I. SCENA I.

1. *Omnino.*] Lego ex antiquis edd. quibusdam, *oratib.* Vel potius: *omnino senilis prolixitas.* — 11. *Omnium.*] In Ms. et edd. vetustis est *oium*, quod valet h. l. *omnium*; quemodo solus exhibet Rob.

editis antiquis omnibus, praeterquam in Argentinensi. Forte expressum fuit nomen veteris Grammatici. — 5. *Subaudiendum est: dicit irata uxor.* Ms. Boend. et editi vetusti: *Subaudiendum est, dicit. irata, uxor scilicet.* Neutra lectio digna Donato, quia nec *dicit*, nec *uxor* subauditur, sed utrumque exprimitur. —, *Virgilius.*] Aen. II. 124. — 7. *Aut te amare cogitat: aut.*] Ita editi omnes. Sensus postulat, ut legatur: *Aut te amare cogitat, aut.*] *Minus peccati est.* — 8. *Qui te amare ἀμφιβόλως dixerat.*] Ms. Boend. et veteres impressi rectius: *Quia.* — 12. *Haec sunt, quae sibi nemo evenire velit.*] Atqui non de se, sed de Aeschino loquitur Micio. Quare audacter lego: *Haec sunt, quae filio nemo evenire velit.* — 17. *Figura ipsa. vitam clementem dicimus, quae clementes facit.*] Ita editiones, quas vidi, omnes, cum Ms. Boend. Sed Ms. Hulst. legit: *Figura ipsa tam clementem.* Unde fingo: *Figura. Ipsam vitam clementem dicit, quae clementes facit.* Abr. Wielingius coniiciebat ex lectione P. Dan. apud Lindenbr. *Figurata ipsata*, forte excidisse solemnem Criticorum notam X. adeoque a manu recentiori adscriptum, *figu. catachristica.* — 18. *Kita.*] Hos binos versus ita restituit Is. Casaubonus: *Εἶτα φίλης σχοινίῳ ἐμποδούμενον.* Quod est: *Deinde amicae vinculis impeditum.* Vel hoc modo: Ἔπειτα φίλου σχοινίῳ (γονίῳ) ἐμποδούμενον vel, (συμποδούμενον) ὀλεῖ; *Itane tu amicum nexu amoris is perditum? Γαμεῖ Πάμφιλος. γαμεῖτω. καὶ γάρ μ' ἠδίκησέ με.* Hadr. Iunius, Animadv. Append. quod post *Menandri* nomen asteriscum in suo Codice videret, suspicabatur hosce excidisse versus: Ὅστις γενόμενος βούλεται ζῆν ἡδέως, Ἑτέρων γαμούντων αὐτὸς ἀπεχέσθω γάμων. Id est, *Qui vivere optat suaviter, ubi coniuges Ducunt alii, ipse abstineat a nuptiis.* — 23. *Quos nos educare.*] Ita post Lindenbruchium vulgo exhibent editiones. Sed Codices vetustiores cum Mss. rectius: *Quod nos educare.* Edit. Du B. *Quod nos Educare dicimus.* — *Educet.*] Virg. Aen. VI. 766. — *Et Habui pro meo, et Amavi pro meo.*] Atqui dicit Terentius, *Amavi pro meo.* Videtur igitur legendum, *Et eduxi a parvolo pro meo, et, habui pro meo.* Neque enim aliter illa *pro meo* bis subaudiri possunt. — 25. *Plaut.*] Mil. II. 1. 23. sed legitur nunc, *Et illa illum contra: qui est amor cultu optimus.* — 28. *Peccata ab adolescentibus ad aetatem removendo.*] De hoc loco ita ad me Amplis. Vir, Cornelius van Bynkershoek: *Aut fallor, aut scripsit Donatus: ob aetatem, iuvenilem scilicet.* Ad aetatem *non video, quem sensum habere possit.* Ad, ab, ob in *Libris Veterum saepe commutantur. In l. 7 ff. de Iustit. et Iur. Florentiae legitur*, ad honorem Praetorum, *cum legendum sit*, ob honorem, *vel ut etiam nonnulli Editores exhibuerunt*, ab honore. *Et apud Festum in* Graeca sacra, *non* ob inventionem Proserpinae, *sed* ad inventionem Proserpinae *legendum existimo.* Quam quidem emendationem Amplissimi Viri certissimam esse duco, cum ob sensus perspicuitatem, tum quod manifesto ita legitur in Ms. Boender. sed et editionibus vetustissimis, Anonymis, Tarvisiana anni 1481. Argentina 1499. Venetis an-

norum 1490 et 1512. — 38. *Retinent.*] Sensus postulat, ut legatur, *Tenent.* Edit. Du B. *Nam vitia filios tenent, quos non retinent patres.* — 39. *Potuit, et non addi, praeter aequum bonum.*] Ita post Rob. Stephanum etiam Lindenbruchius edidit, aliique recentiores. Sed Mss. et editi vetustiores planius: *potuit et non addi, praeter aequum et bonum.* Et certe, qui dixerat iam, *nimium,* non opus erat addere, *praeter aequumque et bonum.* — 40. *Melius est; longe simpliciter accipiendum, ut locale sit, quam valde.*] Lectio corrupta, quam tamen tuentur Mss. et editi omnes. Restituo: *Melius est, longe simpliciter accipere, ut locale sit, quam pro valde,* sub. accipere. Nisi forte legendum et scribendum: *Melius est longe, (simpliciter accipiendum, ut locale sit) quam valde.* Ut videatur Interpres caussam velle reddere, quare potius *longe esse* dixerit Poëta, quam *valde* scripserit. — 45. *Quasi malo.*] Primus, opinor, Rob. Stephanus ita edidit. Nam Mss. et editi antiquissimi legunt, *Quasi malum.* Edit. Du B. *Quasi malos.* — 46. *Mire, non intulit caput; ad ingenium redit.*] Vetusti Codd. scripti et impressi: *Mire non intulit caput, sed, ad ingenium redit.* — *Prorsum prius versum.*] Lego: *Prorsum; prius versum.* Ita Donatus ad Eun. II. 3. 14. quod imitatus Calphurnius ad Heaut. IV. 5. 28. — 47. *Καλαγαθίαν ΑΝ*.*] Hic lacuna est in plerisque Codicibus. Quia vero oppositionem instituere Poëtam observat Donatus, dubium nullum est, quin scripserit: *Καὶ ἀνελευθερίαν.*

53. Ms. Boend. et edit. Du B. *Quum propior est, ipsum a longe conspectum aspiciens veniente non bene cognoscens, ac indubius, forte, ac proin dubius.*

54. *Stetit.*] Virg. Aen. VII. 291. sed nunc legitur: *haec effundit pectore dicta.*

ACTUS I. SCENA II.

1. Ms. Boend. *Diversae partes, et diversa studia.* Et mox: *Difficiles in delictis.* —

7. *Quae erat.*] Mss. et impressi vetusti: *Quae fuerat.* Lindenbr. et Steph. *Quae fuerat.* — 8. *Nihil nisi inania.*] Ita Libri, quos consului, omnes. Nisi quod Boeclerus corrigit *immania.* quae probabilis coniectura est. Possitque Donatus videri scripsisse, *nihil nisi Mania,* quod cum valeret, *nihil nisi immania,* facili errore mutatum fuit in, *nihil nisi inania.* Vel possit τὸ *inania* defendi eo, quod, quae Demea refert, omnia sunt aetati adscribenda, non animi scelera.

11. Ms. Boend. et edit. Du B. *Adiudicatio ex auctoritate rumoris.*

13. *Sallustius.*] In Fragmentis. De Pompeio intelligit Dousa. Locus ille Sallustii videtur ἀπροσδιόνυσος esse, et de vultu conspectuque intelligendus, contra Terentii mentem.

15. Ms. Boend. et edit. Du B. *Quidquam facere.*

21. *Sic Caelium exagitat.*] Hadr. Junius in Append. Animadv. legit, *Ubi Caecilium exagitat*: recte. Lege autem: *magna sunt ea, quae dico, mihi crede: noli haec contemnere.* Vid. in Q. Caecil. Divin. cap. 12. — 26. *Ennius.*] Lege: *Memini me fieri pavum.* Vide ad And. II. 6. 18. ibique *Observ.* — 29. *Malae vitae.*] Ms. Hulst. et Lindenbr. *Molestae vitae.* Unde forte legendum, *odiosae et molestae vitae.* — 30. *Retinere.*] Mss. et edd. veteres: *Retineri.* — 36. *Illi.*] Virg. Aen. II. 548. *Degeneri facta.* — 46. *Eam vero.*] Ms. Boend. et edd. vett.: *Cum non potis sine perturbatione perfrui his, quae amas.* — 47. *Donec.*] Virg. Aen. II. 719. — 51. *Vigilias.*] Aen. IV. 381. — 55. *Quasi curam tradidit?*] Ms. Boend. et editio Anonyma, Parvisima, Argentinae, Venetae: *Quasi vero eam curam irascetis.* Malim: *Quasi minime? Num eum ego a...?* — 59. *Quantus sis.*] Ita Libri Mss. et editi veteres omnes; sed mox: *Quantumque.* Unde coniicio, scripsisse Interpretem: *Hoc est, Quantumvis et quantumcunque eum ames, decipietur per indulgentiam tuam.* — 60. *Et arctius.*] Constans lectio. Forte; *Et eo, quod asius, quid pater est,* q. d. ideo gravius in filium dicere non vult. — 69. *Aliquid dicendo, praetermisit vel meretricem, vel ceterum.*] Restitue: *et aliquid dicendo praetermisit, meretricem, et ceterorum.* — 71. *Vitiatum amore Aeschinum.*] Ms. Wielingius ex coniectura: *vitiosum amicam Aeschinum.* Ms. Boend. et edit. Du. B.: *Adeoque verisimile est.* — Et mox: *Et apparet praeterea, coactum eum ex parte fateri, vitiatum ex amore Aeschinum, et pudore impeditum, adeoque hoc dixisse, quod honesto potius, velle se uxorem ducere dixisse maluit, quam velle tacuisse confusum.*

ACTUS II. SCENA I.

1. *Quiritari dicebant.*] Lucil. apud Non. v. *Quiritare: Hic, inquam, rudet e rostris, atque eiulitabit, Concursans uti arenarius, clareque quiritans.*

2. *Constitit.*] Virgil. Aeneid. V. 426. — 3. *Virgilius.*] Aeneid. II. 670. — 7. *Hic vis responsa.*] Lege, *Hoc hic respondit.* Mox autem pro *imminuto*, Ms. Boend. et impressi vetusti omnes legunt, *minuto*: quorum neutrum congruentiam habet sensui. Nimis ita capias, quasi *in lenone*, i. e. lenonis nomine, deminutio capitis tantum consisteret; scilicet quia ius fere civitatis amittebat, quicunque lupanar exerceret, certe infamis erat; l. 4. D. de His, qui not. inf. Ut plurimum quoque peregrini lenones, pariter ut meretrices. Auson. in Monosyll. Triplex libertas, *capitisque minutio* triplex. Scilicet libertatis, *civitatis* et familiae. Vid. Instit. de Cap. Diminut. Sannio igitur *Lenonem* se vocat, appellatione minus duras, quam si *scelestum* sese dixisset, quo titulo eum ornaverat Aeschinus. Scelus autem habebatur *lenocinium*; atque iccirco infamiae notam incurrebat Leno, quae boni civis existimationem auferebat, improbumque ac intestabilem reddebat,

omni civium iure privatum. Atheniensium autem vetusto iure capitis adficiebantur supplicio Lenones. Vid. Meurs. Them. Att. I. 6. ext. — *Fides in concipiendis*] Videtur una serie legendum, ut est in Libris Mss. et editis antiquissimis ante Lindenbruchianam fere omnibus. *Fides in concipiendis comminationibus denuntiatio comminantis est.* Rob. Stephanus omisit τὸ num. — 9. *Figurate ergo*] Fortasse distinguendum: *Figurate.* Ergo *quod expurgas*, id est, *purgationem tuam.* Solet enim τὸ *Figurate* ita simpliciter poni a Donato. Vide not. ad vers. 36. — *Cicero.*] Verr. II. 60. — *Ius vindicta.*] Sic Phaed. I. 26. 2. *mulctandum simili iure.* Vide infra III. 2. 27. — 11. *Aut separatim.*] Haec Donati non esse, sed alicuius, qui se supposuerit Donato, ait Petrus Nannius. — *Lites iureiurando sunt terminatae.*] Idem testatur Paulus Apostolus Hebr. VI. 16. ubi vide Interpretes. — 16. *Prius divitis.*] Virg. Aeneid. XI. 213. — 15. *Virgilius.*] Georg. III. 13. — 17. *Id est vestigium litigantis.*] In his nec vola nec vestigium sani sensus. Praeferunt tamen Libri omnes eodem modo tandem scripturam. Nisi quod interpretatio Guidonis Iuvenalis facit, ut ferme credam, scripsisse Donatum: *e vestigio in dementia genus sit*, sub *p e d g n u s.* — 21. *Virgilius.*] Aen. XII. 179. — *Maxime a proximis.*] Ms. Hulst. *Maxima proxima.* Ms. Boend. cum edd. veteris; *maxime proximi.* Lectio autem vulgata videtur praeferenda. — 22. *Contemnentis in invidiam.*] Mss. et impressi antiqui rectius: *Contemnenda in invidiam.* — *Quantum a se longe sit regnum.*] Lego, *Quam a se longe sit regnum.* Scilicet et *quam* et *quantum* scripserunt compendio qm. — 24. *Est enim multo maius.*] Mss. et impressi veteres: *Est enim multo minus.* quod cum Aeschini verbis convenire videtur. — 25. *Sub qua mos erat captivos vinciri.*] In edit. Paris. 1552. legitur in margine: *Vide, an detrahenda sit praepositio sub, ut intelligas, captivorum manus laureis virgultis fuisse vinctas.* Quae Nannii sententia est, Miscell. II. 9. laudata etiam Vossio Etymol. v. *Lorum.* Verum aut vehementer fallor, aut immerito Donati verba sollicitantur a summis Viris. *Sub qua mos erat captivos vinciri*, si quid video, valent interpreti, captivos revinctis post tergum manibus ita praecessisse triumphalem currum, ut sub corona laurea ipsius triumphantis quasi vincti incesserint. Neque enim virgultis laureis vinciri captivos morem fuisse, apud quenquam veterum me legere memini. — *Virgilius.*] Aen. X. 524. — 29. *Quasi diceret, ubi non est, quando Aeschinus loquitur.*] Distinguo: *Quasi diceret:* Ubi non est. *Quando Aeschinus loquitur.* Vult enim Donatus, Sannionem plura dicturum fuisse, sed ab Aeschino interpellatum tacuisse. — 32. *Ad, quam evertisti domum? quia, Fores effregit, atque in aedes irruit alienas.*] Si ita editur, quod fit vulgo; credas illa, *q u o r e d e a m?* referenda esse ad, *Quam evertisti domum?* Tum κόμματος signum post *quia*, sequentia faciunt itidem obscuriora. Uti autem ad Sannionis verba, *q u a m r e m?* notat Donatus: *Quam abduxisti?* q. d. leno, *Redeamne ad illam rem, quam abduxisti?* i. e. citharistriam; ita quum idem Sannio rogat, *q u o r e d e a m?* Donatus

cuius sensum dat, quasi dicat leno: *Ad quam invertisti domum?* Tum addit Interpres suis, non lemdtis verbis: *Quis fores effregit, atque in aedes irruit alienas.* Quae repetita e verbis Demeae, supra I. 2. 8. — 33. *Nonum.*] Haec ita leguntur in Ms. Boend. et edd. ante Rob. Stephanum: *Leno nomen sacrilegum et iniustum. Leno iniquitatem agitat. Leno iniustitiae patrocinatur.* Unde sequentia ita legenda: *Ergo hoc totum aliquando pronunciandum est.* — 37. *Revertentibus.*] Forte, *se vertentibus.* — *Virgilius.*] Aen. IV. 646. ubi nunc *recludit* legitur. — 42. *Ab eo quod est superior.*] Variant Libri, exhibentes vel *super*, vel *superior*, vel denique *superiam.* Videtur igitur legendum: *Ab eo quod est* superum, *et* superius, *fit* supremum. Vel: *Ab eo quod est* superum, *fit* superius et supremum. — *Virgilius.*] Aen. VII. 220. — 64. *Absque voluntate.*] Ita vulgo editur. Sed Ms. Hulst. et Boend. cum editis nonnullis, *Et cum voluptate lenonum.* i. e. non semper invitis lenonibus; quod magis placet. Vel, quomodo Lindenbr. edidit: *Et cum voluntate lenonum.* — 42. *ΑΙΓΟΟ ΤΗ ωΟΙωΝ ΤΟΙΓΟσΡωΑΤΟ ΤΟΝ ΓΡωΝΟΝ ΟΙΚωΤΗΝ λαβων.*] Videtur Lindenbrochius omnium primus ita edidisse, cum nec in Mss. nec editis vetustioribus quidquam verborum Menandri hoc loco legatur. Qui vero Menandri Fragmenta collegerunt, nullam huius loci mentionem faciunt. Neque adeo sanum inde sensum exsculpere mihi licuit. — 47. *Virgil.*] Aeneid. VI. 664. — *Nunquam.*] Virgil. Aeneid. IV. 334. — 59. *Virgilius.*] Aeneid. XII. 657. Ubi *nuncat* Servio valet *dubitat.*

ACTUS II. SCENA II.

1. *In hac Scena actus, est exemplum continens vitae avarorum.*] Si ita distinguatur, omnino legendum videtur, *continens vitam.* Quia vero τὸ *vitae* est in Mss. et editis vetustis, quod sciam, omnibus, videtur potius distinctione laborare locus, et ita interpungendus, *In hac Scena actus est, exemplum continens vitae avarorum.* quando *actus* non partem quintam Fabulae, sed simpliciter *actionem* notabit. Vide mox ad versum 4. — 2. *Sic et in Eunucho.*] Locus est Eun. III. 2. 2. ubi vide Donatum.

2. *Et mox irata persona.*] Quae sequuntur, non Thaidis, sed Chremetis verba sunt. Vid. Eun. IV. 7. 36.

3. *Honorifice nomen tractat.*] Malim, *Honorifice hominem tractat.* — 4. *Uter.*] Forte, *Ut uter.* — *Virgil. in Bucolicis.*] Immo in Georgicis, II. 530. — 7. *Virgil.*] Aeneid. II. 670. — 17. *Hoc et correpte legi potest.*] Videtur inepta Grammatici distinctio. Existimat Abr. Wielingius, quum *producte* accipi *Hoc* ait Donatus, ablativum intelligi; ut *Hoc* valeat, *ex hoc.* Quia tamen ita *Hoc* interpretatur *aut hanc rem, aut hunc locum,* possit videri *Hoc* accepisse pro *Huc,* ut sensus sit, *Animus tibi pendet in Cyprum.* Sic supra I. 2. 12. dixit: *Hoc autem, vel articulus, vel adverbium loci est.* — 22. *Horatius.*] Carm. I. 3. 1. — *Numquam.*] Carm. I. 1. 13. — 28. *Dispu-*

taverit.] Lego: *Disputaverat.* — 30. *Non dicit, de qua.*] Forte, *Non dicit, quam.* — 31. *In caeum penderit.*] Verba sine sensu. Ms. Hulst. recte: *In caesum pendere.* Lego igitur, et distinguo: *Quae multis succisa ictibus ferri, tandem incipit in caesum pendere.* — 34. *Nec ipsa.*] Lego, *Nec ipsae.* Sub. viginti minae.

35. *Id est, in periculum.* In Ms. Boend. et ed. Du B. additur: *Virgil. Nec tibi desertae in dubium.* Est autem locus corruptus, et male citatus: ita enim Aen. XI. 843. *Nec tibi desertae in dumis coluisse Dianam Profuit.*

36. *Sic Virgil. in maius repetit, quod non semel dicit.*] Pro his in Mss. et editis Rob. Stephano et Lindenbruchio vetustioribus legitur: *Sic et Virgilius in maius repetit, q. d. s.* Quae possint videri aliunde adsuta Donato; illa vero, *q. d. s.* itidem notare, *quae dixit supra.* — 42. *Virgilius.*] Aeneid. III. 602.

ACTUS II. SCENA III.

1. *Pretii.*] Ms. Boend. cum edd. vetustis, ante Rob. Stephanum, *praemii.* — *Attributis.*]. Mss. et editi omnes antiqui, *Tributis.* — 3. *Virgilius.*] Aeneid. X. 600. — *Tu nunc.*] Virgil. Aeneid. IV. 265. — 6. *Propter personam elaboratam.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Ms. Boend. et Libri impressi vetustiores, *per personam elaborantem, sic dictam.* pro quo editio Tarvisiana legit, *sic pictam.* — 8. *Hunc mihi.*] Virgil. Aeneid. VII. 331. — *Unque.*] Virgil. Georg. I. 338. — *Capus Aeschini, id est, ipsum Aeschinum.*] Ms. Boend. et primae editiones, *Capus Aeschini intellige ipsum Aeschinum.* Rob. Stephanus utramque edidit, *Caput Aeschini intellige, id est, ipsum Aeschinum.* — 10. *Aut lenonis.*] Ms. Boend. et editiones veteres ante Rob. Steph. *Aut Micionis.* Editio Du B. *Aut Micionis, aut Demeae, aut populi.* — *Omnia.*] Virgil. Aeneid. IV. 558.

11. *Decrepiti dicti sunt clamosi senes.* Vid. Eun. II. 1. 25.

ACTUS II. SCENA IV.

1. *Et vide, quanti facias leno prae lucro iniuriam.*] Ita post Rob. Stephanum vulgo editur. Ms. Boend. et editiones primae magis ad mentem Poëtae et Interpretis: *Et vide, quantam fecat leno pro lucro iniuriam.* — 2. *Sic ipse mox in subditis.*] Haec, et quae sequuntur, corruptissima sunt, neque tamen a Libris quidquam praesidii. Restituo ex coniectura: *Sic ipse Demea in subditis: iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster! quid fit? quid agitur?* Quae Demeae verba sunt, infra V. 5. 3. et 4. — 8. *Ex periculo et difficultate.*] Ms. Boend. et edd. vett. *Ex periculo difficultatis.* — 10. *Hoc scilicet fateri ei.*] Ita Libri omnes, sed nullo sensu. Forte, *Hoc velle celare ei.* — 11. *Menander.*] Ex coniectura Petri Nannii rescribendum, *Diphilus.* Vide Prologum,

versu 6. — 18. *Dicuntur etiam servi illi solvi.*] Si expungas τὸ *servi*, sensus erit, ut creditorem et debitorem ligatum esse, et proinde recte dici solvi. Hic absolvendus erat creditor Sannio. *Cum barba lenonia.* Plaut. Rud. III. 4. 64. *Nam hercle ego te barba continuo arripiam, et in ignem coniiciam.* — 14. *A lenone.*] Mss. et editi vetusti, *Hoc a lenone.* Et mox, *posset ostendi.* Sed Ms. Hulst. *posse ostendit.* Unde coniicio legendum: *Hoc a lenone inconstante ita dicitur, ut perturbatio metuentis magnum damnum posset ostendi.* — 15. *Quasi pertinaciter asserentem lenonem instaturum se exclamationem * facere denotetur.*] Lectio corrupta. Ms. Hulst. *Quasi pertinaciter asseverantem lenonem instaturum se exclamatione agendi.* Ms. Boend. *Quasi pertinaciter asseverantem lenonem instaturum se et clam actionem facere denotetur.* In edd. vetustis est *et clamationem.* Coniiciebam scripsisse Interpretem: *Hic separatim inferendum est, quasi pertinaciter asserentem lenonem institoriam* (actionem) *ec.* (scilicet) *exclamatione facere denotetur.* Qui enim in Cyprum non erat profecturus, poterat videri institoriam Athenis velle facere, idque exclamatione significare. — 16. *Hoc verbo.*] Ms. Hulst. *Hoc responso.* — 18. *Lucilius.*] Eius verba e Sat. Lib. I. ita adhibentur in Fragmentis: *Irritata canes quam homo quam planius dicit.* Rob. Stephanus vetustiores edd. sequutus, *plurima* edidit. In Ms. Hulst. vestigia τοῦ *planius* servantur in *planos.* Consentit Lindenbruchius. Fr. Dousa ex restitutione Scaligeri edidit, *planius dicit.*

20. *Illa quidem mea erit.* E memoria laudavit verba Terentii, Phorm. I. 2. 84. *Illa quidem nostra erit.*

20. *Turpe dictu.*] Ms. Boend. et edd. vett. *Turpe factum.* — 21. *Servus nihil tam comicum.*] In Mss. et impressis antiquis lacunae indicium nullum. Ms. Boend. cum edd. veteribus: *Servus nihil tam comicum, nisi invitus adeo ut totum superbe et magnifice loquatur.* Ms. Hulst. pro illis, *nisi invitus adeo*, habet, *sed eo vultu.* Legerim igitur: *Et lucifer lube sterni nobis.*] *Servis. Nihil tam Comicum, sed eo vultu, ut totum superbe ac magnifice loquatur Syrus.* — 22. *Et hoc spectatur.*] Ms. Hulst. *Ex hoc spectatur.*

ACTUS III. SCENA I.

1. *Exitus *.*] Lacunam hic esse, primus, opinor, credidit Rob. Stephanus; quia in Mss. et editis antiquis nullum eius indicium: in quibus omnibus et *gestum* et *gestus* legitur. Fortasse ita distinguendus locus: *Hic ergo Exspectatio est; in Getae nuncio Gestus: in planctu Sostratae Exitus.* — *Micio Aeschini persona.*] Constans fere Librorum lectio. Sed vel delendum τὸ *Micio*, vel legendum, *ut modo Aeschini persona*; vel potius cum Ms. Hulst. *Ut initio Aeschini persona.* Intellige initium huius Fabulae: quo Aeschini persona insinuata est a Micione et Demea. — *Annam.*] Virgil. Aen. IV. 634.

1. *Nomina ad aliquid.* Vide infra, III. 4. 10.

3. *Virgilius.*] Aen. II. 5. — *Quod * recitatu.*] In editis vetustis est: *Quod si resciscitatur, facit Tute et Tutemet, et Tutemet ipse.* Ms. Boender. *Quod si resciscitatur, ut facit Tute, et Tutemet, et Tutemet ipse.* In quibus verbis bonus videtur esse sensus, si legas, *Quod si res sciscitatur, Tu facit Tute, et Tutemet, et Tutemet ipse.* Apponam, quod sit exempli gratia. *Ego filium corrupi? Tute. Egone? Tutemet. Egone? Tutemet ipse.* Quae coniectura si minus placet, en aliam scripturam: *Tute autem pro tu παρέλκον est: quod si re scidatur, facit tu. Tute.*] *Et Tutemet, et Tutemet ipse.* — 4. *Annam.*] Virgil. Aeneid. IV. 634. — *Miserae.*] Virgil. Aeneid. IV. 420. — *Solae sumus.*] *Numquam pluraliter Solae.* Non leguntur haec in omnibus Codicibus vetustis. Videntur autem post proxime sequentia ab nescio quo ad marginem allita, ita demum in contextum irrepsisse. — 8. *Sic Lucilius p. 1. 1. Hic e re nata Sic eius dedit: haud malus est.*] Totus hic locus deest in Ms. Boend. et edd. quibusdam veteribus. Neque in Fragmentis Lucilii verba haec leguntur. — *Quam nunc Aeschino.*] Mss. et editi veteres: *Quam non Aeschino.* Sed sensus postulat, ut legatur: *Quum non Aeschino culpam, sed potius casui attributam velit.* — 9. *Sic enim facit, potis, potius, potissimum.*] Haec absunt a quibusdam Codicibus; neque videntur esse genuina. Sic supra II. 1. 42. ubi dixisset, *Ab eo quod est superum et superius, fit supremum,* non addit etiam, *sic enim facit superum, superius, supremum.* — 10. *Talem.*] *Scilicet a corpore.*] Integra haec Nota mire turbata et interpolata est. Lego ex coniectura: *Talem.*] *Laus scilicet a corpore, a forma, a pulchritudine. Ante: Illum talem. Haec, et Tali animo, in illo. Tali genere.*] *Laus ab his, quae extrinsecus sunt; id est, honestate generis.* Genus *tantum ad vivos pertinet.* Familia *etiam ad defunctos. Alii* Genus *ad nobilitatem referunt,* Familiam *ad copias. Unde et paterfamilias dicitur, ut sit, Ex tanta familia, ex tam divite domo. Haec omnis χαρίεντισμός tragica est gaudiorum introductio, ante funestissimum nuncium. Tali animo. Id est, sapientia, modestia. Hoc modo igitur nihil praetermisit in laude.* Ita utcunque sensus constat. Ubi autem dicit, *Ante, Illum talem,* manifesto respicit locum, qui est Eun. I. 2. 81. ubi Phaedria de Thrasone, novo scilicet Thaidis amatore, quem itidem forma et pulchritudo commendabant, *et istam nunc times, Quae advecta est, ne illum talem praeripiat tibi.*

11. *Quam bonus est.* Edit. Du B. *Quantalis est, nihil ad vota, praeter salutem opus est.* Unde elicueram, *Quis talis est, nihil etc.* quomodo post in Ms. Boend. diserte scriptum vidi.

ACTUS III. SCENA II.

1. *Aut vero.*] Lectio suspecta, quam tamen omnes, quos vidi, Codices praeferunt. Coniiciebam, scripsisse Interpretem, *An vero*

consignificationem temporis habet? certe ita mox: *nunc illud est, utrum periculum, an tempus?* — 3. *Omnia secum.*] Virgil. Georg. III. 343. — 4. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 5. *Qui credunt.*] Forte, *Qui credent.* — 6. *Quae te.*] Virgil. Aeneid. I. 605. — *Virgil.*] Ecl. V. 22. — *Quem non.*] Virgil. Aeneid. II. 745. Legitur nunc, *Deorumque.* — 7. *Plautus in Bacchidibus.*] I. 1. 73. Legendum autem, *in navi.* — 8. *Nunc dextra.*] Virgil. Aeneid. V. 457. — *Virgilio.*] Aen. IV. 369. — 10. *Virgil.*] Aen. II. 285. — *Praesens loquitur.*]. Lectio suspecta. Restituo ex coniectura: *Et quia oportuit ipsam propiorem loqui, porro servus loquitur.* Lindenbruchius edidit: *praesens est.* — *Ne ob illam rem Geta conservus loqui desinat.*] Locus corruptus. Sostratae facta erat mentio, otiius non conservus, sed servus erat Geta. Lego: *Idcirco nec Canthara audit, ne ob illam Geta conservus loqui desinat.* Et *rem* omittunt quidam Codd. — 11. *Adhuc non audiente Geta loquitur.*] Lego ope Codd. *Adhuc non audiente hera loquitur, idcirco nec audit eam servus, nec videtur ab eo Sostrata.* Vide Donatum ad vers. 23. — 12. *Competentis animi.*] Ita plerique Libri. Sed in Ms. Boend. et edit. Anon. est, *compotentis animi.* Abr. Wielingius malebat, *competens animi.* — *Sallustius.*] In Fragmentis. — *Compositum animo.*] Ms. Boend. cum editionibus Venetis, annorum 1490. et 1512. Anon. et Tarvis. anni 1481. *compositum animum.* Edit. Argentina, *compositum animi.* — 14. *Tuaque.*] Virgil. Aeneid. I. 98. — *Hunc ego.*] Virgil. Aen. IX. 481. — *Sallustius.*] In Fragmentis. Legitur et *Tarquitius.* — 15. *Quae ex recentissimis flagitiis properata sit.*] Ms. Boend. cum editionibus Venetis, Argentina, Tarvisiana et Anonyma: *Quae ex recentis vitii flagitiis properat.* — *Virgil.*] Aen. X. 614. — 16. *Virgilius.*] Aen. VI. 730. — *Brachiaque: * et caetera uitia, in Aeschinum.*] Locus corruptus; cui emendando nihil opis ferunt Codices vetusti. Tento, si forte ita restitui queat, *Brachiaque, et caetera. Vindicta in Aeschinum stomachum porro movens ostenditur etiam per aliena supplicia.* post quae continuo legunt editiones veteres cum Ms. Boend. *maxime per Syrum impulsorem.* — 18. *Ista poena.*] Lego: *Ipsa poena.* — 19. *Virgil.*] Aen. IV. 664. — *Spargite.*] Virgil. Ecl. V. 40. — *Sparserat.*] Virgil. Aen. IV. 512. — 20. *Amoris indices.*] Ita Libri mei omnes. Qui tamen puellis maxime tribuuntur. Vide Interpretes ad Cantic. IV. 9. et Phaed. IV. 4. 4. An, *Amoris illices?* — 21. *Sallustius in Secundo.*] In Fragmentis. — *Virgil.*] Georg. III. 255. — *Horatius.*] Epist. II. 2. 75. sed legitur nunc, *hac lutulenta.* — *Virgilius.*] Aeneid. IV. 245. — 23. *Et sine praescriptione temporis sperare, iuxta certum tempus.*] Distinguit inter *exspectare* et *sperare.* Unde distinctione laborat locus. Legendum: *Et sine praescriptione temporis; sperare iuxta certum tempus.* — 25. *Ad omnia servum respondere.*] Videtur legendum, *Ad omnia Sostratam respondere.* q. d. non omnia convenire Sostratae. quare mox addit: *Sed nutricem putat hoc loqui.* Scilicet, Aspero blandius, quam pro domina dictum videtur, *mi Geta.* Quae saepius Grammatici laudatur

Guyeto. Nisi tamen potius scripsit Donatus: *a domina servum resupinari.* Ita de altero Geta currente, Phorm. V. 6. 24. — 27. *Dictu.*] Lego, *dictis.* — 28. *Alienus est a nostra familia.*] Quae ad haec verba leguntur notata, ante Lindenbruchium non invenio. Restituo autem ex coniectura: *Getae enim ipse iam dominus.* — 29. *Augmenta.*] Ms. Boend. et editi vetustissimi: *Argumenta mali metuendi.* Sic mox ad vers. 30. Rob. Steph. et Lindenbr. *Augmenta* videntur edidisse, ob sequens *Imminutionem.* Sequentia ita legerim: *Ut in principiis, quae actum respiciunt, non statim imminutio rerum spectatur.* Movet me, quod τὸ *spectatur* est in editis quibusdam. — *Interponuntur.*] Ms. Boend. et impressi veteres cum Rob. Steph. et Lindenbr. *Interponitur.* — 32. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 378. — 35. *Non quia divinabat.*] Codices veteres: *Non quia marem nasci divinabat.* — 37. *Virgil.*] Aen. XII. 156. — 43. *Cogiturque * quod ex altera parte sit, hoc est, tacere.*] Ms. Boend. edit. Anon. Tarvis. Venet. Argent. sine lacunae nota: *Cogerisque quod ex altera parte sit, hoc est, conticere.* Edit. Du B. *In qua, quod senseris, tollis, cogerisque quod ex altera parte sit.* — 44. *Constantem.*] In aliis: *inconstantem,* et, *demonstrat.*

46. Edit. Du B. *Satis argute arguit Poëta.*

49. *Hoc est: annulus pro me testis.*] Lego iunctim: *Hic est annulus pro me testis.* — 50. *Quando, pro Quidem.*] Forte, *Quando pro Quandoquidem,* cum Ms. Hulst. — 51. *Hoc est, internuntium.*] Ms. Hulst. *E. g. internuntium,* i. e. *exempli gratia.* Et mox: *a facinore abhorreant.* — 52. *Velut qui melius possim dicere.*] In quibusdam Codd. est, *Veluti melius potens sis dicere.* Ms. Hulst. divisim, *vel uti melius potens sis dicere.* Abr. Wielingius: *vel ut quid.* — *Deest, Cito.*] Immo deest, *Tantum.* — 54. *Virgil.*] Aen. IX. 390. — *Posthabita.*] Virg. Aen. I. 16. — 56. *Locutio qualis supra.*] Vide And. II. 5. 13. et III. 1. 9.

ACTUS III. SCENA III.

2. *Afficiat.*] Lego: *Affligat.* — 4. *Ducimus enim volentes.*] Ms. Hulst. *Ducimus enim etiam orantes.* Ita et Ms. Lindenbr. sed omisso *enim.* Aliter autem distinguit Donatus ad Eun. II. 3. 85. — 5. *Unde et* taberna, *quasi* trabena.] Ms. Boend. *Quasi trabea.* Melius autem derivat Ulp. l. 183. D. de Verb. Signif. a *Tabulis.* Legendum enim pro *non, nomen,* ex scripturae compendio, hoc modo: Tabernae *adpellatio declarat omne utile, ad habitandum, aedificium: nomen ex eo, quod* tabulis *cluditur.* Abr. Wieling. — 7. *Nec vero.*] Virgil. Aeneid. VI. 392. Ubi nunc, *Alciden.* — 8. *Figura ἐπανάληψις, de grege illo.*] Lectio vulgaris, sed distinctione laborans. Restituo ex Codd. vett. *Figura ἐπανάληψις. De grege illo.*] *Ordo vel bonorum, vel magnorum dicitur et gravium. ut, Equester ordo, Senatorius ordo Grex et malorum et levium.* Idem divinabat Abr. Wielin-

gina. — *Cicero.*] Catil. II. 10. Ubi tamen τὸ *bonis* vulgo non legitur; quanquam ironiae est aptum. Et forte inde τὸ *bonorum* in Donato interpolatum. Ut illa, *omnes adulteri*, post τὸ *aleatores*, omissa. — 9. *Carnufex.*] *Pro ganeo positum est.* Nominandi casus est *ganeo.* Nisi malis cum Guidone Iuvenale legere, *pro ganeone.* Videntur autem haec transposita, referenda ad τὸ *impuras*, versu 6. — 11. *Quia dixerat Micioni; Si quidquid est.*] Turpis lectio, quae omnes fere Libros hucusque obsedit. Scripsit Donatus: *Quia dixerat Micio: Nisi, quidquid est.* Vide supra I. 2. 73. — *Omnia.*] Virgil. Aen. III. 3. — 20. *Et Rationem ἰδιωτισμὸς dixit malam.*] Haec Dacieriae non videntur esse a Donato. — 22. *Contrarium senectuti est.*] Immo, *consentaneum senectuti est.* Unde infra IV. 7. 43. *Senex delirans.* 23. *Argitisque minor.*] Virgil. Georg. II. 99.

35. *Quia haberi uxor dicitur.* Forte legendum: *Quia habere uxorem vir dicitur, et haberi mulier, quum coit.*

35. *Quum coit.*] Ita quidem And. I. 1. 58. non h. l. — *Ut est dementia.*] Lege, *ut est audacia.* Vide Eun. III. 3. 19. Nisi forte e memoria laudans locum Donatus lapsus est. — 36. *Ad agnoscendum*] Recte Codd. vett. *ad ignoscendum.* — 38. *Et τὸ CPeMANIe * non solvit.*] Haec absunt a Ms. Hulst. et Boenderm. Editorum veterum quidam post lacunam, alii sine lacuna, *non solvit.* Locus fere deploratus. Probabilis, opinor, coniectura est, scripsisse Interpretem: *Et τὸ κρεμάμενον solvit.* i. e. sermonem suspensum. Suspenderat autem sermonem Syrus, non dicens, *Nimium inter vos interest*, sed interseruerat appellationem, *Demea*, porro autem, lento spiritu, *Ac non, quia ades praesens, dico hoc.* Ut igitur suspensum sermonem aliquando solveret, *pernimium*, inquit, *interest.* Nisi τὸν κρεμάμενον quis malit, atque ipsum Demeam intelligere, qui tantisper suspensum tenebat animum, κρεμάσας scilicet νοῆμα, διάνοιαν. — 43. *Nares a naritate.*] Videtur *naritate* dictum pro *gnaritate*, ab eo, quod est *gnarus.* — 45. *Plautus in Milite glorioso.*] I. 1. 68. Legendum autem: *Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis.*

45. Editio Du B. *Hae sententiae semper sunt hyperbolicae.*

47. *Cicero in Verrinis.*] I. 10. Adde II. 7. *Praeterea greges nobilissimarum equarum abactos.* — *Ab agendo ager dictus.*] Recte Quinctilianus Instit. I. 6. *Sed cui non post Varronem sit venia? qui Agrum, quod in ea agatur aliquid: et graculos, quia gregatim volent, dictos, Ciceroni persuadere voluit; quum alterum ex Graeco sit manifestum duci, alterum ex vocibus avium.* — 50. *Virgilius.*] Aeneid. I. 517. — *Cui contrarium in significatione * id quod te oro.*] Editiones veteres et Ms. Boend. sine nota lacunae: *Cui contrarium est in significatione id quod te oro.* Ms. Lind. *Cui contrarium est idem significans.* Ms. Hulst. *Cui contrarium est id est significat id quod te oro.* Ubi illa, *id est significat*, ex glossa irrepsisse videntur, atque inde nata, *in significatione*, et, *idem significans.* Id autem velle videtur, *Quid*

autem? h. Is esse rogantis causam. Contrariam vero vim obtinere, si dicas, *Quid, quod te oro?* Quod autem Rob. Stephanus duas priores literas in τῷ *Quid* non legeret expressas, edidit, * *id quod te oro.* Doctiss. Wielingius ope Ms. Lindenbr. legit: *Cui contrarium id, significans idem quod te oro.* — *Quasi aliquem.*] Abr. Wielingius legit, *Quasi ad aliquem.* — 55. *Lachrymae solum moerorem significans.*] Abr. Wielingius legit, *Lachrymae solae moerorem significant.* — 65. *Porro autem.*] *At vero, et huiusmodi.* Lego: *Porro autem.*] *Porro autem, At vero, et huiusmodi.* Solet enim Interpres passim ita repetere verba Poëtae. — 69. *Ciceronis dictum.*] Similis iocus est Ciceronis apud Quinctilianum, Instit. Orat. VI. 3. *Cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret; Ego quoque tibi iure favebo.* Quanquam disputent Interpretes, utra in voce ibi sit amphibolia, *quoque*, an *iure*. Possit videri esse in utraque. Quo facit facetissimum dictum Axii apud Varronem de Re Rust. Lib. III. cap. 17. *Hos pisces nemo cocus in ius vocare audet.*

73. Ms. Boend. et edit. Du B. *Et sic pronunciat, ut et fiat, et approbetur, quod facit.*

79. *Virgilius.*] Georg. III. 513. — 82. *Amare coepit.*] Constans lectio, nisi quod in quibusdam Codd. est *coeperit*. Suspicor, fuisse scriptum: *A M. fre coepit.* unde ignorantia Librariorum factum, *Amare*, cum notaret, *A Micione fratre coepit.* Confer supra I. 2. 51. et infra V. 3. 11. — 84. *Bene autem dubitat, et familiam * inveniat civem, et multum absens a conspectu civium.*] Locus corruptus, cui restituendo non iuvat Ms. Hulst. in quo hinc usque ad IV. 5. 30. lacuna est. Editi vetustissimi, et Ms. Boend. non agnoscunt τὸ *inveniat*. Sensus autem constabit, si legas: *Et bene dubitat, an familiarem videat civem, ipse multum absens a conspectu civium.* — 91. *Huius incusatione.*] Rob. Stephanus rectius, *Incusationi*, quod et in quibusdam antiquioribus. Sed Anonyma editio *accusationi* legit. Utcunque; videtur legendum, non *Huius*, sed *Hegionis*. — *Super Aeschino.*] Plerique Codd. veteres, *Super Aeschinum.*

ACTUS III. SCENA IV.

1. *Et eiusdem Hegionis ac Demeae.*] Forte, *Et eiusdem Hegionis a Demea.* In editis Rob. Stephano vetustioribus non est τὸ *Et.* — 4. *Dabit.*] Virgil. Aen. XII. 453. — 6. *Subiunctivum.*] Ita supra II. 3. 5. Unde *subiectum*, et *subiectivum*, quod est in impressis antiquis, corruptum videtur. — 8. *Haud sic auferent.*] Quae ad haec verba notata sunt, aliter in Ms. Boend. et edd. vetustis, ante Rob. Stephanum et Lindenbruchium exhibentur, atque nunc vulgo leguntur. Pro illis autem, *si correxerint*, malim, *nisi correxerint.*

8. *Levissimae ac parvae.*] In Ms. Boend. et edit. Du B. addi-

tur, *Immo magnae*, quibus verbis ab nescio quo Interprete adscriptis illa *levissimae ac parvae* recte emendantur.

10. *Nomen ad aliquid.*] Sic supra, Sc. I. versu 1. — *Simpliciter.*] Ms. Boender. et editiones veteres, *supplieiter.* — 12. *Sallustius.*] In Fragmentis. — *Unius.*] Virg. Aen. I. 251. — *Plautus.*] E memoria laudavit locum, qui est Curc. IV. 3. 15. *facis sapientius, Quam pars latronum, libertos qui habent, et eos deserunt.* — *En ego.*] Virg. Aen. VII. 452. — *Pulsus ego?*] Virg. Aen. XI. 364. — 13. *Illis.*] Ms. Boend. et edd. veteres, *illi.* — 14. *Indignationem moveri.*] Lego cum edit. Anon. *Indignatione moveri.* Rob. Steph. et Lindenbr. *in indignationem.* Edit. Du B. *Quia non oportuit.* — *Et est Homericum.*] Post haec verba in Libris meis omnibus lacuna est; videturque Lindenbruchius primus edidisse, nisi quod non [illegible], sed εἰ legit. Sunt autem Iliad. A. 133. Agamemnonis haec verba ad Achillem de Briseide: *Ἦ ἐθέλεις, ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς γέρας, αὐτὰρ ἔμ' αὔτως Ἧσθαι δευόμενον· κέλεαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι; Numquid vis, ut ipse habeas praemium, sed me frustra Sedere indigentem: iubesque me hanc reddere?* Quorum versuum quin postrema saltem verba laudaverit Donatus, dubium nullum est. Addiderit igitur de suo: *Ἐθέλω μὲν γὰρ ἐκ συνωνυμίας.* Firmat coniecturam Eustathius. — 17. *Quasi id quod est, velit quod esse debet.*] Constans Librorum lectio. Forte legendum: *Quia is prodest, vel prodesse debet.* Vid. infra ad versum 30. — 18. *An bonus est.*] Frustra argutari Interpretem notat Boeclerus, quum *Liberalis* ad *εὐγένειαν*, adeoque ad ingenium referatur, *Bonus* ad mores et disciplinam vitae. — 24. *Plautus in Bacchidibus.*] I. 1. 54. — *Ut ipse.*] Ms. Boend. et edd. veteres: *Ut ipse alibi.* Vid. And. I. 5. 31. — *Virgilius.*] Georg. II. 455. — 25. *Quia supra futurae * peccaverit.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius ediderunt. Sed Ms. Boend. editi omnes vetustiores: *Quid supra future peccaverit.* Videtur autem vox futilis substituenda, legendumque, *futuere.* Ut sensus sit, *Ubi scit, se non tantum compressisse, sed et gravidam fecisse.* Abr. Wielingius ita: *Id est, intelligit et sentit, quid sua persuasione peccaverit.* — 30. *Scilicet per quos iuratum.*] Id longe petitum, nec Donato dignum. — 31. *Qui e contrario.*] Lego: *Cui e contrario.* — 32. *Lentius.*] Forte, *Lenius.*

32. *Ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον.* Lucil. Sat. V. 5. *Si minu' delectat, quod ἄτεχνον Isocration est.*

34. *Quemadmodum saepe aucupium.*] Confer omnino notata supra ad III. 3. 73. Et adde Cic. Fam. XVI. 1. ibique Manutium.

34. Ms. Boend. et edit. Du B. *Ego captus sortem intelligo.*

35. *Id est, artem habens.*] Vide ad And. III. 5. 2. — 36. *Tu Voluse.*] Virgil. Aeneid. XI. 463. — *Aucta.*] Lego vel *addita*, vel, *adiecta.* — *Ab hoc illuc ubi.*] Ms. Boend. et impressi ante Rob. Steph. et Lindenbr. *Ad hoc illud, ut nemo possit intercedere.* Edit Du B. *Ad hoc illud ut nemo possit intercedere.* — *Ne solutus, ut sciat.*] Lectio omnium Librorum meorum. Malim tamen: *Ne ei solutus, nesciat.* —

41. *Et ex amore dicuntur.*] Sensus videtur esse, Quae post amorem nihilominus dicuntur esse honestae. Sed vide, si non obstet exemplum Antiphilae, Heaut. II. 3. — 43. *In malis positos.*] Ita Rob. Steph. et Lindenbr. ediderunt. Sed in Ms. Boend. et edd. Anon. Tarvis. Venet. anni 1490. est, *In malis positis.* Editio Veneta, anni 1512. habet, *In malis positus.* Guido Iuvenalis legit: *In malis positum.* — 44. *Simpliciter.*] Fortasse legendum: *suppliciter.* — 48. *Ut quam personam induxit * ostendat habiturus.*] Ante Rob. Steph. et Lindenbr. nullum lacunae indicium. Videtur autem *ostendatur* legendum. — 53. *Respondere enim est priorem alloqui.*] Integra haec Nota ita legitur in omnibus Libris meis. Nec Guido Iuvenalis eam citans quidquam mutat, nisi, *quasi respondere sit verba fundere.* Doctiss. Wielingius legit: *Respondere proprie dicitur, quod lis intenditur. Respondere enim est priorem alloqui, quasi rursus spondere. Spondere est verba fundere.* Quae lectio proba est, si statuas, Interpretem *Spondere* scripsisse, quod bis spondere valet. Conieceram, veram scripturam esse: *Respondere proprie dicitur, quum lis intenditur. Respondere enim est priorem alloqui, quasi re-spondere, verba fundere.* Elegans locus est apud Plautum, sed alterius argumenti, Capt. IV. 2. 118. *Er. Sponden' tu istud? He. Spondeo. Er. At ego tuum tibi advenisse filium, respondeo.* — *Funditque.*] Virgil. Aen. V. 842. sed legitur nunc, *loquelas.* — 56. *Facilem victum paret.*] Haec nusquam in Terentio comparent. Forsan e memoria laudavit locum, qui est Eun. II. 2. 30. *Et tam facile victum quaerere.*

ACTUS III. SCENA V.

1. *ΠΑΤΕΡΑ.*] Graeca haec in nullo meorum Codicum comparent, in Argentino ne vel lacunae indicium ullum. Et videntur sane sine sensus dispendio abesse posse. Solus Lindenbruchius videtur edidisse primus. Quidquid inde effingere licebit, παρὰ προσδοκίαν erit. — 2. *A senatusconsulti formula.*] Ms. Boend. et edd. veteres, *A senatusconsulto formulare.* Sed tres Parisini Codices exhibent, ut edidi.

ACTUS IV. SCENA I.

1. *Et verti * se ad peccandum.*] Ita est in Rob. Stephani, Lindenbruchii, et Parisina, anni 1552. Sed Ms. Boend. Edit. Anon. Argent. Venetae, Tarvis. *Et vertisse ad peccandum.* Restituo: *Et veriti, sc. ob peccatum ex delicti conscientia, et reverentia parentis. Apparet item mos verorum parentum circa filios.* Abr. Wielingius legit, *Vertisse se.*

3. Edit. Du B. *Amoris affectus.*

4. *Amori.*] Nescias, utrum ita legendum sit, an *Amatori.* Illud ad versum 8. hoc ad 15. occurrit. Et utrumque est in Codd. antiquis. — *Non opus erat.*] Immo fieri non poterat, ut diceret, *Perpetuo,*

si praecessisset, *Triduum.* Videntur autem quaedam excidisse ante τὸ *Etenim.* — 5. *Non conveniret adolescentem ita dicere.*] Legendum: *Non conveniret adolescentem ita dicere.* — *Moriatur scilicet.*] Et haec loco mota sunt, et non videntur esse a Donato. Lego autem, quae continuo sequuntur: *Et hoc aversus servus debet dicere, ne indecorum adolescentis personae sit, ad haec ita dixisse.* In Fragmentis autem Naevianis nihil verborum, quae hic laudantur, comparet. Sed et Ms. Boend. et edd. veteres non *adimant* legunt, sed *adiuvent.* Abr. Wielingius restituit: *Ita, Moriatur scilicet,* et quae seqq. — 7. *Illud ergo.*] Legit Doctiss. Wielingius: *Illud ergo, tam male cum detestatione dixit. Et male est nimis et misere.*

14. Edit. Du B. *In qua quidam disputant.* Ibid. *Qui locus περὶ δυνατῶν dicitur.* Vid. Cic. Fam. IX. 4. et ibi P. Victor.

19. *A Demea.*] Lego, *de Demea.*

20. Edit. Du B. *Cum stupore respondet.*

21. *Atque eiusmodi silentio, uel in ipso verbo, ut ipsa Fabula conticescat.*] Restituo ex coniectura: *Atque eiusmodi silentii, ut vel in ipso verbo Fabula conticescat.* — *Theocritus.*] Idyll. XIV. 22. — *Virgil.*] Ecl. IX. 54. — *E cavea.*] In margine edit. Paris. 1552. *a cavea* legitur. In Libris vetustioribus omnibus, *Capua.* Malim: *paulatim in casam venientis.* Vide Aesopi Fab. Λύκος καὶ γραῦς.

ACTUS IV. SCENA II.

1. *Cicero in Catilinam.*] II. 3. — 11. *Horatius.*] Epist. II. 2. 75. — *Virgil.*] Georg. III. 255. — 12. *Quod ago iam, id est, complexum mulieris.*] Immo, Nunquam committam tibi negotium patris amovendi; neque tuae pollicitationi credo, nisi quum ipse cum ea in cellulam aliquam conclusus fuero. — 14. *Ut pecudem abigam hunc rus.*] Distingue: *Ut pecudem, abigam hunc rus.* Et mox: *Ut saxum, amovebo.* — *Virgilius.*] Aen. I. 207. — 21. *Nam quae gratia est aut delectatio, non stultissimum falli?*] Non cohaerent haec, si ita legantur, cum proxime superioribus. Restituo ope Ms. Boend. et Codd. veterum impressorum: *Nam quae gratia est aut delectatio, hominem stultissimum falli?* Vel sine interrogatione; *Namque gratia non est aut delectatio, hominem stultissimum falli.* — 25. *Abi, virum te iudico.*] *Inquit, non adolescentulum.* Lego: *Et virum te iudico, inquit, non* adolescentulum. — 31. *Numquam.*] Virg. Aen. II. 670. — 33. *Virgilius.*] Aen. II. 707. — 35. *Hoc lentius.*] Ante Rob. Steph. et Lindenbr. *Hoc lentius aliqui legunt, aliqui clarius,* quae vera videtur lectio. — 37. *Sacra cella.*] Potius ὑποκοριστικὸν τοῦ *Sacrum.* Ita castrum format castellum, labrum, labellum, et similia. Festo *sacella sunt loca Diis sacrata sine tecto.* — *Virgilius.*] Georg. III. 13. — *Lucretius.*] V. 1392. — 38. *Homerum.*] Iliad. Z. 432. Λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα Ἀμβατός ἐστι πόλις, καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος. *Exercitum autem siste*

apud caprificum, ubi potissimum Adscensu facilis est urbs, et scandi potest murus. — 39. *Nonnihil sapere.*] Vide supra ad vers. 21. Alii *Nihil.*

41. Ms. Boend. et ed. Du B. *Quasi errasset profuerit illa via.* — Et 44. *Coloniae auctor et conditor.* —

43. *Sallustius: Ad Iovis mandem nostra.*] Locum corruptum vocat Lindenbruchius. Ita tamen exhibetur in Fragmentis Sallustianis; ubi Nob. Dousa, quanquam et in Donato, et in exemplaribus suis ita legi affirmat, inscitam tamen et perplexabilem sententiam vocat, iubens legi: *Id Iovi mandem nostro.* Quae si valet correctio, vel malo Codice usus est Donatus, vel ipse ἀπροσδιορίστως scripsit. — 44. *Varro.*] Non quidem in Libris de L. L. Sed de R. R. I. 13. ita: *Chortes in fundo magno, duae aptiores, una, ut interius compluvium habeat locum, ubi aqua saliat, qui intra stylobatas cum venit, sit semipiscina. Boves enim ex arvo aestate reducti hic bibunt, hic perfunduntur; nec minus e pabulo dum redierunt anseres, sues, porci. In chorte exteriore lacum esse oportet, ubi maceretur lupinum; item alia, quae demissa in aquam, ad usum aptiora fiunt.* — 45. *Nam pistrino pistrilla non convenit.*] Id vult, *pistrinum* ex se non formare *pistrilla*, analogice nimirum. Facit autem *pistrinum pistrinula*, unde *pistrilla*. — *Et simulata diminutiva.*] Lectio mendosa. Restituo ex coniectura: *Etsi multa diminutiva.* mox pro, *Rana, ranunculus, veterana*, malim, *Rana veterana, ranunculus.* — 49. *Conditionem.*] Videtur usus pro *condimento.* Multa autem et *coqui*, et *condimenti*, et *fermentum patinarum*, et eius quod *placeat* mentio apud Plaut. Pseud. III. 2. quo quin respexerit Donatus, dubium nullum est. Adde Is. Casaub. Animadv. in Athen. V. 3. — 50. *Iam melior.*] Virgil. Aeneid. XII. 179. — *Vos quoque.*] Virg. Aen. VI. 63. — *Et ego.*] Lego, *At ego.* — 25. *Carpit.*] Virg. Georg. III. 215. — *Carpemus.*] Virg. Georg. III. 325. sed legitur nunc *dum gramina canent.* — *Persius.*] Sat. V. 151. — *Nec te.*] Virgil. Aen. IX. 486.

ACTUS IV. SCENA III.

4. *Hic distingue.*] Abr. Wielingius legit, *Sic distingue.* Possit tamen Donatus videri scripsisse: *Si quam fecere. Hic distingue, et separatim infer, Ipsi expostulant.* Ms. Boend. *Si quam fecere. Hic distingue, et separatim infer, Ipsi expostulant.* — 9. *Propter fratrem eius esse, subaudiendum est.*] Monet Doctiss. Wielingius, tantum *propter* subaudiendum esse. — 10. *Et sane.*] Haec ita videntur legenda: *Et sane hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent, Nam et illi animum iam relevabis, et deinceps. Nam et illi.*] *Illi maluit dicere.*

10. *Hi versus desunt.* Ms. Boend. *Hic versus desunt.* Quid si scripserit Donatus: *Tres sane hic versus desunt?* Editio autem Mediolanensis, anni 1476, tres sequentes versus non agnoscit.

16. *Legitur et claudere et claudicare.*] Hadr. Iunius in Append. Animadv. Pareus et Tanaq. Faber *calvier* legunt. i. e. *frustrari*, *decipi*. Vide ad Eun. I. 2. 84. Et sane sunt Codices, in ipso Terentio *claudier* legentes. Unde Faernus *calvier* formavit. quod verbum est XII. Tabb. — 17. *Ad caeteras personas.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. Hic vetustiores editiones cum Ms. Boend. rectius: *ad certas personas*.

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Amantis modice iuvenis.*] Legendum esse, *Amantis immodice iuvenis*, Boeclerus iam observavit. Vide ad versum 28. — *O praestans animi.*] Virg. Aen. XII. 19. — 2. *Nisi forte, ut, Quam significet.*] Obscura lectio. Adparet ex Libris veteribus, Donatum legisse, *Certum est*, ideoque notasse, *Certum est*, pro *Certum sit*, *nisi forte ut significet*, *O quam*. Id igitur velle videtur, ubi Aeschinus dixisset, *Hoccine de improviso mali mihi obiici tantum!* sequentia pronunciari posse, *Ut neque quid me faciam, nec quid agam, certum est!* Quo sensu sane τὸ *Ut* valet, *O quam*. Abr. Wielingius *Nisi forte ut*, *quum* legit. — 8. *Apparet, inter caetera anum dixisse, ad obstetricem se missam.*] Unde id apparet? An familiariter collocuta est cum Aeschino post tantam exclamationem et convicia? non videtur. Ultro igitur id suspicatus est Aeschinus, videns anum insistere viam ad obstetricis domum, neque instans tempus partus ignorans.

8. *Sunt, qui addant supervacue, hanc.* Videtur igitur Donatus legisse, *ubi vidi*. Atque ita est in Ms. Boend.

11. *Usque dum deciperetur.*] Aut *Pamphila* videtur addendum, aut legendum, *Usquedum deciperemur*. — 12. *Utpote anus.*] Forte, *Utpote anui*. — 16. *Quum spumeus amnis.*] Virg. Aen. II. 496. — 23. *Nam nimium semper est calor, et frigus recedit a corpore.*] Vel legendum cum Doctiss. Wielingio: *Nam in nimio amore frigus est, et calor recedit a corpore.* Vel scripsit Donatus: *Nam in amore nimium semper est frigus, at calor recedit a corpore.* Possit autem ex scriptura, *nam in am.* ignorantia dicam an incuria Librariorum omissum esse, *in am.* quasi superfluum, quod magis etiam verb est simile, si forte legerunt, *nam iam.* Clarius autem explicuit mentem suam ad Eun. I. 2. 4.

24. Ms. Boend. et ed. Du B. *Nam veteribus non placet illud.*

ACTUS IV. SCENA V.

1. *Hic apparet.*] Forte, *Hinc apparet.* — 4. *Tragico cothurno magis.*] Ita tamen et infra V. 3. 2. — 8. *Accepit.*] Vel *Accipit* legendum, vel mox, *posset.* quanquam et ad versum 10. legitur: *coepit, ut adimat.* — 14. *Venustius.*] Ita editiones nuperae. Antiquiores

cum Ms. Boend. *vetustius.* — *Parum dixit, inquit.*] Legendum omnino: *Parum dixi, inquit.* — 19. *Trisyllabum.*] Abr. Wielingius legit, *trisyllabo.* — 26. *Virgilius.*] Aen. II. 670. — 29. *Octo syllabarum.*] Immo septem, si separes coniunctionem *que*, quod ipse Donatus facit. — 32. *Plautus.*] Amph. I. 1. 28. In Ms. Plauti Boend. est *suspicio*, sed in Ms. Donati, *consuetudo.* Ita et edd. veteres habent. Scioppius autem ob iambicum senarium recte restituit, *consuetio.* Atque ita citat Festus, seu Verrius Flaccus: *Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.* — 34. *Illam absens.*] Virgil. Aeneid. IV. 83. Ubi mirum; etiam Rob. Stephanum et Lindenbruchium edidisse, *illam*, quum legendum sit, *illum.* — *Fraterne*] Virg. Aen. X. 600. — *Ex Virgilio.*] Ita et Rob. Stephanus edidit. Sed Lindenbruchius et Codd. veteres rectius legunt, *a Virgilio.* — *In IIII. Aeneidos.*] Versu 408. — 37. *Sallustius.*] Iugurth. 7. — 38. *Utrum filiam?*] Optimi Codd. ita: *Utrum filiam? an quae posset esse? nam omnes alienas filias dicunt.* — *Sudeant.*] Virg. Aen. XII. 15. — 39. *Rapta.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. vetustiores melius cum Mss *Nupta.* — 43. *Id quod.*] Lectio Rob. Stephani et Lindenbruchii; Ms. Boend. et edd. veteres melius: *In quod pene periculum.* — 45. *Virgilius.*] Aeneid. I. 385. — 46. *Moris est scire.*] Abr. Wielingius ex coniectura: *amoris est, scire.* — 47. *Cicero.*] Divinat. in Q. Caecil. cap. 18. Ubi Asconius Pedianus *illius diei* legit. Vide Graterum. — 49. *Non quod quicquam turpe feceris pater.*] Ms. Mark. et editi quidam veteres: *Non quod quicquam turpe fecerit pater.* quae vera videtur lectio. — 51. *Illud Tullianum.*] Orat. in Catil. I. 4. — *Nihil amoris?*] Coniiciebam, legendum esse, *Nihil amari*; i. e. acerbi, quia continuo dicit, *Micionem leniter accusantem.* Abr. Wielingius mallet: *Nihil amoris.* Et sane mox Micionis obiurgatio *magni amoris* dicitur. — 55. *ΗΛΙΘΙΠΑΝΑΟΜΟΣ.*] Veteres Codices non agnoscunt hanc vocem, sed nec editio Rob. Stephani. — 58. *Virgilius.*] Aen. I. 251. — *Sallustius.*] Iugurth. 14. — *Cicero.*] Verr. IV. 11. Sed legitur nunc: *In vestro oppido iacuit, et pernoctavit in publico.*

— 63. Ms. Boend. et edit. Du B. *Quaelibet vero saevitia inimici.*

— 66. *Aut docere.*] Immo deest, *Tantum.* — 68. *Virgilius.*] Aen. IV. 298. — 69. *De terriculis.*] Ita restituit, opinor, Rob. Stephanus, quum antea legeretur, *de terriculis.* Est autem *terricula* et *terriculum* facies terrendis pueris apta. *μορμολύκειον.* — 71. *Virgilium.*] Aen. II. 717. — 74. *Qui, quo modo; qua re, qua ratione, magis mihi indulgeret?*] Ms. Boend. et editi veteres omnes legunt: *Qui, modo qua re, qua ratione.* omissis illis, *magis mihi indulgeret?* unde neque Stephanus edidit, nec Lindenbruchius.

ACTUS IV. SCENA VI.

1. *Non autem tantum amare vultu, quam ipsa re inducitur.*] Ms. Boend. et edd. veteres: *Non autem eum amare vult, quem ipse amare*

inducitur. Corrupte, opinor. Malim, *Non autem tam amare vultu, quam ipsa re inducitur.* — 6. *Convenis enim et irato, et repente aggressuro.*] Vide Commentarium.

ACTUS IV. SCENA VII.

4. *Quum aliud agitur.*] Codd. veteres rectius, *Quando, quum aliud agitur.* — *Virgilius.*] Aen. II. 203. — *Ecce trahebatur.*] Aen. II. 403. — *Cicero.*] Verr. V. 34. Ubi nunc legitur: *Ecce autem repente, ebrio Cleomene, esurientibus ceteris, nuntiatur piratarum naves esse in portu Edissae.* — *Pollio.*] Virgil. Ecl. III. 86. — 6. *Iracundiam Demeae acriorem fieri * possibilem sibi.*] Nullum lacunae indicium in veteribus Codicibus. Et ipsa verba varie leguntur. Ms. Hulst. *Nec quod ille cupit Micio vel consentiendo mitigare sibi acriorem fieri iracundiam Demeae.* Lego ope Ms. Boend. et edd. veterum: *Ne quod ille cupit, abneget Micio; vel ut consentiendo iracundiam Demeae acriorem fieri possibilem sibi mitigare queat.* — 8. *Non Aeschino.*] Lego, *Non solum Aeschino.* — 10. *Quae cupita venerint.*] Forte, *quae cupita evenerint.* — *Quae aliis aliter.*] Forte, *Quae illis aliter.* — *Superesse.*] Abr. Wielingius, *Subesse.* Forte, *Semper esse.* Malim tamen: *Cui potestati rerum vertentium semet in utramque partem, Vertumnum Deum superesse, veteres existimaverunt, ut adeo superesse notet praeesse.* Vide Gell. I. 22. Sic Ulp. l. 4. §. ult. ff. de Procurat. *Qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt, per alios agunt.* — 11. *Pacem.*] Virg. Aen. XI. 230. — 13. *Virgilius.*] Ecl. VI. 47. — 16. *Despondes puellam.*] Vide ad And. I. 1. 75. — 18. *Quod impetrare non potuit, etiam ab eadem sentiente.*] Legit Doctiss. Wielingius: *Quod impetrare ab eo non potuit, etiam eadem sentiente.* — 31. *Ita me Di ament, te facturum credo.*] Lego, et distinguo: *Ita me Di ament, ut te facturum credo.* — *Ulteriorem causam.*] Mss. Hulst. et Boend. cum edd. quibusdam vetustis, *Interiorem causam.* — 33. *Alius subaudiet Dicere.*] In Codd. veteribus est, *audiet.* Lego ex coniectura: *Psallere, subaudi, et restim ducere.* — 34. *Equus Darius.*] Mss. et edd. veteres: *Equus ligneus.* Edit. Du B. *Cannaris manibus.* — 37. *Ita ne de causa est.*] Vide ad And. I. 1. 121. — 38. Ms. Boend. et edit. Du B. *Facito.* Non dixit; Esto, sed *elabora, ut esse possis.* —

43. *Plautus.*] Asin. II. 2. 2. sed legitur nunc, *Uti ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia est.* — *Coloris.*] Mss. Hulst. et Boend. cum nonnullis edd. antiquis, *coloris.*

ACTUS V. SCENA I.

1. *Quia detexit Ctesiphonem.*] Atqui Syrus nusquam detexit Ctesiphonem. Primum enim Ctesipho ipse se tegit, ne deprehendatur a Demea, supra IV. 2. 12. et 13. Dromo autem detegit, infra V. 2. 1.

A Codicibus nihil praesidii, nisi quod editio Argentina mox legat: *per cuius fabulas tegatur, adeo ut Syriscum se dicat, non Syrum.* Neque aliter fere Guido Iuvenalis exhibet. Nisi forte detectum a Syro Ctesiphonem credidit interpres, supra IV. 2. 19. seqq. Utcunque, *fallacias* ebrio Syro non tribuit ipse Donatus, ad vers. 10. et 13. — 4. *Pede.*] Virg. Georg. III. 256. — *Ἀμφικαρηνήν.*] Videtur iunctim portulisse, quae Homerus Iliad. B. 305. divisim, ἀμφὶ περὶ κρήνην. quod in Scholiis simpliciter valet, περὶ τὴν κρήνην. neque aliter Eustathius. — *Procedere segnem, deambulare.*] Ita Lindenbruchius edidit. Rob. Stephanus et vetustiores Codd. omnes barbare: *Producere signum * deambulare.* scripserat autem Donatus: *Procedere segnem, prodeambulare.*

6. Ms. Boend. et ed. Du B.: *Mire ad securitatem ebrius haec expressit.* Et, 10. *Non esse ebrii Syri.*

7. *Si quid boni praecipiat.*] An ita legerit, an vero e memoria laudarit verba Syri, supra III. 3. 79. incertum est. — 12. *Virgilius.*] Aen. II. 65.

ACTUS V. SCENA II.

1. *Qui est parasitaster. Et bene non alter, sed alius.*] Haec ante Rob. Stephanum in nullis Codicibus invenio. Edidit autem is, *Et vide non* alter, sed *alius.* — 8. *Χλευασμῷ.*] Rob. Stephanus edidit, τῷ εὐφημισμῷ. — *Quare totum salse, totum ad Demeam contulit.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius ediderunt. His vetustiores Codd. etiam Mss. legunt, *quare false totum ad Demeam contulit.* lege, *salse*, et habebis scripturam Donati. — 11. *Vanus vallus.*] Arbitror scripsisse interpretem, *vannus vallum.* Vide Varronem R. R. I. 52. et Vossii Etymolog.

ACTUS V. SCENA III.

1. *Vides.*] Mss. et impressi Codd. ante Rob. Stephanum, *Vide.* — 3. *Virgilius.*] Georg. IV. 504. — *In tantum autem.*] Offendit illud *autem.* Crediderim fere, scripsisse Interpretem, *Et vide hic gradus doloris et iracundiae in tantum auctae, ut iam crescere non possit.* — 4. *Dum utriusque regni particeps habetur, elementorum omnium potior.*] In Mss. et impressis vetustis est, *Dum utriusque regni particeps est, habetur elementorum omnium potior.* Sed vel ita τὸ *potior* suspectum est. An *potitor* legendum, pro eo qui potitur et compos est? quomodo quidam legunt locum Plautinum, Cas. I. 23. *Tun' illam ducas? hercle me suspendio, Quam tu eius* potitor *fias, satius est mortuum.* Ubi tamen Ms. Boend. legit, *Potior*, quod ex pluribus Mss. praeferunt Pareus et Taubmannus. — *Virgilium.*] Aen. I. 133. — *Apud Homerum.*] Odyss. E. 291. Sensus est: *Sic loquutus, collegit nubes, et commovit pontum, Manibus tridente capto: omnes vero concitavit procellas Omnium ventorum: nubibus utique operuit Terram simul*

et pontum. — *Horatius, in Arte Poëtica.*] Versu 93. — *Virgilius.*] Videtur e memoria laudasse versum, Aen. I. 62. *Ni faciat, maria ac terras, coelumque profundum.* — *Virgilium.*] Ecl. VIII. 58. — *Quem non incusavi.*] Virg. Aen. II. 745. — *Atque Deos.*] Virg. Ecl. V. 23. — 8. *Ira, de causa est.*] Vide ad And. I. 1. 121. Donat. et Obs. — *Virgil.*] Georg. IV. 443. ubi vulgo, *pellacia.* — *Cicero.*] In Q. Caecil. Divinat. 17. — 10. *Plautus in Capt.*] III. 4. 122. ubi vulgo, non *retinui*, sed *reliquit*, etiam in Ms. Boend. — *Virgilius.*] Aen. VI. 332. — 14. *Pacem.*] Virg. Aen. XI. 362. — 20. *Tota persuasio.*] Nulli meorum Codd. ante Rob. Steph. agnoscunt illud *tota.* Ante τὸ *corruptelae* autem suspicio est vocem *filium*, vel *filios* excidisse. forte quia scriptum erat, *nihil fil.* Librarii recentiores par incuriam posterius omiserunt. — 34. *Quo deliniatur auditor.*] Quare *auditor?* Malim, *Quo deliniatur alter.* Vel potius: *Quo leniatur Demea frater.* An scriptum fuit: *Quo De. leniatur frater?* — 37. *Non ad similitudinem facere videantur.*] Non minus mihi haec obscura videntur, quam ipsius Micionis verba. Effingo e coniectura, *non ut simili studio idem facere videantur.* Ita oppositio erit inter ea, quae *casu*, et quae *studio fiunt.* — 48. *Non statim crimen est.*] Ms. Boend. cum edd. vetustis ante Rob. Steph. *Attentos non esse nimium, crimen est.* — 49. *Nulliusmodi rationem et ineptam.*] Forte, *Nulliusmodi rationum, et ineptarum.* — 52. *Cicero, Cerviculam iactare, et populo se accommodare.*] Locus est Verr. III. 19. ubi Lipsius ex veteri Nannii Codice legendum esse dicit: *Cerviculam iactaturum, ac populo, ac coronae se daturum.* h. e. coronae seu multitudini populi. Unde adeo Donatus scripserit: *Et populo se, ac coronae dare.* Vel potius: *Cerviculam iactaturum, et populo se, ac coronae daturum.* Ms. Hulst. *Cerviculam iactaturum* recte exhibet; cetere male. — 53. *Quia contrahi in verbo dicitur.*] Verba sine sensu. Lego vel, *Quia contrahi contrario verbo dicitur*; vel, *Quia contrahi a severo dicitur.* — *ΜΙΡCOΚαλήμερον.*] Lego, *Μισοκαλήμερον*, i. e. odiosum, severum. ex μῖσος odium, et καλήμερος, homo festi diei, seu festivus et hilaris. — 54. *ΜΙCOKAΛΗΜΕΡΟC.*] Lego rursus, *μισοκαλήμερος.* — 55. *Ἀποσιώπησις.*] Videtur scripsisse interpres, *Ἀρχαϊσμός.* Agnoscit enim τὰ *ibo hinc.* — *Lucem.*] Ita perperam omnes Libri, nisi quod Guido Iuvenalis legit, *Lucus.* — 60. *Virgilius.*] Aen. I. 179. — 63. *Siccati coloris.*] Hadr. Iunius in Append. legit, *siccantis caloris.* Malim: *Ad tenuitatem siccatae cuticulae.* — 66. *At hoc.*] Aut suspicor, Donatum non scripsisse ea, quae sequuntur, aut legisse, *At ego sentio*, atque ita scripsisse: *At ego.*] *Hoc quoque dixit in Eunucho: At ego infelix.*

ACTUS V. SCENA IV.

1. *Ob contemtum eius.*] Forte, *Obtentu eius, quod apud omnes severum esse vitiosum sit.* Lindenbr. *Ob contemtum eius apud omnes,*

seculumque vitiosius. — *Sed ducere.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. Sed Mss. Hulst. et Boend. cum edd. vetustis, *seducere*, et mox, *sed subducere.* Doctiss. Wielingius legit, *sed adducere est apud alium et palam.* — 10. *Quam grate a nominibus verba transeant.*] Mss. et veteres impressi, *quam graece.* Abr. Wielingius restituit: *quam grate a nominibus ad verba transeant.* Forte scripsit: *Et vide, quam grate a nominibus ad verba transeat*, ut subaudiatur, *Poëta* vel *Demea.* — *Adeo ut nulli se contristem faciat.*] Non videntur haec a Donato profecta. Guido Iuvenalis tamen explicat; *Arridet omnibus.* — 26. *Non parvi faciam.*] Nisi scriptum fuit, *Non p. f.* quod possit valere, *non posteriores feram*, quo modo Guidonem Iuvenalem legisse adparet, malim cum Doctiss. Wielingio; *non parvi fiam.* — *Primus in his ero.*] Codices vetustissimi forte rectius: *Primus in eo ero, inquit, i. e. Dando, atque obsequendo.*

ACTUS V. SCENA V.

1. *Frater.*] *Moraliter. nam deest* Tuus.] Non videntur haec esse Donati, quum continuo praecesserint. In Codd. antiquissimis tantum illa exhibentur, *deest Tuus.* Quae ex alio quodam Grammatico huc adscripta videntur. — 5. *Et bene ad quam rem adiectum est.*] In Codd. vett. lacunae indicium nullum. Et vulgata lectio a Rob. Stephano est. Forte scripsit Interpres: *Et bene ad quam rem aptum est, Bene faxim addidit.* suadent id sequentia.

ACTUS V. SCENA VI.

3. *Virgilius.*] Aeneid. I. 327. — 6. *Virgilius.*] Aeneid. II. 632. — *Quod tantum superioribus est.*] Lego ex coniectura: *Quod usitatum in superioribus est.* — *Postquam ipse dixit.*] Ms. Hulst. *Postquam audivit, bis nomine appellavit Getam.* Malim: *Postquam ipse dixit nomen, nomine appellavit Getam.*

8. Ms. Boend. et edit. Du B. *Hoc sic locutus.* recte.

10. *Virgilius.*] Aeneid. II. 396.

ACTUS V. SCENA VII.

1. *Quidem, pro exspectatione.*] Robertus Stephanus asteriscum posuit post haec verba. Si quid sollicitandum, legerim ex coniectura: *me quidem, propter exspectationem dictum est.* Guido Iuvenalis: *Ostendit exspectationem et taedium.* — 3. *Addidit.*] Legendum, *Addidi.* sunt enim ipsius Demeae verba, supra V. 5. 3. unde in Ms. Hulst. et Boend. sed et edd. Anon. Tarvis. Venett. praemittitur, *ut ipse.* Et recte citantur supra V. 6. 8. — 5. *Bene subiecit, quae volenti esse credebat.*] Doctiss. Wielingius legit: *Quae volenti futura esse credebat.* Coniiciebam, scripsisse Interpretem: *Quae velle Ae-*

schinum credebat. — 9. Plautus.] Curc. IV. 3. 14. sed legitur nunc: *Quos tu mihi luscos libertos? quos Summanos somnias?* — 10. *Maceria dicitur paries nunc * alicuius demacerata.*] Ms. Hulst. *Maceria dicitur paries nunc altus demacerata.* Lego: *Maceria dicitur paries non altus e calce macerata.* I. Fr. Gronovius ad Plaut. Truc. II. 2. 50. notat legendum esse: *Paries non altus de materato* (an, *de macerato?*) Et Lindenbruchius e suo Ms. laudat, *non altus.* Nostram lectionem firmant illa Suetonii Ner. 33. *Bustum eius consepiri, nisi* humili *levique* maceria *neglexit.* quanquam ibi vulgo *materia* perperam legitur. — 16. *Tanquam praestet Micioni.*] Verba sine sensu. Lego ex coniectura: *Tanquam praesenti Micioni.* Sic mox: *Ita et Micioni Demea dicit.* et: *de absente tanquam de praesente.* — *Quemadmodum supra ille, qui quum alius nemo adesset, alicui diceret.*] Ms. Boend. et edd. vett. *Quemadmodum supra. illi cui equus animus nemo adesset, alicui diceret.* Per coniecturam effingo: *Iube sic dicit, quemadmodum supra.* (respicit vers. 10.) *Illi. Cui? ecquis amicus? nemo adest, cui diceret.* Vide Donatum ad vers. seq.

ACTUS V. SCENA VIII.

4. *Posthabita.*] Virgil. Aen. I. 16. — 5. *Antiqui.*] Vide supra III. 4. 45. et animadverte, pugnetne secum Donatus. Nos *decet* per ellipsin effertur, et accusativus sequens a verbo infinito regitur. — 6. *Apud Virgilium.*] Aeneid. V. 606. seqq. — 11. *Ille.*] Malim *hic.* ut continuo praecedens *ille* notet Micionem, *hic* Demeam. — 5. *Sed sic, faciat.*] Lego: *Sed, hic faciat.*

— 13. *Proprio vocabulo usus est.* Aliter censet ad Phorm. V. 8. 8.

16. *Virgil.*] Aeneid. XII. 159. — *Crepuerit.*] Vide Donatum ad Eun. II. 1. 25. — 20. *Velut insuavi dictum sit.*] Ms. Hulst. et Lind. *Velut insanis dictum sit.* Ms. Boend. cum edit. Anon. Venett. ceteris, *Velut in suavi dictum sit.* — 24. *Tanquam reliquiarum priorum.*] Lectio suspecta. Veram suspicor esse: *Tanquam reliquiae rerum paractarum.* quando bene additur, *ac per hoc minimum.* — *Nam multi gradus.*] Vide *Calph.* ad Heaut. V. 1. 63. atque ibi *Observ.* — 26. *Audi quid dicit * Ecce hac, pro Ecce hic. Cicero: Hic tum alius ex alia parte.*] Ms. Hulst. *Ecce hic, pro Ecce.* Videntur autem ἀπροσδιόνυσα, nec a Donato profecta, aut certe loco mota, subiungenda proxime sequentibus, *Agelli est hic sub urbe paullum.* Atque ita olim lectum: *Sic et nos dicimus, Audi, quid dicit hic. Ecce hic, pro Ecce. Sic et Cicero: Hic tum alius ex alia parte.* Sunt autem verba Ciceronis in Verr. I. 26. — *Cum contemtione.*] Ms. Hulst. cum edd. quibusdam vett. *Cum contemtu.* — 29. *Si quid est.*] E memoria laudavit verba Sosiae And. I. 1. 18. ubi vide Donat.

ACTUS V. SCENA IX.

5. *Secundum quem apparet.*] Ms. Hulst. et Lind. *Sed apparet.* Ms. Boend. *Sed quem apparet.* Codices editi pariter varie. — 2. *Et tantum.*] Ms. Boend. et editi ante Rob. Stephanum, *sed tamen.* — 10. *In re mala impulsibiles.*] Ita quidem Haut. V. 5. 18. et supra IV. 2. 21. non item Hec. IV. 4. 65. Raro aliter Cicero. vid. Nizol.

10. Ms. Boend. *Onerare mentem audientis eius quem laudamus.* Unde lectio vulgata efficta est. Sed fortasse legendum est, *Onerare mentem audiendis meritis eius, quem laudamus.*

16. *Quasi gaudeat, se recordatum Demeae: quod quum ultro cogitat habuisse * plene oblitus fuit.*] Ms. Boend. *Quasi gaudeat, se concordatum Demeae: quod cum ultro cogitat habuisse plene oblitus fuit,* sine lacunae indicio. Ita et editio Anonyma, Venetae annorum 1490. et 1512. Tarvisiana 1481. Argentina 1499. Sed Ms. Hulst. *Quasi gaudeat se recordatum Demea: quod eum ultro cogitat habuisse, oblitus fuit.* Fortasse scripsit Interpres, *Quasi gaudeat, se recordatum, quod Demea, qui eum ultro cogitat habuisse, plene oblitus fuit.*

18. *Confirmantia.* Ms. Boend. *Confirmativa.*

20. *Hoc verbo utimur.*] Ita Ms. Boend. et edd. veteres. Lindenbruch. *Hoc verbo tenus.* — 22. *Hoc est patroni.*] Ante Rob. Stephanum legebatur, *Hoc est, ut patroni est.* — *Plautus.*] Curc. IV. 3. 15. sed legitur nunc: *facis sapientius, Quam pars latronum, libertos qui habent, et eos deserunt.* Vide supra III. 4. 12. — 24. *Unius usuram horae.*] Cicero Catil. I. 12. sed legendum: *Unius usuram horae gladiatori isti ad vivendam non dedissem.* Est autem exemplum parum conveniens, teste Gronov. loc. cit. in Comment. — 26. *Perpetuo.*] Codd. veteres, *Propterea.* Forte, *perpetua.*

31. *Verbis ex animo plorantis.* Forte, *Verbis ex animo prolatis.*

34. *Proprie rediit.* Forte, *Propere rediit.*

37. *Secundare.*] Ms. Hulst. *Obsecundare.* — *Fidelissimum.*] Constans Librorum lectio. Restituo audacter, *Felicissimum.* — 40. *Luxurietur ulterius.*] Ms. Boend. cum editis ante Rob. Stephanum, *Luxuriet cura alterius.*

OBSERVATIONES IN HECYRAM

PROLOGUS.

I. *Neglectae.* Ms. Boend. et ed. Du B. *non lectae.* quod videtur formatum ex *neclectae.*

1. *Ob hoc.*] Forte, *ad hoc.* Vide Adelph. I. 1. Observ. in Donat. n. 14. — *Per omnes fere casus.*] Intellige nominativum, genitivum et dativum. — *Edidit, a dato descendit.*] Lego, *Edita a data descendit.* Sed et ita restituebat Doctiss. Wielingius. Et videtur ita legisse Guido Iuvenalis; παραφράζει enim: *Unde Edere a Do das componitur, quod significat exhibere ad spectaculum.* — *Homerus.*] Odyss. Ω. 40. — 2. *Calamitas παρὰ τὴν καλάμην.*] Vide ad Eun. I. 1. 34. — *Clades, quia clamatur.*] Forte, *quia κλάδοις datur*, i. e. ramis. — *Aut doli mali.*] Ms. Boend. et edd. veteres: *Ut in dolis malis.* — 3. *Vitium, quod non spectata est: Calamitas, quod non cognita.*] Nimis acute. Cognosci Fabulae nisi spectatae non possunt. Habent igitur haec quasi συνωνυμίας speciem. — *An Hecyra sciri dicatur, quae scita sit nomine?*] Varie haec leguntur. Ms. Lind. *Hoc est, quae sit omnino.* Ms. Hulst. *quae sit omnino ita.* Editio Anonyma: *quae sita sit nomine.* Veneta, anni 1490. *quae scita sit in nomine.* Mihi lectio, quam ex Ms. Boend. et Rob. Stephani aliorumque editionibus exhibeo, sana videtur, modo praemittatur litera *q.* facile a Librariis omissa, qua notatur, *quaestio.* Sic ad Prol. Alt. vers. 21. — 4. *Timidusque.*] Virgil. Ecl. VI. 20. — 7. *Refertur.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius, et post eos passim recentiores. In Codd. vetustis est, *Refertur.* — 8. *Eius.*] *Poetae.* *Quasi haec omnino nota sit.*] Codices ante Rob. Stephanum una serie: *Mire illi favorem petit ex aliis, quae spectatori notae sunt eiusdem Poetae, quasi haec omnino nota sit.* Sed post τὸ *Poetae* lego ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *Quaeso nunc hanc noscite.*] *Quasi haec omnino incognita sit.* Vide Donatum ad versum 1.

ALTER PROLOGUS.

1. *Explosus.*] Vox explodenda. Libri veteres omnes, *Expulsus.* Nisi forte, *Exclusus.* Sic ad versum 3. — *Oratorem audire.*] Exscripsit haec Calphurnius ad Heaut. Prol. 11. — *Plautus.*] Poen. I. 2. 171. sed legendum: *Impias, here, te: oratorem verberas.* — 2.

Dum agit.] Mss. Codd. et edd. veteres ante Rob. Stephanum, *Dum rogat.* Sic ad vers. 20. Et mox, *impetravit.* — *Effecti.*] Ita forte melius, quam Codd. quorundam *affectus.* — *Me liceat.*] Virgil. Aeneid. V. 350. — 3. *Dum senior.*] Virgil. Aeneid. VI. 304.

7. Ms. Boend. *Aut aliquibus vix placui.*

7. *Pro, in aliis.*] Veteres Codd. addunt, *aut timidis.* Unde effingo: *ante mihi dictis.* — 8. *Nam ideo fortunae eventum extulit.*] Haec vulgata lectio. Rob. Stephanus, *fortunam* edidit. Ms. Boend. et editi veteres, *Fortunam eventum retulit.* Lego: *ad fortunam eventum retulit.* Sic infra ad vers. 22. — 13. *Sine origine verbi.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Sed Codd. vetustiores cum Mss. et Lindenbruchio, *sine verbo.* — 15. *Hic portus.*] Virgil. Aeneid. I. 431. Qui locus ne ἀπροσδιόνυσος videatur, observat Faërnus, id voluisse Donatum, uti apud Terentium particula *ab* tertio loco subaudiatur, ita apud Virgilium, *Hic alii* postquam bis dictum sit, tertio loco commode subaudiri. Codd. veteres, quos sequuntur Rob. Steph. et Lindenbr. male, *commode audiendum est*, legunt. — 23. *Repetit.*] Lego, *Repetiit*, cum Doctiss. Wielingio. — *Ab auditorum persona.*] Ita Rob. Stephanus. malim: *a spectatorum persona.* Ms. Boend. *Vestra intelligentia sedabit*, primo cum persona. Atque ita fere Codices impressi veteres. Ms. Hulst. *At ubi cum persona.* in quibus sunt vestigia verae lectionis, *a iudicum persona.* Atque ita e Ms. citat Lindenbruchius. — 25. *Virgilius.*] Aen. V. 368. — *Haec est gloria pugilum, gratia funambuli.*] Verba supervacua. Primum illa, *Haec est* formata videntur e Donati non integrum Virgilii locum laudantis *et cet.* i. e. *et cetera.* reliqua edita sunt. Ut ita credam, faciunt Libri veteres. — *Deiecta.*] Lego, *Reiecta.* — *Virgil.*] Aen. II. 283. citavit autem Donatus integre: *quibus, Hector, ab oris Exspectate venis?* — 29. *Aperta sententia.*] Codices veteres: *Apta sententia.* — 31. *Placuit.*] Ita Codices omnes. Videtur tamen legendum, *placui*, quia de semet loquitur Prologus. — 35. Πρὸς τὸ *tumultuantur.*] Forte rectius, ἀντὶ τοῦ *tumultuantur.* quomodo Rob. Stephanus expressit. — *Ab antedictis.*] Immo *ab ante actis.* quomodo est in Codd. vett. — 41. *Horatius.*] Epist. II. 1. 81. Legitur autem nunc, *ea cum reprehendere coner.* — 48. Ἀπὸ τῆς * ἰCATHOS.] Lego ex coniectura: Ἀπὸ τῆς ἰσότητος.

ACTUS I. SCENA I.

1. *Terentii more.*] Atqui nusquam nisi hic extrinsecus induxit Terentius personas argumentum narrantes. Ms. Boend. *Haec persona Terentii infra extrinsecus assumitur.* — *Non malam.*] Abr. Wielingius *Non bonam* legit. — *Alsa.*] Legendum ex restitutione Tanaq. Fabri: οὐδεὶς ἐραστὴς ταῖς ἑταίραις συνέβη βέβαιος. *Nunquam amator meretricibus fidelis evenit.* — 3. *Ciceronem.*] An e memoria laudavit locum, qui est Verr. IV. 2. *Huius domus est* vel optima Messanae. —

Virgilius.] Ecl. VIII. 69. — 6. *Hem alter.*] Videtur respicere locum Eun. III. 2. 6. *Hem alterum!* — *Virgilius.*] Aeneid. II. 707. — 7. *Quod imminuas.*] Codices Rob. Stephanum, *Quas imminuas.* Videtur autem excidisse vox *ultro*, quam agnoscit Guido Iuvenalis. ut sensus sit: *quum omnino non habeas ultra, quas* (partes) *imminuas.*

9. *Porci eximii.* Festus s. v. *eximium.* [Macrob. Saturn. III. 5.

9. *Virgilius.*] Aeneid. IV. 87. — *Doces.*] Libri quidam veteres *mones* legunt, ut mox. — 11. *Adversum nullificos et segnes.*] Constans lectio, sed suspecta, quia aliter idem Donatus ad Eun. II. 2. 9. ad inhumanitatem referens, quod h. l. ad munificentiam. Suspicabar, scriptum fuisse, *nullificos*, q. d. nullius bonae frugis, cuiusmodi homines Galli *un fainéant* vocant. *Nullificare* dixit Hieronymus Donati discipulus, sed alio sensu.

ACTUS I. SCENA II.

3. *Virgilius.*] Aen. I. 23. — *Alibi.*] Virgil. Georg. I. 514. — 6. *Alioquin.*] Sana lectio. Edidit tamen Rob. Stephanus: *meretrix alia, quasi Athenis omnia esse sciret.* nullo sensu. — *Sic soles dubitari.*] Lego ope Codd. veterum: *Sic solent dubitare quasi.* — 11. *Quod Corinthum profecta es.*] Integra haec nota in mendo cubat. Restituo ex coniectura: *Desiderium Athenarum.*] *Quod Corinthum profecta est.* *Athenarum arbitror.*] *Quod dicit Hunc, ante μετάληψιν.* *Athenarum te desiderium cepisse.*] Ἀποσιώπησις. *Aedepol te desiderium Athenarum arbitror cepisse tuum ac*] *Quod cum milite inhumanissimo.* Lindenbrogius [illegible] edidit, quod una literula propius ad *μετάληψιν* accedit. — 15. *Poenitudine esse possessam.*] Ita primus, opinor, Rob. Stephanus edidit: quum antea legeretur barbare, *plenitudinem non esse possessam.* Videtur autem scripsisse Interpres: *Poenitudine, se esse profectam.* — 18. *Vel necessarium.*] Suspicor, scripsisse Interpretem, *serium vel necessarium.* — 19. *Illi.*] Virg. Aen. II. 548. — 22. *Modo quod.*] Haec nota non est Donati, qui in suo Codice *Modo quod* legit. — 26. *Hoc dictum.*] Porro, *hoc dubium.* — 28. *Post Bacchidem.*] Imo, *propter Bacchidem,* cui favet. — 31. *Donec.*] Virg. Aen. I. 273. — 32. *Haurit animum.*] Virg. Aen I. 41. — 34. *Horat.*] Epist. I. 16. 63. seqq. — 37. *Fideliter, pro des.*] Suspecta lectio. nec a Libris quidquam praesidii, nisi quod in quibusdam iunctim, *Fideliter prodes,* expressum ansam dat cogitandi, scriptum fuisse *Fideliter* 9*des.* quod mutatum in *pdes.* Scripserit igitur Donatus: *Si mihi fidem dederis, et voci servaris.*] *Si fideliter condes* i. e. continebis. — 39. *Virgilius.*] II. 98. — 44. *Maxime necessitas est, orans pater.*] Vide Comment. ad Andr. I. 2. 19. — 48. *Hanc precor pro me deponas.*] Codd. veteres, etiam Ms. *Hanc precor o. pro me d.* quod valet, *Hanc precor omnem pro me deponas.* — 49. *An, negare se nuptiis.*] In Ms. Boecl. et edd. vetustioribus, *An negare se nuptias.* Unde suspicor scripsisse Donatum, *An negare, se*

nuptias. ut simul indicet, posse et legi apud Terentium, *Ille primo negare.* Rob. Stephanus hanc notam omisit. — 47. *Tantum.*] Lego, *Tamen.* pro que in Codd. vett. est, *nihilominus.* — 48. *Translatio a fabrorum malleo.*] Vide ad And. II. 2. 11. — 53. *Virgilius.*] Aen. XI. 1259. — *Virgilius.*] Aen. II. 6. — 56. *Virgilius.*] Aen. IV. 30. — 60. *Acriorem.*] Forte, *Alacriorem.* Et mox, *rigescit fastigatum.* — 63. *Quasi interiectio.*] Codd. ante Rob. Stephanum: *Quasi semper in Terentio.* Videtur autem expressisse Graecorum ὡς ἐπὶ πολύ. — *Haec.*] Ante Rob. Stephanum rectius legebatur: *Hoc* [illegible] *arte.* — *Horatius*] Epist. II. 1. 59. — 67. *Virgilius.*] Aen. IV. 361. — 68. *Quam metui, quorsum evaderes.*] E memoria laudavit verba Sosiae, And. I. 1. 100. *Quam timeo, quorsum evadas!* — 73. Ἀπὸ διηγήματος εἰς μίμησιν.] Rob. Stephanus, [illegible] — 75. *Vigilanter quidem integrum specificat.*] Mss. et edd. veteres, *Vigilanter quod est integram significat.* — 83. *Non iam Bacchidem excusat.*] Forte, *Non tam Bacchidem excusat.* Ed. Dt. B. *a verisimili causa vult ostendere.* — 84. *Ac superba.*] Voces hae utut videantur a Donato profectae, in nullo tamen Codicum, quos ipse adhibui, comparent. — *Procare enim, est petere.*] Vide ad Heaut. III 1. 15. — *Virgil.*] Aen. I. 636. — 90. *Ornamenta uxoria.*] Codd. veteres: *Ornamenta uxoria.* — 92. *Oratorie dixit.*] Videtur τὸ dixit abesse debere; quia continuo sequitur. — *Virgilius.*] Aen. IX. 246. — *Virgilius.*] Aen. IV. 13. — 95. *Sallustius.*] Iugurth. 31. legitur autem: *Quos omnes eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit.* — *Alibi.*] Bello Catil. 20. — 96. *Meretrix molesta.*] Exemplo est Chrysis. And. I. 1. 78. — *Ex duabus una uxor.*] Phorm. IV. 3. 80. — 98. *Et aptum importunitati.*] Haec absunt a Codd. veteribus. — 100. *Plautus in Milite glorioso.*] Act. II. 1. 67. — 103. *Migravit ad socrum.*] Immo, *Migravit a socru.* — 114. *Populare.*] Virg. Aen. I. 587. — *Visere, officii est: Videre, quaerentis aliquem.*] Si ita legas, uti vulgo editur, videtur distingui inter τὸ *visere* et *videre.* Suspicor autem iunctim legendum esse: *Visere, officium est videre quaerentis aliquem.* — 114. Ed. Dt. B. *exosculatus relicta.* — 117. *Et deest scire.*] Nota ad hunc et seq. versum interpolata est, neque quidquam praesidii a Codd. antiquis. Restituo e coniectura: *Nondum etiam scio.*] Παρέλκον tertium. *Nondum etiam.*] Recte servavit reliquis partibus Fabulae pendulam exspectationem spectatorum. *Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.*] Bene, quia curiosus est Parmeno, et idem garrulus. nam per totam Fabulam talis inducitur. *Nisi sane curae est.*] Ἔλλειψις. Deest, scire. Et est σύλληψις, *Scio, scire,* cum ἀναφορᾷ. — 118. Ἔλλειψις. deest *scire.*]. Haec notaverat Interpres ad illa, *Nisi sane curae est.* — 119. *Tendere.*] Virg. Aen. VI. 240. — 121. *Qui praeest rebus vertentibus.*] Vide ad Adelph. IV. 7. 10. Quae coniectura hoc loco confirmatur.

ACTUS II. SCENA I.

1. *Confessio.*] Forte, *Consensio.* — 3. *Ut est illud.*] In Boend. *Ut est illum tumulum inflexit.* Ita et editi quidam. Alii, *est illud, tumulum inflexit.* — 5. *Numquam non.*] Ita scripsisse Donatum, dubium nullum est, quamvis in Ms. Boend. et edd. nonnullis sit, *non numquam.* Non valet autem Donati distinctio; quia et pertinax et pertinacia non raro etiam in bonam partem usurpantur. Vide Fabri Thesaurum. — 6. *Quod ipsa specialiter.*] Forte, *Ipsius*, quia *ipsa specialiter.* Vel, *Quod specialiter magistra est ad malitiam* ... *strata*, *ipsius.* — 8. *Et haec ἐμπαθῶς.*] Rob. Stephanus: *Et haec quae ἐμπαθῶς coepit.* Codices vetustiores: *Et haec, quae ab exclamatione coepit, ad misericordiam spectat defendentis oratio.* — 11. *Quid quod ea industria celatur.*] Vide infra III. 1. 5. — 13. *Quod honestum est.*] Restituit Abr. Wielingius: *Quod honestum mente est: Tum patuit, quod honestum est corpore.* — 15. *Nec unam.*] Forte, *Nec filiam.* Vel, *nec unam filiam.* Uti mox, *unius filiae.* — *Cicero.*] Videtur e memoria laudare verba Servii Sulpicii ad Ciceronem, Fam. IV. 5. *Cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares.* — 16. *Cicero.*] Orat. pro Deiot. 1. — 17. *Virgilius.*] Aen. XI. 181. — *Euripides.*] Andromache, versu 85. *Multas invenies techanas: es enim mulier.* — *Virgilius.*] Aen. IV. 569. — *Plautus.*] Mil. II. 2. 80. legitur *et circumtentus.* — *Σὺ μὲ.*] Forte: *Σὺ μὲ κατακτανεῖν ἤτοι ... λίθον; Tu me omnino ducis lapidem?* — 18. *Rus abis.*] Lego: *Quia dixerat, Rus abdidit se.* Id enim dixerat Parmeno, supra I. 2. 190. Ne dubites, ita scripsisse Donatum, infra ad versum 27. *Rus habitatum abii*, rursus notat, *Quia dixit, Senex rus hasce abdidit.* Videtur autem scriptum fuisse, *Rus ab. s.* atque inde formatum a Librariis, *Rus abis.* — 22. *Cur usque adeo puella.*] Legit: *Cur usque adeo, ut puella nupta deserat domum.* — 26. *Postquam.*] Ante Rob. Stephanum nullum lacunae indicium; nulla librorum varietas; sensus nullus. — 27. *Quod sit voluptatis causa.*] Codd. veteres rectius: *Quid si voluptatis causa?* — *Quam si diceret, etc.*] Forte, *Quam si diceret, Tibi.* alloquitur enim Sostratam solam. — *Horatius.*] Epist. I. 10. 47. — 28. *Sumtus vestros.*] Locus distinctione laborare videtur, et sic restituendus: *Sumtus vestros; idem quod alibi.* *Otium.*] *Vitam urbanam.* — *Hoc est, amorem.*] Ms. Hulst. et Lind. *Hoc amare.* Vide supra ad versum 12. et 23. Infra, 32. et 34. Sic Phorm. II. 1. 8. *I...: durum.* — 29. *Virgilius.*] Aen. VI. 114. — 30. *Curare debuisti.*] Lego, *Tu curare debuisti.* Idem suspicabatur Doctiss. Wielingius; sed et pro *alii legens*, *alias.* — 32. *Et si in ruri culpa aliqua.*] Haec varie leguntur. Ms. Hulst. *Si est iniuria aliqua, culpa in te omnis est, Sostrata.* Edit. Anon. *Si est in rure iniuria aliqua, id te omnis tamen, Sostrata.* In aliis aliter. — 33. *Desisto.*] Virgil. Aen. XII. 60. — 34. *Puellam blande dixit.*] Lego, *Ut puellam blande dixit.* — 36. *Quae semper est.*] Haec absunt a Codd.

veteribus. Et mire interpolata esse sequentia ex aliis Interpretibus, vel ex repetitis Ciceronis verbis in iisdem Codicibus adparet. — *Cicero.*] Verr. I. 1. — 45. *Bene verba eadem.*] Haec notata videntur fuisse ad alterum illud, *Impulsu vostro.* Scribo ex coniectura: *Ubi duxere impulsu vostro.*] *Videtur, ut supra diximus, haec tota scena ad hoc interposita, ut Fabulae nomen hinc intelligeremus inventum. Et impudentiam socruum, impulsus repetitio demonstrat. Impulsu vostro eandem exigunt.*] *Bene verba eadem stomachose et significanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat impulsu. Impulsu nostro.*] *Sic in Heautontimorumeno: Scortari crebro nolunt; nolunt crebro convivarier.* Qui locus videri possit ἀπροσδιόνυσος esse, sed non est. Uti enim h. l. τὸ *impulsu* iteratur, ita in altero illo τὸ *nolunt.*

ACTUS II. SCENA II.

3. *Domo mariti abesse nuptam.*] Ms. Boend. et editi mei ante Rob. Stephanum omnes, *animo mariti obesse nuptam.* Ed. Du B. *animo mariti obesse nuptam.* — 9. *Heri.*] Distinctione laborat locus inde ab editione Rob. Stephani. Vide supra I. 2. 115. — 12. *Qui fatetur.*] Ms. Hulst. et Boend. cum impressis ante Rob. Steph. *qui item fatetur.* — *Per caeteros status.*] Ms. Boend. *per certos casus.* — 13. *Virgilius.*] Ecl. IV. 59. legitur nunc: *Pan etiam.* — *Tibi ipsi ac tuis faventi?*] Ita restituisse opinor Rob. Stephanum, cum antea legeretur, *Tibi ipsi arctius faventi.* — 16. *Sallustius.*] Locus est in Fragmentis. — *Virgilius.*] Aen. II. 289.

21. Ms. Boend. et edit. Du B. *quo maxime notus est.*

24. *Volo, et non possum facere.*] Lego, *Volo, at non possum facere.* Mox enim dicet idem Phidippus: *Non possum advorsari meis.*

ACTUS II. SCENA III.

1. *Virgilius.*] Georg. III. 282. — *Sed tantum malae.*] Lindenbruchius edidit, *Sed tantum mea.* Sed praeter fidem meorum Codicum. — 3. *Sit bona socrus.*] Ita Libri omnes. Malim, *quod sit bona socrus.* vel, *Esse bonam socrum.* — 4. *Ut non amittant.*] Ita Rob. Stephanus. Codd. vetustiores, *Ut amittant.* Utraque lectio suspecta. Ed. Du B. *Ut admittant.*

ACTUS III. SCENA I.

1. *Cothurnati.*] Mss. Hulst. et Boend. *Conturbati.* Quomodo et Stephanus edidit. — 4. *Virgilius.*] Aen. III. 601. — 5. *Resciscere, est vix reperire.*] Doctiss. Wielingius ex coniectura: *Id reperire.* Ita tamen etiam supra II. 1. 11. — 6, *Hoc est, nos omnes.*] Lego, *Hoc*

ise, nobis omnibus. Scriptum fuerat in libris antiquis, *ν̓ο.* unde error natus. — *Tullius pro Murena.*] Cap. 12. Ubi nunc legitur: *Praetor interea, ne pulchrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est.* — *ΟΙΓΑΡ.*] Aenigma merum. — Effingo ex coniectura: *ΠΟΝΟΙ ΓΑΡ, ΚΑΚΟΝ ΕΣ ΤΟΝ ΧΡΟΝΟΝ ΟΥΚ ΕΙΔΕΝΑΙ, ΚΕΡΔΟΣ ΤΙ.* — *Virgilius.*] Aen. X. 244. ubi si cum aliis *spectabit* leges, locus erit ἀπροσδιόνυσος. — 8. *Solvito.*] Virg. Aen. I. 666. — 11. *Reditur in consilium.*] Abr. Wielingius: *Reditur in concilium.* i. e. *conciliationem.* A libris nihil praesidii, ob constantem lectionem. Possit et *gratiam* scriptum fuisse, et *concordiam.* — 12. *Non esse causam.*] Abr. Wielingius: *Non esse ea causam.* — 14. *Ante rem.*] Forte: *Antequam rem haberem.* — 16. *'Ενέργεια temporis.*] Malim, *ἐναλλαγὴ temporis.* — 17. *Virgilius.*] Aen. IV. 479. — *Amatoris.*] Codices quidam: *Amatoriae.* — 26. *Servilis ratio.*] Quaerit Boeclerus causam, cur hoc dicat Donatus. — 29. *Plenum erat.*] Ms. Hulst. *Plaenum erat.* quod ex dubia lectione Ms. vetustioris ortum videtur, in quo scriptum fuerat, *planum erat.* legendum autem, *planum erat*, quomodo habet Ms. Lindenbr. et quod oppositum τῷ *obscuravit.* — *Iratus quidem est.*] Vide And. I. 1. 121. et Adelph. IV. 7. 37. — 32. *Similitudinem contulit.*] Libri ante Rob. Steph. *Similitudinem continet.* — 33. *Plautus.*] Locus incertus. Vide Comment. — 38. *Virgilius.*] Aen. VI. 257. — 41. *Plautus in Bacchidibus.*] I. 1. 73. — 44. *In vultu proloquium.*] Ms. Hulst. *Cultum proloquium.* — 45. *Lassam, possessamque morbo.*] Forte, *lassam, defessamque morbo.* — 52. *Nec Parmenonem saltem.*] Lacunam hic esse suspicatur Doctiss. Wielingius. Possit autem sensus esse: *Nec Parmenonem saltem dicent introiisse, sed* Servom *Sostratae.* quasi et id criminosius sit. — 53. *Cum confinxerint.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. In vetustioribus Libris est, *dicent, confinxerint.*

ACTUS III. SCENA II.

2. *Virgilius.*] Georg. III. 95. — *Sallust.*] In Fragmentis. — 4. *Virgil.*] Aen. VII. 454. — *Neque ingredi propter socrum inducitur.*] Boeclerus ἀντὶ τοῦ *socrum* legi iubet, *servum.* nihil muto, primum quod *induci propter aliquem*, pro, *per aliquem*, nemo facile dixerit; tum quod per *socrum* possit intelligi Myrrhina, socrus Pamphili, propter quam inducta sit Sostrata non ingredi. Sic infra versu 23. — 15. *Haud.*] Virg. Aen. I. 391. — *Virgilius.*] Aen. IV. 83. — 17. *Χαρακτηρισμὸς locuturi Pamphili.*] Petrus Victorius, Var. Lect. XXXIII. 24. legit, *προοικονομία locuturi Pamphili.* Quasi significetur, quum valde tristem dixerit Pamphilum, orationem eius futuram querelarum plenam. — 21. *Sallustius.*] Bel. Catil. 53. — *Curiosius interrogerit.*] Vide And. IV. 1. 44. atque ibi Comment. — *Virgilius.*] Ecl. III. 1. — 24. *Et est ἐναλλαγή.*] Praestat haec lectio prae Stephani et

Lindenbr. *μετωνυμία*. quanquam sunt Vetusti Codices, in quibus neutrum comparet.

ACTUS III. SCENA III.

1. *Homerica illa διασκέψεις*.] Odyss. IX. 14. — 3. *Virgilium.*] Aen. IV. 359. Male autem Guyetus hinc effici posse putat, Donatum *His quae accepi auribus* legisse. — 4. *Virgilius.*] Aen. V. 805. — *Virgilius.*] Aen. XI. 30. — 6. *Quia et hic morbus est.*] Acute suspicatur Doctiss. Wielingius, haec notata esse a Donato ad vocem *Alio*. vide ad versum 13. — *Virgilius.*] Aen. III. 39. — 10. Oblatum *dicitur in utramque partem.*] Aut haec, aut proxime superiora non sunt a Donato. Idem enim, quod saepe alias accidit, utrobique dicitur. — 17. *Misertus.*] Immo *Percitus*. nisi forte respicit versum 19. unde mox, *ostendit affectum misericordiae suae.* — 18. *Propter Ad.*] Codd. veteres: *Post quod est iuxta.* Lego: *compositum ex* ad, *quod est, iuxta.* — *Sallustius.*] Videtur e memoria laudare verba Adherbalis: *Quos accedam? aut quos appellem?* Bello Iug. 14. — 19. *Hoc ipse sibi.*] Immo spectatoribus. — 20. *Homerus.*] Odyss. *Σ*. 135. — 22. *Virgilius.*] Aen. IV. 20. — 23. *Ita abiectum.*] Ms. Boend. et editi veteres, *Ita adiectum.* Forte, *Id adiectum.* Vel, *et abiectum.* — *Et nos.*] Virgil. Aen. II. 89. — 26. *Virgilius.*] Aen. IX. 41. Legitur autem: *Si qua interea fortuna fuisset.* — 27. *Pro tacentibus.*] Malim: *Pro absentibus.* — *Per diversae.*] Virg. Aen. X. 45. — 29. *Virgilius.*] Aen. V. 798. — 33. *Ante duos menses.*] Forte, *Ante quinque menses.* — *Quatuor mensibus.*] Forte, *quinque mensibus.* — *Posterioribus.*] Forte, *Prioribus.* Integrum igitur locum ita legerim: *Post duobus*] *simpliciter accipiendum, non*, post duos, *est enim ἀντιστροφή, pro*, *duobus post*; *id est, non statim, ut nupta sit, sed, postquam nupta est, post duos menses nuptiarum; ut sint reliqui quinque menses.* Quae sequuntur, nihil sani habent. Forte ita restituenda: *Et hinc apparet, ante quinque menses, priusquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quinque mensibus cum Pamphilo fuisse: ex quibus duobus prioribus amatam esse, reliquis tribus peregrinatum esse Pamphilum.* Fuit igitur re vera partus decem mensium. — *Plautus.*] Pers. IV. 1. 4. ubi vulgo nunc: *Post principia denique.* — 40. *Quum ei etiam per patrem puellae Paëta succurrit.*] Ita Rob. Stephanus primus, opinor, edidit, quum antea legeretur: *cum ei etiam per patrem puella concurrit.* — 41. *Ut non contemnenda sit, sed tollenda.*] Ms. Hulst. *Ut non condemnanda sit, sed dolenda.* Libri alii corrupte: *ut non contemnenda sit tollenda vel dolenda.* — 44. *Suspicimus.*] Forte, *Suscipimus.* quomodo iam Rob. Stephanus et Lindenbr. ediderunt. — *Id est, pro tametsi.*] Male iunguntur, *id est*, et *pro*. Restituo igitur: *Sed subiunctivum est, pro tametsi.* — 45. *Virgilius.*] Aen. IV. 30.

ACTUS III. SCENA IV.

3. *Virgilius.*] Georg. IV. 411. — 5. *Virgilius.*] Aen. I. 176. — 8. *Virgilius.*] Aen. VI. 614. — 10. *Nam qui iungunt, et sic legunt, errant et non intelligunt.*] Verba sine sensu. Repono ex verisimili coniectura: *Nam qui seiungunt, et sic legunt, O d i o s u m, errant et non intelligunt.* Tum videntur haec loco mota, et continuo legenda post illa, *O d i o s u m, pro odiose.* — 16. *Bene excepit.*] Ms. Hulst. *Bene exspectat.* — 20. *Si pervenerint.*] Forte: *Si salvi domum pervenerint.* — 24. *Nunc adiecit imperio. Nam.*] Ms. Boend. et impressi ante Rob. Stephanum: *Nunc adiecit imperio animi, non curre, sed v o l a.* Effingo ex coniectura: *Nunc adiecit pro imperio domini, non curre, sed v o l a.* — 27. *Virgilius.*] Georg. IV. 255. ubi nunc legitur: *Tum corpora.* — *Carnifices dicti.*] Vide ad And. I. 2. 12. — *Virgilius.*] Aen. VI. 481. — 29. *Nam incessu et auctor exprimit lassitudinem.*] Ita Libri veteres. Robertus Stephanus: *Nam in sensu et auctor exprimit lassitudinem.* Abr. Wielingius legit: *Nam incessu eius auctor exprimit lassitudinem.* Possit et vera lectio esse: *Nam incessu et anhelitu exprimit lassitudinem.* — 33. *Apparet, hoc dictum, defectus esse, non virtutis.*] Ms. Hulst. *Apparet, hoc dictum de affectu esse, non virtutis.* Ms. Boend. et edd. vett. Anon. Tarvis. Ven. *Apparet hoc dictum defectus esse, non veritatis.* — *Sunt tamen, qui manente eadem sententia, totum hoc iungunt.*] Ms. Hulst. *T a m e n.*] *Sunt, qui manente eadem sententia, totum hoc iungunt: Q u o d p o t e r o f a c i a m, u t p i e t a t e m c o l a m.* — 34. *Et hoc est, quod dixerat, q u o d p o t e r o, f a c i a m.*] Haec absunt a Ms. Hulst.

ACTUS III. SCENA V.

1. *Non posse.*] Lego, *Non posse apud vos.* Vide supra II. 2. 27. — 4. *Morem gerat.*] Lego: *Morem geram.* — 8. *Difficile invenitur praesentis temporis m o d o.*] Ita tamen Eun. IV. 4. 47. et ipse Donatus saepenumero. — *Quod est minus.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Mss. et editi veteres rectius, *Quod est nimis.* — *Virgilius.*] Aeneid. X. 228. — 8. *Ad revocandam filiam.*] Forte, *Ad remittendam filiam.* — *Ut sciat rem, et divitias suas.*] Haec lectio est Rob. Stephani et recentiorum. Codices vetustiores: *Ut se iactet et divitias suas.* Lindenbruchius, *Ut se iactet, sciat ut rem, et divitias suas.* Malim, *Ut se iactet et rem et divitias suas.* — 9. *Et propinquitas Terentius frequentata movetur, ut heredum.*] Rob. Steph. *monetur.* Codices vetustiores: *Ac propinquitatis frequentatae Terentius monet.* Ait *habetur. C o n s o b r i n u s n o s t e r, Quum de fratre natus est alter.* Doctis. Wielingius ex coniectura legit: *Ut propinquitate utriusque repraesentata moveatur, ut heredum.* Idem censet, haec subiicienda esse Commentario ad versum 8. Consule Everardi Ottonis, V. C. Dissert. de Nuptiis Consobrinorum. — 13. *Nullum in hoc sene fuit de-*

loris officium.] Haec lectio est Rob. Stephani. Ante legebatur: *Nullus in hoc sene fuit doloris effectus.* Forte scriptum fuerat, *affectus.* — 15. *Mortuum illum magis.*] Forte, *Mortuum illum mavis.* — 18. *Virgilius.*] Aeneid. II, 4. — 20. *Ne fieret ea.*] Ita Rob. Stephanus edidit ex corrupta veterum Librorum lectione: *Non enim cavere potui, inquit, ne fieret ea si.* Rescribo audacter: *Non enim cavere potui, inquit, ne fieret. Cavi igitur, ne merito fieret, quod in me fuit.* — 25. *Virgilius.*] Aeneid. I. 629. — 27. *Utrum dotem relinquere possit.*] Coniiciebat Lindenbruchius: *Utrum dotem retinere possit.* Malim, *Utrum dotem relinquere fas sit.* — *Fortasse ergo indigna est. et recte deputat: mihi tamen mater colenda est. hoc sentit.*] Haec absunt a Codicibus meis, Rob. Stephano vetustioribus. — 28. *Aut inserviat.*] Melior haec lectio, quam veterum Librorum, *ut inserviat;* restituit, opinor, Lindenbr. — *Notat enim pravitatem.*] Ante Corn. Schrevelii editionem Lugduno-Batavam in Libris meis omnibus invenio: *non enim pravitatem.* — *Horatius.*] Carm. L. 9. 17. — 31. *Repudium nunciatum est a Pamphilo.*] Ita Rob. Stephanus edidit. Codices vetustiores: *Repudium nuptiarum est. Pamphilo, haud invito ad aures sermo.*] *Optime dictum, Haud invito.* — 32. *Virgilius.*] Aen. XII. 19. — *Virgilius.*] Ecl. VII. 17. Sed in Mss. et edd. vetustis est: *Posthabita coluisse Samo.* Aen. I. 16. — 35. *An iris matris, aut meae uxoris, et mea?*] Haec varie et corrupte leguntur in Libris antiquis. Lego ex coniectura: *Quibus iris.*] *An iris matris? an meae uxoris? an mea?* — *Sic enim quasi nec ipsa peccaverit.*] Ex lectione Codd. veterum: *Sic enim aut quasi nec ipsa peccaverit,* restituo; *Sic enim ait, quasi nec ipsa peccaverit.* — 37. *Virgilius.*] Aen. IV. 333. — 40. *Satis flebiliter.*] Ms. Boend. et edit. Tarvis. *Satis fideliter.* — *Virgilius.*] Aen. I. 78. — 41. *Non invidere.*] Forte: *Nam invidere.* — *Sed modo vult necessitatem, matris videri iracundiam, quae a nutu ita offensa sit.*] Parum sani est in Codd. veteribus. Ms. Hulst. eo *Ita* non agnoscit. In aliis est *Iste.* Plerique omnes legunt, *Iracundiae.* Fingo e coniectura: *Sed modo vult necessitatem matris videri iniuriam, quae a nuru offensa sit.* — 43. *Cui ut redeat, iubere potest.*] Ante Rob. Stephanum ita: *Non ergo culpa est: ut redeat iubere potest.* — 50. *Cunctando restituit rem.*] Virg. Ecl. III. 28. — 52. *Terrorem.*] Libri veteres ante Rob. Stephanum, cum Ms. Boend. *Repente terrorem dotis ostendit.* — 56. *Quia nullam causam habeatis repudii, sed ditiorem quaeratis coniunctionem.*] Lego: *Quia nullam causam habetis repudii, sed ditiorem quaeritis conditionem.* Sic ad verbum 69. *Magna fiducia conditionem filiae amoris.* Rob. Stephanus, *Quasi* edidit, quod est in Libris quibusdam veteribus: sed qui simul *habentes* legunt. — *Et non, maior est factus Pamphilus.*] Ms. Hulst. *Et miacter factus est Pamphilus, simul et iratus.* — 67. *Attollitque.*] Virg. Aen. XII. 4. — *Ait Cicero.*] Haec absunt a multis Libris. — *Ex invidia.*] Malim, *Ex iniuria.* — *Et hoc.*] Lego, ope Mss. Hulst. et Boend. ut et edd. veterum: *Et hunc aliud dicentem,*

6. *Cicero.*] Verr. II. 30. — 18. *Et de adolescentibus questus, quum miseratus senes.*] Lectio vitiosa. Restituo: *Et de adolescentibus questus, complexatur senes.*

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Aut etiam socrui tuae.*] Lindenbruchius mallet, *At etiam socrui tuae*, sed invitis Musis, dissimo omnia fallunt. sensus enim fuerit: *Non solum matri tuae, at etiam socrui tuae, tibi quoque iratus sum, Philumena.* Maneat igitur lectio vulgata. Ms. Hulst. disertius etiam: *Aut non solum socrui tuae.* Editi mei omnes: *Aut etiam socrui tuae.* — 2. *Quod abscesseris.*] Malim: *Quod abscesseris.* — 3. *Quia volebam.*] Praestat haec lectio prae illa Lindenbruchii, *Quando volebam.* — 4. *Commodo evenisti.*] Forte, *Commode venisti.* — 5. *Incipientis prandii.*] Ante Rob. Stephanum rectius legebatur, *Incipiendi prandii.* Neque enim discrimen ullum esse videtur inter *prandium incipiens* et *appositum.* — 7. *Tua.*] Codd. veteres, *Tuae.* quomodo iam. Rob. Stephanus edidit. — 8. *Odisse Sostratam.*] Ita impressi veteres, et Ms. Boend. sed Ms. Hulst. *odisse socerum.* Ms. Lind. *odisse socrum.* quae posterior lectio verior videtur. — 9. *Cum percussione audiendum est.*] Suspicor scripsisse Interpretem, *cum percussione animi dicendum est.* Scilicet ex *aii dicendum* facili lapsu natum est τὸ *audiendum.* Sic mox ad vers. 17. *cum consternatione animi.* — 11. *Vel tua ad meam translata est culpa.*] Acute suspicatur Doctiss. Wielingius, legendum esse, *Vel tuae ad meam translata est culpa.* In quibus verbis est oppositio eius, quod proxime praecessit. — *Non ea mutatio, sed uxor, hoc est, Myrrhina.*] Haec absunt a nonnullis Libris. — 12. *Errent.*] In Codd. meis ante Rob. Stephanum legitur, *perturbent.* — 13. *Ut supra dixit.*] Mss. Boend. et Hulst. cum impressis Rob. Stephano antiquioribus, *Ut supra dixi.* Vide supra ad III. 5. 50. — 15. *Virgilius.*] Aen. VIII. 682. ubi nunc *vulneret* legitur. — 21. *Quid hominis?*] Respexit locum Eun. V. 1. 17. *Quid illac hominis est?* — *Virgilius.*] Aen. I. 82. — 25. *Utrum quia minus et magis, quoniam sequitur*.*] Rob. Stephanus: *Utrum quia minus * et magis quoniam sequitur.* — Ms. Boend. sing. integrae iudicio: *Utrum quia minus est et magis, quoniam sequitur.* Ita et edd. Tarvis. et Venetae annorum 1490. et 1512. cum Ald. et Argent. Sed Ms. Hulst. *Utrum quia minus est, et magis quam sequitur.* Videtur autem Donatus argutatus, ut solet, in voce *Minus*, scribens, *Utrum, quia id minus est, et maius, quod iam sequitur eam alienus puer?* Verus autem Poëtae sensus est: *Non tibi illud factum magis displicet, quam mihi.* — 25. *Sub εἰρωνείᾳ vos dictum.*] Haec nota e Donato repetita est a quovis alio Grammatico. — 27. *Virgilius.*] Georg. III. 316. ubi nunc *ducunt* legitur. — 31. *Hoc ulterius vos.*] Videtur ἀπὸ κοινοῦ praemittendum, *Nullus sum.* — *Reliquum vel cadaver est.*] Codices mei omnes ante Rob. Stephanum, *Quia cum aliquis periit, vel relinquitur, vel ca-*

daver est. Ms. Hulst. Relictum vel cadaver est. Guido Iuvenalis: Adhuc cadaver reliquum est. — 33. Ex verbis sensit.] Mss. Hulst. et Boend. cum impressis ante Rob. Stephanum, Ex verbis sensum. — 34. Quasi tectam.] Sanctius Minerva III. 3. pag. 360. non credit prima haec verba Donati esse genuina. Ms. Boend. et edd. veteres: quam tectam, mox lego: operire tegereque. — Virgilius.] Aen. XI. 77. — 38. Ab imprudentia descendens.] Ms. Boend. et edd. quaedam vetustae: Ab imprudentia despondens. Forte scripsit Donatus: Ab imprudenti Adolescent. m. quod valet: Ab imprudentia adolescentis mulieris. — Namque.] Virg. Aen. IV. 638. — 42. Virgilius.] Aen. IX. 525. — 44. Uxoris scilicet.] Haec nota otiosam repetitionem superioris habet. — 50. Virgilius.] Aen. I. 255. — 61. Temporis invectio.] Codd. veteres ante Rob. Stephanum, Temporis iniectio: alii, Interiectio. Malim, Mire, et est temporis inversio. Dixit enim Laches, Ut adiungas, pro, adiungeres. — 64. Orat, qui animo demisso precatur.] Observat Doctiss. Abr. Wielingius, orare antiqua notione esse agere, caussam dicere, verba facere, sed et adorare. Et sane ita est in XII. Tabb. et Festo. Vide Donatum infra ad versum 95. — 68. O meretriciis superbiam non ferendam!] Mss. et editi Rob. Stephano vetustiores: Ob meretricis superbiam non ferendum. — 80. Translatio de fera indagata.] Hadr. Iunius in Codice a Frobenio excuso legebat: Indignatio de fera indignata. Quem errorem correcturus reponit: Indignatio de fera indagata, seu indagine cincta. Laudat porro illud Lucani, Lib. VI. 42. Et silvas, vastasque feras indagine claudit. Lectio vulgata defenditur a meis Libris. Adde Donatum ad And. II. 3. 12. et Phorm. V. 1. 17. — Cicero.] Verr. III. 59. Satisne vobis praetori improbo circumdati cancelli videntur in sua provincia? — 88. Non enim laudat.] Codd. ante Rob. Stephanum: Non enim abundat. — Unde uxor offenderit Pamphilum.] Immo, Unde uxorem offenderit Pamphilus. — 92. Sed quod.] Edit. Ven. 1490. recte, Sed quo. — 94. Tuaque.] Virg. Aen. I. 102. — Id est, malam.] Lego: Hanc] Id est, malam hanc, quasi dicat, quae nos perturbat. — 95. Virgilius.] Aen. VI. 124.

ACTUS V. SCENA I.

1. Tantum.] Forte, Tamen. — 4. Ex satisfacere.] Mendum hic latere suspicatur Doctiss. Abr. Wielingius. Valet autem satisfacere h. l. dolere ob factum, et iram alterius deprecari. Sic Suet. Tib. 27. — Quum alicuius rei eos poeniteret.] Vide Donat. ad And. I. 1. 13. — 5. Virgilius.] Aen. IV. 92. — 7. Multa.] Virg. Aen. I. 3. — 12. Virgilium.] Aen. XII. 185. — 15. Multum mihi nocuerit, imo me everterit.] Mss. Hulst. et Boend. cum edd. veteribus interserunt: Imo ne laeserit. — 17. Virgilius.] Aen. XII. 25. — Nonjam, non tute cohibes?] Ita Lindenbruchius edidit. Rob. Stephanus ex Libris vetustis: Nam iam tute cohibes. Veram lectionem vide Heaut. V. 1. 45. et 46. — 18. Virgilius.] Aen. XII. 25. — Ut primum.] Virg. Aen. XII. 47. ubi

nunc, *Instibilis.*] — 19. *Virgilius.*] Aen. XI. 129. — *Dum aetas in flore posita est.*] Forte: *Dum aetas in flore posita, et facies vendibilis etiamnunc est.* — 21. *Virgilius.*] Aen. X. 79. — 25. *Non enim dibilunctum.*] Confer Donat. infra V. 2. 30. — 28. *Explere, pro Exsatiare, Terentianum est.*] Ita post Rob. Stephanum edidit Lindenbruchius. — In meis Libris nihil horum legitur. Ita autem ordino: *Exple animum his.*] *Quae illi praedis.* Sub. Pamphilo. *Teque hoc crimine expedi.*] *Expedire, pro eximere, Terentianum est. Expedire dicitur, qui pedem retentum liberat.* — 32. *Virgilius.*] Aen. XII. 459. — *Sallustius.*] In Fragmentis. — *Virgilius.*] Georg. III. 95. — *Nec illum...* *Ut onere gravis, honore dignus, et charus.*] Otiosa repetitio verborum Donati.

39. In fine Ms. Boend. et edit. Du B. additum habent: *Et Sallustius, Nam vis, quam misericordiam eius experiri mallem.*

ACTUS V. SCENA II.

4. *Virgilius.*] Aen. II. 149. — 5. *Maria omnia iisto.*] Virg. Aen. VI. 351. ubi nunc, *Maria aspera iuro.* — *Imitanda.*] Abest haec vox a Libris veteribus. — 6. *Apud Virgilium.*] Ecl. III. 8. ubi vulgo, *hircis*, sed et *hirquis* legit Servius. pro oculorum angulis, in quos oculi ipsi retorti libidinem notant. — 18. *Virgilius.*] Aen. XI. 407. — *Semperque.*] Virg. Aen. XI. 122. — 23. *Potuisse meretricem concorditer cum pellice agere.*] Abr. Wielingius auspicatur legendum: *Potuisse meretricem concorditer pellicem agere.* Videtur autem sensus postulare, ut legatur: *Potuisse nuptam concorditer cum pellice agere.* — *Nam nupta meretrici hostis alia, scilicet inimica.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius ediderunt. Lego ope Codicum veterum: *Nam nupta meretrici hostis.*] *Aliena seu inimica.* Scilicet respicit veterem notionem vocis *Hostis*, pro peregrino seu alieno. Vide Varronem L. L. IV. init. et Ciceronem, Off. I. 12. — 25. *His quidem sunt verum aliae causae sunt.*] Ita, credo, Rob. Stephanus primus legit scripturam veterem: *At easdem amicas tibi f. p. h. q. s. u. aliae causae sunt.* Integrum locum ita ordinaverim: *At easdem amicas tibi fore promitto.*] *Hoc quum sciverint verum. Aliae causae sunt, quae mulieres faciunt molestas et acerbas: hae autem spectatoribus notae sunt ex argumento.* Sic adscripta ad versum 18. fin. — 30. *Propria ab meretrice, segregari.*] Confer supra V. 1. 25. — 31. *Quod nimis amat.*] Haec lectio est Rob. Stephani et Lindenbruchii. Sed Mss. Hulsii et Boend. cum edd. vetustioribus, rectius? *quod nimis amat*, confer sequentia. —

ACTUS V. SCENA III.

1. *Totum.*] Integra haec nota abest a Ms. Boend. et edit. Tarvis. In aliis ante Rob. Stephanum legitur: *Totum hoc a stomachante dicitur,*

quod sic vitio cum maxima iniuria perveneris. Mox vero omnes non *exponitur, sed exprimitur.* — 6. *Vernaliter.*] Libri ante Rob. Stephanum, *Vernilitor.* — 7. *Neque enim.*] Hae duae voces absunt a Codd. vetustis. — 12. *Quasi minus sit iniuriam.*] Ms. Boend. cum edd. veteribus: *Quasi minus sit iniuria prohibentis interrogare, quam interrogare respondentis.* — *Cui in principio nihil celaveris Parmeno.*] Mallet Doctiss. Wielingius: *Quae in principio nihil celaveris Parmenonem.* — 13. *Cicero.*] Verr. II. 35. — 16. *Urget autem cum cursu.*] Ms. Boend. cum edd. vetustis, *Urget autem cum cursu.* — 19. *Quot, Tam multas.*] Lego: *Quam multas!* — *Virgilius.*] Aen. IV. 10. — 21. *Redditur nobis, quod nostri cupidum est.*] Contrarium dixit ad Eun. IV. 6. 8. — 24. *Primore.*] Mss. et editi ante Rob. Stephanum, *Private.* Forte scriptum fuerat, *Pri. te.* ut notet, *Primis tenebris.* quomodo explicat Guido Iuvenalis. — *Vidimus.*] Virgil. Aen. IX. 244. — 25. *Raptum.*] Ita, opinor, Corn. Schrevelius restituit. In omnibus ante eum, quos vidi, Codicibus *partum* corrupte legitur. — *Vides igitur his indiciis, ut virginem apparet vitiatam.*] Abr. Wielingius: *Vides igitur his indiciis, virginem, ut apparet, vitiatam.* — 30. *Vel quia sic dicendum fuit.*] Errat Boeclerus, existimans, *Vel* h. l. non disiungere, sed coniungere. Utrumque enim simul consistere nequit. — 36. *Inclusit.*] Ms. Boend. et editi Rob. Stephano antiquiores, *conclusit.* i. e. finivit.

86. Ms. Boend. et ed. Du B. *Scit se enim alibi dixisse.*

89. *An meruerit.*] Libri veteres: *An meruit.* Sed forte scripsit Donatus: *An metuit Pamphilus?* credens, *Dum illo licitum*, scripsisse Terentium, pro, *Dum illi licitum.* — 40. *Ἀνθυποφορά.*] Ita Libri mei omnes. Dubium autem nullum, quin legendum sit, *Ὑποφορά.* cui mox per *Ἀνθυποφορὰν* respondetur.

ACTUS V. SCENA IV.

1. *Bene haec repetit.*] Ita post Lindenbrogium vulgo editur; quasi emphasis sit in τῷ *Haec.* Malim cum Rob. Stephano legere: *Bene haec repetit;* ut omnia sint verba Donati, et respiciant integram sententiam Pamphili. Quia autem Pamphilus *etiam sodes* dicit, credidit Donatus, repetita esse ab eo eadem verba iam ante inter vias dicta. Unde Daceria vertit: *Encore une fois, mon cher Parmenon, ie te prie.* — *Sic et in Heaut. Ego vertor magis.*] Duplex ἀμφίσημον μνημονικόν. Vide Adelph. IV. 6. 64. — 7. *Quasi, iam ante fassus, dico.*] Codices ante Rob. Stephanum: *Quasi iam lasse passus, dic.* unde effingo: *Quasi iam lassatus dicit.* — 8. *Cui contra reciderit, quod amat.*] Lego, *ceciderit.* Adde And. I. 5. 10. — 9. *Pelagine.*] Virgil. Aen. VI. 532. ubi nunc: *an quae te fortuna fatigat.* — 16. *Ut mea, quod supra dixit, amatoris est.*] Atqui nusquam supra id dixit Pamphilus. Lego igitur ex Codd. vetustis: *Ut mea* τῷ *supra quod dixit;* *amatoris est.* Id vult, τὸ *Servaveris* amplius quid esse, quam τὸ

Mea. — 23. *Non equidem istuc.*] Legendum, *Non equidem istuc.* Vide Adelph. IV. 5. 7. Uti autem haec nota Donati videtur, ita superior minus videtur. — 27. *Nihil cuiquam celari solet.*] Codd. ante Rob. Stephanum, *Nihil unquam celari solet.* — 38. *Quod interdum non temere praetereat.*] Opinor, mentem fuisse Donati, *Quod interdum temere praetereat.* — *Degeneremque.*] Virg. Aen. II. 549. — 40. *Imprudentem scienti reddit.*] Libri Rob. Stephano vetustiores rectius: *Imprudenti scientem reddit.*

OBSERVATIONES IN PHORMIONEM.

PROLOGUS.

1. *Postquam.*] Virgil. Ecl. I. 31. — *Ergo ut vitium, vetus: non vetus, ut Ennius.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. Ms. Hulst. *non vetus annis.* Ms. Boend. et plerique impressi veteres. *Non vetus Ennius.* Praestat lectio, quam exhibeo. Sic *Veteres*, Eun. Prol. 43. — *Diva Deum.*] Virg. Aen. XII. 139. — *Notos.*] Virg. Aen. I. 688. — 2. *Levibus.*] Virg. Aen. V. 259. — 3. *Quarum.*] Virg. Aen. I. 76. — 5. *In Tragoedia.*] Edit. Argent. *In Tragoediam.* — 6. *Non solum errorem reprehendentis.*] Ms. Boend. et quidam editi ante Rob. Stephanum: *Non solum errori Luscii obviat reprehendentis.* — *Tragica.*] Haec vox abest a quibusdam Codd. — 8. *In Comoedia vitiose inducitur.*] Ms. Hulst. *In Comoedia vitiosa inducitur.* — 13. *Virgilius.*] Aen. II. 124. — 15. *Supposuit.*] Malim, *Opposuit*: sic ad vers. 17. *subiiciendum* legitur in quibusdam Codd. veteribus, pro, *Obiiciendum.* — 16. *Maledicendum esse Luscio.*] Crediderim, τὸ *Luscio* natum Rob. Stephano ex continuo sequentibus vocibus, *Is sibi.* In vetustioribus enim Codd. omnibus non adparet. Et sane ex mente Donati abesse potest. — 17. *Per qualitatem.*] Codd. Rob. Stephano vetustiores plerique, *pro qualitate.* — *Et hoc enim.*] Suspicor, Donatum scripsisse, *hoc est*, *Nullum invenire etc.* *Hoc enim.* atque hinc ex illo *etc.* natum τὸ *Et*, quod plane otiosum est. — 18. *Virgilius.*] Aen. I. 605. — 19. *Vetuste.*] Atqui non iungenda, *Ab studio studuit*, sed ordo est: *Studuit reiicere ab studio ad famem.* Nisi forte *venuste* scripsit Donatus. — 21. *Virgilius.*] Aen. I. 552. — 22. *Reliquias.*] Virg. Aen. I. 34. — 27. *Phormio correpta prima syllaba apud Apollodorum est.*] In eandem sententiam Faërnus scribit infra II. 1. 77. Sed non video, qui prima in Φορμίων corripi ab Apollodoro potuerit. nisi

forte levi unius literae metathesi *Phormionem* legas. Et sane idem Guyetus in glossis Mss. ad loc. cit. suspicatur. — 28. *Cicero.*] Divin. 15. vide Comment. — 30. *Nove sic voluntatem.*] Lindenbruchius e Ms. *Nove sic Cicero voluntatem, pro favore ponit.* — 33. *Id quod quaeritur.*] Ita vulgo post Rob. Stephanum. Sed in Mss. Hulst. Boend. et Lindenbr. sed et plerisque edd. veteribus rectius, *Id quod queritur.* — *Cicero.*] Catil. II. 1.

35. *Bonitas in omnibus.*] Nugas Donati in hoc nota merito reprehendit Boeclerus in Chrestomathia, quum nulla aequanimitas sine bonitate cogitari possit.

ACTUS I. SCENA I.

1. *Aliena tota fabula.*] Forte, *Aliena a tota fabula.* — *Ex continentia.*] An, *Et continentiam?* — *Gentisque.*] Ita Rob. Stephanus et Lindenbruchius. Sed Ms. Boend. et edd. veteres, *Generisque.* Ms. Hulst. *Grecisque.* Ms. Lind. *Gregisque.* quomodo forte legendum in Sallustio. — *Sallustius.*] Bello Catil. 22. — 2. *Apparet, veras fuisse nuptias.*] Haec absunt a Mss. Hulst. et Boend. cum plerisque edd. veteribus ante Lindenbruchium. — 3. *Ille me exigit, ut muneretur domino.*] Ms. Boend. et impressi veteres, *Illemet exigit, ut numeretur dominis.* — 4. *Sallustius.*] In Fragm. Sed in Mss. et edd. antiquis est, *Marcello.* — *Quasi reddendae morae, non habere, causa fuerit.*] Ita plerique edd. veteres. Rob. Stephanus: *Quasi reddendi morae non habere causa fuerit.* Ms. Hulst. optime: *Quasi reddendi mora non habere fuerit.* q. d. quasi τὸ *non habere* fuerit mora reddendi. seu, quasi non reddiderit citius, quia non habuerit. Ms. Boend. et ed. Du B. *quasi reddendi mora habere causa fuerit.* — 5. *Poterant.*] Mss. Hulst. et Boend. cum edd. vetustis, *Potuerunt.* Lege cum Ms. Lindenbr. *Potuerint.* — 6. *Septimus dies.*] Vide Barth. Advers. II. 8. — *Parentalia.*] Ita Rob. Stephanus primus videtur edidisse. In Mss. et edd. veteribus varie et corrupte, *eicalia, enicalia, denicalia, enim talia.* Ed. Du B. *Enicalia concluduntur.* — 7. *Sententiosos.*] Glossarium Isidori: *Susurrio, senillosus, bilinguis.* Ubi Scaliger: *Sentiosus;* Sed Graevius ex Papia, *Susurro, sententiosus, bilinguis.* — 8. *Pro, minus pauperibus.*] Ergo comparativus pro contrario positivi, cum *Minus.* Curt. VI. 4. 18. *Mare Caspium dulcius caeteris, ingentis magnitudinis serpentes alit.* Ubi *dulcius* valet *minus salsum.* — 9. Sic veteres. *Multa unciatim.*] Locus distinctione corruptus. Lego: *Sic veteres multa. unciatim.*] *Cum expensa pecunia ferretur.* — *Cicero.*] Verr. II. 10. — *Vix potuit et unciatim, et cito conflari peculium.*] Lego et distinguo: *Unciatim vix.*] *Potuit et unciatim, et cito conflari peculium.* Atque ita est in edd. quibusdam ante Rob. Stephanum. quando melius cohaerebunt, quae continuo subiiciuntur. — 11. *Sallustius.*] In Oratione Macri Licinii, Trib. pl. ad Plebem. ubi legendum: *Si, Quirites, parum existumaretis, qui inter ius a maiori-*

bus relictum vobis, et hoc a Sulla paratum, servitium interesset, mul tis mihi disserendum fuisset. Sed et τὸ *Parum* est in Mss. Hulst. e Lindenbr. — 12. *Reliquias.*] Virg. Aen. VII. 244. — 13. *Nam e plagam, damnum: et sumtum, sanguinem nostrum dicimus.*] Haec ab quovis alio Grammatico repetita e superioribus videntur. — 14. *E alio.*] Sensus postulat ut legatur, *Alio et alio.* — *Cum adiection temporis, cuiuslibet natalis dies melius dicitur.*] Locus distinction laborat. Videtur scripsisse Donatus: *Ubi.*] *Cum adiectione tempor cuiuslibet. Natalis dies.*] *Natalis dies melius dicitur,* ut, *na talis locus,* et, *natale astrum.* — 15. *Virgilius.*] Ecl. III. 76. — *Legitur apud Varronem.*] Nonius e Catone laudat: *Cum primores ci et potione initiarent pueros, sacrificabantur ab edulibus Eduliae, et potione Potinae nutrices. Ita cum fari inciperent, Fabulino, cum sta re, Statulino.* — *Virgilius.*] Ecl. IV. 63.

ACTUS I. SCENA II.

1. *Quia ille nominativum praetulit.*] Ita Rob. Stephanus, et Lin denbruchius. sed Mss. Hulst. et Boend. cum edd. vetustis rectius: *Qu tale nomen praetulit.* Nisi quod editio Antverpiensis anni 1546. tuetu lectionem vulgatam. Edit. Du B. *Quia talem nominationem praetu lit.* — 3. *Arma.*] Virg. Aen. X. 541. — 4. *Quia creditum non fe felleris?*] Lindenbruchius ex Ms. restituere se ait *condictum.* quomodo dudum ante exhibitum in edd. Antverp. Basileensi 1548. et Rob. Ste phani. Mss. Hulst. et Boend. cum edd. quibusdam veteribus, *dictum.* — *Redhibitio.*] *Non convenit hoc vocabulum mutuo, et in iure proprium est venditioni, quae resolvitur. Vide P. 21. D. de Aedil. Ed. et Fest. h. v. quare arrideret magis* Redditio, *si per Codd. liceret.* Abr. Wielingius. Est autem *Redditio* in edd. Antverp. Basileensi, Argent. Rob. Stephani. Ms. Boend. et edd. Venetae, et Argent. *Redditio debita.* Ed. Du B. *Redditio debiti.* — 5. *Figurate, pro, ita loqueris.*] Haec absunt a Ms. Hulst. — *Peius exspectatione.*] Vide infra ad I. 4. 24. — 6. *Est rem non magnam.*] Forte, *Etsi ob rem non magnam.* — 7. *Pronun tiare.*] Ita Rob. Steph. et Lindenbr. sed Mss. Hulst. et Boend. cum plerisque edd. veteribus, *pronuntiari.* — 9. *Modo.*] Virgil. Aen. III. 116.

10. Ms. Boend. et ed. Du B. *Dum persuadet.*

12. *Virgilius.*] Aen. II. 707. — 13. *Virgilius.*] Aen. II. 81. — 17. *Virgilius.*] Aen. III. 82. ubi nunc *agnoscit* legitur. — *Virgilius.*] Aen. II. 90. — *Sallustius.*] Catil. 23. nisi quod τὸ *coepit* nunc in qui busdam exemplaribus desideratur. — 24. *Virgilius.*] Aen. XII. 599. — *Memini.*] Vide ad And. II. 5. 13. — *Memini.*] Est autem locus in Annal. I. Consule H. Colum. — 27. *Hoc dictum.*] In Codd. ante Rob. Stephanum est: *Hoc dictum et superioris personae esse potest, et alte rius.* — 28. *Virgilius.*] Aen. V. 324. — 31. *Istis hoc nominibus agit.*] Ita Rob. Stephanus. sed Ms. Boend. et plerique editi veteres:

'stis nominibus hic agitur. — 34. Ideo dixit ambos, non-habuisse.] Videtur continuo legendum: Ideo dixit, ambos non habuisse, nisi oculos pascere. — 36. Virgilius.] Ecl. II. 65. Videtur autem potius respici, quod proxime praecedd. versibus dicitur: Torva leaena lupum sequitur: lupus ipse capellam: Florentem cytisum sequitur lasciva capella. — 37. Relatio ad illud quod mox, Otiosi non erunt.] Si ita distinguas, quod post Roh. Stephanum et Lindenbr. vulgo fit, credas illa, Otiosi non erunt, esse verba Terentii; sed non sunt. Distinguo igitur: Relatio ad illud, quod mox otiosi non erunt. Id enim vult, servos post patres reversos non fore otiosos. — NAAKEIS.] Tanaq. Faber restituit: Ναρκη δε συνωμιλουμεθα. Sed Codici Antverpiensi a veteri manu adscriptum e Ms. Αναλκεις δε συνεμαμμωα εναργης δε συνεμελομεθα. — 41. Illi mea.] Virg. Aen. II. 548. — 42. Tristisque senectus.] Virg. Georg. III. 67. — Solam.] Virgil. Aen. IV. 421. — 45. Vide sic agi.] Integra haec nota abest a Mss. Hulst. et Boend. cum Edd. quibusdam ante Rob. Steph. Nisi quod mox occurrit ad versum 53. — Obitus foeminae.] Hic manifesto obitus pro eo sumitur, quod Galli rencontre vocant, quum nimirum aditur vel offenditur alter. Vide ad Hec. V. 4. 19. — 46. Sensu manifesta.] Malim, sensu manifesto. nulla autem ambiguitas est. qui enim lamentaretur mater mortua? — 47. Sallustius.] In Fragmentis. Sed Rob. Stephanus cum Libris vetustis: Sallustius cum adiectione Posita. Eum cum praedixero positum insulae. — 48. Sallustius.] In Fragmentis. — 52. Populare.] Virg. Aen. I. 531. — Hortator.] Ms. Hulst. Hortatus. Editi veteres, Hortari. — 56. Capillus pexus.] Immo passus. Vide Heaut. II. 3. 49. atque ibi Comment. — Ut magna pars.] In Codd. vetustis: Ut, pars magna m. in quibus verbis videtur esse citatio dicti alterius cuiusdam scriptoris. — Virgilius.] Aen. V. 402. — Virgilium.] Georg. III. 187. — Alibi.] Georg. II. 296. — Domus.] Virg. Aen. III. 618. — 57. Formam.] Videtur legendum, Fornum. Non. Marcellus: Fornum et Fornaces dicuntur a Forno, quod est calido. — Virgilius.] Ecl. III. 66. — 59. Non etiam captus est in amorem.] Forte, Non etiam raptus est in amorem. — 60. Scitus puer est natus e Pamphilo.] Aliter legitur And. III. 2. 6. — 61. Evadere, est per obstantia pervenire.] Vide ad And. I. 2. 5.

62. Ms. Boend. et ed. Du B. Hoc praestruens aniculae intulit de qua nullam supra mentionem fecerat.

66. Ms. Boend. et ed. Du B. Impudentius petit.

67. Quia subiuncturus est.] Lego, Quia subiuncturus est, Cupiebat, et metuebat. — 69. Virgilius.] Aen. V. 64. — 70. Petuntur.] Ms. Hulst. expetuntur. — 71. Aliquid facere denique.] Vide ad Heaut. I. 1. 17.

73. Ms. Boend. et ed. Du B. Qui te Montana malum ad cetera vergit.

76. Puellis permittit.] Vide de hac constructione ad And. III. 5. 8. — 77. Cicero.] Verr. II. 15. — 80. Sallustius in Iugurtha.]

Cap. 86. — 81. *Tuto confingam.*] Ms. Boend. et edd. veteres: *Totum confingam.* Rob. Stephanus omisit. — 85. *His.*] Malim, *In his.* — 91. *Virgilius.*] Aen. II. 148. — *Sallustius.*] In Fragmentis. — 97. *Nondum.*] *Subaudi, venit. Iam non plena negatio est.*] Ms. Hulst. ita: *Nondum.*] *Subaudi, venit. Nondum.*] *Quia evenit. nam non plena negatio est.* Vide supra ad vers. 92. — 100. *Attico, an Romano.*] Immo magis Attico. — 101. *Nihil.*] Guyetus in glossis Mss. *Quid sibi velit Donatus, nescio, qui τὸ Bene hic exponit* Nihil. Atqui id non facit Donatus, cui integra sententia, *Ut bene sit tibi*, valet, *Nihil aliud te volo.* Est enim formula discedentium. *Bene tibi sit*, pro, *vale.*

ACTUS I. SCENA III.

1. *Ferienda.*] Intendenda, tollenda. Minus improprie Cicero *ferire aures* dixit. Gall. *frapper.* — *In eo, quod ait.*] Codd. ante Rob. Stephanum: *In eo, quod ait, Patrem.* — 2. *Cicero.*] Verr. Act. I. 17. — 5. *Ennius.*] Hos versus plusculi postea imitati sunt. Praeter quos laudat H. Columna adde Phaed. IV. 6. 6. Rufinus autem Libro de Metris Comicis, *Caesae abiegnae* legit. — 6. *In nuptiis.*] Recte. Sic Virg. Aen. VI. 93. *Causa mali tanti coniux.* Abr. Wielingius. — 7. *'Ανθυποφορὰ μονομερής.*] Immo, ὑποφορὰ est in verbis, *Non potitus essem.* reliqua ἀνθυποφορὰν habent. — *Ille.*] Virgil. Aeneid. IV. 608. — 11. *Cum septem.*] Ita restituit Nob. Ianus Douza Nordovix, quem glossae veteres in Iuvenalem abs P. Pithoeo editae quasi manu duxerunt. — Olim legebatur: *Cum septem in locum Hispanis redit ac recipit se.* Laudat etiam Interpres Iuvenalis Libr. I. Sat. III. ad illa verba: *Inter Pinnirapi cultos iuvenes.* — 18. *Sallustius.*] Ms. Hulst. cum edd. quibusdam veteribus, *Nisi ad dominationem.* — 19. *Sallustius.*] Ms. Hulst. et editi quidam veteres: *Et Poeni fere adversus a. n. c. m.* — 20. *Poenitet eum.*] Sic Calph. ad Heaut. I. 1. 20. — 26. *Quam recte iam timet.*] Nec admiratio hic, nec extra admirationem τὸ *Quam* locum habet. Suspicor scripsisse Donatum: *Hei timeo miser, quam.*] *Recte iam timet.* — *Hei mihi.*] Virgil. Aen. XI. 57.

ACTUS I. SCENA IV.

1. *Concurrentis.*] Doctiss. Abr. Wielingius, *Occurrentis* mallet. In Codd. ante Rob. Stephanum est, *currentis.* Ms. Boend. *Abesse conspectui patris.* Edit. Du B. *Abesse currentis conspectui patris.* — 4. *Pressum.*] Codd. ante Rob. Stephanum, *expressum.* — 7. *Puncto uno.*] Codices quidam: *Puncto, una hora * et qui quoque insuavit.* Nob. Ianus Douza nil mutat. — *Superciliis arduis.*] Forte, *Superciliis adductis.*

12. Ms. Boend. et ed. Du B. *Tanquam sibi peccanti et libentius genus praestare posset.*

12. *Ira de causa.*] Vide ad And. I. 1. 121. et Adelph. IV. 7. 37. — *Virgilius.*] Aen. IV. 656. — 13. *Recte ego mihi vidissem.*] Codd. plerique veteres rectius: πρὸς τὸ *Recte ego mihi vidissem.* — *Et sic Nigidius legit.*] Festus Pompeius et Nonius. Meminit et Varro. L. L. IV. dicens, *Protinam a protinus continuitatem significans.* Adde Plaut. Curc. II. 3. 34. et Fragm. Astrabae. — 14. *Conieceram in pedes.*] Lego cum Libris vetustis: πρὸς τὸ *Coniiceram in pedes.* Et mox: πρὸς τὸ *Aliquid convasassem.* — *Secunda ἀπόδοσις.*] Veteres quidam Libri, *iocunda ἀπόδοσις.* Sed fortasse legendum: *notanda μετάθεσις.* — 15. *Sallustius.*] Fragm.

16. Edit. Du B. *Ad hoc dictum auditur Geta.*

17. *Ostendit ab initio se domum pergere, et sic videtur deliberasse.*] Haec lectio est Rob. Stephani; sed Codd. vetustiores exhibent, *Ostendit ab nuntio se domum pergere, et sic videtur deliberasse.* Sed fortasse legendum, *Ostendit se domum pergere, et sic videtur ab initio deliberasse.* — 20. *Si vera feram.*] Virg. Aen. II. 161. — 23. *Quum subito.*] Virg. Aen. I. 539. — 28. *Sallustius.*] Vide ad Hec. IV. 1. 13. — *Virgilius.*] Ecl. VI. 20. — 29. *Absque amore.*] Atqui Phaedria non erat *absque amore.* Malim igitur, *absque timore,* unde ex metu *timiditatem* tribuit Antiphoni. — 31. *Suprema dicta.*] Coniiciebam vel legendum esse, *sententia dicta,* vel τὸ *Suprema* materialiter usurpari, subaudito *tempestas.* ut adeo Donatus videatur respexisse solennia XII. Tabb. verba: *Sol occasus suprema tempestas estod.* Quando ita distinguendum: *Suprema dicta,* quum praeco pronunciasset, *ilicet.* Fuerit igitur mens Interpretis, praeconem pronunciasse binas hasce voces, *Suprema. ilicet.* Idem placebat Doctiss. Wielingio. Adde Calph. ad Heaut. V. 2. 21. — 33. *Audacem.*] Forte, *Audaciam.* Sic Virg. Aen. I. 218. *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.* unde mox, *ad simulandam audaciam.* — 36. *Lucretius.*] II. 531. Vide Gifan. ind. v. *Protelum.* — 38. *Ut diximus.*] Vide supra ad I. 2. 7. — *Virgilius.*] Aen. II. 449. — 39. *Virgilius.*] Aen. X. 649. — *Quo fugitis, socii?*] Virg. Aen. X. 369. — 42. *Quasi adhuc tuto dicantur.*] Haec Lindenbruchii lectio est. Sed Codices meliores et vetustiores habent, *Quasi a destituto dicantur.* — *Huic demum.*] Lege, *Huic homini,* ex Heaut. II. 3. 115. — 48. *Et est ἀπόθεσις.*] Improbat hoc Cl. Perizonius ad Sanct. Min. IV. 4. pag. 567. 568. voce *Culpa.* — 52. *Virgilius.*] Aen. V. 378. — 58. *Vim hortantis.*] Eun. II. 3. 85. Virg. Georg. III. 43. *en, age, segnes Rumpe moras.*

ACTUS II. SCENA I.

1. *Cicero.*] Catil. I. 1. — 2. *Lucretius: Nonne videre etc.*] II. 16. *nonne videre, Nihil aliud sibi naturam latrare, nisi ut quoi corpore seiunctus dolor absit.* — *Σχῆμα.*] Haec in Codd. omnibus non

leguntur. — *Virgilius.*] Aen. XI. 347. — *Legitur et Taceo.*] Faërnus testatur, Donatum h. l. dicere, *Legitur et Ieci.* Putat autem, legendum esse, *Legitur et Ac.* additque ita esse in Codd. Bemb. et Victor. — 4. *Se primum ad accusatorem crederet.*] In aliis ut Boend. et Du B. est : *Se primum ad accusationem crederet.* Forte, *Se primum accusaturum crederet.* — 5. *Pro, nescio.*] Vide Barth. Advers. XXIV. 12. et Guyetum. — 7. *Quod prius esset.*] Lego, *Quod peius esset.* — 9. *Virgilius.*] Aen. IV. 419. — *Et in actu.*] Codd. quidam, *Et in auctu.*

10. Edit. Du B. *a creditoribus.*

11. *Nudus ara.*] Virg. Georg. I. 299. — 13. *Sallustius.*] In Fragmentis. — 14. *Virgilius.*] Georg. II. 136. — 16. *A peccatoribus.*] Frobenius ex recensione Erasmi, cum aliis quibusdam veteribus: *A precatoribus.* — 17. *Legitur et Anteo.*] Ex variis lectionibus suspicor scripsisse Terentium, *Ante eo.* Ad quae verba notaverit Donatus: *Legitur et Anteo,* quod valet, *Anteeo.* — 19. *Vitiosam locutionem.*] Exagitat haec Boeclerus. Ms. Boend. et edit. Du B. *Non integrum esset* et mox v. 21. *Non oportere fieri dixit.* — 20. *Non ulla laborum.*] Virg. Aen. VI. 103. — *Arma parate.*] Virg. Aen. XI. 18. — *Hunc ego.*] Virgil. Aen. IV. 419. — 22. *Virgilius.*] Aen. V. 379. — 24. *Partim.*] Immo *Raptim.* quanquam Libri mei omnes vulgatam lectionem praeferunt. — 25. *Hoc, incerta distinctione pronunciatur.*] Vide Comment. Ms. Boend. et ed. Du B. *Ad criminis dissolutionem.* — 26. *Quaeris.*] Forte, *Quae vis.* Vide Comment. — 27. *Quod voti sit.*] Forte, *Quod in votis fit.* — 29. *Eloquentia.*] Atque revera Phaedriam laudat Geta, fronte ad severitatem composita, et verbis fidem facientibus causam patruelis defendentem. — 32. *Virgilius.*] Aen. II. 274. — 34. *Virgilius.*] Aen. II. 203. — 35. *Virgilius.*] Aen. II. 65. — 36. *Ob iram praesentem.*] Vix simul consistunt delectatio et ira. Lego igitur audacter, *ob Phaedriam praesentem.* — 37. *In Verrinis.*] Locus est Verr. II. 12. In quibus verbis abtypetadesset; cui obrendo facem praefert Asconius Pedianus, ex cuius mente hic census est: *Qui cives Romani erant,* dabantur iudices, *si Siculi essent* rei; *cum si eorum legibus dari oporteret* iudicia. *Qui Siculi erant,* iudices dabantur, *si cives Romani essent* rei. Sed Lambino suspecta est Ciceronis lectio. Mallet igitur pro illis, *Cum si eorum legibus dari oporteret,* legere, *Cum Siculos eorum legibus dari oporteret;* et post illa, *Si cives Romani essent,* vellet addi, *Cum cives Romanos dari oporteret.* — 39. *Virgilius.*] Aen. XII. 565. ubi nunc, *Iupiter hac stat.* — 40. *Cicero.*] Oratore, 23. — 41. *Accusat.*] Abr. Wielingius *excusat* legit. Et sane infra ad versum 58. *excusatio* pro *accusatio* legitur. — *Iam sibi.*] Virg. Georg. I. 360. ubi nunc, *a curvis.* — 42. *Quod voluerit.*] Malim, *Quod volueris.* Neque enim Antipho intelligitur, sed Demiphonem alloquitur Phaedria. — 43. *Virgilius.*] Aen. II. 136. — 46. *Notum alteri * qui invident.*] Haec varie leguntur. Ms. Hulst. *Cum alter dicit, quia invident.* Edd. veteres, vel

Notum alterari, quia invident, vel, *notum alterari * qui invident*. Fortasse scripsit Donatus, *Notum, alterare ius; qui invident*.

51. Ed. Du B. *Crimen, quod obiectum est.*

54. *Plautus.*] Forte respicitur locus, qui est Bacch. I, 1. 73. *Nam ut in navi vecta es, credo, timida es.* — 57. *Per αὔξησιν.*] Ms. Hulst. *Pusillum.* — *Lucil.*] Eundem versum citat Martialis XI. 90. Restituit ita Beatus Rhenanus, teste Mureto. — *Horatius.*] Carm. I. 35. 13. — *Ennius.*] Fr. Hesselius ita exhibet: *Regnei versatum summam vero columnam.* Hier. Columna locum omnino immedicabilem vocat. — 58. *Excusatio.*] Libri veteres rectius, *Accusatio.* — 62. *Hoc enim quasi ignoranti dicit.*] Codices ante Rob. Steph. *Hac non quasi ignoranti dicit.* Atque ita Erasmus edidit per Frobenium, sed et vel negationem excidisse, vel pro *enim* legendum esse *non*, suspicabatur Doctiss. Abr. Wielingius. — *Sallustius in Iugurtha.*] Cap. 12. — *Virgilius.*] Aen. X. 719. — *Non improprie.*] Ms. Hulst. *Causam orare leges etiam improprie.* Editiones, Anonyma, Tarvisiana, Venetae, aliae: *Causam orare leges non improprie.* Suspicor scripsisse Donatum, *Causam orare leges non sin.*] *Proprie.* Ut adeo ex illis, *Non sin. proprie*, natum sit, *non improprie.* — *Virgilius.*] Aen. IV. 849. — 65. *Sive est cognata.*] In his et seqq. verbis tenebrae offunduntur rei clarissimae. valet enim, *Si cognata est maxume, Fac, esse cognatam.* — 66. *Ordo. sic.*] Consensus Librorum lectio. Forte legendum, *Orbae sc.* i. e. *scilicet.* Vide supra I. 2. 75. — *Virgilius.*] Ecl. III. 35. — 67. *Virgilius.*] Aen. XI. 129.

76. Edit Du B. *A quo magis confutabitur.*

78. *Virgilius.*] Aen. IX. 154.

81. Ms. Boend. et edit. Du B. *Quod est primum post redditam precem.*

82. *Quia.*] Plerique Libri veteres: *Qua.*

ACTUS II. SCENA II.

1. *De parasitis vilioribus.*] Immo callidioribus. Phormio certe Gnathone callidior. nec probris cuiusquam expositus fuit. — *Temulenter.*] Ms. Hulst. *Et temulentus.* — *Aurem minimo inscalpens digitulo.*] Id superbi vel mollis hominis indicium esse, ex Cicerone, Apuleio et Amm. Marcellino observat Lindenbruchius. — *Saturum potumque.*] Ita dixit, uti Terentius ipse Hec. V. 2. 8. *Satura atque ebria.* — 7. *Exclusisse.*] Forte, *Excusasse.*

8. Ms. Boend. et edit. Du B. *Gradus per αὔξησιν esse separatos.*

9. *Virgilius.*] Aen. XII. 947. — 10. *Adversum.*] Sic vero, *Amice*, dixisset. Lego igitur, cum Erasmo et Stephano, *aversum*, sub. ad spectatores.

10. Ms. Boend. et ed. Du B. *ex consuetudine Romana.*

An numquid.] Libri quidam veteres rectius simpliciter, *An.* —

11. *Terentiana consuetudine.*] Vide supra I. 2. 71. et Comment. ad Heaut. I. 1. 17. — 15. *Tullius.*] Verr. II. 15. — 18. *Frumen.*] Vide Fabri Thesaur. L. Lat. v. *Frumen.* — *Exercetur.*] Libri plerique veteres, *Exterretur.* Forte legendum, *conteritur.* — 19. *Non quae videtur.*] Malim, *Non quia invidetur.* — 24. *Virgilius.*] Aen. I. 82. — *Rationem habet nominis.*] Mss. Hulst. et Boend. cum edd. vett. *nomen habet nominis.* An legendum, *Sed nunc rex nomen habet hominis satis divitis ad sustentandum parasitum?* An id vult, τὸ *Rex* ita se habere ad τὸ *parasitus*, uti relatum ad correlatum? ἐπέχω. [*Sed nunc rationem habet.* Videtur lectio proba, nisi quod illa, *ad significandum parasitum*, e marg. irrepserint. Voluit enim τὸ *Rex* esse τῶν πρός τι. Atque ita cepit Is. Casaub. ad Theophr. Char. περὶ κολακείας. *Ex Add.*] — 25. *E sexto satyrarum.*] Hinc arguitur error Porphyrionis, ad Horat. Sat. I. 10. dicentis, Ennium satyrarum libros quatuor reliquisse. nisi forte scripsit VI: quod mutatum in IV. — *Infertis.*] Libri quidam, *Inertis.* quomodo et Cl. Hesselius edidit. — *Et expedito.*] Τὸ *et* abest a plerisque Libris veteribus. — *Lupino exspectans impetu.*] Codd. veteres: *Lupino impetu exspectans.* Sed forte legendum: *Inertis malis, expedito brachio, alacer, celsus, lupino exspectans impetu.* — 28. *Sic alibi.*] Credas ex hac lectione, citari verba Comoediae deperditae. Legendum autem: *Cic. alibi.* sunt enim verba Ciceronis, Verr. I. 26. — 29. *Plautus.*] Men. I. 1. 27. — 31. *Virgilius.*] Georg. II. 127.

ACTUS II. SCENA III.

3. *Proprie advocatis adeste dixit.*] Sic Eun. IV. 6. 26. — 4. *Cicero in Oeconomico.*] Ad Lib. I. refertur in Fragm. — 11. *Sallustius.*] Catil. 87. — *Sunt qui putent.*] Putat id Donatus. scripsit igitur haec alius quispiam. — 12. *Cicero.*] Catil. III. 5. legendum autem, *negavit.* In ipso autem Cicerone est, *Nihil ex iis.* — 13. *Quod absente patre defenderit filius.*] Ms. Boend. *Quod absente patre offenderit filius.* — 15. *Iam senior.*] Virg. Aen. VI. 304. — 16. *Sexti casus.*] Immo *recti casus.* Vide Comment. In quibusdam Codd. est, *septimi casus.* — 16. *Opera pro victu posuit.*] Immo *Vita* pro *victu posuit.* Stephanus et Frobenius ediderunt: *Opera pro actu.* male. — 18. *Virgilius.*] Aen. XII. 620. — *Habet misericordiam odiosa narratio.*] Haec absunt a Ms. Boend. In Ms. Hulst. *otiosa.* male. — 20. *Et in eo quod a vivo fit.*] Haec absunt a Ms. Hulst. Integrum locum autem ita legerim: *Quem ego viderim in vita optimum.*] *In vita*, *Hoc est, quum viveret, et quoad vixit. modo in vita, in actu, in moribus.* Guyetus in ἀνεκδότοις, *melius scripsisset*, ait; *quum esset inter vivos.* quod acumen non capio. — 21. *Parentem.*] Forte, *Parem.* — 24. *Quem regno.*] Virgil. Aen. IV. 355. — *Sallustius.*] In Fragmentis. — 26. *Lucilius.*] Integrum Lucilii versum ex Merula restituit Nob. Dousa: *Hic scurra: hic carcer:*

carcer vix carcere dignus. Vide ad And. I. 2. 12. — 30. *Satietatem.*] Exscripsit Haec Calphurnius ad Heaut. V. 1. 6. — 31. *Et haec auctoritas.*] Codd. quidam rectius: *Est haec auctoritas.* Ms. Boend. et ed. Du B. *Vel iuvenis etiam appellent.* — *Virgilius.*] Aen. XII. 19. — 32. *Virgilius.*] Aen. II. 149. — *Dic mihi.*] Virg. Ecl. III. 1. — 35. *Proinde, ita similitudinis.*] Integrum locum ope Mss. et edd. veterum ita ordino: *Proinde.*] *Ita similitudinis adverbium est, non coniunctio: Proinde.*] *Tonat eloquio, solitum sibi.* — 43. *Virgilius.*] Aen. XI. 387. Ms. Boend. et ed. Du B. *Effusio, vel supermensio, quae fit.* — 46. *More Graecorum admiscuit.*] Id gratis dicitur. — 49. *Qui nullo iure freti sunt, litigant, et ad iniurias prosiliunt.*] Forte, *Qui nullo iure freti litigant, ad iniurias prosiliunt.* — 66. *Utimur.*] Aliam distinctionem vide ad And. Prol. 5. — 68. *Bonorum esse natalium, Civem dixisse.*] Videtur iunctim legendum, sine κόμματος signo. — *Nam apud veteres.*] Vide ad And. III. 1. 11. — 70. *Unius scientia viri.*] Idem ἄνδρα γινώσκειν, dicunt Graeci. Evang. Luc. I. 34. Et contra, γινώσκειν γυναῖκα, Matth. I. 25. Vide Commentatores. *Feminae notitiam habuisse* dixit Caesar B. G. VI. 21. Eundem usum habet Hebraeorum ידע *Cognovit.* — 78. *Virgilius.*] Aen. II. 719. Mox Ms. Boend. et ed. Du B. *Et bene imitatus est modum comminantis.* — 79. *Consensionis et cohibentiae.*] Haec varie leguntur. Ms. Hulst. *Confessionis et veritatis.* Ms. Boend. *Consensionis et conventionis.* Ms. Lind. *Consensionis et conventiae.* Mallet Boeclerus: *Consensionis et convenientiae.* i. e. *conventionis.* Sic infra III. 1. 10. Guyeti *conniventiae* absurdum est. Impressorum optimi exhibent lectionem Ms. Boend. quae praestare videtur. Edit. Du B. *Consensionis et conventionis.*

ACTUS II. SCENA IV.

1. *Cura in spe bonorum.* Fallitur Donatus. Cura enim sollicitudinem habendi et parta retinendi notat. V. Cort. ad Sallust. Cat. 37.

9. *Ἀπὸ τῆς.*] In Codicibus veteribus vel lacuna est, vel continue legitur, *Bene principio benevolentiam.* Graecis omissis. Lindenbruchius, *KAI TOT.* — 13. *Invidiae contradicturus.*] Libri quidam: *Invidis contradicturus.* Ed. Du B. *Ut invidus contradicturus occurreret*, et 16. *Frustra sectatur.* — 16. *Utilitatem autem praetermisit.*] Codd. plerique veteres, *M literam praetermisit;* quasi id dicatur, *Incoeptu* dictum, pro *Inceptum.* Sic infra III. 3. 2. *secundum U pronunciari debet.* Quae sequuntur, videntur in mendo cubare; ita varie leguntur. — 24. *Sallustius.*] In Fragmentis.

ACTUS III. SCENA I.

1. *Ennius.*] Fragmentum incerti Libri Cl. Hesselius edidit: *Optuma cum polcreis animeis Romana iuventus.* Ms. Boend. et edit. Du

B. *Optima cum pulchris.* — 2. *Invidiose.*] Aen. XI. 270. — 5. *Plautus.*] Epid. IV. 1. 35. ubi legitur, *Hostium est potita.* sub. *filia.* i. e. in hostium potestatem venit. quo sensu *potiri mali*, foret, a malo opprimi. — 6. *Quae amant iungi.*] Proba lectio, pro qua in Codd. quibusdam vett. *quae amanti**. Ms. Boend. et edit. Du B. *Ut, res fideque.* — 10. *Sub convenientia sua et Phormionis dicit.*] Primum τὸ *Sub* tollendum; tum ex mente Guyeti legendum, *conniventia sua et Phormionis*, demum τὸ *dicit* recidendum videtur. — 13. *Confutatio in personam.*] Aliter Titinnius. Vid. Comment. Ms. Boend. et ed. Du B. *Refutatio in re est: Confutatio in personam.* — 18. *Et ostendit.*] Malim, *sed ostendit.* Boeclerus primum etiam huius notae membrum interrogative pronunciandum existimat. Ms. Boend. et ed. Du B. *Cum incommodo suo.* — *An non dicit, malum esse.*] Immo, *An dicit, non malum esse.* — 20. *Plautus Bacchid.*] I. 1. 32. legitur nunc, *Penetrare.* Locum integrum vide in Commentario.

ACTUS III. SCENA II.

1. *Locum.*] Codd. plerique veteres, *Locos.* Ms. Boend. et ed. Du B. *Deliberativum locum.* — *Quin age.*] Virgil. Ecl. III. 52. — 6. *Suo capiti.*] Hinc fit verisimile, etiam Donatum legisse, uti legendum observat Muretus. Neque aliter ἀποσιώπησις locum habet. — *Dardaniique.*] Virgil. Aen. IV. 640.

8. Ms. Boend. et ed. Du B. *Ei a te foeneratum.* Sed fortasse legendum: *Tibi a me foeneratum.*

17. *Quodque amare contigerit.*] Melius ad sensum: *Quodque una amare contigerit.* — *Occupatus levi quapiam.*] Videtur ἀπὸ κοινοῦ post τὸ *Occupatus* legendum, *Alia.*] *Levi quapiam.* — 23. *Deest enim*, Vereris.] Id non placet Guyeto in Scholiis Mss. Neque tamen melius adfert. — 36. Ὅμοιον τῷ γένει.] Editio Veneta anni 1490. rectius, Ὁμοιοτέλευτον.

ACTUS III. SCENA III.

4. *Secundum* U *pronuntiari debet.*] Guyetus in Scholiis Mss. *Secundum* U *pronuntiari non debet.* Laudat porro Ennianum illud: *O Tite, si quid ego* adiuero, *curamve levasso.* Ubi vulgo *adiuro.* Notatque Columna, ita Terentium dixisse *Adiuerit* pro *Adiuverit.* — 7. *Comiter.*] Malim, *Comice.* — 30. Μόνος φιλεῖν γὰρ τοὺς φίλους ἐπίσταται.] Ita restituit Guyetus, quum antea legeretur, Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν φίλους.

ACTUS IV. SCENA I.

21. Ἐγὼ μέν εἰμι τῶν ἐμῶν ἐμὸς μόνος.] Ante Guyetum, qui ita

ex metri ratione rescripsit, legebatur, Ἐγὼ γάρ εἰμι μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. — 24. *Virgilius.*] Aen. II. 719.

ACTUS IV. SCENA II.

15. *Sallustius.*] Catil. 2. legitur et, *transiere.*

ACTUS IV. SCENA III.

5. *Hoc Volup nomen est.*] Sic Ennius, Annal. VII. *Qui cum multa volup, ac gaudia clamque palamque.* Ubi vide omnino quae notavit Hieron. Columna. Plautus passim. Adde Non. Marcellum. — 6. *Hoc plure.*] Plaut. Caeco, sive Paedonibus: *Plure altero tanto, quanto eius fundus est, velim.* — 9. *Commodum, tantum quod Lucilius.*] Locus distinctione laborat. Scripsit Donatus: *Commodum.*] *Commoda aestimatio est temporis. Commodum.*] *Tantum quod. Lucilius: Quod mihi commodum est, aut uda vestimenta deposueram.* In aliis est, *reposueram.*

28. Ed. Du B. *Qui separatim accipit.*

30. *Plautus.*] In Fragmentis incertarum Comoediarum. — 49. *Indictio.*] Cl. Wielingius malebat, *Inductio.* — 56. *Denique.*] Suspicor, scripsisse Donatum: *Demipho auditis decem minis statim respondet, Dabo. Conceduntur a Chremete aliae decem.* — 62. *Quasi plus quiddam exigat.*] Cl. Wielingius: *Quasi non plus quiddam exigat.* — 63. *Cicero.*] Verr. I. 47. ubi alii *sexaginta* legunt. — 73. *Virgilius.*] Ecl. IX. 6.

ACTUS IV. SCENA IV.

1. *Horatius.*] Serm. I. 4. 8. — 2. *Subambigue.*] Ms. Boend. et editiones Anonyma, Tarvisiana, Antverpiensis, Venetae. *Sub ambiguo.* — 2. *Interpretari a Geta.*] Ita mei Libri omnes. Malebat tamen Cl. Wielingius, *Interpretari Geta.* Ed. Du B. *Interpretari Geta, qui respondet.*

16. Ed. Du B. *In ruptionem nervi expetitur.*

28. *Superiorem.*] Ms. Boend. cum edd. plerisque ante Rob. Stephanum, *Superstitem.* Vide Comment. — *Quum F pro H.*] Haec varie leguntur. Aliter Mss. Aliter editi ante Rob. Stephanum et Lindenbruchium, qui et ipsi varie exhibent. Ms. Boend. et ed. Du B. *Obstetricum est, in qua domo gallina cantat, superstitem marito esse uxorem.* quo firmatur Barlandi expositio. — *Quae est OE.*] Quod suspicabatur Scioppius, scribendum videri *oh* vel *ho*, aut *hoe*, id Libri quidam veteres exhibent. Malim tamen *He.* — 29. *Plautus Mostellaria.*] I. 1. 39. — 31. *Respice.*] Integra haec Nota abest a Ms. Hulst. In aliis Libris varie. Integrum locum e coniectura ita ordino: *Me*

vide.] *Respice vultus mei fiduciam.* *Sic quidem Graeci.* *Aliter Latini*, *Me vide*, *q. d. nullum periculum est.*

ACTUS IV. SCENA V.

8. *Detur.*] Abest haec vox a Mss. et editis vetustissimis. Suspicor fere, scripsisse Donatum: *Siquidem argentum Phaedriae sub nomine Phormionis*, quod valet, *siquidem dem.* — 11. *Quaere.*] Rem expedivit Cl. Perizonius ad Sanct. Min. III. V. 8. Vide infra V. 7. 47.

ACTUS V. SCENA I.

5. *Nam quis.*] Virgil. Georg. IV. 445. — *Iam proximus.*] Virg. Aen. II. 311.

12. Ms. Boend. et ed. Du B. *Mire suum nomen ille agnoscit*, *illa dissimulat.*

14. *Nunc Istorsum adverbium est loci.*] Suspicatur Faërnus, legisse et scripsisse Donatum, *Istoc*, sed et *Paullum.* In Ms. Boend. et editis plerisque ante Rob. Stephanum tamen est, *Nunc Paululum adverbium est.* — 19. *Translatio a vase.*] Vide ad And. III. 5. 3. — 23. *Infirmitate.*] Guyetus in ἀνεκδότοις suspicatur, scripsisse Donatum, *Non infirmitate aut morbo.* qui sane est sensus Terentii. Valet enim *Aegritudine* idem quod *tristitia, moerore*, ex non invento marito. Simile quid commissum in Donato, supra III. 3. 4. — 29. *Composito.*] Virg. Aen. II. 129. — 31. *Ipse.*] Virg. Georg. I. 16. Sed in fine legendum, *Saltusque Lycaei.* — 34. *Si hic legerimus.*] Eugraphius recte de Sophrona intelligit. neque aliter τὸ *Sola* stare potest.

ACTUS V. SCENA II.

3. *Ne praetereas casam tuam.*] Ms. Boend. et edd. pleraeque ante Rob. Stephanum, *Ne praetermittas casam tuam.* Ms. Boend. et ed. Du B. *hoc est, ne praetermittas casam tuam.* — *Ipsius custodia.*] Haec neque Rob. Stephanus, neque quisquam Codd. vetustiorum agnoscit. Mox ed. Du B. *Queritur de se senex, qui dum avari infamiam fugerit, stulti reprehensionem incidisset.* — 5. *Vetuste.*] Usitatius igitur, *Aliud quid.* — 15. *Maiore occupat.*] Ms. Boend. cum edd. vetustis, *Maiorem occupat.*

ACTUS V. SCENA III.

7. *Plautus.*] Amph. I. 1. 120. — *Et habet primam longam.*] Haec absunt a Mss. et editis meis ante Lindenbruchium. Et possint videri e Nonio Marcello descripta, IV. 423.

ACTUS V. SCENA IV.

1. *Parare animo.*] Ms. Boend. et edd. ante Rob. Stephanum, *Parare in animo.* — 2. *Ennius.*] Hieron. Columna exhibens, *Sed quid ego haec animo lamentor?* Existimat, verba esse a Iunone in concilio Deorum prolata ad excitandum odium in Romanos, a Troianis oriundos.

ACTUS V. SCENA V.

1. *Qui in omni Scena, prout in se iactatur, exultat.*] Lectio Lindenbruchii. Antea legebatur, *et quasi omnis * provenisse laetetur.* Forte, *et quasi omnes fallacias ex sententia provenisse laetetur.* — 2. *Virgilius.*] Aen. I. 77. — 8. *Partem iterum subaudiamus.*] Ms. Boend. et edit. Tarvis. *Patrem.* quod ne credam σφάλμα esse typographicum, facit probabilis coniectura, legendum esse, *apud patrem*, id et sensus postulat, et quia *Iterum* subaudiendum ait Interpres, videtur respexisse superiorem Scenam, ubi versu 6. ad illa, *in probro siem*, dixit, *Apud patrem scilicet.* Adde Comment. — 9. *Senibus.*] *Ob fallaciam mire exsultat.* Haec in Libris ante Lindenbruchium non legi.

ACTUS V. SCENA VI.

1. *Qui sine arte aliqua vivunt.*] Mss. et editi ante Roph. Steph. *Qui arte aliqua vivunt.* — 9. *Vinces.*] In Mss. et edd. vetustis continuo additur, *Vapulabis*, sed varie Anon. et Ven. anni 1512. *Vapulabis ideo.* in anni 1490. *Vapulabis: ideo ποτοτίλsTONO.* in Tarvis. *Vapulabis idem ὀποιοσσλετονο.* Ms. Boend. *Vapulabis idem.* post quae verba lacuna est. — 29. *Actoris.*] Mss. Hulst. et Boend. *Auctoris.* Edit. Du B. *Auctoribus indulgent: quod in his auctoris est commendatio.* — 32. *Sallustius in primo.*] In Fragmentis. — 37. *Plautus in Milite Glorioso.*] II. 2. 56. sed legendum: *Nam os columnatum Poëtae esse inaudivi barbaro.* In Codd. veteribus legerat Rob. Stephanus, *Nam hoc columnatim Poëta esse mandavi barbaro.* unde *hoc cognomentum* effinxit. In Ms. Plautino propius ad veram lectionem: *Non osculum natum Poëtae esse inaudivi barbaro.* — 46. *Varie, pro, adimendi occasio est.*] Codd. Robb. Stephano vetustiores: *Varietas praeludendi adimendi occasio est.* Unde per coniecturam effingo: *Varietas, pro, Eludendi et adimendi occasio est.* In edd. Frobenii, Antverp. et Basil. haec nota omissa est.

ACTUS V. SCENA VII.

29. *Ne ego perscripsi.*] Legit igitur Donatus, quomodo etiam nunc est in quibusdam Libris, *Quod? nae ego perscripsi.*

Mox ed. Du B. *Secundam de primis.* — 30. *Virgilium.*] Aen. VII. 144. Ubi Rob. Stephanus et Lindenbruchius, *Deditur.* minus accurate. — 42. *Ab utroque.*] Ergo et *ab utroque cum clamore dici accipiendum est, In ius ambula.* quin potius hoc; quia ad prius uni Demiphoni respondet Phormio, ad posterius utrique. — 43. *Cicero.*] Pro Mur. 12. Ubi nunc: *Quando te in iure conspicio.* — 44. *Hic tum.*] Cicero Verr. I. 26. Sed legitur hodie: *Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est. vocetur mulier.* — 53. *Apud Virgilium.*] Aen. I. 576. — 84. *Condonamus te.*] Notam hanc ita ordinasse videtur Rob. Stephanus, quia in aliis Codd. vetustis vel plane omittitur, vel corrupte legitur. Omittit et Ms. Hulst. Suspicor fere, legisse Donatum, *Condonamus,* omisso *Te;* atque adeo scripsisse, *Condonamus absolute iunxit, ut in Eunucho, Habeo alia multa, quae nunc condonabitur; quae proferentur post.* Firmat suspicionem, quod Pulmannum video suo Codici adscripsisse hanc explicationem loci in Eun. Prol. 17. „*Παλιλλογία* est. Distinguo, *Quae,* ut sit comminantis, et sublata manu, commotoque capite signum dantis sermo: cui ut animos auditorum conciliet, et eos placide retineat, statim subiicit, *Nunc condonabitur.* Verum pergit, ea, quae animo conceperat, non sine stomacho dicere, et suam causam iustissimam esse docet. Quae interpretatio si vera est, nulla prorsus Latini sermonis insolentia erit, et variae doctorum virorum opiniones labefactatae iacebunt.“ Nisi quod tamen obstare videtur locus Plauti, Bacchid. V. 2. 24. *Si quam habes,* te condono, *tibi habe, numquam abs te petam.* Unde Terentiana haec videntur esse desumta.

69. Ed. Du B. *Ingenio frui.*

71. *Sallustius.*] Iugurth. 60. legendum autem cum Lindenbruchio, *Alteri alteros.* sic cap. 42. *Dum* alteri alteros *vincere quovis modo; et victos acerbius ulcisci volunt.* Et cap. 79. Alteri alteros *aliquantum attriverant.* — 86. *Virgilius.*] Aen. XI. 569. — *Sallustius.*] In Fragmentis. — 88. *Ad Praetoris sellam.*] Vide Lindenbr. ad h. l. — 90. *Alibi.*] Locus est Adelph. II. 1. 14. ubi tamen *Enim* videtur legisse Donatus. — 91. *Plautus in Aulularia.*] III 3. 10. legendum autem, *I, et coenam coque.* — 95. *Ne sequatur trahentem.*] Codd. ante Rob. Stephanum legunt, *Ne sequatur collo trahentem, obtorto ore repandum se facit.* Ed. Du B. *Quia qui ipse resistit, ne sequatur collo trahentem, ab toto orbe pandum se facit.*

ACTUS V. SCENA VIII.

1. *Malae tractationis.*] Intelligit vitam et consuetudinem. Gall. *Mauvaise conduite.* Sic Cic. Fam. XIII. 12. *Quo in munere ita se tractavit.* Catilin. III. 12. *Deinde ita me in rep. tractabo.* Quod Gallis valet etiam, *se gouverner.* — 8. *Deliratio senectuti convenit.*] Aliter censet ad Adelph. V. 8. 13. — 25. *A concessione.*] Ita Rob. Stephanus, et alii post eum, Mss. Hulst. et Boend. cum impressis vetustis, *A*

concessa actione. — 26. *Non est passus.*] Vide Comment. — 27. *Περιστάσεως addidit defensionem.*] Mss. Hulst. Boend. cum edd. Ven. et Tarvis. *Praesto addidit defensionem.* Ms. Lind. *Praeterea et alias partes adducit ad defensionem.* — *Ab aetate eius.*] Confusa haec sunt; et quia varie leguntur, restitutioni locus est. Ita autem ordinaverim: *Addidit defensionem, ab imprudentia, a tempore criminis, a diminutione contemtuque pellicis, ab animo facientis, ab eventu, quod mortua est. Postremo et a precibus ἐπίλογον fecit, admonens illam oratoris mansuetudinis suae.* *Vinolentus.*] *Ab imprudentia defensio.* cetera. — 36. *Πόσματι, converso.*] Petrus Victorius, Var. Lect. XXIII. 24. reponit, *ἀποστροφῇ, conversa ad ipsum defensorem mariti.* Et sane in Codd. antiquissimis *conversa* legitur, cum praecedente lacuna. Ms. Boend. et edit. Du B. diserte *Conversa ad ipsum defensorem mariti.* — 38. *Virgilius.*] Aen. II. 549. — 39. *Pro eo quod est Eum*.*] Atqui τὸ *Eum* ipsius Terentii est. Nisi forte legit Donatus, quod etiam nunc Mss. quidam praeferunt, *[illegible]i sit mactatus.* scripserit igitur, *pro eo, quod est, Eum mactatum.* — *Ennius.*] Fragmentum incerti Libri. Sed Hieron. Columna *Circumfunduntur* restituit. — 59. *Qui vocare?*] Legendum: *De. O! qui vocare? Ge. Geta. De. Geta, hominem maximi pretii.* Vide Adelph. V. 6. 8.

65. Ms. Boend. et ed. Du B. *Irata erat, vel irritata erat.*

66. Ms. Boend. et ed. Du B. *Consultam uxoris iracundiam.*

66. *Fratrem Antiphonem.*] Mss. Hulst. et Boend. cum editis ante Rob. Stephanum rectius, *Fratrem Antiphonis.*

RICHARDI BENTLEII IN DONATUM OBSERVATIONES.

ANDRIA.

Act. I. Scen. I. v. 79. in Donato ms. Oxoniensi repperit: *ei metui a Chryside.*

Act. I. Scen. V. v. 46. in Donato Oxon. hanc observat esse verborum collocationem: *Unum hoc scio, esse meritam, ut memor esses sui.* — Ibid. v. 58. etiam in cod. Oxon. invenit *Sive haec te,* quum Faërnus legerit: *Sive te haec solum.*

Act. II. Sc. II. v. 15. suspicatur Donatum legisse *Scies.*

Act. III. Sc. V. v. 4. Donatus legisse narratur: *nam quid ego nunc dicam p.*

Act. IV. Sc. I. v. 3. coni. ad Eun. Prol. v. 1. Donatum legisse *studeant.*

Act. V. Sc. IV. v. 52. Bentl. suspicatur Donatum legisse *At ita iussi,* etsi hodie eius exemplaria *Haus* habeant.

EUNUCHUS.

Prolog. ad v. 9. Bentl. in cod. Oxon. additum repperit: *Item, id est, Similiter.*

Act. I. Scen. II. v. 25. pro *Vilis et abiecta translatio* restitui iubet *Vernilis atque faceta translatio.*

Act. II. Scen. III. v. 18. Ms. Oxon. habere testatur: *Modo quod aio: utilitatem in ea re ego faciam ut cognoscas meam.*

Act. III. Scen. I. v. 34. pro, *Dum multa ad dictum suum pervenire fateatur,* legendum censet: *Dum vult ad dictum suum pervenire, fateatur etc.*

Act. III. Scen. II. v. 48. affert tanquam Donati lectionem: *si forte huc Chremes advenerit.*

Act. IV. Scen. IV. v. 20. Faërnus in Donato legit: *Quem tu videre vero.* — Ibid. v. 22. vers. extr. Bentl. legit: *quia fere Eunuchi.* — Ibid. v. 23. Faërn. in Donato repperit *quid emerim.*

Act. IV. Scen. VI. v. 4. Bentleio teste, Mss. et editt. vett. Donati: *Verum si ad rem*, omisso *enim.*

ADELPHI.

Act. II. Scen. IV. v. 6. pro *an ad ipsam litem* vett. editt. *an ab ipsa lite.* Inde Bentl. corr. *an absolute.*

Act. III. Scen. IV. v. 44. pro *ne totum simpliciter agendo* Bentl. corr. *ne totum suppliciter agendo.*

Act. IV. Scen. III. v. 16. pro *Claudicare* corr. *Ludificari*, quae interpretatio sit verbi *ludier.*

Act. V. Scen. VIII. v. 6. pro *consiliatoribus inventas* corr. *conciliatoribus suetas.*

HECYRA.

Prolog. v. 15. Donati verba Faërnus sic legit: *Ab studio, atque ab labore.*] *Bene ostendit se populo profuisse, Caecilium poëtam ad laborem revocando. Atque arte musica.*] *Ab tertio commode* subaudiendum est, ut: *Hic portus alii effodiunt; hic alta theatri Fundamenta locant alii: immanesque columnas Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris.*

Act. I. Scen. I. v. 1. Bentl. Graeca Apollodori sic restituit: *'Ολίγαις ἐρασταῖς γέγον' [illegible], Σύρα, Βέβαιος; Paucis amator evenit meretricibus, Syra, Fidelis.*

Act. I. Scen. II. v. 59. Faërnus observat pleroque Donati codd. *perducunt* non exhibere; probante Bentleio.

Act. II. Scen. II. v. 28. Bentl. corr. *Mellius dixit* Alii (pro vulg. Aliis), *quam si Tibi dixisset.*

Act. III. Scen. I. v. 6. corr. *Hoc, ait, genus orationis soloecum dicitur* pro vulg. *absolutum dicitur.* — Ibid. v. 33. corr. *Legitur et concivisse* pro *conscivisse.*

Act. III. Scen. II. v. 16. Donatum legisse censet *Quae inter vos intervenerint*, non *intervenerit.*

Act. III. Scen. III. v. 46. Donatum *bona* non in textu legisse arbitratur.

Act. IV. Scen. I. v. 7. corr. *intra domesticos parietes natis* pro vulg. *artis.*

Act. IV. Scen. IV. v. 6. Donatum *operam* legisse ex eius interpretatione colligit. — Ibid. v. 35. Faërnus narrat unum Donati li-

brum habere *Quae celasse*; reliquos omnes *quem*. — Ibid. v. 82 Donatus, teste Faërno, legit: *iniussu credo*.

Act. V. Scen. II. v. 9. Donati Editt. vett. *perfecero* habere testatur suffragante cod. Oxoniensi. — Ibid. v. 13. pro *id quod factum est* corrigit *id quod falsum est*.

PHORMIO.

Act. I. Scen. II. v. 101. corr. [illegible] pro [illegible].

Act. II. Scen. I. v. 24. corr. *raptim addita salute et protinus ad iurgium praevertendo*, ubi vulgo habetur *partim et potius*. — Ibid. v. 41. annot. ad Andr. I. 5. 52. deleto *haud*, quo carent vett. editt., corrigit: *Vetuste insertum RB.*

Act. V. Scen. VI. 37. Plauti versum Mil. Glor. II. 2. 56. sic refingit: *Nam os columnatum poëtae esse inaudivi Barbaro.*

Scholia in Terentium iis, quae Donato tribuuntur, non dissimilia, ediderunt etiam *Brunsius* ex cod. Halensi in ea quam fecit Terentii editione, atque nuper *Angel. Maius* Mediol. 1815. Qui quae sibi visus est primus in lucem edidisse, ea cum Brunsianis tam mirifice congruunt, ut facile pro iisdem agnoscas. Neque dubitari potest, quin eiusmodi glossulae, quales hae sunt, etiam ipsis Donati commentariis, quales circumferuntur, mature a grammaticis admixtae sint. Nemo enim infitiabitur, eos e partibus tam variis adeoque diversis esse conglutinatos, ut qui omnia ab uno eodemque homine profecta esse sibi persuaserit, plane fuerit temerarius. Monuerunt ea de re iam [illegible] *Quaesit.* per Epist. p. 124 seqq. Guilielmus Vertran. I. 18. Vossius Art. Grammat. lib. VI. c. 15. p. 318. Ernesti in Fabricii Bibl. Lat. T. I. p. 49. Lessingius Opp. Tom. XXV. p. 156. et Tom. XV. p. 195. Atque ita esse certissimis argumentis nuper demonstravit Schopen. p. 43 sqq. Enimvero primum una eademque observatio saepenumero aliis atque aliis verbis repetita legitur. Deinde variae sententiae de uno eodemque loco, non enarrantur, sed proponuntur, ita quidem, ut aliae alium prodant auctorem. Denique contraria adeo atque pugnantia annotantur, quae fieri non potest ut ab uno et eodem homine perscripta sint. Quae omnia vel tribus quatuorve pagellis attento animo perlectis quilibet suis sibi argumentis facile confirmabit. Nihilominus autem maximam eamque praecipuam scholiorum partem Donato rhetori deberi, nobis quidem cum Schopenio p. 46. plane persuasum est. Quamquam grammatici observationes eius partim in compendium videntur redegisse, partim suis copiis exornasse, partim aliis etiam modis contaminasse. Plurima enim ita sunt comparata, ut Grammatico illustri neutiquam sint indigna; unde etiam Aristarchus Brittannus aliique magni nominis

viri iis non exiguum pretium statuerunt. Quid quod etiam in iis, quae post Donati aetatem accesserunt, haud pauca contineri videntur, quae, utpote ex antiquioribus hausta interpretibus, haud quaquam contemnenda sint. Quum vero ea sit commentariorum Donati conditio, ut ingentem susceperint labem per male sedulam grammaticorum industriam; valde sane optandum est, ut quantum quidem fieri possit, ab alienis additamentis aliquando purgentur ideoque ante omnia ad fidem librorum manuscriptorum diligenter exigantur. Qua in re quo modo versandum sit, laudabili exemplo docuit Schopenius l. c. qui collata ad Andriam editione Tarvisiana anni MCCCCLXXVII. nonnulla scholia accurate lustravit multisque locis feliciter emendavit. Veruntamen ne quid fraudis in hac re admittatur, non uni alterive codici nimium est tribuendum, sed plures libros conferri oportet eorumque indolem et pretium diligenter ponderari. Nullum enim codicem esse existimo, quin grammaticorum commentis et erroribus scribarum scateat, ut profecto summa hac in re opus sit cautione. Quantumvis autem varia sit in editis libris veteribus Donati forma atque species, tamen Lindenbrogianam editionem, quam repetiit Westerhovius, in universum quidem ad fidem plurimorum codicum esse conformatam atque verba grammatici cum aliorum observationibus permixta ita repraesentare, ut in illis vulgo exhibentur, non temere iudicare videmur. Nam codd. a Lindenbruchio et Westerhovio inspecti ab ea non nisi de singulis litteris atque vocabulis discrepant, nec Bentleius ex codice ms. Oxoniensi, quo usus est, ea protulit, unde merito de maiore aliqua scholiorum discrepantia coniectura capiatur. Donec igitur aliquis meliorum librorum ope Donatum criticis curis expoliverit, nos quidem cum Lindenbruchio *hoc Catone contenti* erimus; nec dubitamus, quin haec repetitio, praesertim quum Zeuniana exemplaria dudum in tabernis librariis frustra quaerantur, iis, qui scholiis antiquis aliquid pretii statuunt, non ingrata futura sit.

Restat ut paucis indicemus Schopenii emendationes, quas referemus ad paginarum numeros nostrae editionis, quo breviores esse possimus.

ANDRIA.

P. 4. vers. 2. pro *Cn. Sulpio* leg. *C. Sulpicio*, quia Sulpicio Gallo non Cnaeo praenomen fuit, sed Caio. Vitium iam notavit Oudendorp. ad Sueton. p. 984.

P. 7. vers. ult. ed. Tarvis. *sed appulit magis ut Terentius.* Inde Sch. coni.. *sed appulit magis est Terentianum.*

P. 14. v. 4 sq. ed. Tarvis. *liberatus culpa etiam terret criminaturus adversarios.* probante Schopenio.

Ibid. v. 6. ed. Tarvis. *favorem captat*, *quasi dicat.*

Ibid. v. 8 sqq. verbis intermediis eiectis scholion sic refingit: „Et *adeste* non ut absentibus dicit, quippe qui corporibus praesto

erant, sed intenti estote *sive* auxilium praebete, ut advocatus reo dicitur adesse." invita editione Tarvis.

P. 15. vers. 5 sqq. Schopen. „Primum, inquit, corruptelam sapit *hoc relliquum dicit*." Aliquid excidisse puto et ita scripsisse Scholiastem: „*Sed sive hic* (i. e. hoc loco) *reliquum pro adverbio dicit*." Deinde prodigiose legitur: *geminato ll scribitur*. Ed. Tarvis. optime *geminato u scribitur*. Ipsum etiam exempl. Tarvis. non *relliquum* habet, sed *reliquum*. Totus denique locus sic integrandus: „*Reliquum*] Quasi diceret *postremum*; ergo adverbium est τὸ λοιπόν. Sunt qui *reliquorum* accipiant e. q. s. Sed sive hic *reliquum* pro adverbio dicit, sive *reliquum* pro *reliquorum*, geminato *u* scribitur."

Act. I. 1, 13. p. 19. v. 16 sqq. totum scholion sic refingit: *Haud muto factum*.] Vetuste: non me poenitet; nam si quid poeniteret, *infectum velle* dicebant; an secundum ius, quod adversus libertos ingratos est, ut in servitutem revocentur? Sed hoc non convenit senem dicere. Nemo enim potest factum infectum reddere. Sed proverbialiter dixit, ut dicimus, *nollem factum*, *nollem hoc exitum*. Ergo *haud muto factum*, non poenitet me facti. Legitur et *multo*, h. e. damno, reprehendo." Cetera invitis libris delenda censet.

P. 24. vers. 2. cum Naekio corr. *quomodo aut canes*, et vers. 7 sq. aut *ad philosophos* separanda locutio est etc.

P. 27. v. 4. corr. *si eam constet ante nuptias impudice educatam esse*. et v. 7. *in conditione turpissimi nominis multum ponitur in excusatione voluntatis*.

P. 31. v. 11. corr. *Primo sic egit, ut non de Pamphilo etc.*

P. 34. v. 6. cum ed. Tarv. leg. *Quid si pauperem?*

ACTUS I. SCENA II.

P. 53. v. 5. ex Tarv. leg. *pro antehaec*.

P. 54. v. 9. ex Tarv. leg. *tepida consensio*.

P. 61. v. 10. e Cicer. Verrin. IV. 2. emendat: *minus clarum putavit fore, quod de armario, quam quod de sacrario esset ablatum*.

ACTUS I. SCENA V.

P. 76. v. 6 sq. ed. Tarvis. — *et maxime quod addit, at illam aegram esse dicat*. Unde Sch. coni. *et maxime quod addit, illam aegram esse*.

Ibid. v. 11. sqq. corr. sic: *Idem enim dies est, qui prius erat destinatus nuptiis, quam Chremes renuntiaverat*.

Ibid. v. 13. ex ed. Tarvis. legit *habere Glycerium ostendit, ne etc.*

P. 78. v. 13. ed. Tarvis. *mira hominis conversio*.

P. 86. v. 2 sq. coniunctim legit: „*Consolatio ad id, quod fieri non potest, suadens, id ut velit, quod possit. Proverbiale.*" Ed. Tarvis. *id ut velis.*

P. 88. v. 8. corr. *nec petam, sed impetrabo dixit.*

ACTUS II. SCENA II.

P. 100. v. 9. Ed. Tarvis. annotationem istam: „*Vultu en. — temporis fuistis*" non agnoscens sic scriptum exhibet: „*Maneo.*] *Ne temporis fuerit dilatio.*" Id quod bonum, si erit suo loco restitutum. Itaque Sch. sic corr. „*Recte dicis.*] Vultu enunciandum. *Perge.*] Hoc dicit Pamphilus, ne temporis fieret dilatio."

P. 101. v. 4. corr. *argumenta sunt ex coniecturis.*

ACTUS II. SCENA VI.

P. 122. v. 3. corr. *a qua causa derivet.*

ACTUS III. SCENA I.

P. 125. v. 4. — ed. Tarvis. — *et quadam agit, veluti casu eveniunt, ut nunc suspicio senis.* Inde Sch. locum sic restituendum putat: *et quae quidem de industria agit, velut casu eveniunt, ut nunc suspicio senis.*

ACTUS III. SCENA III.

P. 143. v. 5. Sch. corr. *quod opprimitur* pro *quod exprimitur.*

ACTUS IV. SCENA II.

P. 182. v. 8. ex Tarv. legit: *Perseveras, ne dicam, Non adimet pater.*

ACTUS IV. SCENA IV.

P. 194. v. 6 sq. ex Tarvis. leg. *Fabulam se didicit audire, quasi rei principium rationemque ignoret.*

P. 193. v. 1. corr. ex ed. Tarvis. *petitionem* pro *repetitionem.*

P. 202. v. 9 sq. corr. *Aut enim tacet persona ipsa et ad alium transit.*

ACTUS V. SCENA III.

P. 221. v. 5. pro *Et est irato familiaris* ed. Tarvis. *Et s irato f.* Hinc corr. *Est enim irato f.*

INDEX

RERUM ET LATINITATIS IN TERENTIUM EIUSQUE COMMENTARIUM.

A.

B.

C.

F.

G.

M.

Q.

V.

INDEX
IN DONATUM,
IPSA PLERUMQUE INTERPRETIS HUIUS VERBA EXHIBENS.

B.

C.

D.

accipit, sine arbitro, aut interprete; ut praevaricator, aut iudex corruptus. Phorm. IV. 3. 28.

De, valde significat. Adelph. IV. 6. 1.

Decernere, est de magnis rebus certam proferre sententiam. unde etiam *Senatus decretum*. And. I. 3. 14. et I. 5. 3.

Decet vobis, Graece ὑμῖν πρέπει. Adelph. III. 4. 45. Antiqui, si addebant statim verbum, *nos decet facere*, *nos decet dicere*: si non addebant, *nobis decet*, dicebant. Adelph. V. 8. 5.

Declinari dicuntur verba per modos. And. I. 5. 32.

Decrepiti, unde dicti. Eun. II. 1. 25.

Dedecoratur, quod honestum est: *turpatur*, quod honestum est corporale. Hec. II. 1. 13.

Deierat, si correpte, *Deos iurat*: si producte, *valde iurat*. Hec. V. 2. 5.

Δεινότης. And. V. 4. 7. Hec. II. 1. 13.

Delibutus, unctus dicitur. Phorm. V. 6. 16.

Deliratio senectuti convenit; *timor* conscientiae. Phorm. V. 8. 8.

Demensum. servi quaternos modios accipiebant frumenti in mensem; et id *demensum* dicebatur. Phorm. I. 1. 9.

Denique, in fine ponitur. Phorm. I. 2. 71.

Desertores dicuntur milites, qui defensores patriae deberent esse. Adelph. III. 4. 12.

Designare, est rem novam facere, in utramque partem, et bonam, et malam. *Designata*, prope, ut nocte fiant. *Designatio*, contractio aut conductio populi in unum. *Designatores* dicti, qui ludis funebribus praesunt. Ad. I. 2. 7.

Despondeo. Ex veteri more, quo spondebat etiam petitoris pater. And. I. 1. 75. *spondet* puellae pater: *despondet* adolescentis. ibid. et Ad. IV. 7. 16.

Dextra, fidei et foederis membrum. And. I. 5. 54.

[illegible]. Eun. I. 1. 1.

Diana, Menandro et Virgilio *Lucina* dicta. And. III. 1. 15.

Dic, verbum est instantis audire, et curiosius interrogantis. Hec. III. 2. 21.

Dicaces dicuntur, qui iocosis salibus maledicunt. Eun. Prol. 6.

Dico. plus est *Dico*, quam *do*. *Dicatur* perpetuo: *datur* ad tempus. Phorm. I. 2. 12. *Dicere* pro velle, vel significare. Eun. IV. 5. 10. *Dicere diem*, est constituere et dicare. And. I. 1. 75.

Digamma pro vocali usurpatum. And. I. 2. 2. et III. 4. init.

Διπλότης. Ad. I. 2. 62.

Discidit labrum, quid. Adelph. IV. 2. 20.

Dispicere, est disquirere consilium: *despicere*, deorsum adspicere. And. III. 5. 16.

Disputare, immutari, calumniari, argumentari. And. Prol. 15.

Diverticulum est, ubi iter de via flectitur. Et proprie *diverticula* dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere divertendum sit. Eun. IV. 2. 7.

Docet Poëta, *docet* scenicus. Hec. Alt. Prol. 48.

Δόγμα Ἐπικούρειον, de otio Deo-

I.

M.

ut Graeci, μὰ τὸν Ἀπόλλωνα dicunt. Hec. I. 2. 9.

Mea tu, blandimentum feminarum. Adelph. III. 1. 2.

Medicina aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis. And. III. 2. 1.

Memor est, qui apud se meminit: *gratus*, qui meruit hoc nomine vocari, dum vicem reddit. Ad. II. 2. 43.

Mereri bona dicimus: *Commereri* mala. Hec. III. 5. 37. *Mereri* et *Promereri*, est praestare beneficium. cui contrarium est, *commerere*. Adelph. II. 1. 47.

Μετάληψις. And. III. 2. 22.

Μεταφορά. Eun. II. 2. 5. Adelph. II. 2. 12.

Meticulosorum magnae minae. Eun. IV. 7. 31.

Metuimus eos, qui nos amant: *Timemus* etiam inimicos. Phorm. I. 2. 68.

Miletos, colonia Atheniensium est in Ponto. Adelph. IV. 5. 21.

Μίμησις. And. I. 1. 83. Eun. I. 2. 75.

Miror, pro nescio. Eun. II. 2. 59.

Miser est, cui animae miseria inest. Eun. III. 1. 22.

Monemus consilio: *hortamur* impulsu. Hec. I. 1. 7.

Monstrum est omne contra naturam. Eun. IV. 3. 14.

Morem gerere, proprie lenonis et meretricis est. Ad. III. 2. 6.

Morosi proprie senes dicuntur. unde *senectus morosa*; et *morosi homines*, qui sui cuiusdam moris sunt. Hec. IV. 2. 1.

Μωρολογίαι parasitorum. Eun. II. 2. 6.

Mors in Comoedia non est tragica. And. I. 2. 78.

Mulcare, lacerare, mollire; mutilare, dissolvere. Ad. I. 2. 10.

Mulciber a mulctando dictus, quasi *mulcsiber*. ibid. proprie *Mulciber* dictus est, quod omnia mulceat, id est, molliat ac vincat. Hec. I. 1. 8.

Mulieri peregrinae a patria nomen impositum, Attico more. And. I. 1. 58.

Mussitare proprie est dissimulandi causa tacere. Adelph. II. 1. 53.

Mustellinus color quis. Eun. IV. 4. 22.

Musae unde dictae. And. III. 2. 25.

Mutuum est, quidquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, ut uxor, domus, villa, servi, et caetera in hunc modum. And. V. 5. 3.

Μυρία pro multis. Phorm. IV. 3. 63.

N.

Nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire, quod teneat, statim, quod occurrerit, prehendit. Hec. IV. 4. 59.

Nares a *naritate* dictae sunt, quod nos odoratu doceant, praesto et prope esse, quod adhuc oculi non vident. Adelph. III. 3. 43.

Naturae ignoscitur; *voluntati* non item. And. V. 4. 16.

Nebulo a *nebula* dictus. Eun. II. 2. 38.

Negativae duae faciunt unam affirmativam. And. I. 2. 34. tres negativae pro una negativa accipiuntur. ibid.

Negotium pro molestia et cura. And. Prol. 2.

Neptunus medius inter Coelum et Inferos, utriusque regni parti-

O.

P.

est, per quam ostenditur, quid illi cultus et obsequii debeatur. Adelph. III. 4. 10.

Pecunia in foro et de mensae scriptura magis, quam ex arca domoque, vel cista, numerabatur. Ad. II. 4. 13.

Percellere, pervertere. Eun. II. 3. 87.

Percontatum a *conto* dicitur, quo nautae utuntur, ad exploranda loca navibus opportuna. Si vero *Percunctatum*, ab eo, quod a *cunctis* perquiratur, dicitur. Hec. I. 2. 2.

Perducuntur necessitate coacti. And. I. 1. 54.

Peregrina, pro meretrice. And. I. 1. 119. Eun. I. 2. 27.

Perpetuum proprie ad homines pertinet; *sempiternum* ad Deos. And. V. 5. 3.

Persequitur, qui non desinit sequi. And. V. 4. 32.

Pervicax est perseverans cum quadam vi. Hec. IV. 1. 17.

Petimus aliquid precario: *poscimus* imperiose: *postulamus* iure. And. II. 5. 11. Heaut. IV. 5. 27.

Phasma, Menandri fabulam, dedit L. Lavinius. Eun. Prol. 9. Eius argumentum. ibid.

Phormionis ἔνυμον. Phorm. Prol. 27.

Piraeeum, ut *Sunium*, est maritima, et accessu littoris pars clementior, adversus praedonum incursus illic excubabat iuventus Attica. Eun. II. 2. 59.

Piscatores, qui recentem piscem praebent. Eun. II. 2. 26.

Plerique omnes pro una parte orationis dixere veteres. And. I. 1. 28.

Illexij. Eun. Prol. 6. 27. et 41.

Plus, dixerunt veteres, pro *plures*. Phorm. IV. 3. 6.

Poëtae nomen honorificum. And. Prol. 1. *Poëtae* ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id est, a faciendo dicti. ibid. 3.

Pollicitatio, multarum rerum promissio. And. III. 2. 47.

Πολυσύνδετον. Adelph. III. 2. 3.

Popularis, πολιήτης. Phorm. I. 1. 1.

Porro coniunctio est expletiva, alias adverbium temporis. And. I. 5. 43. futuri temporis adverbium, vel adhortantis, And. III. 4. 17. Modo adverbium est ordinis: alias temporis. And. IV. 3. 16.

Porto. Non solum corpore, sed etiam animo *portamus*, tam bona, quam mala. And. II. 2. 1.

Postquam, non tantum praeterito, sed et praesenti tempori adiungitur. Phorm. Prol. 1.

Postulare, est querelam dicere de altero apud alterum. And. IV. 1. 15.

Potiri τῶν μέσων fuit. Phorm. III. 1. 5.

Praedicamus, ut res sunt: *Laudamus* extollendo. vel, *praedicamus* voce: *laudamus* argumentis. Eun. III. 5. 17.

Pravum est, quod et ipsum laedit facientem: *Malum*, quod alios tantum. Adelph. III. 3. 36.

Probator nullus ex animo postulabat veniam servo. Phorm. I. 2. 93.

Probus, Terentii interpres. Adelph. III. 2. 25. Phorm. I. 3. 3. reprehenditur. Phorm. V. 3. 16.

Procare, est petere. Hec. I. 2. 84. unde et *Proci* dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. ibid.

Proclive est porro inclinatum, vel pronum inclinatumque. And. I. 1. 51.

Prodeambulare delicatorum est. Ad. V. 1. 4.

Q.

GLOSSARIUM

VOCUM QUARUMDAM APUD PUBLIUM TERENTIUM, EX VETERI CODICE.

Heus, Ohe, Eho, Ehodum, *vocandi.*
Antehac, Quoad, Posthac, *temporis.*
Usquam, Uspiam, Nusquam, Quopiam, *loci.*
Amabo, Sodes, Hem, Mea tu, *blandientis.*
Pol, Edepol, Castor, Hercle, *iurandi.*
Eu, Euge, Eia, Age, Agedum, *hortandi.*
Nullus, *pro non.*
Utut, *qualitercunque.* Ubiúbi, *ubicunque.* Cuicui, *cuicunque.*
Heu, Heu, *dolentis.*
Hui, Phy, Papae, *admirantis.*
Vaha, *deridentis vel indignantis.*
Atat, *expavescentis.*
Ha ha he, *deridentis.*
Heu heu, au au, *flentis.*
Nequidquam, *frustra.* Neutiquam, *nullo modo.*
Itidem, *similiter.*
Apprime, *valde.*
Atqui, *certe.*
Potis est, *potest:* Pote, *potes.*
Etsi, tametsi, *pro quamvis.*
Qui, *quare vel quomodo.*
Quam, *quantum.*
Maxime, *saepe pro libenter.*
Eccum, *ecce eum, vel ipsum.*
Ecca ipsa, *ecce ea ipsa.*
Hicce, *pro hic,* hiccine, *pro hicne:* hisce, *pro his:* istoccine, *pro istone,* huiusce, *pro huius:* hiiscine, *pro hiisne.*
Illicon', *pro illicone.*
Malum, *interiectio.*
Tute, *tu ipse.*
Scelus, *quandoque pro scelesto.*
Periculum, *pro experientia.*
Res, *pro praediis vel utilitate.*
Facinus, *quandoque factum.*

Mala, *maxilla.*
Dica, *scedula.*
Angiportum, *via arcta.*
Occipio, *incipio.*
Cesso, *tardo.*
Faxo, faxim, *pro faciam vel fecerim.* Faxint, *facient, fecerint.*
Dedo, *do:* dedim, *dabo:* duint, *dent.*
Sies, *pro sis:* Sient, *pro sint.*
Face, *pro fac.* Adduce, *pro adduc.*
Mitte, *pro dimitte.* Rogo, *pro interrogo.*
Offendi, *pro inveni.*
Mane, *pro ausculta.*
Opperior, *exspecto.*
Percontor, *inquiro.*
Mature, *accelero.*
Obtundo, *eneco: de magna molestia.*
Concedo, *obedio.*
Exigo, *expello et sperno.*
Arcessor, *vocor.*
Vereor, *timeo:* Revereor, *observo.*
Calleo, *callide scio.*
Abnuo, *nego et subtraho.*
Refello, *contradico.*
Gannit, *latrat, inaniter loquitur.*
Disperii, *per Deos perii.*
Posterdie, *pro postridie, hoc est, postero die.*
Astu, *astutia vel providentia.*
Astu, *pro civitate.*
Misere, *interdum pro immoderate.*
Praeviso, *videre desidero.*
† Sedulo, *intento.* Utiliter, *studiose.*
Ex animo, *sine dolo.*
Ambages, *verba frustratoria.*
Phalerae, *insidiosa.*
Clientela, *servitium, vel multitudo clientum.*
Conclamatum, *satis dictum.*
Facessere, *libenter et cum desiderio facere.*
Id propterea, *propter id.*
Ostentare, *vane se iactare vel ostendere.*
Propediem, *brevi vel cito.*
Diem, *breve tempus:* Aetatem, *tempus longum significat, adverbialiter.*
Debacchari, *furere, a furore non cessare.*
Despicatus, *despectus.*
Aerumna, *molestia vel miseria.*
Flocci facere, *contemnere, despicere.*
Lacessere, *provocare.*
Suffarcinatus, *succinctus.*
Iurandum, *pro iusiurandum.*
Exemplum facere, *id est, poenam constituere.*
Potesse, potis esse, *posse.*
Quis, *pro qui.* Quivis, *pro quaevis.*
Quisnam, *pro quaenam.*
Sycophanta, *pro comedone.*
Succenturiatus, *sub centuria positus.*

---

† *Sedulo.* Rectius: Sedulo, *sine dolo.* Ex animo, *studiose.*

Exemplum facere, [illegible] constituere.

Suffarcinatus, [illegible]

Incudum, pro in [illegible]

Quis, pro qui. [illegible] quaeris.

[illegible]